163
E
2.
BIB.NAZ.NAPOLI

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
163
E
2

64 5 #7

Digitized by Google

109
G
29

Digitized by Google

DD. IOANNIS OECOLAMPADII ET HVLDRICHI ZVINGLII EPISTOLARVM LIBRI QVATVOR,

PRAECIPVA CVM RELIGIONIS A CHRISTO NObis traditæ capita, tum Eccleſiaſticæ adminiſtrationis officia, noſtro maxime ſeculo, tot hactenus erroribus perturbato, conuenientia, ad amuſſim exprimentes.

Opus cumprimis eruditum ac pium, renatiq́ EVANGELII ſtudioſis apprime neceſſarium, nunc deniq́ primum in lucem editum.

AD HAEC

Scriptorum IO. OECOLAMPADII & HVLDRICHI ZVINGLII *Purgatio, per* THEODORVM *Bibliandrum, ſacrarum literarum Tigurinæ Eccleſiæ profeſſorem, conſcripta.*

Vtriuſq́ uita & obitus, SIMONE GRYNAEO, VVOLFGANGO CAPITONE, & OSVALDO MYCONIO autoribus.

Epigrammata Hebraica, Græca, Latina, in Eoſdem.

Rerum deniq́ memorabilium locupletiſſimus INDEX.



BIBLIOTECA NAZIONALE NAPOLI
B. R. NEAPOLIS

BASILEAE
M. D. XXXVI.

Digitized by Google

ELENCHVS EORVM QVAE HISCE QVATVOR Epiſtolarum libris continentur.

PRIMVS *Liber diuerſa ſcripturæ loca, & religionis Chriſtianæ difficiliores quæſtiones explicat.*

SECVNDVS *Liber ueri & falſi baptiſmi* Epiſtolas *habet, quibus uarij Catabaptiſtarum errores ſolidiſsimè confutantur.*

TERTIVS *Liber ea quæ ad Euchariſtiæ negotium pertinent, complectitur.*

QVARTVS *ac ultimus Parænetici generis Epiſtolas, plurimum tam ad Eccleſiæ regimen, quàm ciuilem tranquillitatem momenti habentes, continet.*

AD ILLVSTRISS. OPTIMOSQVE PRINCIPES, PHILIPPVM HASSIAE LANDGRAVIVM, HVLDERICHVM Ducem Vuirtembergenſem, GEORGIVM Comitem Vuirtembergenſem, & Montis Belligardi, Purgatio ſcriptorũ DD. IOANNIS OECOLAMPADII, ET HVLDRICHI ZVINGLII, à THEODORO BIBLIANDRO conſcripta.

SI CAVSAE omnes ingenio dicentium & uiribus eloquentiæ ſuſtinerentur, & non quædam ſua ſponte ueritatis lumen approbationemꝗ inuenirent apud iudices nõ iniquos aut ſtupidos, ſi tractentur etiam ab homine ingenij atꝗ diſertitudinis tenuis, modo bona fide ac diligenter tractentur: ualde anxius forem de huius orationis euentu. Nõ enim uulgo protritũ, et gratioſum illud nuncupandi genus in præſentia ſequi mihi datum eſt, quo uel gratitudo animi pro acceptis beneficijs teſtata ſit, aut noua gratia captaẽ, aut aliquod omnino familiaritatis commerciũ peragitur: Sed cauſam ad uos defero Principes illuſtriſſimi, & inter Chriſtianos, optimi, per ſe quidem planam, honeſtã, ſanctam. cum tranquillitate rerum, cum plurimorũ ſalute, cum religione deniꝗ orthodoxa coniunctiſſimam: cæterum partim malicia & calumnijs, partim errore hominumꝗ temerarijs præiudicijs ita oneratam, ut ab alijs citra legitimas cognitiones damnetur: ab alijs qui defendere deberent, idꝗ pulchre facere poſſent, uel deſeraẽ neſcio quo cõſilio, uel in totũ negligatur. Quanꝗ uero conueniebat optimam cauſam ab omnibus, qui ueritatis pietatiſꝗ tenentur ſtudio defendi, & præcipue à religionis antiſtitibus, qui pollent ingenio rebus magnis apto, & multiplicem eruditionem rerumꝗ peritiã cum literatura ſancta iunxerunt: eaꝗ prediti ſunt facultate ſermonis, ut res animo comprehenſas apte poſſint ad notitiã producere: Mihi tamen iterũ, neſcio quo fato iniungitur, ea certa perſuaſione inducto, ut putem hanc mihi nunc defendendam ob rationes pietatis, nec paucas nec leuis ponderis. Vos autem ex omni Principum clariſſimorum nume[illegible]u-ſa præſens ſuo quodam iure poſtulare uidetur, non modo cognitores & iudices, uerumetiam aduocatos, patronos, uindices: qui multis, nec leuibus argumentis, tum mihi tum alijs uiris bonis eam æſtimationem ueſtri celeberrimi nominis impreſſiſtis, ut habeamini ſingulares ſacroſanctæ religionis fautores, æquitatis exempla, iuſticiæ præſidia, ueritatis aſſertores, [illegible]entiæ apertum aſylum. Etenim honeſti ciues Baſilienſes, & perinde typographi diligentes, Thomas Platterus & Balthaſar Laſius, quum nouam ſuam officinam optimis autoribus excudendis deuouiſſent cõlocaſſentꝗ, perſollicite circumſpexerunt libros, quibus pro felici

auſpicio typos initiarent, ſpeciminecꝙ luculento ſpem aperirēt ſtudioſis, quos porrò expectent de officina ſua fœtus non modo literarios, ſed etiā literatos & bona fruge adornatos. Non parum autem arriſit, ut duorū ſeculi noſtri excellentium uirorum, ſiue ſpectes integritatem uitę, ſiue doctrinæ ſinceritatem & conſtantiam, ſiue dotes ingenij non uulgares, ſiue omnium bonarum artium quendam concurſum atcꝙ concentum, epiſtolas ſuo labore ſumptucꝙ, ut potuit nunc temporis fieri, conquiſitas in lucem ederent, additis in numerum & alijs quibuſdam lectu non indignis ob eruditionem atcꝙ pietatem, aut ſine quibus argumentis illorum epiſtolæ probe intelligi nequeunt. Vtcꝙ nihil omitterent, quod induſtria præſtare poſſet, aptiſſime digeſſerunt epiſtolas delectas ac poſteritate nō indignas quatuor claſſibus: quarum Prima continet explicationes uariarum quæſtionum ſcripturæ ſanctæ, Altera diſputationes baptiſmi ſacramentū ſpectantes, Tertia negocium euchariſtiæ, Quarta paręnetici generis epiſtolas comprehendit. Interim uero ut decebat ſapientes, conſiderarunt fortunam librorū, ut ſæpenumero malus citius emptorem inuenit quàm bonus: præſertim quum deijcit hunc calumnia, iſtum uenditat preconium artificioſe factum, cenſueruntcꝙ non ſine defenſione pariter innocentium uirorū pariter, ſalutariū operum id uoluminis publicandum. Aliter enim facile præuiderunt, non modo rei familiari obfuturum, ſed etiam grauem ſuſpicionem & odium ſe conflaturos, ceu nō ſtudioſorum utilitati & reipublicæ Chriſtianæ pro uirili ſua portione conſultum uelint, ſed ex numero typographorū ſint, quibus lucelli odor dulcis eſt ex re qualibet, ſi uiderentur libros inauſpicatos & nihili ſpargere in uulgus, idcꝙ prima fœtura, quā ſtudioſis bonarum artium conueniebat maxime probari. Ad me igitur uenerunt, ut amicum & ſocium huius inſtituti, orantes efflictim per Ioannem Oporinum in gymnaſio Baſilienſi non uulgarem profeſſorem humanitatis artium, ut inſtrumento ueritatis arrepto, falſiſſimas criminationes, & tamen creditas, nec non diras calumnias à quibuſdam opinatæ ſanctimonię ſapientiæcꝙ uiris intentatas, ut interim uiles blaterones diſſimulentur, à capite & libris IOANNIS OECOL. et HVLDRICHI ZVING. depellerē. Non enī in ſolos libros uanam impudentiam graſſari, ſed etiam in autores iam in Domino quieſcentes, quatenus euertendæ ueritati uiſum eſt idoneum, quam protulerūt luculentiſſime ac defenderunt cōſtantiſſime. Id adeo poſtularūt abs me iure, ut patrono ſingularis fidei artificijcꝙ. Ioānes Oporinus formulā intentauit. Nā me hoc debere officinæ ſuæ gliſcenti, qui olim ſim pollicitus omnem operā: hoc amicitię fidem requirere, pręſertim quū fuerim in colligendis epiſtolis adiutor & operis ſuſcepti approbator, in quo ſpecimen locuples conſtaret, quid iſti duo ſanctę memorię uiri ad religionem priuatim contulerint, qua ratione tantas Eccleſias precipue adiuti opē

Operis huius diſpoſitio in claſſes quatuor.

diuina

diuina reſtituerint, procurarint, in officio pietatis & integritatis retinuerint, alijſq; de cauſis ad eruditionē & pietatē cōferētis. nō poſſe id me negare citra pietatis neglectū pęceptorib. tā bene meritis, erga quos etiā uita functos nō poſſem ſtudio eſſe diſſimulato et obſcuro: quē probabile eſſet, pęceptorū ſuorū ſentētias auſcultādo, legēdoq; percepiſſe, et cōprahēſas perſpexiſſe. hoc officiū petere patriā, petere Baſilienſ. & Tigurinā Eccleſiam: quarum altera me Philoſophiæ ſtudijs formauit, altera quondam erudiuit, nunc utitur miniſtro & ſucceſſore Zuinglij ad prælectiones theologicas. deniq; hanc eſſe cauſam Dei & piorum omnium. Equidem diu ſum reluctatus amicis impenſa opera rogantibus: non quod me puderet huius patrocinij, aut diffiderem cauſæ, aut nihil reſpondendum cenſerem adhuc effreni & exultanti petulantiæ, quæ nec uiuis pepercit, nec à mortuis extra limen inuidiæ exportatis abſtinet, ſi qua uia poſſit ueritatē ſuis friuolis aſſertionibus contrariam labefactare. Sed me deterruit mearū uirium imbecillitas, ingeniū perexiguū, literarū cognitio uix mediocris, genus dicendi ſcholaſticum & ab hoc propè forenſi (quo cum aduerſarijs grauibus dimicandum eſt, hoc erudito ſeculo in corona & theatro quaſi Principum & Chriſtiani populi) admodum abhorrens. In Theologia uero mihi uix tyrociniū poſuiſſe uideor, nihil ſumēs ultra Grammaticū: qui gradus ſi poſſet cum approbatione bonorum à me defendi, putem præclare mecum agi. Cæterum cauſa in primis ardua, & cognitu digniſſima, cum ſalute plurimorum, cum dogmatibus fidei, cum religionis orthodoxæ quæſtionibus propè omnibus implicita, uidebatur nō à me diſputationibus altiorib. inepto, ſed à ſummis ingenijs diligenter & ſpecioſe tractāda. Quis enim neſcit, quantū debacchationibus & conuitijs intemperanter effuſis, reipublicæ Chriſtianæ incōmodatū ſit: Nā multi homines incauti uanis ſuſpicionib. & horroribus oppleti ſunt: multi potentiorū metu ad eandem ſimulationem adacti, ceu OECOL. & ZVVING. falſarum ſcripturarum ſint, & prauorum dogmatum magiſtri: in libris eorum perniciem & inſidias ſtrui catholicę profeſſionis hominibus. multi ſunt odio plusquàm capitali accenſi, & membra corporis Dominici per Satanicum artificium diſiecta ſunt. Scripta uero non parum conducentia illuſtrandæ colendæq; religioni (tam abeſt ut labem minentur, hæreſeos carbone ſuggillata) ex eccleſiaſtica ciuitate pepulerunt, à tabernis, à foro, à libero bonorum conſortio multis in locis excluſerunt, nouæ ſectæ, ad inuidiam & iniquiſſimum præiudicium indito uocabulo. Iam & hominibus, qui nihil diſſimulando aſſenſum prębent ueris ſententijs ex diuinæ ſcripturæ armario deprōptis, per iſtos duos uiros præcipue, mox parata eſt calumnia, periculum, perſequutio. Nihil hic opus eſt meis querelis, nihil probationibus, nihil amplificationibus. Res ipſa clamat, quàm ſit indignis modis actum. Hiſce de

cauſis quum ſedulo ab humeris meis deijcerem onus impar, alióſque nominatim indicarem uiros idoneos, inſtiterunt illi rationibus fidei & pietatis, ſicq; urſerunt, ut putarim non tam cauſas honeſtas mihi propoſitas, quàm neceſſitatem impoſitam, cæteris quocunque conſilio quieſcentibus, tuendi ſanctiſſimas reliquias ingenij Pręceptorũ meorũ, quæ ſacræ diſciplinæ afferunt non parum frugis: ſimulq; perſonas optimorum uirorum, quatenus cum religionis cauſa uidebuntur coniunctæ. Quos uero ex uniuerſitate Principum, quos Dei prouidentia collocauit in ſublimi faſtigio, ut ipſius uices tuendo in terris diſpenſent: ius æquatis lancibus, quàm te PHILIPPE, teq; HVLDRICHE, & te GEORGI arctiſſime iunctos, ſimiliumq; ſtudiorum: quos inquam potius appellem in cauſa fidei pariter grauiſſima & ſanctiſſima? Vos enim celebri ſermone hominum accepi, & re ipſa partim depræhendi, principalis muneris executores impigros, in prohibendis iniurijs calumnijsq;: ſine qua ratione nec uirtutes benignius coli, nec ciuium tranquillitas & ſalus reipublicæ poterit conſeruari. Vos tenemini ſtudio ſingulari ſacrarum legum, et peritiam adepti eſtis in tanta negociorum occupatione præſtabilem. Vos commendat fauor in pietatis & ueritatis ſectatores, uos commendat diligentia cognoſcendi, æquitas iudicandi, prudens temperatáque iuſtitia decernendi, conſtantia res bonas tuendi. Vos declaraſtis unam aurem datam aduerſarijs, alteram ſeruatam nobis, qui profeſſionem explicatiorem, cæterum catholicam ZVINGLII & OECOLAMP. circa uenerandum corporis & ſanguinis Dominici ſacramentum adeo non dira ſententia condemnaſtis, ut etiam in Comitijs ampliſſimorum ordinũ ſacri imperij non deſerueritis. Veſtra gratia nõ indigni uiſi ſunt, quos defendendos ſuſcepi cũ eorũ ſcriptis, perſpecta ſinceritate fidei, & in tractandis negocijs religionis dexteritate. Poſtremo epiſtolę quędã huius uoluminis, & alia Pręceptorũ meorum opuſcula ueſtrę Celſitudinis nominibus deſtinata ſunt. Num igitur alij cognitores cauſæ noſtræ, ſi detur optio, ſumendi forent, quàm uos heroicarum uirtutum antiſtites? Qui autem rectius propenſiúſque efficient, ut ab alijs etiam cauſa retractata penitus cognoſcatur? quę ſi unquam fuiſſet diligenter inſpecta, excuſſa, congruens dogmatibus catholicis, nunquam fuiſſet à quoquam bono improbata. Oro itaque, obſecro, obteſtor uos Principes optimi, ut me homuncionem obſcurum, cæterum ueſtri nominis ſtudioſiſſimum non aſpernemini: ſed cauſam Dei ſummi religiones attinentem, qua poterit breuitate atq; luce per me exponi, preſſius cognoſcite. Vt enim ſperare poſſum, iuuante gratia Domini, qui dat intellectũ paruulis, & linguas mutorum reſoluit, efficiam, ut uos & alij qui exemplo ueſtro prouocati rem percipere nõ dedignabuntur, intelligatis, nec libros OECOL. & ZVING. tendere in perniciem fidelis populi, ſed iuuare plurimum cœle

ſtis

leſtis philoſophiæ ſtudioſos: nec in iſtorum perſona quicquam fuiſſe paratum ad euertendam religionem, & reipublicæ conturbationem: deniq; omnes qui ueritatem per hos religionis catholicæ doctores primarios in lucem expoſitam profitenť, ni ſe aliquo flagitio obligent pœnis, ueſtræ Celſitudinis & omnium bonorum fauore, patrocinio, defenſione digniſſimos. Vtq; ſint omnia magis in conſpicuo, primum oſtendam quàm iniuſte, quàm immerito pro falſis & pernicioſis damnentur ſcripta ZVINGLII & OECOL. extraq; limites reipublicæ Chriſtianæ exigant, ad explicandas religionis partes ſuſcepta, nec infeliciter ad utilitatis publicæ finem perducta. Poſtea dicam, quibus artibus, quàm malis, aduerſarij conentur euellere doctrinam æternæ ueritatis radicibus contra omne falſæ ratiocinationis argumentū ſtabilitā, & canonicis ſcripturis aptatam. Etenim uniuerſitati piorum ſapientiumq; perſuaſum puto, & apud omnes ueritatis cultores confeſſum, nullum ſermonem, nullum ſcriptum, nullam deniq; diſputationē à quocunq; homine inſtitutam de religione, de uniuerſa uitæ ratione, quæ ſcripturarum diuinarum conſonet quadretq; canoni, poſſe aliquorum hominum (quantacunque polleant autoritate, quocunq; fungant munere, ſi antecellant omnes etiam mortales ſapientia, & ſanctimoniæ ſplendore uideanť mentes angelicas referre) decretis, pro falſa & pernicioſa damnari, extraq; populi Deū colentis conſortiū amandari. Nutus enim & uoluntas ſupremi opificis & gubernatoris, eaq; ſapiens, omnipotens, æqua, iuſta, ſancta, conſtans, immutabilis, æterna, lex eſt principalis, perfectiſſimaq; ratio & norma uniuerſalis, cui totus mundus obediat: & ad quam omnis cogitatio, omnis ſermo, ſcriptum omne, actio quæuis perpendatur. Proindéque malum aut bonum, prauū aut rectum, fugiendū aut faciendum, unumquodque iudicari debet, ut normæ uniuerſali (quam uoluntatē uniuerſalis & ſupernæ mentis intelligi uolo) quadrauerit aut diſcrepare inuentum fuerit. Quoniamquidem enim à diuinæ maieſtatis nutu proficiſcuntur omnia, & ab eo diriguntur, tum cogendo tum prohibendo, iubendoq; & iuuando, cæteriſq; actionibus ſuæ potentiæ ac uoluntatis: recte ad illum etiam cuncta referuntur, tanq; ad principiū & finem, tanquā ad canonē & regulam. ſiquidem ex Deo, per Deum, in Deum directa eſt omnis natura. Huius ſupremæ omnipotentiſq; mentis, quæ totā rerum pulchritudinē fabricata eſt, quæ ſola deſcriptionē rerū omniū & ordinē perſpectū habet, quæ ſola tantæ machinæ cōſeruandæ īcumbit, ius & facultas eſt, de rectis & prauis, de uero et falſo decernere, iubere, uetare, permittere, ſupplicijs aut præmijs afficere. Parent igiť ſupremæ legi oēs naturæ exortes conſilij, parēt cœleſtes ſpiritus, parent oēs probi homines, quorum unicum eſt ſtudium, ſua omnia nutui ſupremo approbare. eamq; uoluntatē inquirunt in omnibus deliberationibus, in omnibus actioni-

bus, uel ſuis uel alienis, ut cauſam rationém que primam & ultimam.

Tunc enim aggrediendum eſſe quodlibet negocium cenſent, quum depræhenderunt diuinæ mentis approbationem. Tunc ſe recte feciſſe gaudent atque exultant, boniq́; ſecuturi ſpe fruuntur, quum intelligunt ex ſententia numinis opus confectum. Nec poteſt animus hominis religioſi conquieſcere, inq́; tranquillum ſtatum & bonum habitum peruenire, ac quaſi uultum ſerenum ſumere, niſi per conſcientiam diuinę approbationis: nec poteſt certo iudicio & decreto quicquam damnare, niſi quod ab omnium imperatore uidet condemnatum, haud quaquam fallente præiudicio. Ad hanc legem ſeſe dirigunt orbes cœleſtes, & irrequietus aſtrorum actus, totaq́; mundi concors diſcordia & diſcors concordia, unumquodq́; rectiſſime agens in ſuo genere: quoniam omnia ſimul tendunt ad ſupremam cauſam diuinæ uoluntatis. Huic conſonant, conſentiuntq́; omnes bonorum & ſapientum notiones, compræhenſionesq́; naturales, legis à digito Dei inſcriptæ dictata ueriſſima, quid ſit in rerum natura, quidúe debeat eſſe in moribus hominum. Ad hanc ſupremam uoluntatem, uelut ad ſcopum ueritatis & honeſti collimandum intellexerunt, quicunque probabiliter uitam hominum inſtituerunt, uelut moralis ſapientiæ magiſtri, & legum bonarū conditores nobiles, earūq́; interpretes ſpectatæ fidei. ex quo fonte cœleſtis dictaturæ manarūt omnes ad uerū rectumq́; conicctæ ſententiæ. Quis enim probet dogma Philoſophi, aut decretum Senatus, aut iudicatū præiudicatumq́; ordinis iudiciarij, aut plebiſcitum, aut principis edictum, aut conſuetudinem, aut pactionem conuentionemq́; ulla in re, aut canonem Eccleſiaſticum, aut legem ciuilem, aut conſilij cuiuſcunq́; placitum, aut quicquid omnino legis inſtar obtinet, ſi nō uoluntati conueniat Dei Optimi Maximi? Quis magnam laudem meretur, qui ſe ad hominum iuſſa uetitaq́; comparauerit, nō primo reſpiciens ad Dei uoluntatem? qui ἀνθρωπάρεσκος ὑποκριτὴς dici poteſt, Dei cultor religioſus nullo modo dici poteſt. Rurſum uero, ſi quis antea diuino ſancitū ore, uel enunciet, uel iubeat, aut prohibeat, nō reprehendi poteſt ut falſi adſertor, aut turpitudinis autor, niſi Deus eadem ſententia percellatur? Nihil igitᷣ per omnem uitæ rationē probari laudariq́; poteſt, ut prudēter cogitatū, aut bene dictū ſcriptūue, aut recte factū, aut aggrediendū, niſi aptum cōgruūq́; ſit normæ principalis rationis: nec quicquā poteſt recte improbari ut falſo, ut turpi, ut malo & pernicioſo cognatum, aut auerſandum, fugiendum, repellendum, deteſtandum, quod diuinæ menti ſic applicitū eſt, ut ea non mutata permutari nō poſſit, quod illi conſpirat. Arcanū uero diuinæ mentis profundiſſimum, quod humani captus imbecillitas nulla poſſet ratione cognoſcere, à ſeſe uarie deſcriptum ac detectum perfertur ad mentis intellectum.

Nam & per totum opificium cœleſti manu formatum cernimus ueſtigia & notas diuinæ tum potentiæ, tum ſapientiæ, tum uoluntatis: & in negocijs quæ inter homines edunt, perpetuo curſu eadẽ uoluntas pateſit, alios puniens, alios meliore conditione munerans, ut editis exemplis in utramq; partem homines cauti cognoſcant, ſibi quid ſit uſui. Homo etiam hominem aptiſſime docere poteſt uoce uiua, aut literis comprehenſa. Deumbratur & per ſacrorum ritus atq; formas rerum ſpiritualiũ ipſa omnipotentis Dei ſententia. Multa uigilantibus, multa dormientibus nunciant aperiuntq; angelicæ legationes. Summus aũt diuini ſenſus magiſter, ſine quo alia omnia languẽt, eſt cœleſtis afflatus ſacratiſſimi flaminis, iam ſimpliciter, iam adſumpto quopiam organo, ut bono angelo, ut homine, ut re, intellectũ mentis noſtræ lumine cognitionis illuſtrat, uoluntatemq; ad aſſenſum permouet, ſine quo doctore nemo uir præclarus euadet. Cæterũ quia uetus generis humani peruerſor & mendaciorum artifex, miris artibus tentat ueritatis fundamentũ euertere, procq; diuinæ mentis ſententia quiddã adulterinũ inſinuare, hominesq; ipſi diſſimulatores ſunt mirifici (ut ſerui dominorũ imperia diſſimulant) audent etiã oppugnare cõpertã ueritatẽ, quoties priuati cõmodi aut incõmodi ratio ſollicitauit: cõſuluit optimus parens hominib. in diſciplina uitę, et ſuã uoluntatẽ æternis literarũ ſacrarũ monumentis cõprehendi curauit, primũ per Moſen, deinde per alios multos: quorũ operibus diuinis in unũ uoluminis corpus conſertis, organũ illud cœleſtis philoſophiæ paratũ eſt, quod Biblia uocamus. In quo ſane ſpiritus ſancti armario quicquid ad cognitionẽ diuinę uoluntatis, quicquid ad ſummi boni adeptionem neceſſarium fuit aut utile, abunde compræhenſum eſt, tanquam in tabulis publicis, ex quibus ciues Dei & uitę beatę candidati, oracula Dei cõſignata peterent ad omnẽ uitę ſuę rationẽ dirigendã. Ex hoc eñ ſpectatiſſimę atq; receptæ fidei inſtrumento explicandũ erit ad inſtituẽdos mores totius naturę opificiũ, ut per ſtultitiam prædicationis homines diſcant, quod ſpectando ſapientiam potentiamq; Dei per mundi partes omnes, diſſimularũt. Ex hoc interpretandę ſunt formæ ſacrificiorum, typicq; ceremoniarũ: ex hoc dijudicanda omnis uitę diſciplina per quoſcunq; prodita. Nam et ſapientiũ uirorũ ſententias tanti ęſtimamus, quanti merentur ob ſacrę literaturæ conſenſum. Nec diſſimilis ratio erit in legibus, in decretis, in cõſuetudinis cõfirmatæ formula, in ratione boni & æqui, quæ uita & ſpiritus & animus eſt præſcriptionũ ciuilium. Hac libra expendimus noſtra, expendimus et aliena, nihil improbãtes aut approbãtes, niſi quatenus oraculari ſententiæ conuenerit, aut diſcrepans repertũ fuerit. Dixit Indus, dixit Scytha, dixit monachus, dixit agricola, quod prius dixit Dominus, quis pij pectoris dãnabit? aut quis, uel ſi è cœlo elapſus angelus

gẽlus ſit damnando reddet falſum, quod ueri & recti naturã nequit perdere? Pronunciet unus aut plures contra Dei ſermonẽ, illudq́ꝫ decernat omnis Pontificum ordo, ſubſcribat Cæſar cum omnibus Principibus, in illud deniq́ꝫ iuret partim uoluntate, partim metu, orbis uniuerſus: num poterit uerum aut rectum à ſanę mentis homine uel dici uel haberi, quod non reuocabili ſententia damnauit omnium Dominus? Hanc igitur ſcripturam diuinitus inſpiratam, & per eximios homines conſcriptam uocarunt Eccleſiaſtici patres Canonicam, ut ego exiſtimo duabus de cauſis. & quòd ad Canonem principalis legis quadraret, hoc eſt, ad diuinam uoluntatem: & quòd norma eſſet omnium cogitationum, dictorum, ſcriptionum, actionum totius deniq́ꝫ uitæ mortalium. Cui ſanè regulæ ſacroſanctæ quæ reſpondẽt, orthodoxa & catholica iure optimo habentur dicunturq́ꝫ: ſed quę diſſident, enormiaq́ꝫ depręhenduntur, adulterina, praua, hæretica dogmata rectiſſime cenſenẽ. At plenum non eſt inſtrumentum hoc ad omnes partes reipublicæ conſtituendas, ad hæreſes contundendas: multaq́ꝫ prætermiſſa ſunt, quæ cõſtituerentur à patribus ſanctis. nam & Dominus in cœlum abiens, diſcipulos præmonet de ſpiritu, quem miſſurus erat, quod introducturus eſſet in omnem ueritatẽ, et Paulus non potuit omnia diſponere, quæ in animo præformauerat. Belli profecto diſputatores, qui non cogitant promiſſum ſpiritum ſanctũ ueniſſe in Apoſtolos Domini, & omnem ueritatẽ aperuiſſe, utiq́ꝫ neceſſariam aut utilem ad felicitatis conſecutionem. Verum eſt nuſpiam locorũ, diſertis uerbis definitũ eſſe de ampliſſimo piſcatoris Petri patrimonio, de Conſtantini donatione, de iuriſdictione mera uel mixta, de pallijs redimẽdis, de annatis, de indulgentijs bullatis, de caſibus reſeruatis, de ordinibus mendicantiũ, de ſeptimis, triceſimis, anniuerſarijs, in ferijs, & uniuerſo tributo mortuorum, de alijs multis, quę ſcrinium pectoris fœcundiſſimi generauit, diu feliciſſime ignorata in Eccleſijs Dei. Nõ Arrius & Homuſion exprimunẽ in ſcriptura ſancta, nõ Valentinus cum ſuis æonibus, non Epicurus cum ſubtilitate atomorum, non Ariſtoteles cum ſempiternitate mundi. ſed tamen Eccleſia ſemper habuit ex promptuario locupletiſſimo copiam ingentem deſtruẽdi mendacia conficta de quouis genere: nec ad tribunalia ſacra ullum genus criminis ſacrilegi uenit, quod certiſſima formula iuris non potuerit compręhendi, æſtimari, decidi, per leges authentico iuris diuini codice luculenter traditas: neque opus fuit, nec utilitatis alicuius & ſi pronunciandum eſt quod ſentio, fuiſſet impedimento ſtudioſis circa perquiſitionem diuinæ mentis, infinitam uarietatem negociorum ſcripto ſingulatim compræhendere. Nam quæ ars minutas & ſingulas particulas proſequitur? Et tamen ſummis generibus uniuerſam materiam ſibi ſubiectam cõplectens, iudicio cognitioniq́ꝫ & uitę uſibus accõmodat. Paria æſtimantur ex paribus,

Canonica ſcriptura.

Orthodoxa. Catholica.

bus, ſimilia ex ſuo genere. Contrariorum eſt eadẽ, ſed cõuerſa doctrina: quęq; ſub eandẽ cadũt rationẽ, quid attinet prodigo ſermone diducere? Cõtenta eſt iuris ciuilis deſcriptio regulis multis numero, ſed tamẽ paucis in tãta uarietate negociorũ: ſiquidem nulla cauſa per omnes partes & circũſtantias alteri ſimilis eſt, nõ magis ꝙ hominũ facies, & capitũ diuerſorum diuerſæ ſentẽtiæ. Sed egregij legũ adminiſtri uim uerborũ & ſententiã attendunt, ꝙ late pateat, eamq; rebus accommodant præſentibus quantũlibet nouis & inuſitatis, ducta ratione ſimilitudinis æqui boniq;, circũſtantiarũ deniq; omniũ. De quo lab. l. 1. digeſt. ait: Neq; leges, neq; ſenatuſcõſulta ita ſcribi poſſunt, ut omnes caſus qui quãdoq; inciderint, cõprehendant, ſed ſufficit ea quę plerunq; accidunt cõtinere. Et idem de articulis omiſſis: Quũ in aliqua cauſa ſententia eorũ manifeſta eſt, is qui iuriſdictioni præeſt, ad ſimilia procedere poteſt, atque ius dicere debet. Quid quod uetitũ eſt oraculis diuinis aliqd addere uel detrahere, quippe quæ ſcientiã pietatis ſic abſolute cõprehendũt, ut addere uel ſubducere ſit peruertere. In cõpendio nãq; cõtinent ſacra uolumina quicqd ab omnib. probis ſapientibusq; hominib. ullo tẽpore traditũ eſt, aut tradi poteſt uitę inſtituendę idoneũ. Poſtremo reipſa uſus docuit, queadmodũ felicius habuerũt reſpub. in qbus paucæ leges benigne colebant, ꝙ in quibus legum multitudo erat neglecta: ſic Chriſti eccleſiã lõge meliori fuiſſe forma in primordijs, cũ paucis canonib. ex ore dei ſumptis bona fide utebat, ꝙ poſteris ſeculis qu'b. immẽſa uolumina decretorũ & decretaliũ, & ſentẽtiarũ, & canoniſtarũ, & opinatorũ moleſta curioſitas eccleſiæ occuparũt ſubſellia. Nõ eſt igit ſupplicandũ cuiq;, nõ mendicandũ ab ullo hominũ genere ad uitæ honeſtã ſanctãq; rationẽ, quę codice authentico ueteris ac noui inſtrumẽti copioſiſſime perſcripta eſt, ſi diligenter apteq; mẽs ſcripti cuiuſuis extẽta reb. adhibeat præſentib. Sed obſcurę, ſed ambiguę ſunt ſcripturę canonicę multis in locis, tantaq; nebula contectę, ut acutis, eruditis, adde pijs hominib. uix penetrari queãt. Sępe leges iter ſe collidi uident. Multa uerbis ambiguis, multa figurato ſermõe ſentẽtiã à dei mẽte alieniſſimã imperitis inſinuarẽt. Vnde ſunt natę inexplicabiles quęſtiones, diſputationes acerrimę, turbę ingẽtes, hęreſes abſurdiſſimę. Nõ eſt igit tutum, nec pacẽ reip. ſpectãs, ut uulgares hoĩes ſcripturas authẽticas euoluãt, exq; illis iudiciũ ac uitã ſuã iſtituãt. Opus eſt duce, opus receptæ & quaſi iuratę autoritatis doctore, cuius iterpretatio ſentẽtiã genuinã exhibeat, cui fides adiũgat defixo gradu, ueluti eſt Hierony. Aug. Greg. Bernhar. Thomas, Scotus, Lyranus, & id genus tractatores claſſici, qui à ſummo eccleſiæ præfecto, hominumq; doctiſſimorũ ſuffragio probatæ fidei nota inſigniti ſunt. Videt & Ariſtoteles nõ paucis magni nominis Theologis clauiger & myſtagogus ad reſerãdas ſcripturas cœlo delapſus. Nõ nego quod ſentio, quod ſibi uſuuenire confitent multi egregij uiri, eſſe in ſcripturis canonicis multos nodos & difficiliores quęſtiones inſertas, quę negociũ faciũt nõ cõtemnendis ad intelligendum ſa

cultatibus inſtructis. Non probo, ſi qui temere ſibi arrogant profeſſio-
nem ſacræ Theologiæ, qui nullis artibus bonis inſtructi, uix à limine ſa
lutatis Dei adorandis uenerandiſq́ adytis confidenter prodeunt, ceu ex
penetralibus arcanorum diuinæ mentis euocati ad religionem docen-
dam. Quos egregie percellit D. Hieronymus in prologo galeato: nec
non Iacobus apoſtolica increpatione retundit ab immaturo & intempe
ſtiuo ſtudio docendi, quod nõ didicerũt. Sed quod ſcripturæ canoni
cæ uulgarib. etiã hominib. nõ datę ſint, nec tuto nec ad pacem publicam
utiliter à ſtudioſo diuinæ uoluntatis legant̃, aut quod opus ſit interpre-
te, ad cuius ſententiam lector ſit obligatus, erepta copia iudicandi, illud
ipſum ueritatis argumento breuiter deijciã. Primũ enim quæro, utrũ ho
mini potius an Deo in reb. fidei credendũ ſit? Deo inquis, utpote unico
fidei ſiue obiecto, ſiue ſubiecto. An illud ſit, dũ certiore gradu me in uer-
ba interpretis acclino, ꝙ Dei ſapiẽtiſſimi & humano generi aptiſſime lo
quẽtis, ut eſt beneuolẽtiſſimus & benigniſſimus Pater, cuius ſpiritu ho-
mines ſancti, ut Petrus ait, locuti ſunt, literiſq́ tradiderũt ſcripturã cano
nicam ad informandos cœleſtis ſapientiæ cupidos? Num poteſt homo
uarijs errorib. uarijs perturbationib. inuidiæ, ſuperbiæ, negligentiæ ob
noxius, ſermonẽ ſuum tot, tam uarijs capitib. per multa ſecula in diuino
ſenſu prodendo attemperare melius, ꝙ ipſe rerum omniũ ſummus arti-
fex, qui ſolus mentes & capiendi rationẽ tenet perſpectã interius, & uo-
luit ſuã ſentẽtiã innoteſcere pie ſtudioſis? Quid relinquet̃ nobis certi per
totã religionis diſciplinã? Deprẹhendit̃ in pleriſq́ locis maior inuolutio
et obſcuritas interpretũ ꝙ ipſius ſcripturę, & cõmmẽtarius indiget pro-
lixiore cõmentario. Nota eſt infirmitas, error, delinquendi procliuitas
in illis etiã primarijs, quibus uendicat̃ autoritas reſpõdẽdi ſuper inquiſi-
tione ſenſus natiui. Vtq́ incipiamus à uicario Iouis Capitolini, qui ali
quando ex utero puerum edidit, nõ ſapientiã cœleſtem ex ſcrinio pecto-
ris, ut Iupiter Olympius Mineruã genuiſſe in fabulis narrat̃: Quàm per-
nicioſe errauit Anaſtaſius pontifex? An non Marcellinus idolis ſacrifica
uit, Liberius Arrianis ſubſcripſit? Quidã Ioannes ſomniauit dormitio-
nes animarũ: alius uitã eripuit ſolutis à corpore, inq́ uitã æternã migran
tibus. Quid attinet me detegere hic maleficia, ueneficia, proditiones, la-
trocinia, cæteraſq́ infandas turpitudines, quas nouerũt omnes lippi &
tõſores? Nec enĩ piſcatoris annulus, ut Gygis: nec triplex corona, ut Or-
ci galea potuit ignorantiã & hominũ eccleſiæ approbationẽ obducere.
Si oſtendere uelim cõciliorũ lapſus enormes à ueritatis regula, ſi pugnas
& correctiones mutuas, dies me deficiat. Nota ſunt ſcholaſticarũ cõcer
tationũ prælia, in quib. nõ minori ſtudio cõtendit̃ de obtinẽdo cõtrario
dogmate, ꝙ illi monarchæ ſoleant belligerare pro tuendis limitib. impe
rij. Quãta ſit interpretũ etiã clariſſimi nominis & inter ipſos & à ſcriptu-
ris canonicis repugnãtia, uel unus locus argumẽto eſſe poteſt. Quot enĩ
uiros

uiros præſtantiſſimos Hieronymus nominatim recenſet, qui ante ſe ſcripturas explanarunt, quum Minerio & Alexandro interpretatur Apoſtoli Pauli uerba: Non omnes quidem moriemur, ſed omnes immutabimur. Illos pugnātiſſimas ſententias adſtruere indicat, ubi certe agitur de capite noſtræ catholicæ fidei, quo corporum humanorum reſtitutio ſancitur, neq; obſcura eſt Apoſtoli ſententia. Quis me certum faciet, intelligámne probe meum interpretē, intelligat ne ipſe mentem ſpiritus? Quis in tranquillum conſtituet meum animū? Quid quod interpretes primarij ſibi non credi uolunt de rebus fidei, niſi quatenus merentur aſſenſum ob euidentis rationis & teſtimonij diuini adſtructionem? D. Hieronymus uiderat officium eſſe tractatoris ſcripturarum, non dogmatiſtæ, uarias multorum ſententias in medium ponere, lectoriq; arbitrium permittere. Idem ſe facere in uſum ſuum cōfitetur: Meum, inquit, propoſitū eſt, antiquos legere, probare ſingula, retinere quæ bona ſunt, à fide eccleſiæ catholicę non recedere. Cui adſtipulatur Canon pontificius diſt. xx. De expoſitoribus ſcripturarum, quo quiſq; magis ratione nititur, eo maioris autoritatis eius uerba eſſe uidentur: Auguſtiniq; ſuffragatur autoritas, cuius uerba ex epiſtola ad Hieron. reddit diſt. 9. Ego ſolis. Quam quidem legem ſalutarem, adq; ueritatis conſeruationē in primis neceſſariam ſpiritus ſanctus per Apoſtolum Paulum ad eccleſiam pertulit, Senatus populusq; Dei uno ſuffragio approbauit, Vt nihil temere uel damnetur uel reijciatur, titulo explicandæ religionis propoſitum: ſed omnia diiudicētur, quod bonum eſt teneatur, ſpiritusq; prophetarum prophetis ſubiecti ſint. Iam uero præcipua cauſa obſcuritatis, & quidem perniciosę, in animo lectoris et auſcultatoris poſita eſt: qui deprauatus affectu, uel præſumpta opinione diſtrictus, non uult clariſſimum ſolem ſcripturarū nocturnis oculis intueri, de quo ſplendore Dauid pſal. 118. multa canit. non uult ſententiam ſuam peruicax dānare, quātumuis à ſpeculo ueritatis reprehenſam, quin uerba diuina uiolenter ad ſuum affectum detorqueat, ceu Lesbiam regulam, ut prouerbio dicitur. quę præcipua labefactatio ſcripturarū & doctrinæ ſacræ iudicatur à Petro & Paulo Apoſtolis Domini. Faciunt enim homines per Dei uerbum redarguti, quod in mala cauſa legibus ciuilibus accidit, ut interpretētur, uel potius deprauētur, addēdo, detrahendo, permutādo, ampliando, reſtringendo, & alijs ſpeciebus metaplaſmi, quibus utuntur Poëtæ in carminibus fingendis, magna licentia & iure poëtico. Vnde ortum eſt, culpa hominum peruertentium ſacra in ſuam perniciem, illud uulgo tritum conuiciū in ſcripturas ſolidæ ueritatis, ceu ſimiles ſint naſo cereo, qui facile torquetur in partem utramlibet. Poſtremo, ſi ſtandū uidetur uel in aſſertione dogmatis, uel explicatione ſcripturarum ſententiæ humanæ, & non potius inueſtiganda mens Chriſti per operam hominis, an non quærimus alium magiſtrum uitæ, quàm Ieſum Chriſtum, qui unus per ſanctum ſpiritum eccle-

A ſiaſticæ

ſiaſticæ ſcholæ magiſter eſt. Oportet igitur, ut ſacra uolumina diuinæ legis tum intelligantur, tum explicentur, præcipue quidem magiſterio cœleſtis doctoris, qui tradidit, mox ut partibus collatis ipſa per ſe inueniat iudicij tramitem certiſſimum. Quod nulla ratione fieri poteſt, quàm ſi res diffuſius & uarie & ſæpius tractatæ in membra præcipua colligantur, eaq́; in corpus unum coagmentata ſub oculum piæ mentis ponantur, ex quo fiat Canon totam ſubſtantiam compræhendens, qui æquabili tenore per ſcripturam extentus, lectorem æſtimatoremq́; tanti operis dirigat. Cui quadrare aptumq́; eſſe oportet, quod non ſit membrum diſtortum, aut articulus monſtroſus: quod uero huic normæ totam eſſentiã ſcripturæ complectenti ex aliqua parte manifeſtius quadrauerit, à corporis totius præſtantia & harmonia non abhorret. quemadmodum inuenta humani corporis anatomia cœpit medicina cuncta rectius pertractare, quæ ad bonam uel afflictam ualetudinem pertinẽt, & de uniuerſo corpore iudicium integrũ colligere ex partibus, & de partibus ſingulis per omnium membrorum compagem. Nec ſanè poteſt de ulla re ampliore cognitio extimatioq́; iniri exactior, niſi reducta in compendium ac σύνοψιν uno uelut intuitu detur oculis animorum inſpectãda. Ea propter Dominus Deus per omnia conſulens humano generi, cum hanc pulcherrimã rerum omnium uniuerſitatẽ parauit, & filium unigenitũ in cruciatus et mortis contumeliam dedit, ſcripto mandaturus legem ſuam primum iecit fundamenta initiaq́;, uel ut proprie magis loquar, ſummatim deduxit totius ſcripturæ textũ, ex quo cuncta penderent, quò referrentur, & omnia inter ſe connecterẽtur. Nam decem membris & capitibus ſummarijs religionẽ totã, uaſto aliâs campo extentã, populo exaudienti uoce diuina promulgauit, ſuam præſentiam & rei præſtãtiam maximis portentis teſtatus, inq́; tabulas lapideas inſcripſit digito ſuo ad firmitatem rei denotandam. Adiecit filius Dei homo, propter nos degens in terris, planiorẽ formulã precum & piæ mentis uotorum, ita rogantibus diſcipulis: quæ precatio eſt dominica. His acceſſit ſymbolum orthodoxæ fidei, ſiue à Chriſti Apoſtolis confectum, ũt Cyprianus & alij quidam ueteres exiſtimant: ſiue per ſanctos patres de omni ſcripturarum corpore extractũ, quod epitomen continet euangelicæ profeſſionis. Ex his igitur membris conſiſtit theologiæ compendiũ, ſimplicib. & peritis tum idoneũ tum neceſſariũ, in quo ſunt omnes ſiue γνῶμαι, notiones, ſententiæq́;: ſiue προλήψεις, anticipationes: ſiue καταλήψεις, comprehẽſiones, ad uitam beatam ſpectantes, ſine uerborũ colore, ſine ambiguitate, breuiter, nec minus luculẽter & pleniſſime deſcriptę. Quæ quidem ſpirituales formulę, & notiones animi principales, quoniã imperitis in Chriſto ſolent debentq́; diligentius inculcari uiua uoce, ut rudimenta & principia fidei catholicæ, cathechiſmi nomẽ adeptæ ſunt. Nec alia peritioribus uel cognoſcẽdi, uel diſputãdi circa religionis quæſtiones propoſita eſt. Hi enim termini ſunt ſacri maiorũ, quos mouere non licet

citra

citra piaculũ, aut ſaltem tentare: intra quos tota pietatis ueræ doctrina decurrit, ut hæc qui teneat omnia teneat, quæ per canonicas ſcripturas, per philoſophorũ libros, per iuriſcõſultorũ codices, & in ſumma quæcunq; per totum organũ cognoſcendi latè digeſta ſunt. Hæc qui neſcit, nihil nouit. Qui omnia teneret, eſſetq; tam ingenio amplo, ut memoriter et prõpte redderet quicquid uſpiam dictũ uel ſcriptũ rectè ac ſcitè de Deo, de ipſius cultura legitima, de uita beata, de uirtutũ ac uiciorum formis, de omni deniq; officio: non tamẽ in iſta immenſa uerborũ cõgerie plus re obtineret, quàm in compendio ſacro cõpræhenſum eſt. Oratione dominica uitæ ſcopus & uera beatitudo proponit̃, ad quam ſumus cõditi, quorſum eamus, quorſum tẽdere debeamus in omnibus inſtitutis noſtris, quid optemus uotis & deſiderijs noſtris, quid poſtulemus, idq; à Deo bonorũ omnium theſauro. nempe ut in omni uita noſtra decoretur amplieturq; nomen diuinæ maieſtatis: ut ueniat Dei regnum, nosq; totos occupet, uindicans à cõtrarijs poteſtatib. à cupiditatib. male morigeræ carnis: ut aſſerti ad uerã libertatẽ filiorũ Dei, ſummo bono iungamur ingenua obedientia, & in terra peregrinãtes meditemur iam uitã, quæ in cœlo infinitis ſeculis tranſigenda eſt: ut concedatur pabulum animæ in primis, deinde corpori ſuſtinendo uictus copia, quæ non officiat æternæ uitæ: ut peccantibus, cæterum culpas agnoſcentib. uenia obtingat cœleſtis clementiæ, ſtipulatis eandem gratiã erga proximos, qui fortè læſerunt: ut non præpollcant tentationes, impulſionesq; à ſummo bono detrahẽtes: ut poſtremo aſſeramur per opem diuinam à diaboli conſortio, quod barathrum eſt profundiſſimũ horrendis tenebris obductũ, & lerna omniũ malorũ. In ſymbolo tradit̃ ſuccincta, explicatiſſima tamẽ cognitio de negocio ſalutis per Chriſtũ partę, qua profeſſione quondã integris eccleſię rebus citra cõtrouerſiã declarabat̃, agnoſcebaturq; aliquis eccleſiaſticus ciuis, & orthodoxæ culturæ non aſpernandus ſocius. Ea formula cõpræhendit unum eſſe Deum eſſentia, trinum perſonis, quarũ & diſtincta ſint officia, et quędam proprietates actionũ patris filij & ſpiritus ſancti: eſſe cũ Chriſto capite omniũ ſanctorũ ſocietatẽ & bonorum cõmunionẽ, unde peccatorũ remiſſio contingit: ad poſtremum diem expectari corporũ humanorũ reparationẽ, mox totius hominis uitam æternam facto per Chriſtũ iudicio, ut impij globentur cum diabolo in cruciatus æternos, credentes colligantur in æternã cum Chriſto fœlicitatẽ. Decalogus præceptionũ diuinarũ & iudicandi & agendi, quod uerę pietati congruat, ſpecimen præbet eximium, quatuor capitibus perſtringens pietatẽ ad Deũ præcipue ſpectantem, ſex autẽ membris omne officiũ erga homines. Pręcipit eñ, ut ſe Deũm habeamus pro noſtro Deo, nullã ei proprietatẽ adimentes, nec aliũ adoptemus fictitiũ Deũ, tribuẽtes creaturæ quod ſolius Dei uiui eſt. dein ut nõ effingamus Deũ ulla corporea ſpecie, nimirũ cauſa religionis: tum ne abutamur diuinæ maieſtatis uenerando nomine: ad hæc ut requiẽ ſan

ctam diei præſertim ſeptimi diuinis meditationib. & ſanctis exercitijs impendamus. Præceptis uero conuerſationẽ humanã conſtituentib. honeſtam & æquabilẽ, omne genus uirtutũ et uitiorũ cõpræhendit, totaq́ diſciplina moralis, quæ à theologis, à philoſophis, à iuriſperitis ampliſſimis ſermonib. tradit. Nã principio iubet pietatẽ in parẽtes, tũ illos ex quibus geniti ſumus, tum eos qui loco ſunt parentũ, ut in maximo habeant precio. Deinde pulſio corporis uiolenta prohibetur, ne cui mortis occaſio præbeat. Tertio, ne adulterijs & ſtupris quiſq̃ cõtaminetur. Tum ne fraude quenq̃ lædamus. Deinde ne falſum adſtruamus, in detrimentũ proximi. Ad extremũ uoluntatẽ reqrit integerrimã, ut nullius rei alienę unq̃ nos capiat affectatio. Vis habere totã ſummã uno uerbo expreſſam, uno conſtrictã nodo geminæ charitatis, audi Chriſtũ ex Moſe uerba ſua repetentẽ. Diligas Dominũ Deũ tuũ ex toto corde, tota anima, ex omnib. tuis uiribus: Proximũ uero diligas, reſpectu Dei, tanq̃ teipſum. Ex hoc ſacratiſſimo nodo cõſtricta unitaq́ pendẽt lex et prophetæ. Hinc pẽdet quicquid ad religionẽ ueritati cõſentaneũ uel dictũ uel cogitatum, uel ſcriptũ uel factũ eſt, fieriq́ poteſt. Ad quẽ honeſti rectiq́ ſummũ apicẽ Iuſtinianus 1. Inſtit. lib. totã legitimæ ſcientiæ diſciplinã affixit tribus capitibus, ut honeſtè uiuatur, nemo lædatur, ius ſuũ unicuiq́ tribuatur. Nemo uero miretur in cõpendio theologiæ, quod uniuerſum pietatis cultũ indicat, nõ perſtringi circũciſionẽ aut paſhalis agni celebrationẽ, aut baptiſma, aut euchariſtiã, aut ullũ genus ſacrificiorũ, & externæ culturæ ceremoniã. Nihil enĩ propriũ cõtinẽt, aut prę ſe gerunt, nihil ad religionẽ cõferũt natiuã, quę pia mente uenerat opificẽ & gubernatorẽ omniũ. Sed quod uerbis eſt alibi expreſſum, typo ſacroſancto & maieſtatis pleniſſimo proponũt, peritosq́ myſteriorũ & attẽtos excitãt, mouẽt, rapiũt in contẽplationẽ diuinarũ rerũ, extra turbã hãc ſtrepitũq́ negociorũ mũdi altius euehũt, afflatu cœleſti interiorẽ ſenſum intellectus atq; uoluntatis afficiente. Itaq; uerus Dei cultor nunq̃ inſtituta ſapientiſſimi iuxta & benigniſſimi numinis, quod magnis de cauſis tradidit hæc ad excitandã pietatẽ, iungendosq́ animos illorũ, qui religionis ueræ ſocij & cõſortes ſunt. Queadmodũ enĩ umbra ſponte corpus cõſequitur, ita pietatẽ interiorẽ nõ deſtituet ſacrorũ ingẽs ſtudiũ uerbo diuino diſertè præfinitũ, adq́ gloriã Dei & ſocietatẽ inter pios alendã oculo ſimpliciſſimo directũ. Sine quib. tamen religionis ſubſtãtia integra ſuis partibus omnibus conſiſtit, quũ nõ reiecit ſuperba mentis aſpernatio. Quis enim neget quod hiſtoriæ ſacræ peritus ignorare nõ poteſt, multos ſine iſtis ceremoniarum ritibus Dei amicos et cultores extitiſſe primarios? Nam uera & antiqua, ut hodie iactitãt, et indubitata religio conſiſtit in mentis affectione pia erga Deũ, & intuitu ſummi numinis erga omnes conſortes humanæ conditionis, ad quos noſtra opera poteſt pertingere: ſine qua nemo Deo gratus, nemo acceptus eſt: per quã Deo placuerunt omnes, qui à cõ

dito

dito mundo' ſanctioris uitę & religionis integræ ſpecimen exhibuerunt, nec modo in populo Dei ex confeſſo, uerumetiam in cæteris gentibus. Quis em̄ perſpecta numinis beneuolentia, iuſticia, æquitate in oēs citra perſonę reſpectū, perſpectis pietatis genuinæ rationibus ethnicos è gremio diuinę bonitatis ejciet, tanq̄ unicus filiusfamilias, quos Apoſtolica Petri uox in ſinum fauoris cœleſtis penitiſſime repōnit. Eius em̄ uerba ſunt, quum admonitiōe diuina errorem abnegaret, quo uſq; huc putauerat ſolos Iſraëlitas ad conſortiū Euangelij et ſalutis per Chriſtū pertinere: Ipſa ueritate cōperi, ait, non eſſe perſonarū reſpectū apud Deum, eumq; non acceptare conditionē hominis exteriorem, ſed in omni gente qui timet illū, operaturq; iuſta, gratus illi & acceptus eſt. Neq; uero Dei timor ingenuus obtingere poteſt, niſi munere diuino per ſanctum ſpiritū: nec quiſq; ſanctificari, niſi per Chriſtum uerbū Dei & ſapientiā & potentiā. Præterea ſummū illud ſtudium ſeſe ad numinis uoluntatē comparandi ſiue timorem Dei quis uocet, ſiue ἐυσέβειαν ἐυλάβειαν, ſiue pietatem atq; religionē, fide, ſpe, charitate conficit̄, hoc eſt, ternario ſacro uirtutū theologicarū, uel potius diuinarū, quæ aliarum ſunt effectrices, altrices, perfectrices: nec ullum officiū ſolidæ uirtutis ſine illis eſſe poteſt. Fide nanq; ueritas appræhenditur, certiſſima perſuaſione. Fide appetit̄ Deus, ſentitur Deus, intelligitur Deus, quęritur Deus, inuenitur, appræhenditur, tenetur. Perſeuerantia in recti ueriq; propoſito adhæret̄ inuento ſummo bono cōtra omnes ſpectrorū aucantiū occurſiones. Charitate homo unit̄ Deo, fitq; cum illo unus ſpiritus, unus cum omnibus qui cum Deo ſunt uniti, unde ſe totū profundit ad ampliandam gloriā immortalis Dei, & inſeruiēdū cōmoditatibus aliorū cauſa Dei. Ex quibus liquidū efficitur, quotquot ex omnibus nationibus Deum cognouerūt, cognitumq; rite coluerūt, licet ceremonijs omnib. prętermiſſis, eam ſectatos eſſe religionē religioniſq; doctrinā, quæ principijs uniuerſalibus tripliciter conſcriptis uniuerſa continet̄, cuius notiones pręcipiētes iubendo, uetando, permittendo, pręmijs ſupplicijſq; ſanciēdo, quid faciat homo, uel quid refugiat ad legis titulū referunur. Quæcunq; uero promittūt, cōſolant̄, erigunt, iubent eſſe bono animo & ſecuro de beneuolentia Dei ergà nos, de benignitate, de illius prouidentia, de tota deniq; bonitate in primis ſpectabili, quod filiū ſuum unigenitū pro nobis tradiderit: Euangelij nomine recte inſigniuntur, quando illa denunciatione fauoris cœleſtis nihil iucūdius, nihil lætius, nihil ad uiuificandos animos efficacius eſſe poteſt. Si quis igitur hoc generaliſſimo canone accepto, quo tota ueritatis ſalutiferę doctrina compræhenditur (nec uerum uero poteſt unquam repugnare) ingrediatur uolumina ſcripturæ ſanctę, cum deſiderio cognoſcendi uoluntatem bonā Domini, precatus opem ſuperne uenientem, depoſitis opinionibus et affectibus aliunde ſumptis, haud quaq; in lectione theologica

aberrabit capitaliter: dicam plus, non ſæpe cogitationes illius uerè ſtudio ſi impingēt in rerum iudicio. Adhibita namq; ſpirituali norma, qua dirigitur ad loci cuiuſcunq; uerba, perpenſis diligenter ſuperioribus & inferioribus uerbis, perpenſo ſcriptoris propoſito cum circūſtantiarum collatione, uel ipſum genuinū & natiuum ſenſum depręhēdet, uel ſi alienum à ſcriptoris mēte, nō tamen alienum à ſpiritus ſancti ſententia, quę alijs in locis diſerte expreſſa eſt & hominib. catholicis perſuaſa. Cæterū quæ facultates requirantur ad ſcholaſticū & literatorium genus interpretandi, ut ad loci cuiuſq; ſenſum natiuum perueniatur, hic non eſt diſputandum: quoniam hoc patet quod uolumus conficere, canonicā ſcripturam quæ in unam ſanctam catholicam & apoſtolicam Eccleſiam per homines diuinos à cœleſti ſpiritu prodita eſt, certiſſimæ ueritatis & ſpectatiſſimæ fidei normā eſſe: inq; illa cōpręhenſum, quicquid dignum cognitu eſt ut pertinens ad beatæ uitæ rationē: illudq; ſcitiſſime traditum, ut nō minus idiotæ poſſint inde proficere, quàm literis perculti, et mentem ſacris traditionibus informare, tū ad actiones uitę piæ, tū ad iudicandi facultatē. Quicquid igit̄ utriuſq; teſtamēti ſententijs nō repugnat, bonum, honeſtū, rectūq; ab omnib. iure habet̄. Quod uero diſcrepat, inq; cōtrariā diuinę uoluntati ſententiā tendit, nullo autore poteſt cōditionē accipere, uel præclari facti, uel probabilis enunciati, uel boni ſcripti, uel ſapientis cogitationis. Principalis enim mentis exactiſſimæ normę conueniunt omnium uerè ſapientum atq; proborū ſententiæ, quid ſit in uita & moribus hominum, quæ Dei cum ipſis cōiunctio, quidq; ſit faciendum aut fugiendum. Quod ſiue dicatur cōmunis ſenſus piorū ab uno fonte infuſus, ſiue concors iudicium, ſiue cenſura ſpiritualis, qua cœtus piorum animaduertit in libris canonicis Dei uoluntatē, ſiue dicatur autoritas Eccleſiæ, non multum refert. Agere uero catholicis ſcriptis contraria, peccatum eſt: contrà ſentire, ſtultitia, error, prauitas mentis: cōtrà dicere, mendacium: peruertere, impij, falſarij facinus. defendere pertinaciter conuictum errorē dogmatis, hæreſis eſt: diſſimulare, deſerere agnitam confeſſamq; prius traditionem, apoſtaſia eſt & ſummæ perfidiæ defectio. Quid eſt aūt ſcripturæ ſanctę uoluntatis diuinæ ſententiam in hominis alicuius ſermone poſitam agnitamq; ſuggillare, damnare, mendacij nota, impietis cauterio inurere, à piorū cœtu ad coruos, ad buſta, ultra Lethes & Stygis flumina in extremas tenebras proſcribere? Res atrociſſima non habet condignū uocabulū. Expectatis forſan Clariſſimi Principes, ut hunc locum Epilogo inuectiuo proſequar. Deſunt uerba, quæ non minuerent ipſius rei fœditatem. Non res ad collationem ſuppetunt. Si dixero ſummum, dixero plus eſſe, quàm edictū principale turpiter reuellendo maieſtatem uenerandam lædere, dixi rem, ad quam om

nes

nes bonorum animi exhorreſcant, ad augmentum uero contumeliæ ſacrilegę nihil addidi. Qui damnat ſermonem aut ſcriptum canonicæ ſcripturæ conformatū, idq́ malitia, non errore ſimplicitatis, eumq́ foribus Eccleſiæ exturbatū comercio priuat fidelis populi, damnat ſimul quod à ſpiritu ſancto mentibus probis inſcriptum agnoſcitur cōſenſu partim expreſſo, partim tacito: quod uniuerſus mundi conſentus uociferatur, quod libri rectè ſapientium ex omni uetuſtate, quod conſuetudines bonę, quod ſancti mores, quod perfecta ratio ęqui & boni agnoſcūt: quod leges, quod iura ciuitatum, gentium, principum, quod decreta omnis ordinis iuſtè flagitant. Idem damnat per ultimam contumeliam principalis uniuerſalisq́ mentis ſententiam: damnat deniq́ ſub homuncionis titulo æternam immortalemq́ Dei æterni ueritatem. Nihil igitur ſupereſt ad defenſionē cauſæ, ut mei Pręceptores optimi à crimine falſiſſimo corruptæ religionis abſoluantur, illorumq́ libri ad ciuitatem fidelis populi reſtituantur, quàm ut oſtendū, ſcripta ZVING. & OECOL. ſcripturis canonicis accommodata eſſe. Non petitis ut omnes libros, qui multi & uario argumento ſunt ad utilitatem publicam perſcripti, euoluā, deq́ ſingulis ſententijs apud uos tanquam in ſcholam deductos prolixe diſputem, quod occupationum ueſtrarum non pateretur ratio, nec ullius hominis tanta poſſet ſperari tollerantia qui auſcultaret. Sed tamen generatim indicabo ſententiam meā de libris OECOL. & ZVING. ut equidem potui eorum ſermones uel auſcultando uel legendo comprehendere: uoloq́ libros ipſorū teſtes produci, ut arguar mendacij. Opinor me offerre conditionem non iniquam. Si proferetur ex libris eorum omnibus dogma hæreticæ prauitatis, idq́ probatum, & gladio ſpiritus olim confoſſum, quod nunquam fore cōfido, agnoſcam me confidentius parumq́ circumſpectè teſtatum eſſe. Confitebor meū mendaciū. Tranſibo à defenſione ad accuſationis partes, illumq́ doctrinę catholicæ aduerſum articulum, ut decet bonum uirum & in ordinem aliquem ſacras literas profitentium iudicio libero cooptatū, oppugnabo. Sin quid ex malitia, uel inuidia, uel petulantia quadam omnes inſectandi ſuggilletur, id pro mea uirili non cōuiciosis debacchationibus, quod in uiris eccleſiaſticis uehementer improbo, utpote ſcurris indignū, ſed argumentorū libratis rationibus defendam. Videtur igitur mihi omnis de religione doctrina, quam editis libris publicitus uel coram Eccleſijs intra priuatos, ut ſic dicā, Eccleſiæ ſuę parietes protulerunt, poſſe diuidi in theoriam & dogmata, in explanationem ſcripturarum, in modum adminiſtrandi munus Eccleſiaſticū, quāq́ rationē inierint, ad reſtituēdā externę religionis formā ab aliquot iā annis collapſam. In quęſtionib. dubijs, quę ſalutis ſummam non concernunt, nec ſcripturæ canonicæ teſtimonio aperto productæ ſunt ad liquidum, & tamen in diſputationes propoſitæ,

opinationē ſuam pari modeſtia & circumſpicientia exhibuerunt, æquiſſimo animo liberū arbitrium uel idem uel contrariū ſentiendi permittentes. Quod genus ſunt nōnulla pertinentia naturā angelorum, quum alij doctores magni cōtendant poſt mundi fabricationē creatos, alij non minus celebres theologi diuerſum adſtruant. Hæc igitur, de quibus hæſitare pia prudentia eſt, quum ab alijs mouerentur, aut omnino poſtularet res ab eis attingi, pendulū reliquerunt Eccleſiæ iudicium. Capita uero pietatis & doctrinæ conteſtatæ quaſi limites putauerunt, ſumma libertate atque cōſtantia ſibi aſſerendos, ut ſane præconiū ueritatis poſtulat, utque diuinis mandatis iniunctū fuit. In quibus tuendis tradendisque tanta uerſati ſunt reuerentia, tanta circumſpectione, tanta diligentia, tanta per Dei gratiam felicitate, ut nullum articulum orthodoxæ fidei uel tentarint loco depellere tantum abeſt à uero, quod amici noſtri calumniantur impudentis uanitatis & perfrictæ frontis homines, ullum dogma catholicum ab eis labefactatū. Teſtē integritatis in doctrina D. OECOLAMPADII aduoco, uel epiſtolam libro 1. cuius poſt imprecationem ſalutis initium eſt, Non ſine magna uoluptate. Quam priuatim, ut coniectura poſſum colligere, ſcripſit ad homines in regno Bohemiæ iam diu titulo defectionis et hæreſeos diuexatos. Apud quos profecto iucundum & ſuaue fuiſſet impietatis fel effundere, ac uirulentum ſtōmachum releuare, ſi quid contra uenerandam matrem & Chriſti ſponſam, unquam fuiſſet machinatus. Fuit enim is mos hæreticorum, ut Manichaicæ ſectæ & reliquæ fecis lerneæ, apud ſuos fautores myſteria impietatis propalare, quæ metus periculorum utcunque in tenebras recludebat. Audiri cupio teſtimonia præfationum, quas adiunxit Prophetis per ipſum explanatis, ut Danieli, ut Eſaiæ, ut tribus ultimis Prophetis. De ZVVINGLII ſentētijs produco teſtes ex multis paucos. Primū 67. quæſtiones, quas tuendas explicandasque propoſuit coram Eccleſia Tigurina, ultrò prouocatis in harenam, ſi qui confiderent à ſe poſſe aliquid ad refellendū afferri. Cito etiam librum de uera & falſa religione, illūque de prouidentia diuina ſcrupuloſiſſimi argumenti, & eum quo Carolo V. Auguſto principibusque Chriſtianis ad comitia Auguſtana tranſmittens fidei ſuæ rationem locupletiſſimam reddidit. Cognoſcatur etiam liber nunc primū in lucem prodiens, ad Principem Regemque Chriſtianum. Quæque integritas fidei ſeruata eſt in his adductis, eadem ſeruata eſt in alijs diſputationibus domi foriſque pertractatis: ut nunquam probatū iri confidam, quod uaniſſimis ſermonibus ſpargitur, & improuidis perſuadetur, ab his duobus Eccleſiæ Chriſtianæ moderatorib. ex ſummis fidei teſſerā ulla parte cōfractam eſſe. Nō minor & in ſacramentis adhibita eſt ſyncere diſciplinæ cura & diligentia, in ceremonijsque ſimplicioribus ad uſum Eccleſiæ non ſine ratione probabili deſtinatis: Et tum Sacramentariorū nomen probri titulo reportarūt.

Sed

Sed iſtos conuiciatores facilime redarguent toti duo libri epiſtolarũ præſentium 2.&3.de negocio euchariſtiæ & ſacratiſſimi lauacri. Quàm ſanctæ uero ſimplicitatis fuerint,& ſi lubet ita uocare,primordialis in Eccleſia ruſticitatis in actione myſtica ſacræ cœnę,in puerorum tinctione ad remiſſiõis peccatorũ,in Chriſto Ieſu teſtimoniũ in ſanciendis et benedicendis matrimonijs,in cœtu ſacro cõuenienti ad preces & auſcultationẽ diui ni uerbi,uolo teſtificari Eccleſiarũ noſtrarũ libellos rituales. De ueneran do aũt corporis & ſanguinis Dominici ſacramento quàm pie, quàm religioſe,quàm ſcripturis et fidei orthodoxę cõuenienter ſenſerint, quantaq; dexteritate negociũ iſtud ſacrũ ſubierint, adminiſtrarint, in uſum fidelis populi produxerint,uidetur plenius dicendum. Nam hinc in uiros optime de repub. meritos grauis aduerſaria conſtituta eſt, magnoq; impetu acribus quibuſdã uiris neq; indoctis et illos et profeſſionis eiuſdem cõſortes inuadentibus,quis ignorat qualis tragœdia in atria Domini,ubi myſteria diuinę cõmunionis celebrant, introducta ſit? Neminẽ accuſo propterea,qui cõſilia hominũ uſu cognoui aliàs errore, aliàs malicia impingere. Multi perſancte obteſtant, ſe dimicationẽ ſuſcepiſſe ob tuendas religiones ſummi Dei aduerſum uiolatores Euangelicę doctrinę, temeratores ſacrę diſciplinæ. Nõ dubiũ mihi eſt,quin aliqui uiri boni,quibus non uacauit aut non libuit cognoſcere ſcripta noſtrorũ hominũ,aut qui delationibus falſis perſuaſi ſunt, eã de nobis opinionẽ altius demiſiſſe in animũ,ceu uotũ, ſtudiũ, conatus totus eò tendat, ut perfringant diuinę traditiones. Hos equidẽ laudare ſoleo,quod ſtudiũ ſuum tuẽdi patrias,cæterũ ex Deo inſtitutas obſeruationes,nõ diſſimularint. Poſſem referre exempla uirorũ excellentiũ,qui grauiter contenderunt in ciuitatis adminiſtrandæ rationibus,quũ uterq; ſuo iudicio uellet defenſam & ſaluã remp. Extant in Eccleſiæ hiſtorijs cõtentiones magnæ de rebus fidei,non dico iam Auguſtini Hieronymiq; inter ſe, aut Hieronymi & Ruffini,quẽ optimum & doctiſſimũ uirũ fuiſſe teſtat Auguſtinus: ſed Petri & Pauli principum Apoſtolorum. Sinit ẽm Deus ſapientiſſimo cõſilio uenire in conflictum ſuos homines, ut & ipſi penitus ſeſe nouerint, & ueritas illa contentione iactata,uentilata,diſcuſſa, clarius emicet,obtẽta in maiori habeatur precio. Sed in cœna dominica ſine Deo,ſine religione,ſine omni ſtudio publicæ utilitatis,ſine ratione charitatis ob ſuũ quæſtum aut nomen turbas excitare,atq; Chriſtiani fœderis ſymbola cõuertere in conuiuium Lapitharũ, uelutq; ſubuerſa menſa Domini,extinctis luminaribus fidei & charitatis debacchari, & arreptis armis quæcunq; furor ſubminiſtrauit innocẽtes petere,inuadere,proſternere,iugulare,ferro,laqueo,undis, flammis perdere, quis probus recte factũ agnoſcat? quis nõ deteſtet? De meis Præceptorib. ZVING.& OECOL. hoc uere dicere poſſum,quod egregio in remp. Chriſti aĩo permoti religiõe protulerũt, quod ueritati, quod natiuę pietati, quod dogmatib. catholicis & ſcripturę canonicę in euchari-

euchariſtię negocio cōſentaneū adepti ſunt. Itaq; magno ſuo periculo nihil obſcure, nihil meticuloſe, nihil inſidioſe uoluerunt dicere, ut homines à falſis opinionibus, à uanis ſuperſtitionib. à fallaci fiducia in cerimonias & elementa, quæ duntaxat exercendę interiori pietati parata ſunt, utreſpiraret afflictæ cōſcientię per detectionē ueritatis, quid ſentiāt de Saluatoris corpore ſacratiſſimo: ſimulq; ceſſarēt ſpoliationes pauperū, quę prætextu religionis friuolę, non in bonū eccleſię aut progreſſum ueritatis aliquorū opes exaggerarunt. non cunctantes quod Thomæ ſubtiliſſimo contradicerent, qui Chriſtū cœlitus deuocari cōtra fidei articulos aſſerit: quem & ualide oppugnarūt aliquot doctores ſcholaſtici. quanq; præualuit ſententia Thomiſtica, qua ratione, apud ſingulos pronūciare non poſſum, nec debeo. In eam ſententiā certe uidet in cōcilio magno, cui tot epiſcopi, tot prælati, tot regū & principū legationes interfuerunt, decretū factū, ut ſacramentarius articulus ad ſummā trinitatē & fidē catholicā adiungeret, quod uſq; huc à Chriſti Domini tēporib. in omnibus fidei profeſſionib. et ſymbolis factitatū non fuerat. Vnde criminis excrebalis titulus præter meritū, præter ius impactus eſt Zuinglianorū, Occol. Suermerorū, ſacramētariorū, ſectariorū, hæreticorū, et alia uerba, quę ad hoc ſacrū carmen pertinent. Oppoſuerūt etiā ſe præſtantes euangelij præcones uel non cognita et intellecta, uel ſponte improbata noſtrę profeſſionis ſententia. Vnde calamitoſa hæc reip. Chriſtianæ contentio exorta eſt, incaleſcentib. ut ſolet animis ſtudio retinendi cōceptam ſententiā, multis etiam ſtolide uenientib. ad partes: qui ſic obliti ſunt omnē modū & modeſtiā, omnē charitatē, ut neſcias uoluerint ne fouere adiutareq; controuerſiā, an claſſicū ad furorē canere, ac delaſſatis antagoniſtis frigidā ſuffundere. Quam cōtrouerſiā ut potero ſimpliciſſime uobis reip. Chriſtianę primarijs moderatorib. exponā, limitibus quibuſdā diſtinctā, ut penitius cognoſci queat. Et utinam per uos Deus illam præſtet occaſionē, ut omnes Chriſto cōſecrati meorū Præceptorū ſenſum profecto pietati cōcinētē introſpiciāt. Fieri eñ nō poterit, quin ueritatis & charitatis Chriſtianæ ſtudioſi noſtrā ſententiā probent, amplexentq;, utpote articulis fidei catholicæ, ſcripturis oracularib. dominicæ paſſionis uſuifructui, & huic inæſtimabili theſauro tum uitę tū ſalutis tam arcte aptatā, ut auelli nō poſſit. Hinc ultro nobiſcū redibūt, uel potius ad nos redibūt in gratiā: quia nō excluſimus ab amoris pij uiſcerib. Quanq; ſtudiū ſit hoc nobis charitatis cū ueritate ac ueritatis cū charitate, ut nihil cuiq; cōcedamus donemusq; precario in cauſa, quæ priuata non eſt, ſed eccleſiæ, ſed piorū omnium, ſed fidei catholicæ & noſtris & poſteris temporibus, ſed Chriſti Domini & ſeruatoris noſtri. Eſt nobis amicus doctus, amicus idiota, amicus omnis qui ſtudio ueritatis fideiq; retinendæ atque eccleſiæ defendendæ contra nos ſentit, contra nos diſputat: ſed magis amica ueritas, & ueritatis pater Deus. Prudenter igitur ZVINGLIVS & OECOLAMPADIVS cum alijs uiris bonis, nec

minus

minus pie cogitantes myſteriorum conditionem, quod in uſum & fructū populi fidelis ſint diuinitus inſtituta, nec prodeſſe poſſe aut rite uſurpari, niſi plane intellecta, cenſuerūt nō minus diligenter explicandū Chriſtianæ plebeculæ ſymbolū ſacratiſſimū corporis & ſanguinis dominici, quàm religioſe uenerandū. Non enim ob id myſteria dicūtur, ut lateant uulgares homines religionis ſtudioſos: ſed ut cōſortes religionis eorum ſcientia penitiſſima imbuti, medullitus cōglutinent̃. Neq; refugiūt inquiſitionem, & oculo ſimplici quęrentibus poſſunt euidenter explicari, cum fides pie meditetur incarnationis myſterium, et trinę unitatis, unitatisq; trinitatis profundiſſimū arcanum. Iunctis igitur diligentia cognoſcendi & credulitate quod uerum eſt amplexandi, eucharistiæ negociū ope diuina in manum ſumpſerunt: præſertim cum religio ſincera dicto citius ab imperitis rerum diuinarū, aut queſtū ex fidei rebus quærentibus, poſſit collabefactari deprauatione ſacramentorū, in quibus ceu in compendium et ἐπιτομὴν piæ ſalutiferæq; doctrinæ ſumma reducta eſt. Cuius rei extat ſanè q̃ horrendū exemplum miſſatitiæ nundinationis, qua paſſionis ſalutaris ſplēdor, & animarū uitę cupidarū unicæ deliciæ tantū non obſoleuerunt. Vt ergo in præſens animi ab errorib. pernicioſis liberarent̃, & in poſterū ianuæ eccleſiaſticæ impoſturis præcluderent̃, captui ſimpliciorū hominū conſulentes, diſtincte diſſeruerūt de rebus per ſymbola ſignificatis, & illis quæ ſignificant: interim ut uiſum eſt ad rem cognoſcendā pertinere, ad obiecta reſpondentes. Quę tractatū explicandi ſacrū euchariſtię, ut exacte poſſit æſtimari noſtra ſententia, meis uerbis plerunq; utens, diſtribuā in tres partes, ut perſpicua ſimplicitate ac breuitate primū dicatur de rebus ſpiritualib. myſterij ſigno denotatis, & in quibus eſt omnis ſalutis effectus: deinde dicā de ſigno & rebus corporeis, & uerbis ſacris cōprehenſo: tum loco tertio explicabit̃ ſtrictim de ritu, qui pluribus extēditur partibus, quis inſtituerit tantū ſacrū, & quibus, & ob quā rem, quo loco, quo tempore, quaúe celebrandū actione. Etenim quia poteſt naſci error tam ex uerbis q̃ ex rebus, diligentē operā ſumpſerūt mei Præceptores maiorū exēplo & uerba explicādi, quę propria, quę mutuata, quę figurata: et res ediſſerēdi, ſūpta ex ſcripturis materia fidei catholicæ, & charitatis regula interim adhibita. Primū cognoſcat̃ de rebus ſignificatis et ſpiritualibus, quę in cœna dominica repręſentant̃, & ab anima fideli per ſpiritū ſanctum uere percipiunt̃. Quæ perfecto aliæ non poſſunt eſſe, quàm à cōditore huius ſacramēnti Chriſto expreſſę: corpus quod pro nobis frāgitur, caro quæ dat̃ pro mundi uita, ſanguis in calice noui teſtamenti, qui effundit̃ in remiſſionē peccatorū, tum illorū participatiō & cōmunio. ad hæc, memoria celebratioq; munificentiſſimi autoris, per quē hæc obueniunt. ſiquidem præcipit, Hoc facite in mei memoriā: Pauluſq; myſtagogus optimus exponit, mortem Domini annunciandā eſſe donec ueniat, nimirum Chriſtus, ad iudicādū uiuos et mortuos. Hiſce tribus animaduerſis,

conſta-

conſtat,hoc ſacramentũ corporis et ſanguinis dominici eſſe aptũ & inſtitutũ diuinitus,ut repræſentet fructũ paſſionis dominicę,ubi ſalus,ubi uita,ubi ſolatiũ, ubi deliciũ animæ.Et ubi ſunt impudẽtis uanitatis blaterones,qui dicunt nos habere inania ſigna, qui celebramus ſacramẽta corporis et ſanguinis Chriſti,alimentũ uitale inde percipientes?Quod quidem perinde mihi uideť eſſe,ut ſi quis dicat ciuitatẽ aliquã inanes habere tabulas aut inſtrumentũ,in quo continetur priuilegiũ unicũ huius ciuitatis ex dono Principis alicuius,ut benigniſſime utanť aulæ ſuæ felicitate omnes ciues:quo gaudent omnes, fidem adhibent, utũtur beneficio, ſolenniter cum magna ueneratione atq; gratitudine proferũt, tantum ſimul beneficiũ laudando gratulandoq; celebrantes.Cæterũ cum indicať homini,per hoc ſacratiſſimũ ſymbolũ proponi corporis Chriſti & paſſionis participationẽ,an nõ ſtatim pia mens quęrit de natura corporis Chriſti,& quomodo percipiať,quomodo cõferat alimentũ uitale?Si deſtituanť hic ſimplices homines,et nõ placide erudianť,ut Epiſcopũ decet eſſe docẽdo idoneũ:aut perpellanť imperioſis uerbis,Oportet credere Chriſtũ adeſſe corporaliter,quantus,quantus,& eo modo quo pependit in cruce: Nec ulterius inueſtigandum quomodo adſit,qui per miraculũ,quæ potentia Dei eſt,ſupernaturaliter adſit: quàm intricatis cogitationib. inuoluentur?ut fluctuabunt?ut iactabunť ultro citroq;?Nam ueritas humani corporis in Chriſto repugnat,multaq; ſcripturæ ſanctę teſtimonia reclamant.capita etiã ſymboli Apoſtolici, quod Chriſtus aſcendit in cœlũ ſedens ad dexteram patris omnipotentis, inde uenturus ad iudicium, idiotis moueri uidentur. Oportuit igitur ſana interpretatione diſcrimina conſcientiarum grauiſſima diſpellere, fideiq; fundamẽta ſic munire, ut intelligerent etiam imperiti rationẽ, qua Chriſti ueri Dei & hominis corpus utiliter neceſſarioq; ſumatur,tum aliâs,tum in cœna myſtica,præcipue in uitæ alimentum,ſaluo tamen Canonicę ſcripturę textu,& omnibus partibus fidei catholicæ in gradu firmo perſiſtentibus. Docuerunt ergo diſtincte ueritatem corporis Chriſti, & modũ percipiendi: nempe, corpus Chriſti proprie loquendo.non transformato ſermone, ut eccleſia corpus Chriſti dicitur & eſt, ſed myſticum & ſpirituale:ſed propriè loquẽdo, ut corpus humanum in una perſona diuinitati iunctum eſt, non mixtis aut permutatis naturis,ut diuina tranſierit in diuinã, aut cõtrà,ſed ut unus ſit Chriſtus cũ patre & ſpiritu ſancto adorãdus perfectus in humanitate, ſicut eſt perfectus in diuinitate,ut habet profeſſio quorundam ſymbolorum,& illa quæ ponitur libro Codicis:id corpus unum eſſe,tamen diuerſo modo affectum ante reſurrectionem & poſtea. Hoc corpus clara uoce profitemur eſſe uerũ,noſtro conſubſtantiale,non phantaſticũ,ut Marcion cum alia ſentina hæreticorum blaſphemat,idq; corpus uerè ſumptum de corpore Virginis Mariæ ex ſpiritu ſancto, quod pro ſolutione peccatorum & uita mundi traditum eſt in uarias affectiones cruciatusq; & mortem:

eſſeq;

eſſeq́ſepultum triduo. à quo ſanè corpore non caro, non oſſa, nerui, ſanguis, cæteriq́ humores corporei ſeparari aut abeſſe poſſunt. Nec animam ſeparamus à uiuente corpore, ut ſola diuinitate fuerit animatũ, iuxta blaſphemias Appollinaris: & hoc corpus obnoxium fuiſſe uarijs affectionibus uicibusq́, more humano, ante reſurrectionẽ quidem. Id hodie nemo quod ſciam oppugnat, dudumq́ ceſſant impiorũ Cerberei latratus. Per hoc corpus, cui diuinitas eſt adiuncta, nodo nunq̃ ſoluendo, & totam Chriſti humanitatem ad ſalutem generis humani profuſam aſſeritur à noſtra parte: uniuerſum peccatum totius mundi, ſiue originale: ſiue actuale, ſiue quocunq́ titulo notatur, perſolutum: & negocium ſalutis æternæ confectum, ſicut Dominus in cruce expirans ait, Conſumatum eſt: & Zacharias præuidens hæc ſpiritu ait, Deletum peccatum totius terræ uno die. Id epiſtola Heb. Rom. & totum Euangelium crepat. nec Chriſtum porrò mori, qui ſemel moriens ſuſtulit uniuerſa peccata credentium: nec ſacrificari denuo, qui æterno ſacrificio ſemel perlitauit, cuius effectus diſtribuitur per ſanctum ſpiritum in omnes fideles: nec offerri per homines qualeſcunq́ Chriſtum filium Dei, qui ſeipſum ſacerdos ſummus obtulit patri cœleſti hoſtiam catholicam, ſemel ingreſſus in ſancta ſanctorum, æterna redemptione inuenta. Hic quidam contradicunt, quibus impietas, obliteratio paſſionis Dominicæ, Chriſti euacuatio dulcis odor eſt lucelli pluſquam Symoniaci aut Iſcariotici. Quos conuincit tota ſcriptura Prophetarum & Apoſtolorum, aſſentientibus optimis quibuſque. Sequitur de corpore clarificato, niſi quis uult magis appellare poſt reſtitutionem à morte ſpirituale, controuerſię ſtatus, niſi mutuum non intelligimus, quæ hodie fatigat Euangelij profeſſores. Idem corpus noſtro cõſubſtantiale per omnia, excepto ſemper peccato, quod mortuum fuit & ſepultum, reſurrexiſſe dicimus ſecundum ſcripturas, nec perdidiſſe ueri corporis noſtri naturã, ad quem archetypũ et nos reſtituendi ſumus. Nam qualitates duntaxat accidentarię, quę mutationi, quæ affectionibus obnoxiæ ſunt, uelut eſt augmentum, minutio, calor, frigus, ſomnus, uigiliæ moleſtæ, fames, ſitis, labor omnis & defatigatio, quæq́ id genus alia ſunt, corpori detractas nouimus. Manſit autem elementalis materia de corpore Virginis ſumpta, cęterũ ab omni mutatione defecata purificataq́. Manſit corporis modus, ut reſurgente Domino lapis ſepulchri ſit reuolutus, nec infinitũ eſt corpus humanũ, quod ſolius eſt diuinę eſſentię: quæ quidẽ abſolute in Chriſto exiſtens, nõ tamen corpus ad infinitatem extendit, ſiquidem duę naturæ in Chriſto nec permixtę, nec permutatæ ſunt. Hinc factum eſt, ut in cauſa euchariſtiæ diligentius diſputatum ſit de communicatione idiomatum, ut Auguſtinus uocat: uel ut alij, proprietatum: ut ZVING. ſimpliciter dixit de alloeoſi, quod aliquos offendit, abs re ut opinor. Itaq́ finibus circumſcriptum, &

terminis corporalibus oportet intelligere finitũ Chriſti corpus, et loco dẽ remptũ, ut quũ hic ſit, alibi non ſit, quemadmodũ ait Auguſt. ut alios taceã: Corpus Chriſti in quo reſurrexit, nõ poſſe eſſe in pluribus locis, ſed ueritatem ipſius ubiq; eſſe, quod ueritati & naturæ corporũ humanorũ, quæ poſt reſurrectionẽ obtinget ad inſtar capitis Chriſti, qui ſenſum nõ refugit, quia tangatur, uideatur, audiat à diſcipulis, ſic affixum eſt, ſic ſcripturis roboratũ, ſic pijs patribus depræhenſum & confeſſum, ut mirum ſit theologiæ peritũ iſtud negare. Nõ detrahimus eidẽ corpori animam, ut & nos expectamus reſtituto corpore ac anima æternũ uicturos. Illud ipſum corpus, uerum, animatũ, finitum, loco prehenſum, exactis diebus carnis, ut Chriſtus adimpleret omnia æterno Dei conſilio prouiſa pronunciataq;, tranſtulit ad cœlos, extra hunc uiſibilem & corruptibilem mundũ præfatus ſe abire ſimpliciter, non uiſibilis aut inuiſibilis carne affuturus. Conſeditq; ad dextrã patris ęqualis gloriæ & potentię Dominus omniũ, rex Eccleſię ſuę, interceſſor unicus fideliũ, ubi manet ad conſummationẽ ſeculorũ. & ſicut abſens erat cœlo ſecundũ ſubſtantiã humanã, quum eſſet in terra, ut ait Fulgentius ad Thraſymachũ: ſic dereliquit terrã, aſcendens in cœlũ, unde iudicẽ omniũ expectamus in fine ſeculorũ. Hęc palàm profitenda cenſuerunt mei Pręceptores, quę hominem Chriſtianũ aut ignorare, aut negare, aut diſſimulare nõ decet. Eccleſia tamen ſuo ſponſo, ſuo rege, ſuo tutore, ſuo ſacerdote, ſuo magiſtro non deſtituit, qui dixit: Manebo uobiſcũ uſq; ad conſummationẽ ſeculi, & ubi duo uel tres cõuenerint in meo nomine, adfuturus ſum iter illos medius. Chriſtus eñ abſens dedit arrabonẽ ſpiritus, ut ait Auguſt. Pſal. 128. Et diſcedens miſit uim uicariã ſpiritus, ut loquitur Tertull. nec nõ localiter nobiſcum in terris diuerſat, his pręſto exiſtẽs, qui ſibi adhęrent. An poſſet Chriſtus caput auelli à corpore ſuo myſtico Eccleſiæ, ut ſchiſmatica et impia ſecuris, quę falcibus et ſecuribus Rom. imperij ſucceſſit, machinat, aliud caput plerunq; lutulentũ ſupponens, membraq; naturalia & ſana nequicq; reſcindẽs? Sed corpore abſens Chriſtus extra hunc mũdũ uiſibilẽ in quo degimus, adeſt ſuis præſto & pręſentiſſimus ſpiritus effectu, uirtute, potentia, prouidentia, quẽ in pectoris ſui ſacrario unà cum patre & ſpiritu ſancto præhenſione certiſſima fidei obtinent ſinguli fideles. Dicit eñ in Euangelio ſecundum Ioan. Qui me diligit, ſermonem meũ ſeruabit, paterq; meus diligit eum, ad quẽ uenientes manſionẽ apud eum faciemus. Et quid queritur amplius? An aliquod ſacrilegiũ admiſſum eſt? An hereticum aliquid ſubolet? Nunc de pręſentia & perceptione corporis Dominici in ſacra cœna dicendum eſt. Non poteſt quicq; planius ueriusq; dici, nec ad ſalutiferã tum Chriſti cognitionẽ, tum uſurpationem & perfruitionẽ ſymboli, quàm ſi aperte loquamur citra inuolucrũ ullius uerbi, quod res eſt, quum ueritas diſcutit, nam declamare ad populũ &

ſancti

ſanctimoniç ſtrictioris admonere, cõmunione ſacramentorum adducta ius illud habet, ut ampliter dicat, resq; ſpecioſiſſimis uocabulis proponat: id quod à ueteribus factitatum minus diligenti lectori præbet occaſionem aliter intelligendi ſententias patrum, quàm uoluerint, aut in diſputatione directa enunciaſſent. Sæpe uidentur ponere Domini præſentiam corporalẽ, dum eleganter amplecq; uolunt dicere: Sed ſi perpendantur loci præſentis circumſtantiæ, aut quid alibi dixerint, quid alij nõ minoris æſtimationis Theologi, facile tollit abſurditas ſententiç. ueluti Hieronymus alicubi dicit, ad ſacerdotis prçces Chriſti corpus & ſanguinem confici: alibi ait, illos ad euchariſtiam Domini aduentum imprecari. Sed idem 2. quçſtione ad Hedibiã, iubens nos conſcendere in cœnaculũ magnum, & à Chriſto ſurſum accipere calicem, planam reddit ſententiã quç antè mentem cogitatiõe craſſiore fatigabat. Idem in parabola de filio prodigo dicit, Chriſtum quotidie immolari credentibus. Huic ſi cõferemus uerba Auguſt. ex cõment. Pſal. 22. nihil abſurditatis in animo relinquetur. Quod factum eſt ſemel in memoria noſtra, fit omni anno. quoties paſcha celebrat, nunquid toties Chriſtus moritur? Sed tamen anniuerſaria recordatio quaſi reprçſentat, quod diu factum eſt: & ſic nos facit moueri, tanq; uideamus in cruce pendentẽ Dominũ, non tamen irridentes, ſed credentes. Pendens enim in ligno irriſus eſt, ſedens in cœlo adoratur. Quũ ſcribit Tertullianus contra Marcionẽ, Chriſtus acceptũ panem & diſtributum diſcipulis corpus ſuum fecit, Hoc eſt corpus meũ dicendo: uidetur omnino id ponere, quod Ioan. Damaſcenus diſputat copioſius, quod nunc in ſuo inſtrumento cõcluſum putant ſacrifici: ſed mox quid ſenſerit, explicat unius uerbi additione, Corpus meũ, id eſt, figura corporis mei. Proinde mei Prçceptores nõ uendicarũt ſibi modũ loquendi, ut docerent, nec offenſi ſunt figuratis ſermonibus ad res diuinas amplificandum, quos ὑπεροχὰς ZVING. ſolebat dicere, ueluti uerum corpus Chriſti dari, confici, edi, in corpus demitti: ſed explicationẽ uerborũ intellexerunt ad uulgus neceſſariã, dum ipſa rerũ natura diſcutit. Quid ergo melius? quid tutius? quid expeditius? quid rectius dici poteſt, quàm Chriſti corpus in cœna uel in ſymbolicis rebus nõ adeſſe corporali prçſentia, quæ loco circundat: ſed eſſe ſuprà in uno aliquo cœli loco extra mundũ uiſibilẽ, uel ibi uel alibi, nec adeſſe fidelib. cõuiuis alio modo quàm extra cœnam, niſi quod per uerba & res uiſibiles corporeasq; ſenſui obijcit corporis, & per ſenſum intellectui mentis, & id reprçſentatũ magna energia, quod percipit impreſſumq; affigit animç fidelis intellectus. Quomodo antè incarnationem perceptus eſt Chriſtus à credentibus in uenturum ſaluatorem, qui comederunt eandem eſcam nobiſcum ſpiritualem & biberunt nobiſcũ eundem potum ſpiritualem, ſub diuerſo aut abſque ullo ſymbolo, nempe Chriſtum, Apoſtolo Paulò teſte. Nec ſenſus boni,

nec uera lætitia animæ, nec uita eſſe poteſt, ni Chriſtus uerus Deus & homo percipiat̃, quo uiuunt in Domino mortui, quo angelicę mentes, quo in terra degentes homines. Hoc certe corpus appręhendiſſe noſtrũ corpus nullo modo poteſt dici, quod omnem ſenſum refugit, nec perceptum eſt uel ab oculo, uel ab aure, uel guſtu, uel odoratu, uel tactu: nec ſenſus percepiſſe, quod non ſentiſcit. Solo igitur intellectu præhenſatur Chriſti corpus, & quidem abſens, quo uictitarunt omnes patres & prophetæ qui à condito mundo ſalutem adepti ſunt, quo cœlites, quo piorũ tota ſocietas. Magna ſuppetit materia, de potentia opificis ſummi ſplendide ampleɋ̃ dicendi, ſed eadem uoluntati admodulata eſt, quæ nihil abs re inſtituit, quod ſapientis eſt: nec bene facta, nec uere dicta rurſum deſtruit, quod diuinæ conſtantiæ eſt. Poſſunt etiam hæc omnia pio ſenſu dici, quæ ferè ſolent in euchariſtiæ diſputationibus enunciari. Corpus Chriſti adeſſe ſpiritualiter, aut ſacramẽtaliter, aut myſterialiter, aut in myſterio. Adeſſe, dari, ſumi, ſub ſpecie aut forma panis aut uini: adeſſe uere, ſubſtantialiter, eſſentialiter, realiter, corporaliter, non tamen qualitatiue, quantitatiue, localiter, naturaliter, circumſcriptiue, aut nõ adeſſe niſi per miraculũ ac ſupernaturaliter. Iam & Chriſtum ineſſe pani cõſpectu eſſentiæ, aut panem & uinum uniri cum corpore & ſanguine, uirtute uerborum Chriſti, ut adſit cum pane, in pane, ſub pane: aut cõfici corpus & ſanguinem Chriſti, tranſire, transformari, transfigurari (ſicut Ambroſius dicit, Corpus Chriſti transfiguratum) aut tranſſubſtantiari, permutari, quæ omnia dicta ſunt à diuerſis. Sed quocunɋ̃ ſenſu dicantur hæc, ut interpretando poſſint aliò & aliò trahi, ſemper uidetur ſimplicibus dici quod res non eſt, fingiɋ̃ corpus Chriſti locali poſitione pręſens, quod in aliquo cœli ſpacio adoramus. Ad explicationem uero abſolutã, ut multę abſurdiſſimæ res cogitationẽ minus turbarent, bonam phyſices & metaphyſices partem oporteret aperire: quas ſubtiliores diſputationes pauciſſimi ex turba uariјs occupationibus diſtricta, nec intendens ingenium ad altius indagandũ, nec multi habẽt id acumen ingenіј, ut poſſint, caperent: ad hæc homo talibus ad uitam, beatitudinemɋ̃ nõ paſcitur, non magis quàm uento, qui diſertis oraculis Dei ad religionẽ obſtringitur. Poſſem in noſtras partes adducere, qui maximę diſſidere uident̃, ſi eſſet propoſitum omnes omnium ſententias ad concordiã redigere. Ioannes Damaſcenus in 4. ſent. ualde urgens uirtute uerborũ Chriſti uerum corpus confici, dictum Auguſt. improbat, qui figurã exponit. Sed qui iubet intueri pendentem in cruce, aſſeritɋ̃ Chriſtum eſſe corporaliter in cœlo ad dextram patris, nõ tamen ut fingamus brachia, ſicut in noſtris corporibus, uniuerſumɋ̃ negociũ per ſanctũ ſpiritũ tranſigi: uel nobiſcũ ſentit, uel ſibi diſcrepat. Quid magis uidet̃ opprimere dogma integerrimum de cœnę Dominicæ myſterio, quàm ſententia ſacramentaria pontificiorũ,

quæ

quæ eſt 1. Decretaliũ de ſumma trinitate? ea enĩ ſic habet: In Eccleſia idem ipſe ſacerdos, eſt ſacrificium Chriſtus Ieſus, cuius corpus et ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis & uini ueraciter continentur tranſubſtantiatis pane in corpus, & uino in ſanguinem poteſtate diuina, ut ad perficiendum myſterium unitatis accipiamus ipſi de ſuo, quod accepit ipſe de noſtro. Et hoc utiq; ſacramentum nemo poteſt conficere niſi ſacerdos, qui ritè fuerit ordinatus ſecundũ claues Eccleſiæ, quas ipſe cõceſſit Apoſtolis eorumq; ſucceſſoribus Chriſtus Ieſus. Dura uidetur in nos hæc ſententia, & malleus hæreticorũ. Et tamen mihi uidetur poſſe tractando liqueſcere, ut ſponte ſequatur manum ad noſtras partes ducentis. Videamus enim ut ſtatim molleſcat non ignibus nec follibus diuinæ ſcripturæ adhibitis, nec uerbis inter ſeſe collatis, ſed collatione dicti cuiuſdam ex ſermone pashali Gregorij patriarchæ ceremoniarum. In fine cuiuſdã miſſæ legi teſtatur bonus pater: Perficiat in nobis quæſumus Domine, tua ſacramenta quod continent, ut quæ nunc ſpecie gerimus, rerum ueritate capiamus. Eã ueritatẽ ipſe intelligit manifeſtam uiſionẽ Chriſti, ſicut reuera eſt: ut in Ioanne legitur, Qui me diligit. non improbat tamen cuiuſdam alterius ſententiam qui ueritatem expoſuit, efficiẽtiã corporis et ſanguinis Dominici, hoc eſt, remiſſionẽ peccatorũ. Quid poſſet aptius dici ad uerũ et genuinũ intellectũ ſacræ cœnæ, q̃ ſpecie rerum ſignificãtiũ effectum geri præſentariq; paſſionis Chriſti? Sed rigidis illis canonum ſacrorũ interpretibus non eſſet factũ ſatis, niſi carmen Berengarij uelut pſitacus uocẽ doctus humanã redderemus, obteſtati nomen Dei tremendum, nos credere, ſenſualiter nõ ſolum ſacramentum ſed corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe & in ueritate ſenſualiter manibus ſacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentib. atteri. Sed rem ipſam agamus. Ad uitandas igitur multas ſuperuacuas quæſtiones & interpretationes longe intricatiores, ut omnis nebula erroris, quãtũ poſſet, à myſterijs ſacratiſſimis fugeẽ, uoluerũt mei Præceptores piæ memoriæ, ad ædificationẽ Eccleſiæ diſerte loqui. non reb. corporeis, ut quæ ad ſignificandũ ſunt inſtitutæ, capi Dominicum corpus, niſi quatenus uerba uel res ad figurandũ aptæ, ſunt aliorũ intelligẽdorũ acceptabula, ut per ſenſus corporis, mox per intellectũ utpote ſenſum m interiorẽ ad animũ perferãt. Neq; corpus ſanè aliud percipere, q̃ res ſacramentales & ſignificatiuas, panẽ, uinũ, uerba ſacra, totam deniq; actionẽ. Ipſe animus per intellectũ, qui eſt uiſus animæ, auditus animæ, guſtus animæ, odoratus animæ, tactus animæ, percipit quod ſymbolis offertur, ſpiritu ſancto inoperante fidẽ, quæ apprehendit certiſſima perſuaſione, inq; pabulũ et uitã animæ cõuertit, quo & corpus ſuſtentatum à reſurrectione poſſidebit immortalitatẽ. Quid aũt offertur? quid exhibetur? quid repræſentatur? Nimirum totus fructus et effectus paſſionis dominicæ, inæſtimabilis theſaurus, & unica ſalus uitaq; mundi. Quan-

tum credo, tantũ capio. tantũ capio, quantum intelligo. tantũ intelligo, quantũ mihi per ſuum ſpiritum benignè contulit Dominus. Quàm luculenter? quàm clare? quàm breuiter & copioſe uel idiotis hominibus repręſentaī ſacramento per ſapientiā Dei mirifice inſtituto fructus paſſionis dominicę? Ea nocte qua proditus ac traditus eſt Dominus, inſtituit ab ipſo autore ſalutis cœna myſtica, ut obſcurum nõ eſſet, quin mortem & cruciatus immenſos iam iamq́ ſubiẽs, mortis ſuæ figuraret effectum, æterno eius rei memoraculo fideliũ poſteritati relicto. Deligitur panis & uinum, ut uitæ exhibeatur pabulũ. Benedicit Chriſtus, diſtribuit Chriſtus. Huius eñ morũ eſt beneficiũ, quod participes reddimur ſalutis & uitæ. Diſtribuunt haec & dantur ſingulis, cũ accipiendi & comedendi imperio. Quid accipit hic intellectus fidelis animę, quę de rebus Chriſti aliâs per Euangelij doctrinam erudita eſt? Nimirũ ſingulis offerri totum effectum carnis & ſanguinis Domini Ieſu Chriſti, pro mundi uita exhibitorum. Accipio igit fide corpus Chriſti uerũ, quod de puriſſimo uirginis corpuſculo effectu ſancti ſpiritus adſumptũ, pro peccatorib. mortẽ obijt, in quo habitat omnis plenitudo ſapientiæ & diuinitatis corporaliter eſſentialiterq́, ut omnes in eum credentes nõ pereant, ſed habeant uitam æternam. Mouẽt me uerba præſentia, conſolant me, in certiſſimam erigunt fiduciam, quod non dicit frangetur aut fractũ eſt, effundet aut effuſus eſt, ſed iam frangitur corpus Domini mei ſeruatoris, iam effunditur pro me ſanguis in remiſſionẽ peccatorũ. Intelligo recentẽ fructũ paſſionis ſalutiferę, intelligo nihil detractũ tẽpore, nihil quod alijs plurimis, & mihi ſæpe aliâs cõmunicatũ eſt. Sed pro me iā etiā ualere uideo redemptionis omne preciũ, eamq́ uim mihi credenti Euangelio cõferre, quam habebat quũ agnus immaculatus, qui tollit peccatũ mundi, penderet in ara crucis hoſtia catholica, ſauciato diſtentoq́ membratim corpore, in cõſpectu patris cœleſtis. ad quod triſtiſſimũ ſpectaculum nobis ſalutiferũ contremuit mundus, ſol obſcuratus eſt, ſaxa diſſoluta ſunt: ad cuius effectum ſignificandũ cõcidit uelũ, prohibens aſpectum aditũq́ ad Deum in ſancta ſanctorũ, redierũt in uitam multorũ ex ſepulchris corpora. Per hoc ſacrificium æternũ, nunquā deficiens, per hoc preciũ redemptionis quod totũ pro me pater cœleſtis gratiſſimo accipit animo, utpote filium unigenitum & obſequentẽ ad ultima negocia, intelligo purgari mea peccata omnia, conferri iuſtitiā & ſanctitatẽ: me placere Deo, mihi bene uelle Deũ, me haberi loco filij chariſſimi. Intelligo fidei certitudine mihi ęternam uitam animæ & corporis, mihi regnum Dei, mihi hæreditatẽ Chriſti & omniũ fideliũ, mihi participatũ diuinę felicitatis per meā pręſentem hoſtiā, per meũ præſentẽ ſummũ ſacerdotẽ Chriſtũ, in ara cordis mei ſacris operantẽ cõferri. Nõ affligitur Chriſtus ſolio ſuo, quod eſt ad patris omnipotentis dexterā, ut noctua pertice, quemadmodũ nonnulli putãt nos ineptire: ſed intellectus animę, qui remotiſſima locis & temporibus

habent

habet præſentiſſima, compræhendit nõ inanes imagines, ſed æternæ uitæ autorẽ, cum fructu et effectu ſalutis atq; pietatis, cuius generatio ęterna eſt, utpote filij Dei naturalis: qui factus in tẽpore Marię filius, in Bethleẽ edidit primos uagitus, dũ collocatur pauperculus in præſepio: qui obediuit parentibus in Nazareth, qui per totã Paleſtinã uitam egit omnibus laboribus refertã, et docendo, & agendo noſtri cauſa: qui cum diſcipulis ſuis diſcubuit in epulo ſacro, qui extra Hieruſalẽ pependit in cruce, qui reſurrexit, qui aſcẽdit in cœlos, qui ſedet ad dexterã patris, noſter interceſſor & dux & iudex omniũ. Atq; hoc noſtri dixerunt, Chriſtũ adeſſe manducariq; cõtemplatiõe fidei, quemadmodũ eſſentię cõſpectũ Durandus dicit. Neoterici fortaſſe idem ſentiunt, quũ dicunt Chriſti corpus edi ſpiritualiter, eſſentialiterq;: quod ueterũ nonnulli dixerunt, corpus Domini myſtice percipi, aut memoriã paſſionis percipi. Pie quoq; & ſimpliciter ſancti homines locuti ſunt uolentibus intelligere, nõ ſyllabarum aucupibus, Chriſtum quotidie ſacrificari, Chriſtũ pro nobis offerri hoſtiã Deo patri, quoties memoria paſſionis dominicę peragit. Fidelibus eñ, et ad ſacram actionem attentis omnia tanq; præſentia geruntur, ac recentem prębent effectum. Vnde maiores noſtri, Germanos puto, maluerunt dicere perfruitionem ſacramentorum aut corporis Chriſti, quàm manducationem: non ſine prouiſione erroris, qui poſteris ſeculis inualuit. An eſt quiſq; rerum diuinarũ peritus, qui nõ libenter fateař, hanc eſſe rationem certiſſimam & modum penitiſſimũ percipiendi corpus Chriſti, ut aliâs effectu ſacri flaminis, ita in cœna pręcipue, dum adhibenř ſenſibus externis in hoc inſtituta diuinitus ſymbola, ut ad intellectũ ueniat ſacrũ pabulum, perq; calorem cœleſtis uirtutis, qua fides cõſtat, in alimentum uitæ concoctum & digeſtũ in naturã potiorẽ tranſmutet hominẽ: unde firmatur uegeturq; tum anima tum corpus ad uitam æternã, ſine qua cœleſtis paſtionis uia nemo Chriſtum percipit: quem qui percipit, certiſſime uitam æternã poſſidet, quod nullis obuenit expertibus fidei. Ac ne quidem appetit anima, uel poteſt alia ratione Chriſtum capere, quàm fide per intellectum, idq; ſpiritu ſancto perficiente. Comeditur panis, bibitur uinum, ut in uiſcera hominis penetrare ſentiatur fructus & effectus ſacratiſſimi ferculi, ut Chriſtus in me ſit, ego in Chriſto: unus fiam cum illo ſpiritus, unum membrum cum omnibus fidelibus, qui pariter inſixi ſunt & Chriſto inſiti. Quæ communio eſt corporis & ſanguinis dominici, ut multi unus fiant, ſicut de granis pluſculis unus fit panis, ſicut de uuis plurimis unum poculum. Extra quam communitatem relinquuntur, qui ſymboli quidem fiũt participes, uerũ animo Chriſtum reſpuentes: adeoq; ſacramenta non proſunt, ut etiam capitaliter officiant. Dum enim non credentes in Chriſtum, nec quærentes uitam ex animo per Chriſtum indigne uſurpant conſortibus Chriſti parata, rei fiunt corporis & ſanguinis Dominici: quia contemnunt & ludibrio habent Chri

ſtum, cuius ſunt ſacramenta. Itaq; alterum in ſacramento ſignatũ, eſt communio ſanctorum cum Chriſto & inter ſe, quæ Paulo dicitur κοινωνία, uſuq; ueteris Eccleſiæ σύναξις, coactio coniunctioq;, per quam arctiſſimo fœdere Chriſti corpus myſticum Eccleſia iungit̃. Hinc ſponte cõſequit̃, ut tanto bonorũ cumulo donati, & ſenſum uitæ ſalutisq; omnigenæ in Chriſti paſſione percipientes, ſummo gaudio perfundantur, in gratulationes, in laudes Dei proſiliant, ſtudio ſeſe ad Dei nutum & cõformationem capitis, hoc eſt, Chriſti aptandi ferueant: unde ſunt piorum in ſolenni peractiõe myſteriorũ non horrores ſuperſtitionis, uerũ gaudia, tripudia, ut lętis animis exultent, cõſonisq; laudibus et gratulationibus autorẽ uitæ celebrent, nec nõ ad mutua charitatis officia geſtiant, ac meditentur eximiã uitæ ſanctimoniã, qua Dei nomen uenerandũ amplietur. Eſt igit̃ in cœna dominica tertium, quod Chriſti præfert inſtitutum, gratiarum actio, uiris eccleſiaſticis εὐχαριστία dicta: quæ & humanitatis officia & bonam frugem totius uitę expetit. propter quas ſpirituales oblationes, quæ Deo gratiſſimæ ſunt, inuenitur cœna Dominica ſacrificium συνεκδοχικῶς appellari à doctis theologis, & oblatio, ut in cõſtitutionib. Domini Iuſtiniani ac alibi. Quo ſenſu uetuſtus ſcripturæ tractator Heſychius in Leuitici explanatione aſſerit, nõ maiorẽ in cœna Dominica oblationem eſſe, quã gratiarum actionem. nec Miſſæ uocabulum reformidarent noſtri, niſi de prauatio rei non poſſet ullo pacto congruere: nam Syra lingua, in qua Eccleſiæ primitiæ extiterunt, מסה tributum collectamq; ſignificat. Et certè in cœna Domini uectigalia ſacra Deo penduntur, gratiarũ actio, laus, pauperũ eleemoſynę, ſtudiũ innocentiæ propter ſalutẽ recuperatã. Hoc igitur ſi conſtare poſſet inter nomen Chriſti profitentes, quod ſine culpa dignaq; repræhenſione cõtrouerſum eſſe nequit, in cœna Dominica memoriã, fructumq; paſſionis Chriſti repræſentari ſenſibus externis corporis, quę intellectus fide percipit, efficiente id ſpiritu ſancto, unde cõmunio & ſocietas intima fideliũ omnium cum Chriſto, & ex ea ſtudiũ beneficentiæ in cõſortes & membra eiuſdem corporis, exactiſſimæq; uitę meditatio naſcitur, in alijs ad hoc ſacrũ cõcordię diuinæ ſymbolũ pertinentibus obuia eſſet cõpoſitio, & iam ſarta firmataq; ſanctiſſima in Domino gratiæ redintegratio. Videamus nũc de ſignę, id eſt, rebus uel uerbis ſignificantibus. Res quidem duas mei Præceptores in reducendis myſterijs ad traditionem Chriſti Domini adhibendas omnino cenſuerunt, uinum & panem, illumq; infermentatũ. nam aquam conditor myſterij uino haud miſcuit, & Paulus quod accepit à Domino, diſcipulis Chriſti et cultoribus tradendum exiſtimat, non ſubducens etiam calicem plebeis hominibus. Utrum autem Græci excommunicandi fuerint, quod fermentato pane utuntur, & utrum non poſſint ad hoc ſacramentum adhiberi potus præcipuus aut pabulum primarium uitæ ſupplendæ aptum apud gentes exteras, quarum aliæ non utuntur pane triticeo aut frumenti-

mentitio, ſed uel radicibus toſtis, uel piſcibus, uel alia re: quædam nec acetum, nec omphacium, nec factitium uinum habent, ſed mulſo uel aquis ſimpliciter utuntur: tum diſputabimus, quum mores noſtri multos ad Chriſtianiſmũ ex ſuis erroribus conuerterint. Materiamq́ panis & uini ſic conuerti, ut caro fiat ſanguisq́ Chriſti, ſpecie duntaxat ſuperſtite, cur non negaſſent: Nec conceditur, uerũ corpus Chriſti (quod in cœlo præſens exiſtit corporaliter, id in pane, uel cũ pane, uel ſub pane, quod nulla ſcriptura dicit) adeſſe, dari, diſtribui, ſumi, manducari: niſi quatenus res corporales ſubq́ ſenſum corporis uenientes rebus ſpiritualib. nõtandis captant, ut per ſenſum corporis ad intellectũ animi perueniant. Hęc ſi libet uocet ſane unio ſacramentalis, aut per conſecrationẽ dedicationemq́ tranſmutatio, permutatio, tranſſubſtantiatio panis et uini in corpus & ſanguinẽ, ut non iam ſint iuxta uſum uulgarẽ, & ut ſic dicã prophanum, alimenta humani corporis, ſed intellectui repręſentent cibum ſpiritualẽ corporis & ſanguinis dominici, quo uictitat anima in uitam æternam totius hominis. Mei Pręceptores maluerũt dicere, hoc analogiam proportionemq́ rerum ſpiritualium, quas animus percipit, & corporearũ, quas corporis ſenſus compręhendunt: ſuntq́ illa in ſuo genere, quod iſta in ſuo, ut quod panis & uinum ſunt corpori, nempe alimentum uitale, ſi edantur, ac bene concocta digerantur, id ſit corpus Chriſti animis & corporibus ad uitã æternam cibandis: ſed ſi percipiatẽ fide, intraq́ mentis uiſcera ſacri flaminis uirtute conficiatẽ. Id quod prudenti pietate ab illis obſeruatũ eſſe uideo. nam illa eſt inter ſe cognatio rerum, ut in ſermone alia poſſit per aliam propter ſimilitudinẽ euidentius aliquãdo notari. Vnde ſunt metaphorę, icones, allegoriæ, parabolæ, myſteria ſeu paradigmata ſacra, demonſtrationesq́ ſpirituales, quomodo in ſcripturis ipſum Dei regnum uarijs ſimulachris deumbratur, Chriſtus typis hominũ, rerum, animaliũ, ſacrificiorum pręnunciatẽ. Etenim ſi res quę per allegoriã parabolamq́ alteris notandis inſeruiunt, ipſę ueniant ſub ſenſum, & actione quadã pręhenſandũ exhibent, quod ſermone ſolent, fit actiua demonſtratio: quę ſi rebus ſacris apta ſit, dicatur ſane ceremonia, uel demonſtratio ſacra, uel myſterium, uel ſacramentum. Vnde non inſcite quidam ſcripſit, inuolutum ſacramentũ eſſe allegoriam: nam allegoria foret, ſi dicam Chriſti corpus eſt panis, quem ſumens homo riteq́ digerens, paſciẽ illo ad uitã. parabola uero habet collationẽ, ut appareat explicata proportio, ad hunc modũ: Sicut panis et uinũ ore corporis ſumpta et digeſta uictus ſunt & alimentũ, quo corpus uegetatẽ, quoq́ uita cõſeruatẽ: Ita caro Chriſti & ſanguis eius per uim intellectus percepta intra fidelis animæ uiſcera, et calore ſacri flaminis cõcocta uitã prębent in Chriſto uerã et beatam. Si uero iam panis & uinũ obijcianẽ ſenſib. & diſtribuanẽ, & manducenẽ cum recitatiõe uerborũ ſacrorũ Chriſti, quæ uſum rei explicãt, myſteriũ

fit

ſit & ſacramentum euidentius, cuncta informans, & animo inculcans, quàm uerba ſimplicia: de quo Auguſt. inquit, Accedat uerbū ad elementum, & fit ſacramentum. In illo igitur genere citra contumeliam Chriſti, citraq́ labefactationem fidei, citra omnem uiolationem ſcripturæ ſanctę, citra morum corruptelam, ſacrum Domini epulū poſitum eſt, ut habeatur ſacroſancta ceremonia diuinitus inſtituta, qua per manducationem hauſtumq́ panis & uini, cum uerbis & actione tota repręſentatur uſus effectusq́ paſſionis Chriſti, ſic omnium renouata memoria, tanquam res omnis coràm geratur, & à fideli mente paſſionis meritum percipiatur. Non autem dicimus, nec habemus hæc ſymbola ut panē aut uinum prophani uſus: ſed pro Dominico pane, pro ſancto uino, pro myſticis & uenerandis ſymbolicisq́ rebus diuini uſus, quippe quæ conſecrata & dedicata ſunt Chriſti ſolenni epulo. Iam & uerba ſacra quæ in ſymbolica menſa frequentantur, ſimplici perſpicuitate putauerunt exponenda, ut quæ mutuatitia ſunt, aliunde cognoſcantur in ſuo genere: quomodóque ſignum pro ſignato ponatur, & ex parte totum, totum ex parte interdum ſignificetur, ut tranſnominationes uſu loquendi obtingant. Verbum quoque ſubſtantiuum ex multis ſcripturæ locis oſtenderunt non proprio ſignificatu poni, ut ſit enunciatio dialectica: & quæ dicuntur de alijs, ſtatim ſint eadem habenda pro conſuetudine prædicationis exactiſſimæ. Itaque docuerunt eſurire & ſitire nihil aliud eſſe, quàm iuſticiam, uitam, ſalutem, beatitudinem expetere: manducare Chriſtum, aut bibere illius ſanguinem, id eſſe quod credere tota fiducia in Chriſtum: os animæ uirtutem eſſe percipiendi, quod fidei tribuatur proprijſſime: panem eſſe uiuificum alimentum, & potum eſſe ſpiritualis deſiderij expletionem. Quumq́ dicitur à Domino, Hic calix noui teſtamenti, tranſnominationem explicarunt, quod calice continente ſignificetur potus, qui continetur. Iſtas uero ſynechdochas, quibus ſignum pro ſignato ponitur, non parce indicarunt: uelut hanc enunciationē, Hoc uel hic panis eſt corpus Chriſti, expoſuerunt ſignū figurámue, aut ſymbolum corporis: quod ſi cōuertatur, mox ſe prodit nomen mutuatitiū: ut quū dicitur, corpus Chriſti eſt panis, hoc eſt, alimentū uiuificum. Cęterū quando ſacrificium dicitˀ aut oblatio ab eccleſiaſticis uiris, monuerūt, ſignificationis tropū eſſe, qua ex parte una totū negociū denominetˀ, nempe gratiarū actionē pro inuenta partaq́ ſalute per Chriſtū Deo repenſam poni pro toto ſacro, nō quod Chriſtus quotidie cœlitus deſcendens offeratˀ, ipſa re, ut natio ſacrificulorū pertinaciter cōtendit. Interim nō reprehenderūt homines doctiſſimos Eccleſię, nec minus pios, qui uarijs tropis & cōformationibus ſermonis ad auguſte loquendū de tantis myſterijs bona fide, apte, prudēterq́ locuti ſunt apud ſuos hoīes: nec ætatis noſtrę quenq́ ob id uituperarūt, ſi alijs uerbis utereˀ ad explicationē ſentētię ſuę, modo ueritas

Digitized by Google

captum ſubducta ratione abſq; fuco pie recteq; loquendum eſt. Proinde non putarũt, nec à ſe, nec à ueritatis ſcopo diſtare uel pilum latũ, qui uerbis uariarunt. Idem dixerunt ad tollendã enunciationem dialecticam in uerbo ſubſtantiuo, Hoc eſt corpus meum: uel panis, uel quod Chriſtus præbuit, & ſacerdos hodie præbet, eſt corpus Chriſti. Nã quod OECOL. exponit figurã eſſe corporis & ſanguinis, habet autorem ante ſe magnũ, Auguſtinum uidelicet, qui iam figuram, iam ſignum interpretatur: quo modo & ZVING. exponit, eſt pro ſignificat. Tertullianus quoq; uicinus Apoſtolorum temporibus interpretat̃ pro corpore Chriſti, figuram corporis. Quidam inſignis theologus, qui à me nominari fortaſſis nollet, haud male reponit ſymbolum, quo coniunctio noſtri cum Chriſto ſignificatur: quoq; Chriſti corpus myſticum, hoc eſt, Eccleſia coaleſcit. Non male Caroloſtadius demonſtratiuam particulam, hoc, coniecit ad Chriſtum offerentem: qualis & oratio eſt, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Fratres in Sleſia optime conuertunt ſermonem, ut proportio rerum ſpiritualium cum terreſtribus eniteſcat, quum dicunt, Corpus meum eſt hoc, nempe cibus animæ: ſicut panis, aut hoc elementũ eſt, cibus corporis. Origenes & Hieronymus panem euchariſtiæ exhibitum dicunt. Rurſum Hieronymus aſſerit, Chriſtum tradidiſſe diſcipulis myſterium corporis & ſanguinis ſui. Ad quem propemodum Ambroſius dicit, myſterium euchariſtiæ. nec abſimiliter loquunt̃, qui dicunt corpus Chriſti eſſe, dari, manducariue in myſterio: ſicut uulgus ſacerdotũ Chriſtũ aſſerit immolari in myſterio. Ad quem modum Vualdenſes dicunt Chriſti corpus edi, aut panem eſſe corpus ſacramentaliter. Non inepte Baſilius interpretat̃ exemplaria corporis & ſanguinis Dominici. Porrò Tertullianus, qui alicubi figuram ponit, exponendo uim uerbi ſubſtantiui alio in loco ſcribit, per allegoriã neceſſariorum pabulorum Chriſtum pronunciaſſe carnem ſuam panem cœleſtem. Heſychius intelligibilem panem & ſanguinem interpretatur. Quis candidus & æquus arbiter dicat hæc pugnare, quum tendant omnia in hoc, ut tollatur, uel potius recte exponatur ſubſtantialis prædicatio in uerbis cœnæ? Quis pius hæc uituperet? quis circumſcribat libertatem loquendi ad captum & utilitatem auditorum? Poſtremo hi duo aſſertores geminæ ſententiæ & ueri uſus Dominici epuli, notarunt hoc ſacrũ & poſſe & ſolere uocabulis uarijs appellari: quemadmodum & uetus ſcriptura in uno etiã loco Exodi 12. pasha nominat, hoc eſt, tranſitũ, quũ proprie memoraculũ eſſet tranſitiõis, qua uaſtator angelus prætergrediẽdo Iſraëlitarũ domos, pepercerat primogenitis. Eadẽ ſolennitas dicit̃ feſtũ ſeu feriæ, et cõuentus ſacer, et cultus ceremoniaue. Eadem & uictima paſhalis ceu tranſitiõis. Ad eundẽ morem ſcripturæ benigne conceſſerũt hoc ſacrũ epulũ uarie denominari; nũc proprijs, nunc figuratis uerbis:

illoq;

alioq; iure uſi ſunt. Vocat̃ em̃ uulgatiſſimo nomine cœna Dominica. ſed & celebratio menſę Dominicę, ut celebrationes miſſarũ dicunt, nõ attendẽtes uocis proprietatẽ, quę animaduerſa redderet aliquos modeſtiores. Heſych. memoriã & celebrationẽ paſſionis Dominicæ uocat, Hiero. feſtiuitatẽ immaculati agni, ZVING. eadẽ ratione panegyrim ſacrã. Eſt & fractio panis per ſcripturas dicta, et pasha, cõmunioq; corporis et ſanguinis Dominici. Iam & ueteribus bene trita nomina ſunt, Euchariſtia, id eſt, gratiarũ actio: & ſynaxis, hoc eſt, coactio cõiunctióue, nimirũ unius ſocietatis cum Chriſto capite: ſacramentum quoq; aut ſymbolũ, aut myſterium corporis Dominici. nec non ἀγάπη, quod dilectionẽ ſonat: quoniam de ſymbolis à ditioribus ad cœnam allatis, pauperes quoq; ſumebant partes, alijſq; rationibus dilectio fraterna fiebat teſtatior. quo modo gentiliũ quędam fuerunt epulę ſolennes, in quibus accumbebant cognati uel amici: & poſt quærelas iniuriarum, ſi quæ interceſſerant, depoſitis omnibus offenſis redintegrabant mutuã inter ſe amicitiam, quod genus conuiuij à reconcilianda gratia uocabãt χαρίσια. Non oppugnaſſent etiã miſſæ uocabulũ, ut antea dixi, ſi non officeret tantæ rei deprauatio. Et in ſumma, nõ fuit meis Præceptoribus cum quoq; digladiatio de uocibus, modo rerũ ſeruet integritas. Tranſeamus ad ritũ & inſtitutiones huius ſacratiſſimę ceremonię, in qua primũ cenſuerunt ſpectari oportere oculo intentiſſimo autorẽ tanti myſterij, nempe ſapientiã et filiũ Dei unigenitũ, ſeruatorẽ noſtrum: qua certe cõmendatione maior eſſe nequit, nec cogitari ab aliquo ſanæ pieq; mentis, fruſtra, hæc inſtituta eſſe, aut contemni poſſe, negligiúe citra magnũ detrimentum. Igitur ad ritum formamq; ab ipſo Chriſto traditam cenſuerunt, quàm proxime fieri poſſet, reparandã mortis Dominicæ religioſam celebrationẽ: quã auaricia & enormis quorundam præſumptio nõ ſimpliciter deprauauit, & calicẽ populo fideli alium quàm ſacerdotibus propinans, & multa fucata ſuperinducens, ut ſplendore adſcititio nõ ampligtur ſacri cõuiuij maieſtas, quæ ex rege conuiuij Chriſto ſumma eſt, uerũ ut irritet̃ ad quęſtũ augendũ uulgaris ſimplicitas: quo pacto uileſcit admodum ipſius rei æſtimatio. Vtq; propoſitum ordinem teneamus, & ſecundo indicemus, quibus hoc ſacrũ inſtitutum ſit: tradiderũt mei Præceptores, hanc paſſionis Dominicę peractionem ſolennẽ pariter ſummis & infimis Chriſto fideli pectore adhærentibus inſtitutã, idq; uiris & fœminis. licet in Chriſti menſa primitus adfuerint duntaxat Apoſtoli, cuius ratio manifeſta eſt. Nec quenq; remouendum eſſe duxerunt à participatu menſæ Dominicæ, quantumuis peccatorem prius, modo iam uitæ melioris ſpem certã promittat. Monuerunt autem in tempore, ut quiſq; in ſe deſcendens intueatur, quid de Chriſto ſentiat, quo ſit propoſito in poſterũ uiuendi, quo animo erga Chriſti corpus, hoc eſt Eccleſiæ homines. Nam pios quidem percipere cum magno

fructu

Digitized by Google

pus, hoc eſt, Eccleſiæ homines. nam pios quidē percipere cum magno fructu cibum myſticum, impios aūt hypocritas ad grauiſſimum ſibi iudicium manducare ac bibere, ad hæc ſacra ut ad cibum uulgarem irruentes, ſeq́ ultimę perfidię obnoxios facientes. Neq́ putarūt opus eſſe ad hāc admonitionē, ut per imperium expreſſo cōſcientiarum arcano, ingenia hominū ſcrutarent: ſed liberā fecerunt accedendi copiā, ſemper patuerūt fores cōſultoribus. Pueris aūt in hoc epulo accumbendi nullum ius conceſſerunt, quod peritis negociorū Chriſti & myſteriorum Eccleſię inſtitutum ſit: tametſi ex ueteribus nōnulli exhibuerint infantib. euchariſtiæ panē, abſq́ ratione probabili. Cauſam & finē ob quam hoc ſacrum ſit inſtitutum, ex ſententia meorū Præceptorum & ex ueritate antè indicaui: nempe ad memoriā ęterni beneficij per Chriſtū nobis collati, ut fructus effectusq́ paſſionis dominicæ repræſentetur, & cōmunio ſalutis ac uitę, quā fide percipientes, gratos nos exhibeamus prædicatione ampliſſima doni cœleſtis, ſtudioq́ impenſo ad decorandū nomen Dei ſolidæ ſanctitatis operibus, utq́ ad arctiſſimam charitatem erga ſocios Euangelij eiuſdem menſæ obſtringamur. Fit autē illud actione ſacra multo efficacius, quàm nudis duntaxat uerbis, ut ipſa piorum experientia comprobat. Locus autem non dignior aut cōuenientior eſſe poteſt ad epulum ſacratiſſimum, quàm ubi conuentus fidelis cibo uerbi diuini quotidie reficitur, ubiq́ pijs uotis Deo ſupplicat. Quis uero interim negat, ſi temporum iniquitas urgeat, ſi uis tyrannica templi ſpacium non concedat, poſſe in domibus etiam priuatis memoriam dominicæ mortis peragi: quemadmodum & Dominus in priuatarum ædium cœnaculo & inſtituit & celebrauit hoc ſacramentum, ſicq́ longo tempore poſt aſcenſionem à diſcipulis Domini frequentatum eſt. Temporis quidem rationem cenſuerunt pietati & prudentiæ religioſæ permittendā, quoties celebretur euchariſtia ſolennis: ut ſemper in arbitrio Eccleſiæ fuit ſitum, priuſquam libertas Chriſtiana opprimeretur iniquis traditionibus, non ſemel in anno ut fiat, iuſſit utilitas: quemadmodum & ex ueteribus aliquos accepimus, ter in anno ſolenniter paſſionis Dominicæ memoriam recoluiſſe, ad ferias Paſchæ & Pentecoſtes & Natalis Domini. Sed frequentius uſurpare hanc ceremoniā ſacrā, adducit ferè contemptum. Quod Auguſtinus præuidens nec probare uoluit, nec improbare, ſi quotidie celebretur myſterium paſſionis. Cæterum licet Dominus ad ueſperam hoc ſacrū peregerit ex ritu ueteris Paſchatis, reliquit tamen liberū tempus, quoties & qua diei parte celebretur. Quia tamen ſobrij ad res omnes multo ſunt aptiores, utiliter inſtitutum uidetur, hoc ſacrum prima diei parte frequentari. Porrò in agendi forma intellexerunt, magnam eccleſijs Dei libertatem eſſe permiſſam, ſed piam, ſed ſcripturis non repugnantem, ſed utilitati certa ratione aptatam. Qui benedicat & diſtribuat euchariſtiam

A nemo

nemo ius amplius habet, quàm qui uerbum Dei legitime ordinatus prædicat cum ſuis adminiſtris. Nam quibus mandatum eſt, ut euntes in uniuerſum orbem prædicarent, eiſdem traditum eſt ut baptizarent, utque paſſionis meritum proponant ſymbolis, quod rite populo denunciant ſacris ſermonibus. An ueſtitus ſit priuatis ueſtimentis, qui peragit miniſteriũ cœnę, an peculiariter in hoc deſtinatis, quanquam nihil intereſſe uideatur, magis tamen cõcinit primogenię ſimplicitati, ſi miniſter ſuo, cęterum decoro & honeſto ueſtimento cœnæ Dominicæ res exerceat, minuſque aperitur feneſtra ſuperſtitionibus. At geſticulationes iſtæ uulgo adhibitæ, mirum eſt quantum afferant cõtemptum, & ridicula facie percellant cogitationes piorum. Menſa portatili utimur, quod magis quadrat exemplo Domini, quàm ſtatæ aræ mactandis pecudibus idoneæ, ut olim in Leuitico ſacerdotio. propter mundiciem apponunt lintea mappa: corporalis panni, & patenarum, & cereorum, & tabulæ conſecratæ nullus uſus eſt. de materia uaſorum ſacrorum nihil præſcribendum eſſe duxerunt, ut ius Pontificum ſibi ſumpſit. Nam uariatum eſt temporibus & locis à doctiſſimis pariterque ſanctiſſimis hominibus citra omnẽ cœnę perurſionẽ: quando ne illud quidem conſtat, poculóne aureo an argenteo an ligneo an fictili, Dominus noſter uſus ſit: tantum abeſt, ut quicquam pręceperit. Auguſtinus indicat in com. Pſal. aureis & argenteis uaſis quoſdam uſos. Id Ambroſius in officijs improbat, non indigere auro dicens, quæ auro non uenduntur. Exuperius Toloſanus epiſcopus impenſis opibus in pauperes, uitreo calice utebatur. Caniſtris uimineis deportatũ eſſe panem myſticum, hiſtoria indicat Euſebij. Feſtiuiter etiam riſit ſtolidos conſultores Bonifacius epiſcopus: quum enim ſciſcitarentur, utrum ligneis an aureis uaſis utendum eſſet in ſacris peragendis, Olim (inquit) Epiſcopi aurei utebantur ligneis uaſis, nunc Epiſcopi lignei utuntur aureis uaſis. hodie profecto quoſdam diceret luteos et ſtraminaceos. Nihil autem referre cenſuerunt, utrum fideles accumbant in puluinaribus eccleſiaſticis, quod fecerũt Apoſtoli ſanè in cœna, an menſam adeāt: itemque ſiue manibus ſuis pertractent ſymbola, quod ſimplicitati et uerbis inſtituentis Christi congruit, ſiue porrectum à miniſtro ſymbolum in os fideles accipiant. In cœtu eſſe celebrandam ſynaxim res ipſa clamat, & Chriſtus aperte ſic inſtituit, ita obſeruat Apoſtolica traditio. Vnde nec qui priuatim miſſas agitant, nec qui deportant euchariſtiam in ædes priuatas ut ſacra celebrent, morem obſeruant Apoſtolicum, & contra leges imperatoris contráque pontificios aliquos canones faciunt. Adhibendas eſſe preces & hymnos gratiarúmque, actiones Chriſti factum comprobat. Vtrum autem cantentur, aut uoce alta recitentur à miniſtro, qui uerbis præit plebeculæ, quibúſque uerbis, modo pijs, aut quanto numero, ſitum eſt in arbitrio Eccleſiarum. Vt recitentur clara &

uerna-

uernacula uerba, quæ populus intelligat, inſtitutum Chriſti magis refert ac primæuæ mores Eccleſiæ. Quis uero prohibeat, ſi iuuet utileq́ ſit, cani Pſalmum aliquem, ſed lingua quę populo ſit communis, ut Apoſtolus Corinthios docet: & uocari introitum, quippe quod propere ad ſacra uenientes canant, dum in templum confluat populus: aliúmque cantent hymnum, dum concionaturus aſcendit cathedram, quem dicunt cantum gradualem: & ſi mos alicubi eſſet, ut olim, conferre pauperum eleemoſynas, cani Pſalmum offertorium quid prohiberet? Vtiliſſime adhibentur laudes iſtæ angelicę, gloriam excelſi Dei celebrantes, ob filium unigenitum nobis ad ſalutem datum: & triſagium, quo ſanctiſſima trinitas elogio decoratur. Sed canonem ponere, qualis hodie cernitur, ſine uiolatione religionis fieri nequit. tametſi Græcorum liturgiam ſynceriorē uolunt. Cęterum qui muſſitant uerba Chriſti, quibus ſuum corpus porrexit & ſanguinem diſtribuit, ſed in myſterio, ut nec populus audiat, nec intelligat, planiſſime faciunt contra Chriſti traditionem, & morem Apoſtolicum: ſimul uiolantes Imperatoris legem, quæ conſtitutione trigeſima quinta iubet ſacram oblationem, quæ in ſancta communione fit, cum cæteris precibus proferri, ut exaudiri à populo poſſint. At quod Euchariſtiæ celebratio conuerſa eſt ſub titulo miſſæ in abuſus tam enormes & intollerabiles, ut quod ferunt Chriſtum offerri pro uiuis & mortuis: quod unus peragit nomine aliorum, quibus & meritum paſſionis Dominicæ uenditatur: quod Dei gratia qualibuſcunque promittitur de menſa myſtica, ſi dederint pecunias: quod aptatur diuis, quod deſeruit ueneficijs: eam totam prophanationem inſtituti ſacratiſſimi, cenſuerūt ſibi ſtylo, non modo ſermone, perſequendam, ut execrabilem abominationem, & pluſquam blaſphemam traditionem. Et iſta ferè Chriſtianiſſimi Principes, omnis eſt diſputatio illorum, quos defendo in cauſa euchariſtię, ut ego quidē pro mediocritate mea potui cōpræhendere, atq́ animo digerere: quibus aliquid ſparſim adieci ex defendendi officio, ut appareret non modo ſcripturarum canonicarum autoritates, ſed legum Imperialium decreta, ueterumq́ Theologorū ſententias etiam & nonnullos Pontificiorum canonum partes noſtras adiutare. Quam quidem controuerſiam ætate noſtra longe grauiſſimam, hi præſtantes uiri ſpecioſius perſecuti ſunt, tum docendo, tum illuſtrando, tum aduerſarios refellendo, ut omnibus foret cognita perſpectaq́ ueritas, integra Chriſti cognitio, ſalua inſtituta Dei, conſtans religio, animi à ſuperſtitionibus & pernicioſis erroribus liberi. Et in hoc pulcherrimo propoſito quotumquenq́ inuenerunt bene gratum? Imò quàm ſunt plerique erga Deum ingrati propter mendacia detecta, & reſtitutas ſuo ſplendori, ſuæ dignitati ſacratiſſimas Eccleſiæ Dei ceremonias? ut nec agnoſcant beneficij magnitudinem, nec iuſtam operam dent, quo modo ueritatem no-

ſtro quidem ſeculo ex altiſſimis tenebris erutam ad uſum & ſalutē ſuam retineant. Quum igitur ſatis ad liquidum perduxerimus, in dogmatum ratione, quam ZVINGLIVS & OECOLAMPADIVS ſecuti ſunt, nullum apparere impietatis ueſtigium, nullas fidei orthodoxæ inſidias, nullam aduerſus fundamenta catholicæ fidei molitionem, ſed potius ad incolumitatem piæ diſciplinæ conducere: tempus eſt, ut à dogmatibus ad ſcripturarum explicationem ſeſe transferat oratio. In quo negocio quàm diligentes, quàm fidi, quàm religioſi, quàm eruditi & felices fuerint, aliorum eſto iudicium, qui ſolent iſtorum libros legere. Nec puto quenquam ſani iudicij hominem, ſimulꝗ animi æqui, multa repræhenſurum aut notaturum eſſe. Alios autem quibus non uacat, aut non iuuat legere, unde poſſent proficere, nullo pacto iudicare damnareqúe decet, quod cuiuſmodi ſit non cognouerunt. Mei quidem Præceptores diligentiſſime reſpexerunt ad ueteres & neotericos tractatores: ſed tanti cuiuſque ſententiam ponderis duxerunt, quantum autoritate ſcripturarum canonis ſacri, aut ratione probabili, & ſcripturis canonicis quadrante nacta eſſet. Quo quid modeſtius? quid prudentius? quid æquius? Conuenit rationi, reſpondet maiorum exemplo: firmatur autoritate maximæ pariter ſanctitatis, pariter doctrinæ hominum: non poteſt damnari ab æquis pontificum canonibus. Idem ipſum uoluerunt obſeruari ſuis in ſcriptis, ut quantum fidei mererentur patrocinio ſuffragióque ſcripturæ canonicæ, quantum euidentiſſimis rationibus aut coniecturis nulla ratione concutiendis, tantum polleret ſua explanatio. Aberrarunt quandoque à ſcopo, non attigerunt interpretando ſententiam ſcriptoris: non hic pugnabo. Quis enim unquam fuit tam felix interpres unius operis, cuius induſtriam & acumen quędam non ſubterfugerunt? Equidem in meorum Pręceptorum explanationibus uideor mihi erratula nonnulla depræhendiſſe, quæ interdum ſoleo palàm producere, ut res hortari uiſa eſt, & uel reponere meliora, uel meam ſtultitiā prodere. Sed ſunt tam leuicula, ut ſi omnes uno calculo meam ſententiam probent, non magnam ingenij laudem ſperare debeam. Obrepſit, ut ſolet etiam ſtudioſiſſimis euenire, ſomnus: obrepſit obliuio, quum nulli ſit tam certæ fidei memoria, quin aliquoties fallat: uariæ cogitationes eripuerunt interdum facultatem cognoſcendi, ocium ſępe defuit: turbarunt infinita negocia, & propè diſtraxerunt aliquando. At contra fidei catholicæ dogmata eſſe aberratum, nemo (ut confido) unquam deprǽhendet. Verum quia hic locus multo locupletior eſt ad laudes reorum, quàm ut in eo ſit aliquid defendendum ſtudioſius, libenter iam deſcendo ad tertium genus, in quo Momi cenſura ſibi nimium indulget, putatꝗſe ſpeciem uituperandi habere non incommodam, ut quia res nullis rationibus demoliri poſſunt, accuſationis impetus uertat in modū adminiſtrandi functionem

ctionem Eccleſiaſticam. Tametſi non eos ſolum, quibus cognita ueritas uidetur extrema pernicies, aut qui ſunt corruptiores quàm ut aſpirẽt ad ſpecimen probabilis Epiſcopi, puto plus cunctationis deſiderare in meis Præceptoribus: ſed etiã quoſdam uiros bonos, uerũ errore. Alius enim quia ingenio eſt ocij priuati & tranquillitatis ſtudioſo, plus requirit ne ſcio an moderationis an tarditatis debeam dicere. alius dum populos omnes ad formam ſuæ ciuitatis, aut certè alterius, ſed unius tantum æſtimat; alius dum negocia ſola & exitus aſpicit, nec ſimul cauſas & rationes conſiliorum inſpicit. Quod ſi poſſent ſub unum aſpectum poni & negocia in quibus uerſati ſunt, & tempora & uaria ingenia cum quibus fuit confligendum: cumq; illis componi ſinceriſſimum animi propoſitum ad procurandã ſalutem concrediti præcipue populi, conatusq; pulcherrimi ut bene haberent animo, corpore, fortunis, nec nõ conſilia & ipſæ uiæ, per quas ſibi uiderunt ingrediendum, tum apparerent omnibus approbatione bonorum digniſſima & illius ordinis hominibus imprimis ęmulanda, quæ uidentur nec aliter debuiſſe inſtitui. Optimus profecto quiſq; dicturus foret non modo quod Moſes ad nũciũ, quo accipiebat Eldad et Medad in caſtris Iſraël prophetare, dixit, quis det ut prophetent omnes: ſed etiam, ô ſi ad hunc modum & formam prophetent omnes, quotquot munus gerunt docendi Euangelium & formandi mores hominum. Etenim expendentes à Domino creditam ueri cognitionem ocio non ſepeliendam eſſe, aut ad priuatam rationem laudis, gloriæ, opulentię, fauoris popularis collocãdã, ceu ualidiſſimo calcare impulſi ſunt ad ſtrenue obeũdũ munus, quod legitime ac diuina ſortitione obuenerat. Poteſtates uero Eccleſiaſticæ nõ aliã formã intellexerũt iure aut tuto ſuſcipi, quàm quæ authenticis Dei ſcripturis nõ tam ſibi proponeretur quàm imponeretur, adhibito ſimul exemplo uirorum ſanctiſſimorũ & imprimis filij Dei, qui ſacros libros copioſe præſcripto. Inde intellexerunt ſibi eam poteſtatẽ ex mãdato cœleſti datã, ut doceãt omnẽ ueritatẽ à Chriſto acceptam, ut claues iſtas regni cœlorum adhibeant ſeu ad occludendum ſeu ad aperiendum iuxta uoluntatis diuinæ expreſſam ſententiam. Intellexerunt ſe cum Ezechiele conſtitutos in Eccleſię ſpecula, ut denuciarẽt adueniens malum, inq; ſuo capite fabam cudendam, ſi qua pernicies incautos nec præmonitos corripiat homines, qui ſuæ curæ atque fidei traditi ſint. Intellexerũt ſe cum Ieremia conſtitutos ſuper reges, ſuper principes, ſuper ſacerdotes, ſuper populum terrę. Ad quid autẽ? Ad ludendum? aſſentandum? rixandum? cauponandum & negociandum? ad uanã theatri & ſcenæ iactationem? Minime minime gentium. Ad euellendum, deſtruendum, diſperdendum, diſſipandum, ſed ſimul ad ædificandum & plantandum. Ad eradicandas plantationes, quas nõ ſeuit cœleſtis agricola, ad deijciendas molitiones, quæ ſe cõtra Dei ſcien-

tiam erigunt, flagitia, ſuperſtitiones, impietatem. Aedificandam uero ſibi uiderunt domum Dei uiuis lapidibus: reparandas ruinas ſanctæ ciuitatis Hieruſalem, quæ cœlo deſcendit, machinis infernalibus miſere proſtratas: ut eſſet uere pius populus, timens numinis ſupremi, peritus legitimę culturæ, quæ non ponitur in externis quibuſdam obſeruatiunculis, ſed in egregia fiducia in Deum, puritate cordis, innocentiæ ſtudio, certamine officiorum pietatis & omnis humanitatis. Ad hanc formam poteſtatis & muneris ſui altius in animo repoſitam uiderunt ſibi conſultandum & loquendum & agendum, tanquam ijs qui loquerentur eloquia Dei, qui adminiſtrarent negocia Dei, qui procurarent populum fidelem & Dei peculium: inter primos ſeſe futuros deteſtabiles, ſi opus Domini malignè obijſſent. Ad hæc omnem calamitatem negligentibus & pigris paſtoribus intentatam ob ſuos oculos poſuerunt, nec non ampliſſima pręmia illorum, qui tradunt ueritatis ſcientiam, multosq́ pertrahunt ad iuſticiam. Non parum ſollicitarunt ingenuas iſtas animas uariæ præſtantiſſimorum hominum imagines non modo in ſacris & Eccleſiaſticis hiſtorijs depictæ, uerumetiam in gentilium literis ſic graphice propoſitæ, ut flagitium cernatur maximum, ethnicos tantum in rempublicam ſuam ſtudij contuliſſe, & diuinitus creditam Eccleſiam ſomno, metu, uoluptate, cæteriſque cupiditatibus oppreſſam negligere. Quocirca ſe totos ita compararunt, & in hoc omne ſtudium ſuum contulerunt, ut conſtaret proprius cultus numinis uenerandi, ut integra eſſet pietas, tuta innocentia, ut pulcherrimarum uirtutum & bonarum artium ſtudia uigerent: rurſum ut euelleretur omnis ſuperſtitio & impietas cum ipſis radicibus, ut uicia repurgarentur, aut ſaltem bonis legibus & condignis pœnis reprimerentur. Id quod egerunt non præcipitando, ut nonnulli ſibi perſuadent, alij perſuadere conantur facile credentibus, non tumultuando: ſed agendo prudenter, grauiter, conſtanter, optima fide, ſumma diligentia. Cui propoſito uniuerſam uitæ rationem ſic admodularūt, ut non eſſent ex numero eorum qui per corruptelas morum deſtruūt, quod ſermone uix ſubſtruxerant. Vnde ſibi autoritatem parauerunt uere Eccleſiaſticam, ut boni quique amarent, colerent, ſuſpicerent, præſidium ſibi eſſe in illis uiderent: mali uero illos odiſſent, uituperarent, declinarent, ſua facta nollent eis innoteſcere. Sed enim cum exacta pietatis diſciplina, & omnis morum inſormatio, non ſolum intellectum erudire debeat, ſed etiam uoluntatis percellere aſſenſum, ut honeſti conſequatur effectio: incubuerunt ita ſuſceptæ prouinciæ, & docuerunt ex inſtrumenti diuini promptuario uerum rectúmque, nec leuius impulerunt animos. Nam honeſti pulcherrimam ſpeciem, qua decuit amplitudine ſermonis, omnino appetendam exhibuerunt: & turpitudinis, mendacij, flagitiorum tetram faciem omnibus

bus modis deteſtandam, execrandam, fugiendam. Verum quia ſenſus carnis modo præſentes quærat uoluptates atque commoditates, reclamans intemperanter ſpiritui, & uelut perturbationum factione concitata quo minus recte ſtatuat auertens, niſi bonorũ obiecta ſpecie ſedetur, non prætermiſerunt etiam utilitatis & incommodorum diſputationes. Neq; à Rhetorum artibus petiuerunt rationem perſuadendi quæ uoluntatis diuinæ ſunt, quanquam præclare ſint præceptiones illę ad rempub. factæ, ſi bonos inueniant artifices: ſed è ſacris uoluminibus ſolidæ honeſtęq; utilitatis, & turpis aut non appetendi commodi rationes petiuerũt, una cum exemplo iſta pie accommodandi. Hinc ſunt ad capeſſendam pietatis traditionem permoti alij, reſpectu uoluntatis Dei, reſpectu honeſti parũ admodum curantes commoda temporaria, homines uere generoſi & diuini. alius utilitatis intuitu cum quadam ratione recti ac ueri, quidam ſola cupidine aſſequendi commoda priuata. Num præſtanda ipſis eſt aliena ſimulatio, quæ Apoſtolis etiam occurrit? Quidam non intelligentes multas & maximas cauſas innouandi reꝝ uetuſtate confirmatas, aut cernentes oppugnari per ſanam doctrinam Euangelij ſuas cupiditates, ſua ſtudia, ſua malefacta, oppoſuerunt ſe audacius. Num illis fuit cedendum? num obticenda & inuoluenda ueritas? num deſerendum ueræ pietatis patrocinium? imò non fuit tranſeundum ad illos, aut ſaltem ſimulanda conſimilis peruerſitas, ut hi ad ſuam prauitatem aſſentatione aliena confirmati marceſcerent: ſed potius danda fuit opera, ut traducerentur ad partes bonorum, ad colendum Deũ uitæ innocentia. Hoc fuit ſeminarium diſcordiæ in pectoribus hominum aduerſantium ueritati, etiam pridem ſponte aduerſus inſtituta præceptaq; Dei tumultuantium: non in præconio ueritatis, quo ſalus hominũm, pax conſcientiarum, ſolida rerump. tranquillitas quęrit̃. Hinc in uiros optimos inuidia, odiũ, cõuicia, calumnię, inſidię, afflictiones obortę ſunt: nec tamen frangere animos potuerunt, quin officio ſuo ſtrenue fungerent̃, ſimilisq; propemodum fortuna Euangelicæ doctrinæ nomine inuaſit Eccleſias, nec par defuit conſtantia. Puriſſime propinatum eſt eloquium diuinum ex authenticæ ſcripturæ fontibus: Diſputatum eſt, reclamatum eſt authoribus defenſoribusq; mendacij. Defendenda fuit etiã cauſa Euangelij et Dei & bonorum omniũ in locis alijs per libros partim ſcriptos manu, partim typographia inuulgatos, ut nemo incautus per ſuſpiciões malas, per odiũ contra innocẽtes ab ĩprobo furiarũ grege ſuſcitatũ caperet̃, utq; alijs ad Dei regnũ pertinentibus Euangelij ſplendor ſalutaris illuceſceret. Neq; tantũ pectoris labes oratiõe ſanãdas, hominesq; ad integritatẽ uitę extimulãdos eosq; cõfirmandos in officio, qui uiã pietatis intimę & honeſtatis ingreſſi eſſent, itellexerũt: ſed & cultus exteri formã ad integritatẽ eſſe reducendã.

Nam deprauato ceremoniarum ordine, niſiquc ſuperſtitionis tollantur inſtrumenta, nec modo ſtirpes, ſed etiam radices & fibræ funditus eijciantur, ſuperſtitio uſque perſequitur, inſtat, pellicit, ſollicitat, urget, certiſſimum (ut breuiter abſoluatur) integritati mentis periculum eſt. Eamq; ob rem diligentiſſime uerbo diuino externæ ceremoniarum formæ ſancitę ſunt, & à prophetis Dei correctæ, atq; pientiſſimis Principibus in natiuum ſplendorem ſemper aſſertæ ſunt. Si quis uero fuit princeps per alia optimus, ſæpiſſime repræhenditur, quod aras & excelſa non abſtulerit. Itaque poſt ueritatis plenum indicium, ut populus iam fraudes & impoſturas intelligeret cum ſyncere pietatis regula, ucllctq; repurgatam Eccleſiam aſſentiente magiſtratu, uel potius totum hoc negocium procurante, autores fuerunt tollendi miſſarum & idolorum manifeſte impios abuſus, cum aris ipſis et toto peregrinorum rituum agmine. Num poteſt quicquã uideri Chriſtiani nominis profeſſoribus uel dignius, uel tutius, uel rectius, quàm ſi reuocentur omnia inſtituta Eccleſiæ ad primitiuam ſimplicitatem, quando parum fuit ceremoniarum, pietatis & ſanctimonię plurimum? Inde quo magis inualuit turba & ſtrepitus Eccleſiaſticę pompæ, tanto indies deteriores facti ſunt mores hominũ. Etenim occupatio quædam & ſedulitas in ceremonijs à Chriſto nõ traditis fiduciam immittit, dumq; ſuum ſtudium quiſq; magnifacit, curam internę pietatis minuit. Nam ſi quis obijciat, nõ fuiſſe inutiles pernicioſasq; ceremonias Moſaicas, quibus Dauid & alij ſancti homines delectati ſunt unice, Apoſtolos etiã permiſiſſe quędam poſt Chriſti aduentũ, quo umbrę ceſſarũt, facilis eſt reſponſio. Putétne quiſquam inutiles aut ſuperuacaneas ceremonias fuiſſe populo Iudaico, Leuitis multas ob cauſas pro ingenijs eorum traditas, in quibus Chriſtus & res Eccleſiæ ſam graphice deſcriptæ, & liniamentis ſacrorũ typorũ depictæ fuerunt? Quæ profecto nunc etiã pios uiros & delectant et iuuant, quum ex ſcriptura ſancta repetentes illa perſpiciunt agnoſcuntq;, ut figuris uarijs Chriſtus uelut cum theatro & ſcena priſcis exhibitus eſt. Hinc potuit animus moueri, hinc fides ali, hinc ratio ſalutis per unũ Meſſiam perſpici, hinc ingens amor in Deum prouocari. Quod aũt Apoſtoli quorundam iudicio aliquid detulerunt, ut Paulus circũcideret Timotheũ, ut perſolueret in ſpecię Hieroſolymis uotũ, quod decreto ſynodali Chriſtianis iniunctũ eſt ut abſtinerẽt à ſanguine & ſuffocato, reſpondeat illis pro me Auguſtinus id quod reſpondit Hieronymo. Pręcepta ueterũ ſacramentorũ cur non dicam nec bona eſſe? quia nõ eis hoĩes iuſtificant: umbrę eñ ſunt, prænunciantes gratiam qua iuſtificamur. nec tamen mala, quia diuinitus pręcepta ſunt temporibus perſoniſq; cõgruẽtia. Hęc poſt reſurrectionẽ domini amiſerũt quaſi uitã officij ſui, ueruntamẽ religioſe fuerũt ad ſepulturã deducenda. Quid poteſt dici planius paucis uerbis? Hoc etiã incõmodũ eſt in ceremoniarũ occupa-

occupatione, quod multum operæ inſumendum eſt in docendo, ne homines quicquã præſidij ponãt in puerilib. iſtis ludicris, quæ procuratio erroris & abuſuum lõge perficeret̃ expeditius ſemel tollendo, quàm toties damnando. Adde quod multi libenter ad hæc declinant, æditui potius quàm ſacerdotes Domini, ut uideantur officio ſuo non defuiſſe, licet uicia non corripiant, ſeq́ profligatorum hominum odio fortiter obijciant. Nihil igitur utilius, nihil melius fuit, quàm exoticæ doctrinę reliquias uniuerſas ſemel euertere, nec Pharaonicis pactionib. cõcedere, unam aut alterã Miſſam, uniuerſaq́ ſimulacra, & id genus alia partim ſcripturis diuinis improbata, partim quæ probari non poſſunt. Fuitq́ totus populus Iſraël cũ filijs, cum uxoribus, cum ſeruis, cum pecoribus & rebus mutuatitijs educendus ad montẽ Domini Sinai, ut legittimo cultu ſacris Dei operetur. Nam qui unum concedit, gradũ facit ad ſecundum: & qui dedit alterum, ab eo iure petitur etiam tertium, meritoq́ procedit hæc inductio ad ultimam ſuperſtitionem. Cęterum ut imperia facile his artibus retinentur quibus ſunt parta, ita etiam Eccleſiæ ſtatus non poterit eſſe magis ſaluus, quàm ſi ad primordia reuocetur. Quantum apud nos profectum ſit in moribus, nolo ipſe celebrare, ne cui uidear aſſentator, aut proprię laudis buccinator. Non tribuo etiam fructus Euangelici ſeminarij cuiuſq́ hominis induſtriæ ac ſapientiæ, non ſeminanti, non riganti, non plantanti: ſed Domino, qui dedit incrementum. Si ſunt, ut nunquam Eccleſiæ defuerunt, quibus adhuc obuelatũ eſt Euangelium Chriſti, princeps tenebrarum eſt in culpa, qui oculos mentis illorum affectus praui glaucomate uiciauit. Certe forma Eccleſiæ mihi uidet̃ optime inſtituta æmulatione ſimplicitatis primitiuæ, quam Apoſtolorũ acta & Eccleſiaſticorum qui proximi fuerũt Apoſtolis ſcripta teſtant̃. Quàm paucis numero, quàm facilibus obſeruatu, quàm ſinceris actu ipſo ceremonijs fuit cõtenta Eccleſia, idq́ ex traditione Domini: Baptiſma ſacrũ initiandis ad religionem, euchariſtia memoriæ paſſionis dominicæ inſtituta ſunt; quæ à noſtris hominibus religioſiſſime obſeruantur. In cœtibus ſacris, ad quos uno cõueniebat̃ ſpiritu, erant preces, doctrina, panis fractio, ſeu cœnæ myſticæ celebratio. Corporis dominici & ſanguinis eius ſacramentũ quàm colatur à noſtris hominibus religioſe, ſatis antea indicatum eſt. Doctrina etiam ſinceriſſime adminiſtrat̃, & hominibus de ſacro ærario conſtituta ſunt ſalaria, qui doceant diſcantq́ tum literaturã ſacrã, tũ alias literas artesq́ bonas reip. non inutiles. Preces ſolennes quãq́ ſine põpis, in omni cœtu frequẽtant̃ pro ſalute regũ, pricipũ, magiſtratuũ totius deniq́ populi, ut trãquillã uitam degamus cũ pietate moribusq́ bonis cõiunctã. In precib. uero & gratulationib. an tacitę peragãt̃, an cantib. ſitũ eſt in arbitrio eccleſiarũ. Nã unã formã pſallẽdi orãdiq́ pręſcribẽdã eſſe oĩb. ut quædã cõcilia tẽtauerũt, magnorũ hoĩm ſentẽtijs & exem-

exemplo Eccleſiarũ refellitur. Vtq́ paucula ex infinitis attingã: Auguſtinus de fide Chriſt. probãs triplici ratione per orbem terrarũ diffuſam eſſe Eccleſiam catholicam autoritate ſcripturarum, uniuerſali traditione, aut certè propria atque particulari: Priuatis, inquit, cõſtitutionibus & proprijs informationibus unaquæque pro locorum uarietate, prout cuiq́ uiſum eſt, ſubſiſtit & regitur. Et hæc ſimilisq́ ſentẽtiæ alia per Gratianum in Diſtinctione undecima relata ſunt. Nicolaus quoque Pontifex Michaëli ĩperatori ſcribit ad hũc modũ: Sit ſancta Ro. Eccleſia, quod nihil obſint ſaluti credentiũ diuerſæ pro loco & tẽpore conſtitutiones, uel cõſuetudines, ſi illis canonica nõ obſiſtat autoritas. Hic autem nõ admittimus canoniſtam, ut Romanorum Pontificum canones interpretetur, quum more conſuetiſſimo diuinæ ſcripturæ decreta canonum titulo ſignificentur. Porrò beneficentia in pauperes, nec publicè nec priuatim neglecta eſt. Aduerſa ualetudine impliciti uiſuntur, et conſolatione ſcripturarum eriguntur in fiduciam erga Deum. A medicis autem pro morbi ratione corpora inunguntur. Fratribus qui extremum diem clauſerunt, ultimus honor impenditur humaniter, ſine precio, ſine impoſtura, ſine ſuperſtitione. Ferias quæ nihil ab ethnicorũ abhorruerũt moribus, beneq́ à ſapiente quodam definitę ſunt occaſio uiciorum, in anguſtiorem modũ & magis pium contrahi, neceſſitas ipſa præſuaſit. Quid in his poteſt repræhendi, ut parum orthodoxum? Quid factiones contra Eccleſiam reſipit? An eſt metuendum, ut ſcriptis exemplo iſto propoſito alij quidam præſides Eccleſiarum eandem uiam reparandi formam religionis affectent? An non potius optandum eſt omnium bonorũ uotis, ut eum animũ, eam induſtriam, fidẽ, diligentiã Deus clementiſſimus donet omnibus, quibus aliqua pars Eccleſiæ catholicæ tradita eſt? At conſilio priuato nihil fuit mutandũ, ſed concilij generalis expectanda fuit autoritas. Quod'nam concilium narras? quod toties poſtulatum, toties promiſſum, nondum potuit inuenire locum aut modum agendi certum? quod indictum tot modis poteſt impediri, ne quid efficiatur, ſi fortaſſe Patribus conſcriptis non poſſit de gradibus conuenire ad confeſſum, aut alia interueniens cauſa præpediat à decernendo? An poterit legittimum concilium, cuius autoritas merito ualeat, contra Dei uerbum ſtatuere quicquam? aut alium canonem habere iudicandi, quàm ſacras literas, quarum decreta mei Præceptores ſecuti ſunt? Si ergo futurum concilium aliud ſtatuat, quàm canonica ſcriptura prius definitum eſt, quis bonus obtemperabit? Omnes pij abhorrebunt, ut à libro uolatili qui deportatur in terram Sennaar, ut eſt apud Zachariam prophetam. Sin eadem quæ ſcripturis compræhenſa ſunt decernet, præclare factum eſt à noſtris, quod uerus cultus tanto tempore anteuertit concilium, quod de plurimis cauſis poteſt impediri. Satis

Ca. 5.

habet

habet autoritatis, qui Dei ſequitur immo tam ſententiam, licet ingens turba hominum potentiorum ſeſe opponat. Decreuit ſynodus Conſtantinopolitana, ut patianť imagines. Quanto rectius Leo Imperator ſuſtulit ſignum, tollens edicto principali ἱερμονοπτίδων παισί; Sanctio Imperatorum Theodoſij & Valentis, quæ eſt in primo libro Codicis, factum Leonis approbat. Vt mihi diuino lumine præfulgere uidetur, ſimplex confeſſor Paphnutius in ſynodo Nicena illis 308. patribus, qui contra Dei uerbum jam tunc florentibus rebus Eccleſiæ decernebant, ne præſides Eccleſiarum haberent in matrimonio legittimas uxores? Quis poteſt ſatis admirari Eſaiam, Ieremiam, Heliam, & totum chorum prophetarum, qui ſe toti ſacerdotum conſpirationi oppoſuerunt? An non omnibus epiſcopis iniunctum eſt legibus etiam pontificijs, ut ſinguli repurgent Eccleſias ſuas ab hereſibus & flagitijs? Metropolitanis inquies. Num poteſt eſſe alia poteſtas Eccleſiaſtica, niſi ut ad præſcriptum uerbi diuini res omnes diuinæ tranſigantur, non modo uerbis diſputando, ſed etiam actione, quod ueritas rectúmque habet proſequendo? Aliter enim quid attinet illis ſermonibus homines obtundere? Illam poteſtatem aio traditam æqualiter omnibus dei ſacerdotibus, ut locus & opes & paludamentum regium non faciant diſcrimen: ſed qui plus ſapientiæ, plus pietatis, plus ſanctimoniæ, plus induſtriæ, uigilantiæ, fidei, diligentiæ, fortitudinis re ipſa exhibet, merito illis præferendus eſt, qui uirtutibus pulcherrimis defecti ſunt. Non, inquies, æqualitas eſt in ſacerdotio Eccleſiæ, non magis quàm inter Leuitas et Romanorum flamines archiflamineſq; & protoflamines. Summus eſt Pontifex Rom. cui iure obedit uniuerſus ordo uirorum, qui primatum aliquem tenent in Eccleſia. Scio quid ſibi arroget triplex corona. Scio quid principum quædam ſanctiones uideantur concedere. Scio quid oppreſſa per tyrannidem iudicia hominum hactenus uiſa ſint permittere. Sed conueniebat magnum illum ueſtrum non ita contemni: Gregorium dico Papam, de quo gloriamini tantopere. qui decreuit, ut nemo ſe pro Pontifice uniuerſali gereret, ſe ſcribendo appellãs Seruũ ſeruorũ. Hoc opinor per antiphraſim dictũ exiſtimãt, qui uolũt eſſe reges regũ & domini dominantium. Audite Hieronymũ principem ex claſſicis Eccleſiæ doctorib. qui ſine tropo loquitur hiſce uerbis ad Euagrium ſuum: Quid excepta ordinatione facit Epiſcopus, quod presbyter nõ faciat? nec altera Ro. urbis eccleſia, altera totius orbis exiſtimãda eſt. Et paulo poſt: Vbicunq; fuerit ſiue Ro. epiſcopus, ſiue Eugubi, ſiue Cõſtãtinopoli, ſiue Rhegij, ſiue Alexãdriæ, ſiue Tanis, eiuſdẽ meriti, eiuſdẽ eſt et ſacerdotij. Potẽtia diuitiarũ, et paupertatis humilitas, uel ſublimiorẽ uel inferiorẽ Epiſcopũ facit. Cæterum omnes Apoſtolorum ſucceſſores ſunt. Quod igitur Romanus Pontifex lege monarchica iniuſtè ſibi ſumit in omnes Eccleſias,

hoc

hoc iure diuino, diuino mandato executi ſunt mei Præceptores in ſibi concreditis eccleſijs. Idem factum eſt in alijs locis quamplurimis, ut ciuitates, principes, reges, mutuas operas cum diuini uerbi præconibus iungentes, Eccleſiarum ſtatum ab intollerandis defœdationibus repurgarint. Nec melior tutiorq́, nec ad ſolidam pacem orbis Chriſtiani commodior ratio ſtatum Eccleſiæ reformandi eſſe poteſt, quàm ut imperia ſingula per diuini canonis præſcriptum ocyus corrigant per hominum malas traditiones deprauata. Stultum eſt habere normam agendi à Deo traditam, & illa non uti: expectare autem conciliorũ decreta, quæ niſi ad normam illam principalem quadrauerint, illis uti nõ poſſis. Cernitis igit iã dudũ, ô Clariſſimi Principes, quàm iniuſtè par illud Epiſcoporũ triuialiũ, ut inſularũ admiratoribus uidentur, ſed qui errores inueteratos induſtria ſuſtulerunt, & reuocatis è ſtygia palude hæreſibus Donatiſtarum, Pelagianorum, Arrianorum, Nouatianorum, Neſtorianorum & alijs plurimis, dum genio indulgent Epiſcopi magni, fortiter obſtiterũt: quàm iniuſtè inquã damnetur par illud cernitis, quod ſinceritatem doctrinæ ſeruauit, & modum Eccleſias adminiſtrandi optimũ adhibuit. Cernitis quàm iniquo iudicio præmantur eorum libri, ſacris canonibus quadrantes. Cernitis quod æſtimare facilimum eſt, quanto diſpendio extra territorium Eccleſiæ proſcribantur, præſertim quæ ſinceriſſimo propoſito in gratiam bonorũ publicata ſunt. Multos ambitio, multos lucelli quanticunq ſtudium, multos libido contendendi, ad ſcribendum ſolet impellere. Hos uiros ingens deſiderium propagandæ ueritatis & omnibus cõmodandi, quantum in ſe foret, ad libros ſuos ederdos permouit. Quod autem cenſuerunt ſcribendũ, in quantumuis multiplicibus & arduis negocijs tamen ingenium intendẽtes cura & diligentia conſecuti ſunt, ut eorum ſcripta etiam uetuſtati nõ eſſent indecora ob eruditionẽ, lucem, elegantiam, nitorem grauẽ. Imprimis uero illos commendat perſpicua breuitas, paucis cõceſſa. Sunt enim qui prolixos conſuant centones, & cum paginas ingentes impleuerunt, parum uel nihil dixerint. His uiris ſtudium fuit, tempus, quo nihil precioſius eſt, lectoribus nõ abs re ſurripere. Vnde ſuccincto ſermone florẽ ſententiarũ & adipem rerũ concludunt, ut paucorum nominũ faſciculus ingentẽ uim capiat fructuoſę lectionis. Sed errauerint in quibuſdam ut homines, lapſi ſint ut mortales, impegerint quandoq illorũ cõſilia, ut ſapientiſſimis uiris nebulæ quædam iudicij radium obſcurant: exierit interdum liberius uerbum, quod iudicio an affectu arrogãtiæ aut iracundiæ prolatum ſit ſcire non poſſum, quippe cui pectus introſpicere tum non licuit. Illa non defendam, ſi alicubi ſunt admiſſa, quæ in alijs & meipſo reprehendere ſoleo. Num autem propter paucula, quæ uidentur rectè poſſe reprehendi, omnia ipſorum præclara facta & opera ſunt damnanda?

Num

Digitized by Google

Num libri omnes abijciendi? Quis mortalium nõ aberrat aliquoties? Video in antiquis Eccleſiæ magiſtris multa reprehenſione digniſſima. Num ob neuos paucos & leuiculos totã pulchritudinẽ, tantã utilitatẽ operũ cõtemnere debeo? Nã ut prætercam ſtudio breuitatis infinita, ex Tychonij ſordidiſſimi heretici libris Auguſtin. extraxit regulas aliquot utiliſſimas, ad interpretationem ſcripturarũ diuinarũ: Origenis libri de principijs rerum quibuſdam uidentur eſſe ſcatebra noxij erroris. et tamen Eccleſia uetus non in totum abiecit propter multa bona, ſed præmiſſo per Hieronymum antidoto lectioni poſteritatis eos tradidit. Pueris permittuntur ſcripta Poẽtarũ laſciua & multis quæ inſidiantur teneræ ætati referta: ſed propter elegantiam ſermonis, nõ ut diſcant impudicitiã. Et quamobrẽ uitandi ſunt libri optimorũ uirorũ, quibus religionis doctrinam explanarũt, etiam ſi uerbum liberius aliquando in dignum hominẽ exiuit? Maledicendi artificiũ nemo hic diſcet, cuius artifices uulgo nimisq; abundant. Probent omnia, expẽdant oĩa quo tẽpore, in quo negocio, quib. de cauſis ſcriptũ ſit inſpiciat: quod aũt bonum fuerit, id demũ recipiat. Hoc ſtatuit diuinus Paulus. Hoc ſedit in animo Præceptorũ meorũ, ut ſcripta ſua legerẽtur cũ iudicio. Itaq; amplius nõ petã, quod etiã nulla honeſta ratio poteſt negare.

Dicta uideri poſſet cauſa Principes optimi, poſtquam demonſtratum eſt, non contentione quadã aſtruendi noſtra & deſtruendi cõtraria, ſed ex poſitione duntaxat negotij, quod ſumma pietate atq; dexteritate geſſerũt in Eccleſia OECOL. & ZVINGLIVS, eorũ libros ut diuinis dogmatibus congruentes nullo iure damnari poſſe, nec extra limina Eccleſiæ prohiberi, quum non modo pernicioſi nõ ſint, ſed multifariam ſtudioſis rerum ſacrarum utiles. Verũ quia ſolent ab ignaris dũ ſpectant luentes ſupplicium obnoxij eſſe culpæ licet innocentes puniantur, noſtraq; cauſa præiudicijs temerarijs potiſſimum prematur, uidet etiam ſecunda pars meæ propoſitionis breuiter attingenda, quàm indignis modis damnentur hęc quę defendo, quamq; malis artibus perſecutio concinnata ſit. Quæ ideo breuius erunt percurrenda, quia improbitatem aduerſariorum detegũt, magis quàm ut firmamenta negocij contineant. Deſcendamus igitur ad cenſuram theologicam, ad tribunalia ſacra, ubi libri titulo uiolatæ religionis rei fiunt, & quatenus uiſum eſt damnantur cum ſcriptorib. ipſis et ſcriptorum approbatoribus, interdũ & lectorib. Quę tanta maieſtate coruſcant, quanta prædicatur eſſe apud inferos in foro Minois Æaci & Rhadamanthi. Imaginemini Principes, ueniſſe uos ad ſubſellium: ubi Critici cucullati & caputiati quæſitores hęreſum diſputationes omniũ cenſent, & uirgula ſua diuina inſigniunt uelut aurea optimæq; notæ, quæ ſibi cõmoda uident: triſtẽ uero notã irrogãt carbone hæreſeos ſuggilantes, quæ ſibi & apoſtolicæ ſedi nõ placẽt. Fingite adductos reos uel ZVINGLII uel OEC. aliquẽ egregie ſcriptũ libellum. Ibi autoritas Apoſtolica, theologica grauitas,

tas, ſenatus catholicus pronunciabit: Hoc damnatū eſt prius, hæc propoſitio nō eſt diſputabilis, hoc ſcandaloſum, hoc ſchiſmaticum, hoc apoſtaticum, hoc hæreticum, hoc Vuicleffiſticum, hoc Huſſiticū, hoc Bohemicum, hoc Lutheranū, hoc Sacramentariū, hoc anathemate feriendū, hoc armis Vulcanijs expugnandum. Vbi nā gentiū ſumus? Quæ nam gens barbariſſima habet eiuſmodi iudicia, ut idem accuſator, idem teſtis, idē iudex ſit? Vna uox ſufficiat ad crimen, ad probationē, ad grauē ſententiā? Hoc non decet ueſtram, quam præfertis, ſapientiam. Occludite carnificinam, lapſus ſum, uolui dicere officinam iſtam, & locos argumentorum ad conuincendos hæreticos, quorū cōcluſiones ferè tenent in Dabitis aut Ferio. Agite rationibus, ut decet ueſtros clariſſimos titulos: probate impietatem, oſtendite ueritatē, ſuccurrite circumuentis à diabolo aut uerſutis hominibus, aſſerite membra Eccleſiæ, ſanguine Chriſti redemptos eripite è faucibus Cerberi. At non ſinunt leges Beatiſſimi patris, in quas cōiuratum eſt à uobis. Proferte quæſo firmamenta ueſtra ut cognoſcamus ueſtrū ius, ueſtras leges, utrū iuuent partes ueſtras, an commendent cauſam noſtrā. Modeſte uobiſcum agam, ut ſtudioſus ſacræ paginæ. Non accipietis ex me ullum probrū, cuiuſmodi etiā nō pudet quotidie magiſtros noſtros in Sorbonicis diſputationibus uiciſſim inter ſe commutare ſtudio ueritatis retinendæ, aut certè ſuæ ſententiæ qualiſcunque: ut equidem nō mirer uos ita ſæuis modis agere contrà eos, quos uultis haberi pro hæreticis. Recita Gelaſij canonem ex cauſa 24. Maiores noſtri diuina inſpiratione cernentes neceſſario præcauerunt, ut quod contra unāmquāq; hæreſim coacta ſemel ſynodus pro fidei communione & ueritate catholica atq; apoſtolica promulgaſſet, non ſinerent nouis poſt hoc retractationibus mutilari, ne prius occaſio præberet, quæ medicinaliter fuerāt ſtatuta pulſandi: ſed autore dānato ſufficere iudicauerunt, ut quiſquis aliquando huius erroris cōmunicator exiſteret, principali ſentētia dānationis eius eſſet obſtrictus. Et alibi: Canonū magiſtris atq; cuſtodib. nullū nobis fas eſt inire certamē cū hominib. cōmunionis alienæ. Hæc eſt maior præmiſſa ſyllogiſmi, qua probatis ætate noſtra nō cōuincēdos rationib. & ſcripturæ teſtimonijs hæreticos. Poſſet uideri clypeus Achilleus, imperitis præſertim, & qui libenter iſtuc uobis crederēt honoris gratia, niſi maximorū hominū obſtaret autoritas, niſiq; ueſtros Chryſaſpidas propugnatores puduiſſet huius canonis, qui miſere conati ſunt diſputationibus & libellis famoſis ueſtrā cauſam defendere. Audiamus tamen minorē præmiſſam, qua oſtendit nos præiudicio damnatos, quū Ro. ſedi cōtradicimus. Recita ex 5. Decretal. de hæreticis & de ſacramentis: Vniuerſos qui de ſacramēto corporis et ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti, uel de baptiſmate, ſeu peccatorū confeſſione, matrimonio, uel reliquis eccleſiaſticis ſacramentis aliter ſentire aut docere nō metuūt, q̄ ſacroſancta Rom. Eccleſia prædicat & obſeruat, & quoſcunq;

eadem

eadem Ro. Eccleſia uel ſinguli Epiſcopi per diœceſes ſuas cũ cõſilio clericorum, uel clerici ipſi ſede uacãte cũ cõſilio, ſi oportuerit, uicinorũ Epiſcoporũ hęreticos iudicauerint, uinculo perpetui anathematis innodamus. Hęc dãnationis forma eſt, ſecundũ quã recte noſtræ Eccleſię dãnant et anathemate feriunt Ro. Eccleſiã, quã uos metuitis, q̃a rationẽ non tenet ſanctę Eccleſiæ, quę dicit̃ à Petro iſtituta procul dubio diuinæ ſcripturæ dogmatibus, quæ hodie in iſta nõ ualent: ſed nec mores in ſacramentis obſeruat, quos Cæſar Iuſtin. uoluit ſeruari, & ſeruatos oſtendit. Recognoſcite conſtitutiones Nouellas & Codicis ſanctiones, quæ ignorare nõ debetis. Sequitur perſecutio, quã ſaltuatim perſtringam. Præſenti nihilominus ordinatione ſancimus, ut quicunq; fuerint manifeſtè in hæreſi depręhenſi, religionis obumbratione fucati, clericus officio & beneficio ſpoliatus, ſecularis relinquatur arbitrio poteſtatis, animaduerſione debita puniendus, niſi continuo recurrerit ſponte ad unitatem Eccleſiæ: laicus niſi confeſtim abiuret hereſim, tradatur poteſtati ſeculari. ſuſpectus, mox ſe purget. Omnib. ordinib. magiſtratuũ nominatim iniungit̃, ut fideliter & efficaciter requirãt hæreticos, contraq; illos & illorũ cõplices iuuẽt Eccleſiã ſuã. Hoc ni faciãt, intentat̃ ſpoliatio dignitatis & honorũ, ciuitatib. negatur cõmerciũ cũ cæteris hominibus. ſatis pro imperio. Si placet tamẽ, cõcludamus ſyllogiſmũ. Qui antea ſunt dãnati, cõtra illos nõ eſt diſputãdũ. Qui noſtra ætate recedũt in ſacramentorũ ritib. & alijs à Rom. Eccleſia, prius ſunt damnati, & debent ſubiacere pœnæ. Ergo. Sicci ne perſequendi ſunt hoſtes non magis Eccleſiæ, q̃ ueſtri, ſiquidẽ ita uultis, ut fracto brachio uirtutũ, obtuſoq; gladio ſpiritus inuocetis brachiũ ſeculare, armatũ gladio carneo? Expedita ſanè atq; cõpendiaria uia eſt ad factiones, & opprimendos quoslibet: ut qui ueſtris ſtudijs, moribus, lucris, quæſtui nõ cõpetit, titulo uiolatæ fidei dãnatũ exponatis quorumlibet iniurijs. Quod nimis q̃ graue ſibi aliquot optimi ſenſere Principes, ſua iuriſdictione atq; ampliſſimo patrimonio exuti. At nõ ſic egerũt Prophetę, non Apoſtoli, nõ propugnacula iſta Eccleſię et catholicę religionis, qui exemplo Dauid ſuperbũ Goliath ſuo ſibi gladio iugulantis, globos Iudęorũ et gentiliũ et hæreticorũ feliciſſime diſiecerũt, ſalutẽ populo fideli attulerũt, pacẽ Eccleſię reddiderunt. An ſic egit Ireneus cõtra tot infernalis hydrę capita? aut Tertul. aut Origenes, aut Lactantius, aut Hieron. aut Auguſt. tot hęreſes ſimul aggrediẽtes, aut ſingulas cęterũ ualidiſſimis copijs inſtructas? Olim dãnatos inq̃tis: quorſum attinet denuo cõuincere? aut q̃d opus eſt bene decreta retractare? Quaſi uero nõ iſti minus doctiſſimi quàm ſanctiſſimi homines reſponderint probatis erroribus? An nõ ſacra ſcriptura ſemel damnat omnes hæreſes? An nõ ius ciuile omnẽ ſemel iniuſticiã dãnat? Et tamen ſunt lites quotidianę, ſunt iudicia, quoniã infinita intercidũt negocijs, quæ diſſimilitudinẽ afferãt, & præiudicata uarient, ut partib. utrinq; auditis, depręhẽſaq; ueritate, ac circunſtãtijs inter ſe diligẽter collatis ius ſecundũ leges demũ dici poſſit.

Quid ergo? Non cenſes perſequendos & coërcendos hæreticos, ne in perniciem trahant homines? Ego uero cenſeo, quod pietas, quod fides, quod charitas enixe flagitat, quod factitatum eſt à ſanctiſſimis hominibus, quod ſumma diligentia & fide factitatum eſt à pijs Principibus, quod imprimis factum à meis Præceptoribus uerè gloriari poſſum: qui ſe fortiſſime in dimicationes infinitas dediderunt, quũ non modo Anabaptiſtarum ex Donati reliquijs exorta eſt hæreſis, ſed ſchola prope uniuerſalis ueterum errorum, qui ſingulas ætates uexarunt, à Satana eſt aperta illis nouiſſimis temporibus, quibus & cœleſtis prouidentia uberrimum uerbi diuini ſeminarium in Eccleſię agros benigne ſparſit. Id quod negare non poſſunt de meis Præceptoribus, nec improbare, qui tamen cenſent citra cõcilij autoritatem nihil agendum eſſe in negocijs fidei. Sed contendo, nos hereticos non eſſe, qui demonſtraui à nullo dogmate catholico diſceſſum eſſe per nos. Idem aio, uos non ſeruare modum legitimum perſequendi hæreticos. Verũ ut intelligatis, quàm non faueamus ulli hæreſi, qui odimus autores impiæ doctrinæ ut canes, ut ſerpentes, ut lupos Eccleſiam Chriſti uaſtantes: & qui modus uideatur obſeruandus, ſic accipite. Nã ut inſtitui, utq; decet de rebus Dei agentes, benigne uos tractabo. Primum non eſt dicenda hæreſis, mos alicuius Eccleſiæ ab alijs nonnihil abludens, uel ratione ſuſceptis uel errore, qui tamen honeſtum & utilitatẽ ſanctam reſpexit, nec canonicæ ſcripturæ pugnat. Quemadmodũ Hieronymus in Commentarijs Eſai. morem ſeruatũ in Eccleſijs occidentis ſcribit ſuis etiam temporibus, ut renatis in Chriſto uinum & lac tribuatur: quod uoluerunt per lac innocentiam ſignificare, quæ diligenter eſſet conſeruanda in pueris Eccleſiæ. Cuius generis ingens turba poſſet oſtendi etiam in ſingulis diœceſibus, in ſingulis Eccleſijs, ut mores religionis externæ uariati ſint certas ob cauſas. Propter quæ uſq; adeo belligerãdũ nõ eſt ſpirituali armatura, ut etiam diſſidiũ nõ debeat appellari. Deinde ſunt errores abſurdi, et ueſania, quæ capit interdum religione imbutos, quũ ſcripturæ ſententias nõ probe intellexerũt, nec tamen acie directa pugnant contra catholica dogmata. Qui homines miſeratione magis quàm odio digni ſunt, nec perſequendi acerbius, niſi condant ſectam, per quam reip. conturbationem moliant̃. Non ſunt relinquendi etiam in errore ſuo, ſed præbita manu placide reducendi ad ſanam mentem. Equidem ridere ſoleo Artotyritas, qui caſeum adhibebant in cœna dominica: quo certè me cibo, à quo palatum meum abhorret, longe pepuliſſent à ſuis myſterijs. Aſcitas, qui utrem inflatũ & coopertum circumtulerũt, dicentes ſe utres euangelicos, non minus rideo quàm Stationarios, qui oſſa mortuorũ circungeſtantes, fraternitates quaſdam cõſcribebãt: aut Publicanos, indulgentiarũ, q ex arca ſua cõdonatiõnẽ peccatorũ diſpenſabãt. Nudipedes rideo, ut nudipedes funigeros, quiq; deraſo ad uiuũ uertice ſeſe pro religioſis uenditãt. Tertiũ genus cõtinet praua & impia dogmata, quę ex diametro pugnant cũ orthodoxis ſententijs fidei

dei ſymbolo compræhenſis: ut fuerũt olim hæreticorum ſectę innumerę, in hoc omnes conſpirantes, ut trinitatis unitatem dirimerent, & Chriſto adimerent ſuas proprietates. Cum his nulla pax, nullę induciæ, quia deuotis animis contra Chriſti regnum pugnant, à quo per impiam factionem in Antichriſti partes tranſierunt. Et quoniam à myſtico Domini corpore ſua perfidia uelut putrida membra reſecantur, Heb. קצורים uocantur, quam uocem mutuo ſumptam ſermo Germanicus & Eccleſiæ manifeſtis hoſtibus, & qui concubitu nefario totum genus humanum uiolant, quia grauius deeſt, accõmodat. Hos perſecuti ſunt gladio diuino ſatellites Dei, cum his conflixerunt tanquam pro focis & aris. Contra illos claſſicum canunt bonæ leges Principum, ut contra Cerinthum, Ebionem, Appellem, Heluidium, Neſtorium, Nouatum, Pelagium, Donatũ, Apollinarium, Eutycheten, qui & ſynodorum calculis damnati ſunt. Sed ne quis putet nos temeritate quædã in tantis reb. decernere, audiant primarię autoritatis uiri. Auguſtinus enim hiſce uerbis deſcribit hæreticum: Eum eſſe qui alicuius temporalis commodi, & maximæ uanę gloriæ principatusq́ ſui gratia, falſas ac nouas opiniones uel gignit, uel ſequitur. Idem ait inter hæreticos nõ habendos, qui inciderunt in errorem caſu quodam, ut ſi parentes fuiſſent irretiti, quærũt autẽ cauta ſollicitudine ueritatem, & parati ſunt corrigi, quum inuenerunt ueritatem. De ſe ait etiam: Errare poſſum, hæreticus eſſe non poſſum. Leo Papa diſtinct. 24. & crimen & cauſas tanti ſceleris non obſcure indicat, dicens. Quid iniquius, quam impia ſapere, & ſapientiorib. doctioribusq́ nõ credere? Sed in hanc inſipientiam cadũt, quicunq; ad cognoſcendam ueritatẽ aliquo impediunt obſcuro, & nõ ad propheticas uoces, nõ apoſtolicas literas, nõ euangelicas autoritates, ſed ad ſemetipſos recurrunt. Et contrarij magiſtri erroris exiſtunt, quia ueritatis diſcipuli non fuerũt. Valentinus & Theodoſius ad Heſperiũ præfectum prætorio 1. Codic. Hęreticorũ uocabulo continent & latis aduerſos eos qui ſanctionibus debent ſuccumbere, qui uel leui argumento à iudicio catholicę religionis & tramite deuiare detecti fuerint. Ex his planiſſimũ eſt, quod initio meę orationis dixi, hæreticos non eſſe niſi qui à catholicis dogmatib. quæ in diuina ſcriptura ſunt compræhenſa diſcederẽt: nec tamẽ omnes, ſed qui animi prauitate uel excitant nouũ, uel reuocãt antiquatũ, uel ſectantur excitatum errorem. Sunt eñ qui ſuperbia, quæ mater hæreſum ab Auguſtino dicit, in doctrinas impias deflectant: ſunt qui auaritia, ſunt qui odio & inuidia, ſed ſunt etiam qui ſimplicitate ſua in fraudem abducuntur permiſſu Dei. Ea propter nõ poteſt una eſſe ratio extirpandi hæreſes erga omnes homines, ſiquidem ipſi errores nõ ſunt paris flagitij, nec ingenia ſimilia, nec eędem cauſæ, per quas erroribus ſacrilegis homines implicantur. Quemadmodum ergo medicina omnibus morbis atq; uulneribus non eandem adhibet curationem, ſed alia ſanantur lenius, alia ſectionibus et uſturis. Ita cenſura diſciplinaq́ Eccleſiæ in morib. & opinio

 nibus

Digitized by Google

nibus hominum medendis non una lege, nec eadem pœna utendum intelligit. Quid enim iniquius, quàm magiſtrum ſacrilegi dogmatis, qui animi elatione ultro uenit ad oppugnandam ueritatẽ, & in eo propoſito pertinaciter pergit, quantumuis admonitus deterritusq́, & aliquẽ uulgarem hominem, qui per ſimplicitatem ſuam circumuentus eſt, cæterum præberet aurem uera docentibus, poſſetq́ rationibus ad mentem reduci, eodem ſupplicio & perſecutioni obnoxios eſſe? Cur non cauet laqueum & foueam, quæ iam olim detecta ſunt, clamitas? Quis idiotæ indicauit ſynodorũ acta, quid damnarint, aut qua ratione? Aut ſi hoc tempore quippiam denuo damnatur, animus religioſus non poteſt nudis imperijs hominum acquieſcere, ſed rationbus deducendus eſt à praua opinione, quam ut ueram & diuinæ menti congruam appræhendit. Ne igitur ſimpliciter errans, & pertinaciter dogmata impia proſequens, eodem inuoluantur malo, conuenit eſſe quæſtiones integras & actiones prudentes, ut qui corrigi poſſunt, autoritate atq; rationibus diuinis ad ueri cognitionem traducantur, quod multis eueniſſe Anabaptiſtis noſtro ſeculo noui, & pluribus obtingere potuiſſet, niſi præcipitantius actum fuiſſet. Eadem opera manifeſti eſſe poterunt, qui malitia, impietate, animi prauitate ſe dogmatibus hæreticis applicuerint, & qua ratione caſtigandi ſint. Alijs ad correctionem ſatis efficax erit caſtigatio ſeuerioris orationis. Alius cerebroſior, ut malus nodus requirit peiorẽ cuneũ, quod genus puniendi uel coërcendi potius, ne infecta membra ſinceras partes corripiant, arbitrio magiſtratus & bonorum uirorum decernendum eſt perſpecta ratione dogmatis, perſpecto ingenio & conatibus hæreticorum, cognita ratione temporis atque locorum. Non enim penes eccleſiaſticos uiros duntaxat cenſura & caſtigatio tum morum tum dogmatum exiſtit, exiſtit quæ Banna dicitur: nimirum Syra uoce, quæ intellectum & reſipiſcentiam ſonat, qua primitiua Eccleſia cenſuram & iudicium ſuum appellare uoluit, quoniam ad reſipiſcentiam & emendationem ſpectabat illa corporis caſtigatio: ſicut in propheta dicitur, Vexatio dabit intellectum. Cuius grauiſſimum ſupliciũ fuit anathema & proſcriptio extra limen Eccleſiæ, ut crimine probato ſcripturisq; diuinis damnato, conſenſu totius Eccleſiæ obnoxius flagitio aut etiam correptus ueneno hæreſeos ab Eccleſiæ conſortio excluderetur. Sed poſtquam Chriſtiani Principes facti ſunt, penes quos ſunt fora et iudicia, Eccleſiæ cenſura non modo à miniſtris ſacrorum, ſed etiam à magiſtratu politico debet procurari, ut copioſiſſime Auguſtinus oſtendit contra Donatiſtas agens. Sacerdotum eſt munus, ut in tempore ſana doctrina præmuniant animos aduerſum pernicioſas lętiferasq́ hæreſes; quumq́ ingruerunt in Eccleſiam, fortiter oppugnandæ ſunt rationibus, non conuicijs, ſcriptura ſacra, non conſtitutiunculis hominum. Si qui uero in grege, malo correpti ſunt, quærenda eſt copia colloquendi pri

uatim

uatim, ut à paſtore fido ac diligenti reducantur ad unionem catholicam. Id ſi cum bona gratia fieri non poteſt, magiſtratus inquiret miſeros illos et rones è latebris in lucem protrahet, ut in cõuentu eruditorium & aliquorum de magiſtratu ſeculari cauſam dicant, fideiꝗ rationem reddant ac uiciſſim accipiant. Ibi ſi probo ingenio donatus ueritatem afferri uiderit, agnoſcet mox paſtoris ſui Chriſti uocem, ac ſponte obtemperans redibit ad caulam Domini. Sin qui diſtorto animo tenere uolent mendacium, ut diaboli genus referentes, animaduertetur tamen circunſtantiarum omnium collatione, quomodo hi obdurati ſint tractandi, ut emendentur ſi curabiles ſunt: aut ſaltem reprimantur, ne turbent Eccleſiam, neu ſimplicitas in errores peſtiferos abducant. Vnde ſunt in legibus Imperatorum, & in hiſtorijs eccleſiaſticis uariæ pœnæ hæreticorum, uelut carcer, priuatio honorum, ademptio partis bonorum aut omniũ, exilium, mutilatio, capitis ſupplicium. Et hæc mihi uidetur uia coërcendi praua dogmata longe præſtantior ad tranquillitatem Eccleſiæ, incolumitatem reip. ſalutẽ hominum, quàm ſit qua uos ſoletis ingredi. Cæterum admonebo familiariter, quid boni uiri ſentiant & loquantur, quum detonatis, iam olim confoſſas, exploſas fulmine diro, afflictas hæreſes, inuocatisꝗ brachium ſeculare, ut uobis moleſtos è medio tollat: uel putẽt uos diffidere cauſæ ueſtræ, ſimilesꝗ putant litigatori, qui malam cauſam obtinuit apud iudicem corruptum, aut ſtolidum, aut dormitantem. Is ſi reuocetur in ius ad diligentem negocij retractationẽ, neꝗ ſanè ad iniquum locum aut iudicem, repugnat uociferans indignum eſſe, ut bene iudicata retractentur, ut boni uiri ſtulticiæ, ignauiæ, iniuſticiæ inſimulentur: ut fruſtra exhibeatur negocium alioquin occupatiſſimis. Hæc & id genus alia cauſatur, quæ nunquam prætenderet, ſi cauſæ fideret, ſciens tanto fore ſplendidiorem bonitatem. Cauſæ quanto ſæpius & diligentius cognoſcatur. uel putant uos diffidere uiribus ueſtris, & indoctorum putant ſapientiam profeſſis, tam uacuo eſſe pectore ad tuendam cauſam religionis. Vel negligentes, inertes, ſuperbosꝗ putant, qui nolitis ueſtram gregem curare: & quum adhibita medicina per uos multi poſſent Chriſto lucrifieri, ſi officio paſtorũ fungeremini, quo nihil debebat eſſe antiquius, ponatis uitam lubentius in uoluptatibus temporarijs. Itaꝗ ponunt inter eos, de quibus dicit Ezechiel cap. 34. Lac comedebatis, et lanis operiebamini, et quod craſſum erat occidebatis, gregẽ autẽ meũ nõ paſcebatis. quod miſerũ fuit nõ cõſolidaſtis, & quod ægrotũ nõ ſanaſtis, quod cõtractũ nõ alligaſtis, & quod abiectũ nõ reduxiſtis, quod perierat non quæſiuiſtis, ſed cum auſteritate imperabatis eis & cum potentia. Et diſperſæ ſunt oues meæ, eo quod non eſſet paſtor, & factæ ſunt in deuorationẽ omnium beſtiarum agri & diſperſe erũt. Proinde ſi uultis ueſtrã autoritatẽ ſaluã, ut ipſe ĩprimis opto redire autoritatẽ cũ uirtutib. eccleſiaſticis, ſi cauſam ueſtrã non ſuſpectã cupitis, defi

nite crepare illud in rebus religionis & ſalutis, actum ne agas. Quos ſalua re cupitis, eos inquirite, nec pigeat tempus aliquantum animę ſeruandę tribuere. Quos uultis caueri, eos ut decet uiros bonos & religionis defenſores, facite manifeſtos, probate crimen hæreſeos, tentate corrigere, obduratos indicate, arbitrio magiſtratus iuſti & moderati ad æquam caſtigationem permittite. Hocq́ non poteſtis, deſinite oppedere meliorib. repugnare ueritati, Eccleſiam turbare, bonis ſtruere periculum, innocẽtes perdere. Ita conſequemini, ut meliores habeamini, non in eorum numero, de quibus prædixit Apoſtolus: Stultitia eorum fiet manifeſta. Non reponemini inter illos, qui clauem ſcientię habent, nec tamen intrant in regnũ cœlorum, nec alijs permittunt. Quod ſi ex animo ueritati præbueritis manus, effugietis horrenda Dei iudicia, quæ parata ſunt filios Eccleſiæ perſequentibus, & conſortes eritis bonorum, quæ prouidentia diuina in ſectatores aſſertoresq́ ueritatis deſtinauit. Videtis optimi Principes, ut nullo negocio deiecerim aduerſariorum ualidiſſimas machinas: nempe damnationes præiudiciorum, quibus præcipue cauſam noſtram degrauari uideo apud illos, qui rem diligentius non perpendunt. Nunc artes malas tranſcurrendo ſubuertam, uelut leuem armaturam, poſtquam unicum pręſidium ſic à meorum Præceptorum capitibus deturbatum eſt, ut appareat etiam, quàm facile ſit præiudiciorum iſtam temeritatem in gregis aduerſarij uexationem conuertere. Primum, qui ad ſubuertendam ueritatis doctrinam, quã OECOLAMPADIVS & ZVING. cõſtantiſſime aſſeruerũt, ſic accedunt, ut ſpeciem diſputantium & rationibus agentium præbere uelint, perſonas illas inuadunt, uituperant, lacerant, odijsq́ & contemptui obijcere modis omnibus machinantur. Vnde ſequitur apud incautos rerum etiam, quas deteſtabiles, ut nunc falſò uidentur, homines approbarũt. quod artificium oppugnandi ueritatem à Satana excogitatũ, à ſophiſtis frequentatum eſt, qui uocant ſolutionem ad perſonata, ut quum in ipſa re parum eſt præſidij, oratio conuertatur ad deiectionem hominis, qui ſolidam aduerſus nos ueritatem adducit. Qua eloquentia canina Paulus etiam à pſeudoprophetis petitus eſt, ut euangelici præconij eleuaretur autoritas. Hoc telum omnes arripuerunt, qui Chriſti Eccleſiã & Euangelij doctrinã perſecuti ſunt, ut nouerunt hiſtoriæ eccleſiaſticę apologeticorũq́ lectores. Eruditionem igitur ZVINGLIO & OECOL. detrahunt, hoc eſt, luſciniæ cantũ. Si uerũ hic proloqui uelim, et dicere qua ętate, q̃ feliciter imbiberit bonas literas, nõ modo humanas, uerũ etiã diuinas, et in quod eruditionis faſtigiũ aſcenderint, ineptire uidebor, mihi iudiciũ ſumẽs de literatura et de tãtis uiris. Id tamen dicã, quod ad rem præſentẽ pertinet, eorũ libros cognoſcẽdos, et ſi nõ teſtabuntur facultates omnes ad theologię profeſſionẽ attinẽtes iſtis uiris ubertim adfuiſſe, peritiã ſacrę ſcripturę, cognitionẽ autorũ q ex profeſſo diuina uolumina interpretati ſunt, peritiam linguarum trium, Grecę, Latinę, et Hebraicę, orationis artificiũ, ſermonem luculen-

luculentum, terſum, ſobriũ, illumq́ inſtructum hiſtoria, poëtarum ſcriptis, philoſophiæ tum moralis tũ naturalis ſcientia, ut tamen redigant in ordinẽ. Ingeniũ utriq; fuit ad res egregias nõ abſurdũ, probitas animi, naturæ bonitas, mores candidi et integri. Cæterum quum hæc haberẽt communia, fuit tamen ingenij etiam quędam diſſimilitudo: ſed in neutro improbanda: licet à maleuolis, quibus nihil placere poteſt, ualde improbata ſit. ZVINGLIO fuit ingeniũ ardens atq; uehemens, OECOLAMPADIO mite atq; oleo tranquillius: hoc fuit ſtupor & inertia, illud crudelitas, ſæuitia, ſtudiũ tumultuandi, ſitis factionũ et ſanguinis humani. ZVINGLIVS alacer obibat quæuis negocia, & maleuoli dictitant arrogantiam atq; confidentiam: OECOL. fuit tardior, & abiecti animi, torpidiq; uocabulum (ſi dijs placet) meruit. Gaudebat ZVING. congreſſu bonorum hominũ utcunq; animũ releuare à cõtinuis laboribus: nihil fuit OECOLAMPADIO ſuauius, quàm in lectione conquieſcere. alterum leuis hominis & epulonis fuit ſcilicet, alterum moroſi, aſperi, à ſocietate humana ritu miſanthropi Timonis abhorrentis. Vtriq; ingens ſollicitudo incubuit & cura, ſtatum Eccleſiæ ſuæ cognoſcendi, omniumq́ rerum, quæ uel bono uel malo eſſe poſſent. id æquiſſimi æſtimatores & interpretes dixerunt affectationem magiſtratus & libidinem dominandi. Sic habet ſemper inuidia cum ſuis pediſſequis quod reprehendat, quod ueritatis greſſibus obſtruat. Exitus uero lachrymabilis optimorum uirorum imprimis idoneus uidetur, in quo ſe iactet canina eloquẽtia. Ibi geſtit, ibi tripudiat, ibi accinit epiphonemata, ibi triumphos canit mendacij doctrina. Ego ſi encomio celebrare debeam Præceptores meos, ingentem laudis cumulum ex morte illorum ſumerem. Sed quoniam hic duntaxat defendendi mihi ſunt, quatenus eorum perſona cum præconio ueritatis coniuncta eſt, pauciſſimis refellam ſycophantiæ ſermunculos, ut alias etiam confertas copias leuiſſimi exercitus tranſcurrendo proterere inſtitui. Nihil habet argumenti fortuna triſtis OECOLAMPADII & ZVINGLII ad probandum, aut ipſos fuiſſe homines ſceleſtos, aut doctrinam quam inuexerunt Eccleſiæ, tum falſam, tum pernicioſam populis. Quid enim noui accidit, quum inuoluti ſunt calamitatibus homines? Ea ſumus conditione in terram expoſiti, ea lege uiuimus, ut expectemus, & dum uſu ueniunt, ut nunquam deſunt mala, feramus patienter: aut ſi conditio non placet, abeamus ex mortalium genere. An nõ ſimilia, neq; modo paria, ſed etiam maiora plurimis acciderunt eximijs uiris, inter ethnicos & religionis noſtræ ſectatores, quos nunc ad cœlum, idq́ ſuo maximo merito extollimus? Etenim, quũ peccata omnium noſtrum Dei clementiam offendiſſent, dum parum accurate præſtamus quod uerbo diuino didicimus, deinde priuatim quorundã intollerandæ iniuriæ in eum locum rem adduxiſſent, ut neceſſitas urbi Tigurinæ incumberet armis tueri fines ſuos, ſuos ciues, ſuas fortunas omnes, & caput ſuum contra hoſtes, qui iam bello affligebant nihil tale

De Tigurinorũ expeditione & Zuinglij obitu.

commer-

commeritos, noluit ZVINGLIVS deeſſe communi periculo, qui ſemper docuerat & uere docuerat pietatē in patriā, & fortitudinem animi ad repellenda pericula patriæ, qui docuerat obedire magiſtratui & ſeruare fidē, ut nemo ſuam operam ciuitati ſuæ deneget, quum petitur in diſcrimen contra omne ius atq; fas. Adhæc intellexit non minus loci eſſe præconio ueritatis in caſtris, quàm domi. Nam & licentia militaris comprimenda eſt ſermone diuino, et animi exhortandi ad fortiter agendū in cauſa belli iuſta et honeſta, ut nō ſine magna ratione Deus in Iſraëlitico populo uoluerit ſacerdotē adeſſe ordinib. militaribus. Non interim ignoro, ꝙ execrabilis ſit res militia mercenaria & bellū iniuſtū. Quid Pōtificū Ro. ſanctiōes ſtatuant, quāq; ſint exacte obſeruatę à Iulijs, Leonib. Clementib. & alijs plurimis, non me latet. Cæterū quo cōſilio, & ꝙ rectè cū ſuis chariſſimis ciuib. in militiā inauſpicatā profectus ſit, OECOL. epiſtola quadā lib. 4. oſtēdit, cuius initiū eſt: Nō poſſum ire inficias. Quūq; infauſtū bellū præter expectationē exhiberet celerē atq; tumultuariū cōflictū, ut Tigurini pugnarēt infelicius, occubuit unà cū optimis atque fortiſſimis uiris ZVINGLIVS, eā reddēs Deo animā in acie ad quā honeſtè uenerat, quę omnino fuit reddenda. Corpus inhumaniter tractatū eſt ab hoſtib. acerrimis, quorū ſalutē unice optauit. Poſt paucos dies ulcere depaſcente correptus eſt OECOLAMPadius. Quid hoc noui eſt, hominē tot morbis, tot ærūnis, tot cauſis mortiferis obnoxiū, capitali morbo implicari? Sed ꝙ patiēter tulerit acerbiſſimos cruciatus, ꝙ piè interpretatus ſit hoc opus Domini ipſum exercens, ꝙ ſalutares uoces ediderit, nouere mecū, q decūbenti adfuerūt. Eq dē q nō pauca legēdo & audiēdo perceperā de patiētia, per dies 14. aſſidēs uiro patiētiſſimo, uelut in rē pręſentē adductus, multo efficacius pręcepta huius uirtutis pręſtantiſſimæ imbibi. Et tamen impudentiſſimi quidā nebulones auſi ſunt per orbem ſpargere, quod ferro primū, deinde ueneno mortē ſibi uoluerit conſciſcere. Ab illis aūt conatib. per uim abductus fertur, et ſubitanea morte peremptus, q inter manus ſuorū pijſſima uerba ceu carmen olorinū elocutus feliciſſime obdormiuit in Domino. Ab omnib. ordinib. Patrū conſcriptorū, & equeſtri, et literatorum, & matronarū, & plebis honorifice funeratus eſt: quæ laus ingēs eſt urbis Baſilienſis. Sed qs optimorū hoīm deſperet ſalutē? Quis dubitet in morte uoluiſſe à Chriſto Seruatore diſcedere, q per oēm uitā cōſtātiſſimè adhęſerūt, nec ullis minis aut illecebris abduci potuerūt? Viuūt uiuūt in Dño, et beati ſunt, q obdormierūt fideles in Chriſto. Curſum abſoluerūt, fidē ſeruarunt, nūc tenent in cœlis æternæ gloriæ coronā. nobis reliquerūt ingēs ſui deſideriū, gemitus, ſuſpiria: q uidemus Eccleſiā Chriſti eximijs duob. uiris nudatā eſſe, ita poſtulante noſtra ingratitudine. Porrò nō eſt mirū, quoſdā uelle ingenioſos & eloquētes uideri carpēdo exitū ZVINGLII & OEC. quū hodie ueritatis oſores ab euāgelij pręconib. flagitent portētorū deſignationes: quaſi uero ipſi edāt ſigna, q frigidiſſima ſomnia referētib. fidē adhiberi uolunt, aut

quaſi

quaſi credituri eſſent ſignis, aut uim habeant adſtruendi uerum, aut non poſſint etiã ſeductores Antichriſti portẽta edere. Sed infelix mendaciũ arripit obuia quæq;, ut ſeſe miſere ſuſtẽtet. Non deſunt eñ lepidi homines, qui audent ſinceram doctrinam de ſacramento corporis et ſanguinis Domini ei eo titulo perſtringere, quod cum Anabaptiſtis coniuncta ſit. Quid ad rem facit, ſi qui ex Anabaptiſmi ſectatoribus ueritatem in hac cauſa nobiſcum profitentur? An nõ quædam orthodoxæ fidei agnoſcunt Mahumetiſtæ, plurima Iudæi, non pauca toto cœlo aberrantes Pagani? Num ſtatim inter nos commercium atq; conſortium intercedit? Sed tam ieuicula et friuola in perſonis exagitandis, ad obſcurationem ueritatis ſtolidi uituperatores ſibi deſumunt, ut pudeat uerboſius meminiſſe: præſertim quum nemo ſanæ mentis ignoret, dogmata & perſonas differentium latiſſimo termino diremptas eſſe, multoq; aliud eſſe uerum docere quàm prauum agere. Quemadmodum eñ ratio nullius eſt momenti, ſi colligã, Hic ſpeciem præfert boni uiri, & propterea ſunt ueriſſima quæ dicit: ita nec conſectaneum eſt, ut qui perdite uiuit, omnia dicat falſiſſime. Aliter enim, quid certi relinqueretur nobis in rebus omnibus? Dixit Pilatus Chriſtum eſſe innocentem, qui tum ſe parricidio per capitalem ſententiam alligat. Idem dixit Iudas proditor. Diabolus filium Dei uiui pronunciat. Num contraria credam, ueritate contempta cum turpibus ueritatis profeſſoribus? De hæreticis theologi ueteres tradunt, quod exactiſſima fuerint ſpecie probitatis, ieiunijs, uigilijs, precibus, ſimplicitate ueſtitus, caſtimonia corporis, eleemoſyna, propenſione ad ſupplicium capitale, ut martyres etiam diaboli dicerentur. An fidem adiungemus abſurdiſſimis opinionibus, quæ ab illis in ſpeciem optimis uiris propinantur? Sed fruſtra moramur in manifeſtis. Non plus ſapientiæ aut roboris ad debilitandam ueritatem habere debẽt apud cordatos uiros mẽdacia et calũnię, nõ in homines ipſos tantũ, de quo antè dixi, ſed de reb. etiã. Audẽt eñ qdam nõ modo apud remotos, ſed etiam in uicinia ſpargere, quidam etiam perfrictæ attritæq; frontis nugones libellis de doctrinæ genere ſpargere, quod nec dictum nec ſcriptum nec pictum unquam apud nos fuit. Eiuſdem iniuriæ & uanitatis eſt, quod in calumniam rapiunt, bene apertéque ſatis dicta, figulorum exemplo addendo, ſubtrahendo, peruertendo. Nam quum fortè ad calumniam præbitis auribus, uelut ad aucupium, audiuerũt nominari Fratres Domini, mox audent ſycophantæ prò ueriſſimo aſſeuerare, dictum pro concione publica, diuam uirginem Mariam alios pręter Chriſtum Dominum habuiſſe filios. Quũ eſt diſerte propoſitum, nos unũ habere interceſſorem Chriſtũ, nec beatis hominib. tribuendã eſſe laudẽ & decus, quę ſolius Dei ſint: ſycophanta nõ dubitat inſultare tanq̃ cõtemptorib. atq; proculcatoribus diuorũ, qui legitimũ honorẽ ſanctorũ unice cupiũt aſſertũ. Docet, per fidẽ in Chriſtũ ſeruari hominẽ, nec uiã ſalutis patere per merita noſtrarum

rum actionũ. Calumniator illud exponit, prohibitionẽ bonorũ operum. Quid illis ego reſpondeam, quam ut optem aures difficiles & ſapientiam hominibus, ne iſtis nebulonibus ſe irridendos prębeant, utq; redeant leges optimæ in delatores atque calumniatores olim à ſapientiſſimis & perinde iuſtiſſimis Principibus latæ? Quibus artibus dici à me non poteſt, quanta rerum ſerenitas, & pax, & incolumitas bonorum eſſet obuentura. Et hæc Principes habent ſpeciem rationum, quum ſint inſtrumenta oppugnandi ueritatem, protegendi mendaciũ ſtrophæ ſophiſticæ, technæ Satanicæ. Iam ut aduerſarij poſſint arcem uanitatis retinere diutius, nec ueritas patefacta ipſorum friuolas aſſertiones funditus ſubuertat, ſimul prodens calumnias & mendacia in ueritatem concinnata, per uim etiam perſequuntur libros OECOL. & ZVING. ut nemo typographus imprimat, nemo bibliopola in foro, in taberna uenum exponat, nemo emat, legat, audiat, ut inuenti libri exurantur. Quę diris comminationibus & crudeliſſimis pœnis effecta reddunt, ſuum inſtitutum approbantes tam legibus imperatorijs, quàm ſanctionibus iuris pontificij. Verum edicta Imperatorũ, ut 1. Cod. de hæreticis & Manicheis et Samaritanis, & Cõſtituti: 42. in certas & cõteſtatas hæreſes graſſantur, quas nulla meorum Præceptorum literula reſipit. Sed quàm conſultum uelint populo Chriſtiano qui bonos libros per tyrannidem opprimunt, quàm uitari cupiant ſua colloquia quibus boni mores corrumpunt, ipſi clariſſimè teſtantur quum dogmata illis libris comprœhenſa in uulgus proferunt, & quidem atrociſſimis uerbis et per calumnias, per mẽdacij figmentum deformata, ut deſtituta ſuis rationibus iſti certatores præclari ſatis uentilari poſſint ad applauſum populi. Quàm uero in his negocijs procliuis error ſit et facilis incuria, dum cenſores officinarum uel imperiti uel maleuoli ſunt, dum inquiſitores hæreticæ prauitatis iniqui ſunt homines, uel Guilhelmi Occam libri planum poſſunt facere. Hi enim quia Papæ non plurimum poteſtatis deferebant, per Galliæ regnum ad buſta cõquiſiti ſunt: poſt breue tempus ad lectiones theologicas requiſiti ſunt, quibus hodie in alma Pariſiorum uniuerſitate nihil eſt celebrius. Cæterum illis incendiarijs denuncio, ut meminerint patriarchas ſuos eſſe impiũ Ioachim, q librũ Hieremię graphio diſſectũ flammis nefarijs iniecit: uerũ nequicq̃. nã ijdem ſermones & multi pręterea peruenerunt ad noſtrã cognitionẽ. Habent antecesſorem Antiochũ tyrannũ truculentiſſimũ & typũ Antichriſti, q ad religionẽ uerã extirpandam, quę tũ uigebat in populo Iſraëlitico, libros ſacros diuinę legis curauit exuri. Et tantũ effecit, quantũ uos diu ſęuiendo effeciſtis, ut uiuat, uigeat, floreat, triũphet ęterna ueritas. Defendite igit͛ cauſam ueſtrã ſi bona eſt rationib. nõ uiolẽtia, nõ flammis, ceu Vulcani ſacerdotes: & mali libri adeo non nocebũt, ut etiã adiuturi ſint cauſam ueſtrã. Etenim mendaciũ ſibi male cohęrẽs ſeipſum deſtruit, & liber malus apud cordatũ lectorẽ cito exuit

gratiam:

grātiā: q ſi ueſtra ſapiētia, ueſtra doctrina et ueritatis argumēto uanitatē dogmatis penitius introſpexerit, ultrò ad uos deportabit malū codicē, ut pœnas luat, ſicut in Actis ſpōte libros ſuperſtitioſarū artiū ad Apoſtolos detulerūt ut exurerent. Atq; iſta mihi uidet̃ expeditiſſima ratio, ut officinæ typographorū et tabernæ librariæ nullū dēt malū, ſi uidelicet hoïēs ſapiāt, ut emāt optimos libros primū: deinde ſi quib. opes ad emendū & otiū erit ad legendū, reponāt in ſuā bibliothecā etiā inferioris claſſis autores, dū cogitāt illud bene dictū, Nullū librū eſſe tā malū, quin aliqua ex parte poſſit cōmodare. Ad hos mores ſe cōparabūt typographi, ut excudāt libros, qui emptorib. ſapientib. poſſint placere. Sed tempus eſt Illuſtriſſimi & optimi Principes, ut uela cōtrahā, & nauiculā ingenij ad portum appellem. Nō eñ ſi facultates eæ forēt, ut affectib. uim afferre poſſem, ad cōmouendos animos in epilogo ut ſolet fieri quicq; molirer, cui propoſitū fuit ſimplici expoſitione ob oculos animi ſedati ad arbitrandū iudicādūq; ſubijcere cauſam grauiſſimā, pariterq; ſanctiſſimā, quæ nimis diu fatigauit Eccleſiā. Hoc aūt libenter mihi de ueſtra æqtate promitto, deq; uiris bonis omnib. ut poſtq; liqdo uidetis in D. OECOLAMPAD. & ZVING. pectorib. aut ingenijs nihil fuiſſe meditatū ad corrūpendam religionē, aut diſturbādā ciuilē cōuerſationē, eorū quoq; libros ſalutares reip. Chriſtianæ procul dubio eſſe, qui ad diuinarū ſcripturarū ſunt directi canonē. Eas uero machinationes qb. hactenus oppugnant̃, uel eſſe friuolā iactationē prę iudiciorū, quæ nulla ſunt in meos Præceptores ac libros eorū eiuſmodi ut iure debeāt ualere, uel iniquā nominis inſectationem, & calūnias et impudētiſſima mēdacia, uel apertā uim. Non dubito Principes, quin ueſtra ſpōte in gremiū ueſtri fauoris ſitis recepturi tū uiros optimos & in ſede beatorū collocatos, tū ſcripta ipſorū utilia, ut hominib. relinquant̃ iudicia libera ad cognoſcendā ueritatē, et quod rectē qs iudicat profitēdū, ut aperiant̃ libris optimis fora, tabernæ, et totū commerciū Chriſtianę ſocietatis, ut obſtruant̃ calūniatorū cōuiciatorūq; linguæ petulātiſſimæ. Quod ſi feceritis, clemētia Dei Opt. & Max. placide uos ut hactenus fouebit, cōſeruabit, ab oïb. inſidijs tuebit̃. Habebitis homines magis ingenuos & liberales, q nō cogent̃ ad ſimulationes in reb. fidei. Trāqllitas erit reip. ſolida, pax Eccleſiarū in Deo et cū ueritate. Omniū piorū uota et preces ueſtrā ſalutē æterno Deo efflictim cōmēdabūt, ut pergere poſſitis prudētia, æqtate, iuſtitia, religiōe, ſub ueſtrā fidē à deo creditos populos gubernādo. Vnde fiet, ut beati et incolumes degatis, et exacto uitę ſpacio, quod prouidētia cœleſtis ad rēp. gerēdā uobis aſſignauit, felices ad ęternā cū Deo beatitudinē migretis: et poſt uos in terris pulcherrimū pietatis atq; iuſtitię nomē, ueráq; gloriā corā Deo et hominib. relinquatis. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti uos, ueſtroſq; populos conſeruet incolumes, in cognitione ueritatis & actionibus pietatis.

PRAEFATIONIS FINIS.

DE D. IOANNIS OECOLAMPADII OBITV PER SIMONEM GRYNAEVM

WOLFGANGO FABRICIO CAPITONI SIMON GRYNAEVS SALVTEM.

DE OECOLAMPADII noſtri uiri innocentiſſimi obitu, horribilem apud exteros famam uagari, quaſi uel ſuis ipſius, uel ſuorum certè manibus clàm peremptus ſit, eamq; ſcriptis quorundā æditis cōfirmari, & uulgo mortalibus, qui longius hinc degunt, perſuaderi, multorum iam ſæpe ad uos è Gallia partim, partim aliunde literis ſignificatum eſſe ſcribis: hortarisq;, ut qui rebus omnibus interfui, ac diligentius etiam cæteris ſingula notaui, quiq; extremum halitum illius legi, atq; oculos amici clauſi, pro ea coniunctione, quæ mihi cum eo ſemper fuit, non ſuperuacuum, ſed neceſſarium iam propemodum officium chariſſimi uiri manibus exhibeam, & ſuſpicione graui piorum animos liberem, ſimul os ſceleſtū calumniatoribus iſtis fide digna narratione obturem: quo fructus, quem boni ex ipſius libris ceperunt hactenus, maior deinde certiorq; ad ipſos redeat, ac tot tamq; egregia monimēta ab impiorum ſacrilegis uocibus uindicentur. Ego uero mi Capito, tametſi nunquā mihi, Deo gratia, aut ſtudium defuit ueritatis tuendæ, aut zelus, iuſtusq; dolor, mendacia tam portentoſa pręſertim proſcindendi: tamen quia hanc aleam bonorum omnium communem uidebam, ut non ſolum præſentes uiuiq; ſummum malorū odium incurrerent, ſed extincti diris inſuper omnibus deuorerentur, diſſimulandos in Domino totum id genus inſanos aduerſariorū clamores ſemper iudicabam, ne quis ambitioſe magis, quàm neceſſarie fieri diceret, ſi uiri multis quidem præclaris rebus egregij fama & nomine defendēdo, uel paululum nobis indulſiſſemus. Itaq; ne quiſq; in iſta eccleſiæ acerbiſſima diſſenſione quicq; in nobis deſideraret, cum multi ſæpe hortarentur, qui uitā ipſius literis mandarem, illuſtrē teſtatamq; ſatis ipſius libris putans, nec de uita, nec de morte, quem & uixiſſe & mortuum eſſe ſanctiſſime ſcimus, ſcribere quicquam in animum hoc quidē tempore prius induxi, quàm nouo temeritatis & ſacrilegij exemplo, lingua maledicorum ſceleſta, in hanc neceſſitatem uel inuitos nos adegiſſet. At quid iſtuc eſſe mi Capito, aut quo nā pacto fieri dicemus, ut quæ res in urbe celeberrima maximaq;, conſcijs et uidentibus tot mortalibus geſta non ſubito, ſed longa mora eſt, ea non ſolum in dubium uerti, ſed in diuerſum planè ab inimicis rapi potuerit: ut qui pientiſſime uitæ ſuæ finem cum ſummo bonorū omnium dolore clauſit, is per ſummum ſcelus effudiſſe animam ſumma bonorum omnium execratione dicatur. ac cuius ſingularis per omnem uitam fuit animi lenitas, is dira manu ferocem luctantemq; ſpiritum nefarie prorupiſſe audaciſſimorum hominum literis prodatur. Tanta ne quiſquam uecordia eſt, tam pręcipiti inuidia, tam atroci odio, tam crudeliter ut uulnerare famam cuiuſquam poſſit? tam dirè, tam ſacrilegè in innocentis uiri manes graſſari? Imo uero ſic fato, ſic natura rerum fit. Nunquam ſol ille iuſtitię exortus in hunc tam oppreſſum caliginoſis nubibus mundum eſt, quin atra ſemper tempeſtas, ſæui ſemper turbines undequaq; momento cōſurgerent, quin horribiles nymbi cœlo toto incumberent, & Chriſti membris extrema omnia minarentur, quin ira rabida, liuor ferrugineus omnia inuaderent, quin impotentes calumniæ omnia miſcerent. Quæ mala, quàm fortibus animis in patientiam & crucem Chriſti uere compoſitis ferre contemnereq; decet, tam diſſimulandum mendacium ſacrilegum, aut certè ueritas deſtituenda non eſt. Nos igitur quia rebus

omnibus

ómnibus ínterfuimus, de morte uiri optimi, ut habet, uerbís paucís, fide certiſſima,
ſimul & calumniatoribus iſtis, & piorum ſtudijs reſpondeamus, & teſtimoniũ in-
nocentiæ ne denegemus, par eſt. Anno igiť quàm mortuus eſt integro, cũ ualetu
dine firma nunquam fuiſſet minus, negocijs grauioribus, aut ſoliciiudine maiore
obrutus nunquã fuit. Nam et repreſſa haud ita pridẽ ſcabies, quæ eodem tempore
magna ui, toto corpore eruperat, membris omnibus oberrãs, tot annorũ ęternis lu
cubrationib. exhauſtas uires mirabiliter affligebat: & non ſelũ quomodo progreſ
ſum iam aliquouſq; Euangeliũ, fructus certiores maioresq; redderet, ſed inter gli-
ſcentia bella ciuilia, & ſectas alias ex alijs cõtinuo pullulãtes, ut ne officio ſuo uſq;
deeſſet, cura incredibilis ſolicitabat. Itaq; pro ſumma temporum difficultate, uigili
as, labores, cum eſſent maximi, omnia intendere, ditionẽ uniuerſam Eccleſiæ ſuæ
ſuis pedibus circuire, cohortari diligenter non ſuos tantũ, ſed & aduerſarios, non
ſemel etiam cum uitæ diſcrimine grauiter & acerbe caſtigare, & in uiam reducere:
ſaueritate ſumma, ſumma fide in omnia incumbere. Quin etiam teſtamentum u-
trunq;, quod antea per uices cum altero profeſſore Theologo prælegebatur à prin
cipio exorſus, ſpecioſam rem, noua & uetera, ſumma doctrinæ ſacræ, ſumma lin-
guæ utriuſq; Gręcæ & Hebrææ noticia, egregius uerusq; Chriſti Epiſcopus, ſcien
tiſſime inter omnia priuata & publica alioqui negocia, inter conciones perpetuas,
óptima quotidie cum fide promebat. Tot res difficillimas, tempore eodẽ, uir unus,
ſumma animi tolerantia, pluſquam annum integrum ſuſtinuit: morbum haud
minore cum moleſtia in membris tum fluctuantem, quàm poſtea erupit: duarum
idq; peregrinarum linguarũ interpretationẽ, nihil hic attinet dicere quàlem: Theo
phylacti, Cyrilli & Chryſoſtomi pleraq; opera, quanquam inter excudendum per
ſummam feſtinationem reddita, ſatis docent: ſcripturæ ſacræ non quà obuia & ex
poſita, ſed quà retruſa maxime fuit, explicationẽ: quod in Eſaiam, Haggeum, Za-
chariam, Malachiam, Danielem, Iobum Hieremiam, Ezechielem, ad Rom. Epi-
ſtolam ad Hebræos, ac Ioãnis Euangelium, canonicam, ampliſs. luculentiſſimaq;
commentaria intra paucos annos elucubrata, clariſſime teſtantur: poſtremo, Con-
cionandi munus haud unquam interea prætermiſſum: negocia priuata taceo, &
ad Eccleſias innumera quotidie reſponſa. Ipſe cum labores immenſos mirarer,
ſæpeq; interueniens repræhenderem, ac hiſce parem eſſe diu negarem, hortatus
accurate ſæpenumero ſum, qui modum negocijs faceret, ſummis ſe tantum tem-
poribus impartiret ſeruaretq;. Verum is urgente fato ſic properabat, ſic matura-
bat omnia, ut qui procul hinc prorſusq; migrandi diem inſtare, ſcire certo uidere-
tur. Iam infelici bello Heluetia efflagrabat, Zuinglius fortiſſimus reſtituendæ a-
pud ſuos innocentiæ adſertor, & ſedulus Euangelicæ ſynceritatis uindex, cecide- ZVINGLIVS.
rat, conditiones pacis bonis uereq; religioſis hominibus admodum graues coi-
uerant, aduerſis rebus & caſu ſubito animi omnium fracti ſternebãtur, cum ſeu lue
peſtifera, quæ per urbem tum & in ipſius etiam domo graſſabatur, ſeu repullulan-
te & uim intus concipiente ſcabie, ulcus ſuper os ſacrũ, qua compages membro-
rum omnium eſt, primum exeruit ſeſe, mox auctis ignibus corpus totũ mirabiliter
inflammauit. Anthracem fuiſſe non eſt dubiũ. Liuidus color ac infeſtus, uis ardo-
ris intoleranda. Inter tot incommoda priuata & publica, nõdum ille aut conciona-
ri, aut prælegere, aut lucubrari deſijt: ſed ceu fortis ille miles, omni tolerantiæ gene-
re duratus, in iſta ſua ſtatione aſſidue hærebat: tantiſper, dum ui morbi cõpulſus,
domi ſe cõtinere, negocia ponere, decũbereq; coactus eſt. Cõtinuo aderamus ami
ci, & Medico primum, mox Chirurgo accitis, de morbi genere rationeq; diſputa-
bamus. Medicus, quod res erat, ſeu morbi ingenio, ſeu corporis imbecillitate per-
penſa, iam tum à principio non ſatis polliceri uidebatur. Verum ubi omnia conſi-

deraſſet, ea uia rem aggreſſus eſt, qua ope ſumma niti poſſe credebat. Ac dies iam unus alterq́ abijt, cum arte compoſitus calor paululum, & ulcus iam ad maturitatem perductum interſpirare ab ignibus iſtis finerent, & ſpem nobis omnibus certam preberent. Ille, quanquam haud ægre officia admitteret in ſeſe amicorũ, nunquam tamen non faceſſere ſedulitatem noſtram, iubere, ac fatalem eſſe morbum monere, deſijt. Interea quantum amicorũ in urbe fuit, ordinum quidem omnium, de Senatu uero optimus quiſq́ uir diligentiſſime adeſſe, omnia facere, beneuolentiam & promptitudinem ſummam oſtendere. Quin & Senatu edictum fuit, qui ſumma Medicorum fide aduigilaretur. Inde uero in urbem fratres pijq́ omnes aduolare, noctem totam iuxtà uigilare. Itaq́ cum limen huius antea frequens fuiſſet ſemper, fuerat nunquam frequentius. Stabat morbus, & dies octauus præterierat, erantq́ Medicorum non eædem planè ſententiæ, tametſi ſtudium, ſedulitas & fides par fuit, quippe qui & amici eſſent. Tentata omnia ſunt, uerum inuitis pertinaciſſimum malum uicit. tametſi non morbi pertinacia magis uinci ſe Medicus, qui urbis ordinarius primus eſt, fatebaẽ, quàm corporis imbecillitate, uiribus ſuis iam dudum exhauſti, nam nec fluere ulcus, ut cœperat, ſed curſum intrò reuocare, nec ægritudo remittere, extincto iam calore, ſed circa præcordia inrendi, etiam caput iam uehementiſſime turbari. Ibi noua ope Medicus niti, (uni enim iam res commiſſa fuit) induſtriam omnem aduocare. Rurſus igitur reſtituta uis, rurſus ſpes nobis aliqua, ac certa propemodum illuxit. quippe ſignũ, ut uidebatur, clariſſimum uictrix natura extulerat, in dextrum latus repente tumidum exulceratumq́ morbo exturbato, & ingenti circum præcordia phlegmatũ ui ſubito concepta, reſonanteq́ & large exundante. Verum hæc, ut patuit poſtea, luctantis naturæ uirtus extrema fuit, nam haud multo poſt, tremere cor, rigere oculi, mẽbra omnia deficere cœperunt, penitusq́ ſuperare morbus. Medicus animũ iam deſpondere, nos mœſti ſpem omnem abijcere. Ille qui dudum ad hanc luctam animis ſe totis cõpararat, et hunc diem cupide expetiuerat, non expectata conſolationem noſtram, ſed prior ultroq́ nos conſolari. Igitur miniſtris Euangelij uerbiq́ ſocijs & Eccleſiæ primoribus aduocatis, oratione huiuſmodi uſus eſt. Quid ſit, uidetis fratres: Adeſt Dominus, uenit, hinc iam nos abducit. Quæ cum ita ſint, uocare uos prius uolui, & hanc animam cum chariſſimis uera in Dominũ lætícia, uera cõſolatione exatiare. Quid igitur ſerui Chriſti, quos idem erga Dominum ſuum amor, ſtudium idem, doctrina eadẽ coniunctiſſime copulauit, in extremo cõplexu, dicemus? Parta ſalus, parta per Chriſtum omnis nobis regni Dei fiducia eſt, doctrina certa, pedibus noſtris lux parta. abeſſe procul omnem triſtiriam, omnem uitæ mortiſq́ metum, omnem dubitationẽ & errorem decet. Solũm hoc fratres eſt reliquum, hoc ſolum ſupereſt fratres, ut Chriſti ueſtigijs, quæ dudum ingreſſi ſumus, conſtanter fideliterq́ inſiſtamus, doctrinæ puritate primũ intacta, uita deinde per omnia uiuo Dei uerbo conformata. cætera qui potens eſt, quiq́ ſponte uigilat ſua, Chriſtus Dominus curabit, Eccleſiam ſuam tuebitur. Agite igitur ò fratres, ſic luceat lux ueſtra, ut in uobis glorificetur pater Deus, illuſtre Chriſti nomen conſpicuumq́ luce uitæ & ſinceritatis ueſtræ fiat. Agite diligite inter uos uere, uitam hanc in oculis, in cõſpectu Dei totam traducite. Fruſtra uerbis pietas inculcatur, ueritate & luce uitæ opus eſt, ueroq́ & cœleſti mentis ſpiritu, ſi fundere Sathanã, ſi cõuertere in Dominum Chriſtum, mundum hunc præſertim uelimus. Nam quæ ſurgunt ò fratres nebulæ, quæ ſe tempeſtas ingerit, quæ hominum alienatio, quæ impietas incumbit? Sed ſtare fratres, durareq́ oportet: præſens ipſe ſuis rebus aderit Dominus. O ſi pericula unà ſubire, hanc animam pro ueritate ſæpe effundere liceat. Sed licet, indiuiſus amor eſt, & indiſſolubile in Chriſto uinculum, communia pijs omnia inter ſeſe. Hæc ita

Oecolampadij iam iam morituri ad ſuos oratio.

de pietatis

de pietatis communi cauſa. De ſua ſic paucis: Corruptæ ueritatis ſcelus, quod
nobis imputatur, inquit, nil moror. Subeo iam bona per gratiam Dei conſcientia
tribunal Chriſti, hic liquidum erit, Eccleſiam per nos non eſſe ſeductã. Cuius qui
dem ſententiæ conteſtationisq́ noſtræ teſtes uos relinquo, & ipſe hoc extremo ſpi
ritu confirmo. Sic dixit, fratres operam dare, Eccleſiæ curam ſuſcipere dextris datis
promittebãt. Poſtridie quæ iam quindecima dies fuit ex quo decubuit, liberos in
conſpectum adduci, coramq́ ſiſti iuſſit, ac dextras primum prehendit, deinde capi
ta ſingulorum demulſit, ac quãquam nihil horum per ætatem intelligere poterant,
quippe trimulus maximus natu erat: Agite, inquit, tu Euſebi, tu Irena, tu Alethæa,
mea pignora, patrẽ Deum diligatis. Annuente pro pueris matre, ad ipſam ſocrũq́
et cognatos conuerſus: Vos, inquit, hac cõteſtatione obſtrinxi, uos quoq; audiunt,
quodq́ eſſe uolui, pij, pacifici, ueraces mei liberi ut ſint, operam dabitis. Cum rur-
ſus annuerent promitterentq́ omnes, uelut fide accepta, abduci rurſus è conſpe-
ctu iuſſit. Erat poſtrema ea nox. Aderamus fratres omnes, paucula quædam dixit,
cætera quietus. Redeuntem quendam per amicum ſibi, cum rogaret, quid attuliſ-
ſet noui: & ille reſpondiſſet, nihil: At ego tibi dicã, inquit, noua. Expectabant quid
eſſet: Breui, inquit, ero apud Chriſtum Dominum. Paulo poſt cum ecquid lumine
offenderetur, rogarent: pectus tangens, abunde lucis eſt, inquit. Iam aurora appe-
tebat, & oriri ſol, rebusq́ inferri, & humana reſpicere feſtinabat, cum uiro optimo
fatalis hora inſtaret. Poſtrema fuit oratio, quam quidem uoluere clare lingua anhe
la poſſet, pro peccatis deprecatio illa Dauidis celeberrima, quam integram à princi
pio ad finem, uir Dei, ductis ab imo pectore pijs gemitibus palam omnibus pere-
git. Paululum deinde interceſſit moræ, & uelut reſpiratio, cum rurſus tanquam ex-
pergefactus orationemq́ inſtaurans: Salua me Chriſte Ieſu, inquit. Vltima hæc
uox fuit, quam os illud uenerandum, & pium caput edidit. Decem fratres adera-
mus, in genua circum lectulum deuoluti, ſublatis omnes in cœlum manibus Do-
minum obteſtantes. Iam prorſus illuxerat, iam ſol horizonta noſtrum planè conti-
gerat, cum ſpiritum uir optimus redderet creatori Deo, tanta animi per omnia leni
tate, tam certa in Chriſtum Dominũ fiducia, ut pij omnes ex obitu & illuſtri exem-
plo conſolationem perceperint, non minus quàm è uita. Sic Oecolampadius ulti
mum uitæ huius actũ clauſit, qui per omnẽ, quam uixit, ætatẽ ſe geſſiſſet innocen-
tiſſime. Me equidẽ, quę αὐτόπτης unà cum alijs fide digniſs, coràm uidi, cũ diſſimu
lare, adeoq́ ueritati denegare teſtimonium nefas duxi, ea potiſſimum urgente cau
ſa, cuius initio commemini. Peruelim autem, ut tu Capito frater, quo imprimis au-
tore, quicquid id eſt, ad te dedi, uitæ ipſius ſummam perſtringas. nam te non fugit,
opinor, quantũ in his momenti ſit, pietatis ſtudioſos non tam in Domino minifice
oblectandi, quàm etiam ad pie æmulandum potenter extimulandi. Abs te uero id
non temere mihi uideor exigere: alium enim, qui iſtue maiori fide poſſit, arbitror
eſſe neminẽ, poſteaquam inter uos à multis annis tam arcta fuit conſuetudo. Quo
igitur officio gratiam non uulgarem apud optimos quosq́ potes inire, eadem ipſe
nihil addubito, quin meo hortatu, quantum beneuolentiæ ſuæ opes
in uiro iſto ſeculorum memoria digno Deus oſtentare
uoluerit, orbi his & lubens & ſerio teſtaturus.

VALE.

EIVSDEM IOANNIS OECOLAMPADII

VITA PER VVOLFGANGVM CAPITONEM.

CHRISTIANO LECTORI SALVTEM.

COGNITIONEM & ſenſum Domini noſtri Ieſu Chriſti regnãtis in gloria, tibi precor amice & pie Lector. Quẽ uiuendi finem, ſelectiſſimum Chriſti organũ, mihiq; frater coniunctiſſimus Ioan. Oecolampadius fecit, fide ſumma, elegantiaq; & doctrina pari, peritiſs. eruditę piciq; & ſentiendi & dicendi artifex Simon Grynæus noſter, epiſtola ad me expreſſit, quã huic noſtræ præmiſimus. Quæ eadẽ duo ſenatores Baſilienſes, uiri admodum graues, inter alia multa hic retulere; ſed adſperſa tot ſanctis adfectibus, uerbaq; & geſtus eius ita exprimẽtes, ut mihi uiderer ab ore moribundi præſens oculis atq; aurib. haurire omnia: qui quidẽ unà cum fratrib. ſymmyſtis quantũ publica permiſerunt, aſſidui intererant, maxime dum ualetudo uiri ad extremum uitæ exitũ deuergeret. Totum uero in hoc fuiſſe aiunt per oẽs dies ægrotationis, ut ſincerã fidei doctrinã, concordiã, dilectionem mutuam, & accuratam Eccleſiarum curam fratribus cõmendaret. Quæ illum, ſicut per omnem uitam intentum, ſic ingraueſcente morbo, hoc intentiorẽ tenebat, quo uidebat emigrandi hinc ad patrẽ horam certius imminere: uel eo maxime, quod haud obſcurũ eſſet, quam acrem impreſſionem in gregem Chriſti, & inermem & præſidio ueri paſtoris deſtitutũ, poſt diſceſſum ſuũ hoſtis facturus eſſet. Neq; dubito quin illius precibus adſcribere liceat, quod uita hac ipſo perfuncto, tam ſęua tempeſtate rectum tenere clauũ ſucceſſor potuerit: luxataq; corporis Eccleſiaſtici membra, ut aliquot annis ſub ipſo cœperant coaleſcere, cõſolidariq; nihilo ſecius pergant. Magna ſanè gratia habenda doctiſſimo ſimul atq; pientiſſimo Grynęo, quod tam eleganti cõpendio, uiri exitum ob oculos ſpectandũ propoſuerit. Ex qua imagine, quo pacto fatalis illa hora excipienda tibi, facile colliges. Nec minoris exempli omis peracta uita eius: cuius tamen deſcribendę prouinciã, ut uides, mihi Grynęus delegauit, ſarcinã profecto his uiribus longe maiorẽ, præſertim hac ætate ingraueſcente, & huic ingenio, ſi quod fuerit, annis & morbis diutinis, atq; adeo diuerſiſs. periculoſiſſimisq; occupationib. iamiam laſſeſcẽti atq; imminuto. Atqui nephas eſſe ducam oportet, ſi nõ ſinam Chriſti gloriã in illo ſanctiſſimo eius inſtrumẽto, tum candide Lector quiſquis es, deſideriũ tuum ex pietate natũ, tum deniq; Grynæi illius pietate et eruditione ſumma iuxta pollentis obteſtationẽ, apud me tantũ ualere, ut ſummam quod ille ſcribit, atq; adeo paucis, quę habeo de uita huius cõpertiſſima perſtrinxero duntaxat. Rem ẽm ipſam & ueritatẽ, non dictionis ornatũ, à me expectes, illamq; ipſam, ut bonis omnibus in oculis eſt, ne fidem abdita cõuerrentis in dubium uoces. Quare quis curſus uitę ad metã, quod aiunt, ab ipſis carceribus uiro cõtinuatus, ut cõpendio habeas, paucis accipe. Natus eſt anno 82. ſupra milleſimũ quadringenteſimũ, in oppidulo Cheruſcorũ Vuinſperga, parentib. ut illic uiuit, abunde diuitibus, matre aũt honeſtioris religioſæq; uitę nomine, celebriore. Quæ ſanè pręter ſummam in iuuandis pauperibus curam, ingenij quoq; laudem inter notos tulit. Cumq; hunc unũ ex liberis ſuis ſuperſtitẽ Deus uoluiſſet, literis & religione prope lactantem imbuerunt. Adultiorẽ deſtinabat pater mercaturæ exercendæ, mater impetrauit ut pluſculũ temporis & ſumptus concederetur literis addiſcendis. Eiuſmodi ingenij ſpecimen in rudimentis literarum capiendis admodum puer dedit, ut omnibus eſſet miraculo. Mature enim ad id eum formare cœpit Dominus, in quo opera eius erat uſurus. Atque adeo parens, ſiue precibus uxoris, ſiue filioli indole & natura uictus, in eum ſatis liberaliter ſumptum facere cœpit. nam perceptis literarum elementis amplius erudiendum Heltprunnæ, deinde Heidelbergæ aluit: ubi eos progreſſus fecit, ut natus annos

non

Digitized by Google

non amplius duodecim, tolerabilem uerſum ſcriberet: biennio poſt baccalaurei, ut uocant, honorem obtinuit. Nec minus illa ætate in religione & uitę innocentia fecit operæprecium, quàm literis. Poſteaquam adeptus eſt magiſterij titulum, Bononiam conceſſit, auditurus neſcio quem iuris profeſſorem, tum arcem exiſtimationis obtinentem, patri in hoc obſequens. Sed intra ſemeſtre tempus, partim ualetudine cœlum Italicum auerſante, partim quod mercator cui parens pecuniã, quo illic uiueret, reddendam crediderat, non ſatis ex fide egiſſet, coactus eſt ad ſuos redire. Repetit Heidelbergam, poſthabitis legibus ciuilibus audiendæ theologiæ ſe mancipauit, admiſſis in partem, ut uocant, literis humanioribus atq; linguis eruditis. nam ciuiles controuerſiæ minores uidebantur, quàm quæ celſitudinem animi illius decerent. Eo flagrabat cognoſcendæ ueritatis deſiderio, ut quæſtionum & ſophiſmatum inanium odioſis tædijs non auerteretur, quæ ferè ingenia liberaliter inſtituta à ſacris literis uel obiter guſtandis deterrent. Poſt Thomã uero, Richardum inter ſcholaſticos præcipue amplexus eſt. Gerſonem triuit non indiligenter, quod is uideretur ad alendam pietatem cõparatior. Scoti acumen neglexit. Neq; æqualium more ad ſingulas argutias attonitus hæſit, ſed ad ſummam eius profeſſionis auidus properabat. Cum paucis de profectu ſtudiorum ſuorũ cõferebat, iniquior theatralibus iſtis diſputationibus, quæ ad ſuperbiam, ad rixas, ad ſupercilium, adoleſcentum ingenia multa corrupere iam ſeculis aliquot. Semper fuit rei literariæ quàm parãdæ famæ eruditionis expetentior, idq; præter ætatis illius lubricæ ingenium, & abſq; inſtituto præceptorum. Dixiſſes alumnum ſacræ ueritatis, non ſtultorum magiſtrorũ diſcipulum. Adeo pro captu ætatis conſilia omnia huc cõtulit, ut ueritatis literatæ conſcius atq; domeſticus fieret. Quo factum, ut eruditionis & uirtutis laude apud optimum quemq; tacitis ſuffragijs adficeretur. Hac fama illectus illuſtriſs. princeps Philippus Palatinus elector, liberis ſuis natu minoribus inſtitutorem eum præfecit. Hinc illi aditus ad ſumma commoda euadẽdi patuiſſet, ſi ſplendorem & ſtrepitum huius ſeculi amaſſet. Verum aliud uis animi tam diuini, & ad iuuãdam pietatem nati perſuaſit. Itaq; quamprimum licuit aulæ ualedicens, ad pia ſtudia proſequenda ſeſe iterum abdidit. Tandem quia parentibus, ut erant uehementer pij, animus erat, in Deum & in hunc unicum filium facultates ſuas omnes conferendi, quod nulla amplius cura poſteritatis tangerentur, ex eo quod ille eſſet ualetudine imbecilliore, & omnino profiteretur Eccleſiaſten eximiũ, ipſo autore ſacerdotium facultatibus ſuis in patrio oppido inſtituerunt, cui concionandi munus coniunctum eſſet, ad id præcipuam prouentuum partem conferentes. quod quidem ob id filio primum committitur. Cui cum ſeſquimenſem præfuiſſet, impetrauit Heidelbergam redeũdi ueniam, gratia adaugendi cultum ingenij, qui ſibi ad ſacram hanc prouinciã, quam ſemper maximi reputauit, nondum maturus uideretur. Prius tamen Tubingã adijt, & Stutgardiæ Capnionem, illis temporibus in linguis doctiſſimũ conuenit, à quo guſtum qualemcunq; Græcarum literarũ intra paucos dies cepit: quem breui adeo, ex mutis, ut dicitur, magiſtris pro uexit, ut Heidelbergam reuerſus, Grammaticam, cui titulum fecit Dragmata, conſcriberet, quæ poſtea eſt ædita: ſimulq; Hebræa à quodam Hiſpano eodem temporis ſpacio didicit, quo & ego antehac uſus eram præceptore, etſi infelici & inuidente nobis cognitionem ſanctæ linguæ. Illis temporibus, concionibus ſacris ego Bruchſellæ præfui, obnoxius & aulę epiſcopali, cuius nomine aliquoties adeunda mihi Heidelberga. Ex quo tempore mutua inter nos officia non parua interceſſerunt, abſq; ſuſpicione abalienati animi uſq; in hunc diem continuata. nam alter alteri cõſiliorum omnium uel ſocius, uel autor fuit: niſi dum ille uitam monaſticam, me fortiter diſſuadente, ſtatueret periclitari. Quin mortuum eodem amore et nunc

proſequor,

proſequor,quem Chriſto adiutore in liberis eius,quos alendos ſuſcepi,declarabo.
Viſum eſt autem ad partes muneris ſui obeundas domum rediret, ne quid conflí-
ctu uanorum ingenioru͂,quæ gymnaſia publica plurima nutriuerunt,co͂tagij con-
traheret. Interea ego Baſileam,ut illic ſacris co͂cionibus præeſſem uocabar. Ille au-
tem patriæ ſuæ,cum omnium uere ſpiritualium & eruditorum admiratione Chri-
ſtum prædicauit,quanquam adhuc multa ueteris ſuperſtitionis admixta eſſent. At
ſæuerus nimium concionator audiebat, quia aures uulgi inſanis clamoribus non
percellere, neq; infacetis facetijs actionem ſacram exhilarare, quemadmodu͂ tum
ſolebant mendicabula iſta monachorum. Modeſtiam enim & ſanitatem dicendi
ſemper amauit. Quæ iniquitas iudicandi illi cauſam dedit, ut ad me de riſu paſcha-
li ſcriberet libellum, animum eius ut tum erat feliciter exprimentem. Sunt enim an-
ni opinor undeuiginti. Equidem uero non omiſi mouere omnem lapidem, donec
ad me hunc ſtudioru͂ & religionis ſodalem, Baſileam uſq; pertraherem, indignum
ratus, ut in angulo patriæ ſuæ tam anguſto, tanta ſpes publicæ pietatis concludere-
tur. Effeci tandem, ut per Chriſtophoru͂ ab Vtenheim Epiſcopum illò uocatus, pa-
rœciæ primi templi præficeretur. Attulit ſecum ſex tragœdias Chriſtianas, argu-
mentorum non commemini; unum erat de uirgine deipara, ſi non erro: quas le-
gerunt eruditi, & eoru͂ guſtui ſatisfaciebant. Scribendo in utraq; lingua uerſu plu-
rimus fuit. Argumenta tamen tragica no͂dum ad gnomonem fidei correcta erant,
quod ſumma cum moderatione & cunctanter admodum à receptis erroribus di-
ſcederet, magis neceſſario pietatis iudicio, quàm temerarijs aliorum adfectibus pa-
rens. Quod in cauſa, quo minus ederentur. Sub idem tempus, cum primum Era-
ſmus Roterodamus, Noui teſtamenti annotationes editurus, Baſileam ueniſſet,
Oecolampadium in participatum ſanctiſſimi operis acciuit. Opera enim ſubſidia-
ria illius (ut inquit idem) non ſolum pietate, uerum etiam trium peritia linguarum
eminentis, adeoq; ueri Theologi ſe adiutum eſſe, ingenue fatetur. Admiſerat enim
doctoris Theologi titulu͂, compulſus ab amicis, quibus tantæ luci illud plebeium
ex nomine lenocinium adijciendum uidebatur. Tempus erat, ut Dominus hacte-
nus inſtructo formatoq; uteretur: eoq; uocatur à Canonicis primi templi Auguſta-
ni, ut concionibus illic ſacris præeſſet. Atqui nondum maturuerat meſſis Chriſti,
neq; dum alba ad meſſem ſeges euangelica, uitaq; cum uulgi tum eccleſiaſticoru͂
corruptior, quàm quæ medentis manum ferret. Inde ſecedendi conſilium capta-
uit. Eſt autem in uicinia urbis Auguſtanæ, intra ſecundum opinor lapidem, mona-
ſterium D. Altonis, ubi conuentus Monachorum opinione pietatis & rectioris re-
ligionis co͂mendati. Inſtitutu͂ diuæ Brigidæ profitentur. Quorum more, cum pro-
pius exploraſſet, illorum contubernium adiens ſtudijs ſuis & fidei libertatem ab il-
lis ſtipulatus eſt. Quod his uerbis ante conteſtatus eſt: Etiamſi ſexcentis, inquit, iu-
ramentis me obſtrinxero, nequaquam ea ſeruare potero, ſi quando utilis miniſte-
rio uerbi futurus ſum. Eam conditionem non reijciebant Monachi, ſed confirma-
bant, priuilegiumq; ſuum monſtrabant, quod ad concionandum exire poſſint, ſi-
cubi hæreſes pullulent. Id uero tranſactum eſt, Epiſcopo Friſingenſi uehementer
applaudente, qui uirum ob doctrinam eximiam & religionem ſingularem à mul-
tis annis colebat. Huic ego conſilio toto corpore ſum obluctatus, id ueritus quod
euentus poſtea declarauit, non inuenturum adoptatam ſtudijs quietem, neq; liber-
tatem ſeruiendi proximo & Eccleſiæ Chriſti. Iam in hoc inſtituto cum eſſet, præter
conciones certas quas edidit, ſcripſit etiam de confeſſione libru͂, quo magis pium,
hoc minus ceremoniarum nundinatoribus ferendum. Huius enim occaſione Gla-
pio Franciſcanus, qui tum Cæſari Carolo à confeſſionibus, ingens uiro periculum
creauit. Agebantur tum Comitia Vuormatiæ. Hac de cauſa ſolicitantibus amicis,
& conſen-

Digitized by Google

et cõſentientibus fratribus qui in eo cœnobio, tuto diſceſſit. Rumor antequam euaderet periculum, inualuit, coniectum eſſe in uincula, quem conſtanter nobilis & eruditus quidam canonicus Auguſtanus ad me, in aula Maguntina, Hallis Salis Saxoniæ agentem ſcripſit. Conuentus enim Vuormatienſis ſuperioribus menſibus dimiſſus erat. Continuo ego, ceu priuata & domeſtica curaturus, uenia duos menſes diſcedendi impetrata, me in equum cõijcio, appropero Maguntiam, illinc pertentaturus rationem commodam liberandi fratris: & actutum ingreſſus ædes parœci hoſpitis mei, Oecolampadiũ cum Caſp. Hedione colloquentem, præter expectationem inibi deprehẽdo. Iuuat meminiſſe quo animi gaudio uterq; perfuſus, nos inuicẽ excepimus & conſalutauimus. nam quatuor anni erant, quod Baſileã ille reliquerat, neq; interea coràm conueneramus: & mihi ſic erat perſuaſiſs. arctiſſimis cuſtodijs & uinculis illum detineri. Verum mihi tribus ut minimum equis et miniſtris duobus per illos duos menſes, Argentinæ, Baſileæ, & ſub itinere in publicis diuerſorijs, meo ſumptu uiuendũ, donec ad principẽ, ut condixeram, Nurnbergam redirem, ubi tum conuentus principũ indictus erat. Conceſſit inde ad Heroẽm illum incomparabilem Franciſcum à Sickingen, apud quem Miſſam repurgare cœpit, & uertit ex Chryſoſtomo Pſegmata. Vbi autẽ uir ille infelici bello implicitus (qui planè dignus (cui pax diutina cum ſumma potentia contigiſſet, adeo iuſtitiæ, religioni, literiſq; prouehendis erat addictus, Baſileam conceſſit, ædituros quę apud hunc parauerat. Ibiq; Senatu uolente, utcunq; reclamarent Sophiſtę publice Eſaiam prælegere cœpit. Mox petente id parocho ad D. Martinũ, pro eo functus eſt concionandi munere. magna quidẽ papiſtici gregis inuidia: ſed uicit tandem is quem purè prædicabat, Chriſtus. Itaq; annos quinque ſine legitimo ſtipendio uel parœci, uel concionatoris, Chriſtum docuit. Eodem deniq; tempore Chryſoſtomum in Geneſim, & Theophilactum uniuerſum Latinos fecit. Orta diſputatione de ſacramento Euchariſtiæ, rogatus à multis ſententiam, modeſtiſſime tandem pro patrum ſententia pronunciauit, quam bona fide adduxit. Cum uero iſtuc non ita ab alijs acciperetur, ut is ſcripſerat, enata eſt dira quædam conflictatio. Sed facile uidere eſt, quid ſpectarit quæſieritq; hic uir: nihil ſanè minus, quàm Eccleſiæ turbationem, aut ueritatis obſcurationem. Interea cum inualeſceret ueritas in Heluetijs, per Fabrũ & alios diſputatio publica, de primis capitibus religionis noſtræ indicta eſt, quibus de controuertebatur: per primores Heluetiorum, autoribus tamen Fabro & Eccio, ut fama tulit. Ad hanc fide quidẽ publica, ſed tamen non ſine grandi periculo uenit. Cumq; Zuinglius adeſſe nec uellet, nec à ſuis permitteretur, quod longe alia ab hoſtibus capta conſilia crederentur, quàm ſola diſputatione rem tranſigere: unus cauſam ueritatis ſuſtinuit contra acerrimos atq; exercitatiſſimos huius hoſtes, qui illuc magna frequentia confluxerant. Qua religione quaq; dexteritate id fecerit, præter acta ab hoſtibus etiam edita, plurimi hodie fide digniſſimi teſtantur. Poſt annum & Bernenſi diſputationi ac reformationi operam ſuam egregie nauauit, quorum & ipſa acta à iuratis ſcribis congeſta, toti orbi præbent teſtimonium. Non diu poſt, cum Baſileæ quidam de Senatu & plebe, ijs quę pro puritate Euangelij pridem in ea repub. legitime ſtatuta erant, nimiũ audacter priuato auſu aduerſarentur, & quæ publicitus pacta, priuatim reſcinderent, motu illic exorto, rurſus, ea quæ pro religione prius decreta iuxta uerbum Domini, tam in urbe, quàm in agro huius Reipub. reformata & ſtabilita ſunt. In quo motu nemo, ſicut antehac, quicquam deſignauit inſolentius, nam ut plebs manu nihil tentauit, niſi quod idola quædam, & quæ ad ſuperſtitionem proſtabant, temere per quoſdã deiecta ſunt: ita Senatus edicto compoſuit & inſtituit omnia. Id autem gratiſſimi huius uiri ad modeſtiam, obedientiã & pacem cohortationibus bona parte con-

te confectum eſt. Paulo poſt & reſtituendæ in illa ſua eccleſia diſciplinæ eccleſiaſticæ, cenſuræq́ excommunicationis autor fuit. Mox accerſitus Vlmam cum Ambroſio Blaurero et Martino Bucero, ſalubri conſilio ei Eccleſiæ adfuit, ut ad Euangelij gnomonem eccleſiaſtica omnia exigerentur. Reliquũ uitæ tempus in huiuſmodi ſanctiſſime inſtitutis tuendis ac prouehendis, cum ſcribendo, tum prælegendo, tum uarijs per Germaniam Eccleſijs conſulendo, inſumpſit, ut multorum qui nolunt Chriſtum ſuperſe regnare inuidia, ita fructu ampliſs. & gratia apud bonos ſumma. Hunc uitæ curſum tenuit perpetuo uir ſanctiſs. uerum, ſimplicem, ſyncerum, aptum pietati, appoſitum iuuandis hominibus, promouendo regno Dei, impugnando Satanæ molimina. Illa eadem ratio morienti per omnia conſtitit immota, certa, inuariabilis. Quia fundatus erat ſupra firmam petram, nullæ tempeſtates, quod inædificauerat, non dico non euertere poterant, ſed ne labefactare quidem. Chriſtum Ieſum toto pectore ſpirauit. Hunc unum ſcopum habuit cogitationum, actionum, dictorum & factorum omnium. Ad hunc unum ceu cynoſuram uela contraxit, laxauitq́, prout nauigij eccleſiaſtici ratio ferebat. Adflictos conſolatione leuauit, pœnitentibus ueniam obtulit, laborantibus et in uia oneratis Chriſtum eundem refectorẽ exhibuit, lapideis cordibus malleum iræ Dei admouit. Nec amplius quàm tempus Eccleſiæ quoduis poſcebat, exprompſit: prudens ſanè diſpenſator, qui dimenſum dominicæ familiæ, commode partitus eſt. Quæ ratio ei conſtitit etiam Ezechielem tractanti. Quo tempore pro exteriore œconomia fuit ſollicitior, ut falſa religione conuulſa in populo Chriſtiano, iuxta uerbum Dei uera Reſpublica conſtitueretur. Vale, & mecum ora, ut per ſpiritum ſanctum, quà euaſit Oecolãpadius, & nos penetremus ad Chriſtũ Ieſum in regnum Patris.

Amen.

DE D. HVLDRICHI ZVINGLII FORTISSIMI HEROIS AC THEOLOGI DOCTISS. VITA ET OBITV, OSVALDO MYCONIO Autore.

OSVALDVS MYCONIVS AGATHIO BERONENSI. S.

PETIS Agathi mi chariſſime, rem ut ſcitu dignam, ita longe ſupra uirẽs ingenij mei. Nam magna uires magnas poſtulant. Equidem humi repere didici hactenus, & eſt natura neſcio quid humile uel à cunabulis in me. An uerò non arduum, uitam adumbrare Zuinglij? non enim dico ſcribere, quemadmodum nec tu petis: prudens certe, non neſcius à paruis quid exigendum. Requireret hoc non tam Plutarchum aliquem, quàm Ciceronem patronum. adeò magnus eſt ille apud amicos, & reuera: tam paruus autem apud hoſtes, ut ipſe tu ſcribis, Zuinglium ſæpe factum eſſe in auribus tuis Deum. contra non ſemel ita uituperatum, ut mirareris, quin terra deuoraret. Atq; hanc cauſam eſſe dicis, quur eum uirum noſſe uerè cupias ex aliquo, cui uita & mores ipſius familiariter ſint noti: & hoc quidẽ propter libros, quos reliquerit, tam ſolidè conſcriptos. Velles enim eoſdem eſſe authoritatis quàm maximæ. Fateor equidẽ Zuinglium notum intus & in cute mihi, fuiſſe patronum & refugium certiſſimum: debitorem igitur eſſe me non uilis officioli. Sed quid reddam ex ſuppellectili tam curta? Si nihil tu requireres, non ſuccurreret debitũ. Quia uero tam urges anxiè, dabo quod poſſum. Poſſum autem ſimpliciter, & uerè, & breuiter dicere, quæ puto ſatisfactura ſunt animo tuo, cui uni quicquid hoc erit ſcriptum uolo. Parentibus eſt ortus igitur probis, patre. N. Zuinglio, matre Margarita Meſlina, annum circiter milleſimũ quadringenteſimum octogeſimum ſeptimum, in pago Doggiorum, quem ad Domũ uocant ſylueſtrem, ſitus tam ardui, ut montes æquet propemodũ altiſſimos. Equidem ſtultus apud me non ſemel cogitaui, diuinitatis nonnihil cœlo propiorẽ contraxiſſe, poſtq; uix æquè diuinum aliquid inter homines à multis eſſet annis genitum. Clarus fuit pater ob ſpectatam uitæ ſanctimoniã, & ſupremam, ut inter illam gentem, dignitatem: Amannus erat enim. Is ominatus de filiolo non malè, tenerrimum adhuc fratri ſacrifico commendat, ſi quid literarum in eo comperiret. Placuit mox intantum, ut ludimagiſtro traderet, apud quem breui ſic profecit, ut quę doceretur, præ ingenij dexteritate uiliora dijudicaret omnia. Quamobrem dimiſſus Baſileam (decem annorũ ferè tum erat) præceptorem nactus eſt Gregoriũ Binzlium, hominem bonum, doctum, & mire manſuetum. Hîc protinus & moribus, & literis auctus, ut in diſputationib. quæ pro more tum erant inter omnium ludorũ pueros adoleſcenteſq;, uictoriam ſemper reportaret. Ex quo & odium præſertim ætate præcedentium incurrebat maximum. In Muſicis ſupra ætatem excellebat, ut ſolent, qui natura ſunt ad artẽ aliquã promptiores. Videbant Binzlio ſtudia præſentia non congruere tam feſtiuę indoli: nam mirabiliter ipſum amabat. quare domum remittens conſulebat, ut pro ingenij facultate curaretur inſtitui. Miſſus eſt itaq; Bernam ad Heinrichũ Lupulum uirum doctiſſimũ, & poëtico ſpiritu clarũ, necnon primum qui ludum bonarum literarum in Heluetijs aperuit. Sub hoc in adyta claſſicorum ſcriptorum introductus & uerborum peperit elegantiam, & rerum cognitionem atq; iudicium. Sed & carminis rationẽ parauit, ut & ipſe carmina cõdere, & ab alijs condita iudicare feliciſſime poſſet. Non totũ impleuit bien

nium, cum Philoſophiæ ſtudio uidebantur in hoc fundamentum exædificanda. Viennam ob id profectus nihil non quod philoſophia complectitur; & ipſe complexus eſt, & quæ prius norat auxit, & otnauit decentiſſimè. Aliquot annis ubi durauit, reuocatus in patriam, ne diutius ab exercitio literarum ceſſaret, Baſileam repetijt, & quæ didicerat hactenus, in alios cœpit effundere. nam ludo præfectus Martiniano, non ſine magna puerorum utilitate literas humaniores profeſſus eſt: Philoſophica rimans interim exactius, & nugas Sophiſtarum perſequens haud indiligenter, nõ ob aliud, niſi ut ſi quando cõtra eas pugnandũ foret, hoſtem noſſet. Serijs & iocos miſcuit, & ludos. nam ingenio amœnus, & ore iucundus ſuprà quã dici poſſit, erat. Dein muſices omnis generis inſtrumenta perdidicit, & exercuit, non niſi ut ingenio ſerijs illis defatigato & recreari, & ad ea paratior redire poſſet. Non hic ſum neſcius Agathi, quid cogites; nempe Muſicen ab hoſtibus illi uerſam uicio, tanquam uoluptatum adminiſtrã potius, quàm ſtudiotũ auxiliatricem. Fateor & me non ſemel audiſſe, præſertim ex ſacerdotibus concubinarijs, longè fœdiora. uerum quid eſt uſquam tam ſanctum, quod prauæ linguæ ſpurcicies non conetur deturpare? Nos quod ſcimus loquimur, nec rabulas moramur. An non eius, cui teſtimonium fero, certiſſimum erit argumentum, quod non ſolum ipſe muſicen ita coluit, ſed omnibus literarum ſtudioſis, ut eandem pari ſecum ratione colerent, ſuaſit diligentiſſime. Cum nihil ſit enim, quod hominis animum, quacunque triſtitia turbatum, honeſtius exhilaret, quacunq; ſeueritate obnubilatum iucundius ſerenet, quid ni ſic ſuaſiſſet? Iam ubi diutius & artium liberalium, & Philoſophiæ ſtudijs inſudaſſet, premium tandem quod hactenus in more habuerunt ſcholæ, Magiſterium accepit: hominum exiſtimationi, qua ſoli qui titulos gerunt ſplendidos iudicantur docti, magis obtemperans, quàm ſibi. Dein quia res ita poſtulauit & ordo, Theologiam, cui nomen Scholaſticæ, non negligenter intuitus, mox uidit, quę nam ineſſet hic boni temporis amiſſio, quod omnia cõfuſa, ſapientia mundi, Philoſophia, Deus, inanis loquacitas, barbaries, uana gloria, & quicquid huius generis, nihil inde ſanæ poſſet doctrinæ ſperari. Perrexit tamen in caſtris, ueluti ſpeculator, alienis: uſque dum Glareani, priuſquam ſacris foret initiatus, in paſtorem eligerent. Tum uerò, quod cœptum erat per alios, cogebatur perficere. Fit ſacerdos, deuouet ſe ſtudijs, diuinis potiſſimum. nam Ethnica deinceps non ita magnifecit, niſi ubi ſacris illis adminicularentur, & concionibus. In hoc ſcio, ut obiter illud, Valeriũ Maximum exemplorum cauſa didicit memoriter, & tenuit. Perſpiciebat quâm multa noſſe oporteret, cui munus ad docendum gregem Chriſti commiſſum eſſet. Inprimis autem ſcientiam Dei neceſſariam, tum orationem, qua pro captu cuiuſuis rectè & utiliter pronunciarentur omnia. Quod uidebat, perſecutus eſt. Veteri & nouo teſtamento inuigilabat, oratorias uires & orationis neruos rimabatur, & adſequutus eſt: in uſum autem produxit non quidem ad exemplũ Ciceronis, ſed pro ut noſtris hominibus prodeſſet cum ad dicendum, tum ad iudicandum. Progreſſus erat iam eò, ut doctis et probatis uiris iudicaretur ſcripturam diuinam habere in numerato. Verum ut his ſatisfaciebat, ita ſibi nequaquam, niſi linguarum adieciſſet cognitionem: ex qua nouerat perfici poſſe, quod etiamnum deerat. Ad Græcas igitur literas animum adiecit primo, cepit in manus, doctoribus lexicis & tranſlationibus. Deſcripſit Paulum, & memoriæ cõmendauit, illud tandem adſequutus, ut eum Græcè facilius quàm Latinè intelligeret. Poſt ad eundem modũ egit in his, quæ ſunt noui teſtamenti omnib. Ceterum poſtq; ex Petro didicerat, ſcripturam non eſſe priuatę interpretationis, in cœlum ſuſpexit, doctorem quærens ſpiritum, precibusq; ſupplicans, largiretur, quò ſenſa diuinæ mentis erui quàm rectiſſimè poſſent. Et ne uel ſeipſum imagine ſpiritus fal-

ſa, uel

ſa, uel alios deciperet, quæ ſcripta ſunt contulit, & obſcura claris elucidauit, ut ne-
mo non uideret ſpiritum doctorem, non hominem, ubi ſcripturam in medium pro
poſuit. O rem diuinam. Ita factum eſt enim, ut cœleſtis ueritatis cognitio, quę latuit
à multo tempore non ſine pernicie & interitu animarũ, nobis ſit feliciter reſtituta.
De orthodoxis ſcriptoribus ſenſit, quod ipſi de ſeipſis, legendos eſſe cum iudicio,
& ſcriptura canonica ceu Lydio lapide probandos. ex Philoſophia nanq;, & hu-
mana ratiocinatione paſſim inſynceriores eſſe, quàm ut ſcripturę concedi deberet,
quod hactenus tamen factum, autoritas. Quæ uero didicerat, ut dictum, ad hunc
modũ exercuit. Congredi cœpit iuxta Chriſti normã cum flagitijs quibusq; perni-
cioſiſſimis, ante omnia tamen cũ penſionibus (ſic appellamus munera Principũ,
quæ certis, milites parandi, belliq; cõficiendi gratia dabantur hominibus) eo quod
eas extirpare, & patriam reformare ad ſanctitatem priſtinam prorſus haberet in
uotis. Nam uidebat tum demum doctrinæ cœleſti locum futurum, ubi fons malo-
rum eſſet exhauſtus omnium. Non eſt Agathi, ut apud te cogites: ZVINGLIVS
in Papiſmo de Euangelio? Crede mihi, ante annos 27. propter hoc ipſum, et quod
reſolutiones Io. Pici Mirandulani ſuper eas quæſtiões, quas Romæ diſputandas is
olim fruſtra propoſuerat, nõ improbaret, à pinguibus iſtis clam exprobratam audi
uit hęreſim. Hinc odium, hinc linguarũ petulantia, hinc clamores, hinc inſidię filio
rum ſeculi contra ZVING. ceperunt initium, & aucta ſunt omnia, quoad uirtutem
auxit ipſe. Contrà uerò quib. rectum bonumq; placebat, è quibus erant ſeniores,
& incorrupti iamdum ex plebe, tum ſacrifici, quorũ uita minus polluta, ſic ſunt
amplexi uirũ, ut in ſpem erigerent, iuſticiam auitã per hunc olim reſtitutũ iri. Inte-
rea gratiã Euangelicã ita promulgabat, ut de Eccleſię Romanę abuſu nihil, uel ad-
modũ parcè commemoraret. Volebat ueritatem cognitã in cordibus auditorum a-
gere ſuum officium, nam ueris perceptis, & intellectis, haud difficulter falſa cogno
ſcimus. Quamuis nec per tempus tum licuerit aliter. prius enim ueritas in tanta bo
minum proteruitate & malitia pœnitus fuiſſet amiſſa, quàm abuſus religionis ſub
latus. Hic quidem, ut hominem iuuenem non poſſum ab omni liberare peccati nę
uo, ſic reuerentia pudoris, in primis autem officij diuini, perpetuò cauit, ne malo
exemplo cœleſtis imminueret autoritatem doctrinæ. Talis egit ZVINGLIVS
Glareanę. Dabatur occaſiò, ut Eremum concedere ad tempus uideretur perquàm
conſultum. Vocabat eò D. Theobaldus Gerolzeggius Baro, uir ex æquo lite-
rarum, literatorum, & uere pietatis amans, Adminiſtrator tunc Diuæ Virginis Ere
mitanæ. Trahebat uirum confluxus ab omnibus ferè mundi partibus hominum,
ut nomen eius loci tum erat celeberrimum, Chriſtum & eius ueritatem in regio-
nes & uarias & remotas diuulgari tam felici oportunitate: & ſtudijs Græcis, quæ
iam cœperat non infeliciter, per ocium maius ueluti colophonem imponere poſſe.
Nec prorſus ſpes fefellerat, nam Chriſtus cognoſci ſalubrius incepit, & Græ-
cas literas ad perfectam utriuſque teſtamenti prouexit intelligentiam. Inter
hæc Eccleſia Tigurina parocho primario carens nacta eſt, qui dies & noctes la-
borarent, ut uir ille ſubrogaretur. Ignorauerat rem ipſe, dum à Canonico Tigu
rum forte adueniens rogaretur, poſſetne Tigurinis in uerbo præeſſe Domini?
reſpondit, poſſe: quod loco tam celebri gratia Chriſti prædicata et recepta, uix fu-
turum eſſet, ut Heluetij reliqui non ſequerentur exemplum, atque ita ad men-
tem fieret reditus. Quamuis autem ſciret, ſe non idem ſtipendij, quod relinque-
ret, inuenturum, tamen ſi munus offerant, reſponſurũ pro uoto, nam ſe non peti-
turum ab eis quicquam. Non multo pòſt, ſubornatus ego, ego inquã Agathi, ele-
ctionis tempore, poſtquam iam multi coràm ambiuiſſent, ut ZVING. nomine
Paſtoris officium peterem, obtemperaui, res ſucceſſit, aduocatur ille multa certè

cum gratulatione bonorum. Paulò poſtea præſens in Canonicorum protinus con cilio, quid, quaq; ratione ſit populum docturus, proponit: hiſtoriam nempe Chriſti Seruatoris, qualiter eam deſcripſit Matth. Euangeliſta, ne titulus eius feratur diutius, cuius uirtus longo iam tempore non ſine gloriæ diuinæ & animarum iactura delituerit. Eandem uero ſit expoſiturus non quidem humano ſenſu, utpote nulli iuratus interpreti, ſed mente ſpiritus, quàm diligenti ſcripturarum collectione, precibúſque ex corde fuſis ſe nacturum nihil hæſitet. Quibus auditis mœror ſimul & lætitia, prout ſuffragijs & ante concertatum erat. Quod igitur pollicitus fuerat, cœpit in Natalitijs Chriſti, Anno 1519. & bonis auibus deinceps proſequutus eſt. Dum is pergit, Lutheri nomen fit interim indies celebrius, libri teruntur manibus omnium. Ab his quidem ſic abſtinebat ipſe, ut ſuos tamen uel pro ſuggeſtu ad emendum, & legendũ fideliter adhortaretur. Vide quæſo conſilium. Volebat ut populus audiens ac legens, poſtquam cognoſceret ipſum à legendo temperare ſibi, uideret ſpiritus in utroque paritatem, imò & unitatem, ex literis diuinis exhauſtam, atque ueritati libentius tum hæreret ac obediret, quamuis à conſueto uideretur abhorrere. Hac certè uia mirus breui conſequebatur profectus. Inter docendum ordo palmam ferebat. nam ita ſimplices æqualiter cum prudentiſſimis & acutiſſimis quibúſque proficiebant. Erat is ad rationis normam omnino compoſitus. Vnde fieri non poterat, quin accedens diſcederet prudentior, ac Domini ſcientia locupletior. Hic ut ueritatis lucem clarè ſummóque ſtudio docuit, ita contra uicia nihil auditum eſt acrius unquam: præſertim autem in Penſionarios, oppreſſores pauperum, & luxu quouis diffluentes grauiter inuehebatur, et in ocioſos. In corripiendo inerat authoritas, qualem ego nondum uidi in quopiam. Dum uerbis ardentioribus detonaret in ocium, & penſiones, ne mouerentur, quibus cum flagitioſis par erat dignitatis uel ſocietatis nomen, adiecerat ſemper: Frommer man, nim dichs nit an: Bone uir hęc te nõ moueant, tua nihil intereſt quod dico, ne cures igitur. Thematis rem egerat nonnunquam, maxime dum inciderant, quorum gratia digrediendum erat neceſſario. Ex his erant initio praua contra uiam inſtitutam conſilia uel ſacerdotum, uel poteſtate abutentium. Nam ubi res huc uenerat, ut ueritati crederet longè pars melior & maior populi, digreſſionibus utebatur nonnunquam in ea, quæ minus erant in Eccleſia Dei tolerabilia. Propter hæc nulla præterierat hora, in qua non fierent cum à prophanis, tum à ſacrificis contra boni & ueri adſertorem conſultationes inſidioſiſſimæ. Verum de his dabitur fortaſſis alius commentandi locus. nam ad ſtudia paulíſper hic eius redeundum. In tam anxijs laboribus, Græcanicam lectionem haud unquam omittebat uſque dum Homerum, Ariſtotelem, Platonem, Demoſthenem, Thucydidem, & facilioris notæ Lucianum, Theocritum, Heſiodum, Ariſtophanẽ, reliquoſq; perluſtraſſet. Et quia res poſtulabat, & cõmodum N. N. Hebraicę linguę gnarus Tigurũ aduenerat ludũ aperturus, diſcipulũ agebat ualde ſtrennuum. Arridebant ſtatim hæ literæ: quamobrem poſteaquam obtinuerat à Senatu uerorum ſtudiorum & linguarum Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ gymnaſium, diligentius inſtabat, ut Iacobus Ceporinus iuuenis trilinguis aduocaretur. ſub hoc enim, quod attinebat Grammaticen, perficiebat. Deinde ſeptuaginta iugi collatione & tranſlationis Hieronymi, ſocijs adhibitis Leone Iuda, qui iam antea nonnihil in eas literas laboris & ſtudij contulerat: & Felice Mantio, cui nęcum Catabaptiſmus inuſſit poſtea nõ abſtergendum: huc penetrauit, ut Eſaiam, & Hieremiam Prophetas excellentiſſimos complanare ſit auſus dexterrime. Stando confecit omnia ſua ſtudia, certas eis uendicans horas, quas etiam non omiſit niſi ferijs coactus. A ſomno mane ad horam decimam lectioni, interpretationi, doctrinæ,

Andreas Boſchẽſtein.

rae, ſcriptioni dabat operam, prout temporis & rerum poſtulabat ratio. Poſt prandium audiebat uel narrantes, uel conſilia rogitantes, aut confabulabatur, aut deambulabat cum amicis, uſque ad horam ſecundam, hinc enim reditus ad labores. Poſt cœnam ubi pauliſper deambulaſſet, ferè literis ſcribendis uacabat, interdum ad mediam uſque noctem nihil agens aliud. Præterea quotieſcunque negocia cogebant, & Senatui ſeruiebat. Ex hoc loco, ſi placet audire labores Agathi Zuinglianos contra ueritatis hoſtes, tum & inſidiatorum machinationes contra uirum Dei, opus eſt ut paululum retrogrediamur. Tametſi uerò Franciſcus Lambertus Auenionenſis Minorita, cuius nomen & Gallis & Germanis notiſſimū, non eſt in hoſtium ponendus numero, tamen quia negocium inter primos faceſſit, non uidetur hic prætermittendus. Venit is relicto monaſterio Tigurum ueſtē Franciſcana nondum exutus, mox pedem, ni mauis linguam, conferens cum Zuinglio de interceſſione Diuorum diſputatione publica. Verum neſcio quid hominē mouerit, ueritas ne, an quod ſimulauerit prius, longo quāuis ſermone, facili tamē opera uictus ceſſit, & gratias egit Deo, quod per organum tam egregiū ueritatis cognitione tam claré conceſſerit. Secuti ſunt non ita longo temporis ſpacio Ioan. Faber, Vicarius Cōſtantienſis, & D. Martinus Blanſch concionator Tubingenſis, ab Hugone Epiſcopo Conſtantienſi petentibus Tigurinis miſſi. Quamuis autem nihil haberent in mandatis, quàm diſſidiorum, uti narrabant, audire cauſas, & ſtudere, ſi opus, pacificationi: uerba tamen ex uerbis contentionem peperere de Euangelio, de Diuorum interceſſione, de conſtitutionibus humanis, & neſcio de quibus alijs, ut dies tereretur, non prorſus inutiliter tamen, cognoſcebat enim tota multitudo, cuius numerus erat uſque ad uiros ſexcentos, quàm nihil eſſent præ diuinis humana ſimul omnia. Nec ſatis erat Epiſcopo prædictos miſiſſe, nam et Suffraganeus eius non multò poſtea Tigurum uenit, perſuaſurus de ſanctorum interceſſione, deq; ſacrificio miſſæ; quod & libro deinde conatus eſt, à multis ſcholis comprobato. Verum ita luſit operam, ut dum uir quidam nobilis & ſanguine & ſpiritu rogaretur quid egiſſent, reſponderit: Vicarius ſcropham abegit, nos porcellos minamus. Tum quidem, rebus ſanctiſſimè per Dei gratiam peractis, Huldrichus ad ſcribendum eſt compulſus primum, quoſ libros, & quàm utiles, (ineſt enim ſana doctrina, tum ſimplicitas, tum ſoliditas quædam, quæ non ubique, meo quidem uidere, ſolet occurrere;) deinceps reliquerit, ob breuitatem non opus uidetur uel ordine, uel nominatim ſcribere, cum extent omnes, teſtimoniumq; de ſeipſis præbeant ampliſſimum. Dum hæc fiebant, neſcio quæ fama de Zuinglio penetraſſet ad Romanū uſque Pontificem, legatione dimiſſa ad nos, & Breue dedit ad illum his uerbis: ADRIANVS PAPA SEXTVS. Dilecte fili Salutem, & apoſtolicam benedictionem. Remittimus uenerabilem fratrem Ennium, Epiſcopum Verulanum, prælatum domeſticum, noſtrum & apoſtolicæ ſedis nuncium, hominem prudentia & fide præſtantem, ad iſtam inuictam, nobiſq; & huic ſanctæ ſedi cōiunctiſs. nationem, ut de maximis rebus nos, & eandem ſedem, totamq; Chriſtianam Rempublicam concernentem cum illa agat. Licet autem ei dederimus in mandatis, ut ea communiter cum omnibus & publice tractet: tamen cum de tua egregia uirtute ſpecialiter nobis ſit cognitum, nosq; deuotionem tuam arctius amemus ac diligamus, ac peculiarē quandam in te fidem habeamus, mādauimus eidē Epiſcopo, nūcio noſtro, ut tibi ſeparatim noſtras literas redderet, noſtramq; erga te optimam uolunta tē declararet. Hortamur itaq; deuotionem tuam in Domino, ut & illi omnē fidem habeat, & quò nos animo ad honores tuos & cōm oda tendimus, eodē tu in noſtris, & dictæ ſedis apoſtolicæ rebus procedas. De quo gratiā apud nos inuenies non mediocrem. Datum Romæ apud Sanctum

Adriani Papæ ad Zuinglium Epiſtola.

Petrum,

Petrum, ſub annulo piſcatoris. die 23. Ianuarij, anno 1523. Pont. noſtri anno primo. Has literas propterea nolui neſcires, ut conſtaret, ſi gratiam hominum quàm gratiam Dei maluiſſet Zuinglius, quantus nam eſſe potuiſſet. Non enim ad hunc ſolum Papa ſcripſerat, uerumetiam ad eximium D. Franciſcum Zinggium, ut ſibi & ſedi apoſtolicæ uirum lucrifaceret. Dumq́ꝫ rogitarem à Franciſco, quid pro illo pollicitus eſſet Papa: ſeriò reſpondit, Omnia certè præter ſedem Papalem. Sub hæc, quod Euangelium robur ſuum fortiter oſtentans pro cœleſti ueritate pleriſq́ꝫ tenebatur, in primis autem à Senatu Tigurino, Diacoſijsq́ꝫ receptum erat, cepit uir ille de rerum præſentium ſtatu in meliorem commutando cogitationem. Et ut ordine fierent omnia, quæ præter cætera uidebantur ad incrementum Euangelij pertinere, primo quoq́ꝫ tempore mutabantur. Numerus ſacerdotum & monachorum iam olim uiſus eſt maior, quàm pro religionis uſu. Decretum igitur à Senatu ſuaſore Zuinglij cœleſti ſpiritu, ut ille diminueretur adusq́ꝫ tot perſonas, quæ futuræ ſatis eſſent officijs Eccleſiaſticis. Non quod quiſpiam ejceretur, aut ſacerdotio priuaretur: ſed hactenus quod datũ in ſingulos annos, poſſidebat & deinceps, uſq́ꝫ dum mors ſuſtuliſſet, nam nullus ſubrogabatur. Monachorum tres ordines in locum unum cogebantur, cucullis abiectis. Exire poterant ad laborem, ad coniugium, ad literas, quis erat animus. Et cui non arridebat doctrina fidei, migrare licebat, quocunque fuerat libitum: adeo nemini grauabatur conſcientia. Reditus Eccleſiaſtici quoque uel miniſtris ordinabantur Eccleſiarum, uel bonarum literarum Doctoribus, uel reliquijs iam dictis Sacerdotum & monachorum, uel pauperibus. Erant inter illos ingenioſi iuuenes non pauci quibus pietatis magis placebant ſtudia, tales retenti, ad uſus Eccleſiarum totius Tigurinę ditionis fouebantur, & dum uſus uenerat emittebantur. Inſtituerat apud ſe uir literis bonis & ſacris deuotiſs. ſcholam: ſi ſuperuixiſſet, dubium non eſt, quin hodie nulli foret ſecunda. Præter hæc Senatum fecit ordinari, qui de cauſis decerneret coniugalibus. Perſuaſit abolenda ſimulahra, quæ colebantur: Tollendã funditus miſſam: Reſtituendam cœnam Domini. Interea temporis, bone Deus, quæ peſtis irrepſerat, hæreſis Catabaptiſtarum, infantes primò baptizare uetantium, & ſeipſos rebaptizantium. *Catabaptiſtarũ exortus.* Deinde in omnes, quæ fuerunt unquam, hæreſes furibundo ſpiritu ruentium. Initio poſtquam rem ſenſit, quod authores & amici erant & docti, & ciues, & oues, familiariter cum ipſis agere tentauit. uerum ubi coràm adnuentes, digreſſi cœperũt nil niſi mentiri, parare diſcipulos, ab Eccleſia diſiungi, nouã inſtituere: coactus eſt ire totis uiribus obuiam Satanæ, & expugnare publicè. Agathi mihi crede, nouies ego ipſe collationib. amicis, & diſputationibus. ſerijs interfui. Si pluribus eſſet tractandum negocium, eſſet iamdum certè quod dicerem. Cõuictis, ora blaſphemijs & conuicijs æſtuabant: & ut uno dicam uerbo, quicquid Ioan. habet reuelatio malorum, adcumulabant in Zuinglium. Peſtis iſta quo magis per conatum reprimebatur, eò fiebat ardentior. Tandem ergo carcere, proſcriptionibus, morte, contra periuros, inobedientes, ſeditioſos, non iam contra Catabaptiſtas, Senatus compellebatur graſſari, ni falſum maluiſſet quàm uerum, ſeditiones quàm pacem, malum quàm bonum. Neque ſic tamen auerti poterat, quin libris publicatis boni forent præmuniendi, ne fuco ſeducerentur. Poſtremus in hoc fuit ordine D. Baldaſſar Hubmerus Catabaptiſtarum alpha, nuper amicus, & in Euangelio ſocius, paulòpoſt hoſtis acerrimus. Is ſcripto primum, deinde ex Vualdſhut oppido Rheni fuga elapſus, ut Tigurum ſubintrarat, captus, ore ad os in Curia Deputatis tantum præſentibus rebellauit. Penerat tum à Senatoribus, ut Leo Iuda, Sebaſtianus Oeco nomus, & Ego, ſibi concederemur ad colloquium. Mos geſtus eſt ſecundò. Perduximus huc hominem, ut palinodiam in diem poſterum promitteret.

mitteret. Igitur hoc animo in templū è Curia poſtridie ueniens, Zuinglio deſcen dente ſuggeſtum aſcendit, & adſtruit quicquid hactenus docuiſſet, motū ſe cauſans, quod ille conſtantiam tam excellenter uexiſſet: pertinaciam ſuam conſtantiam eſſe iudicans miſer. Reductus in carcerem omnino latuit, uſque dum beneficio Zuinglij clàm dimiſſus, non ſine comite & uiatico. ubi uenit Conſtantiam, adeo malis onerat uirum, ut per Apologiam ſatiſfacere cogeretur fratribus. De Catabaptiſtis ſatis. Cupis ſcire de diſputatione Badenſi, quemadmodum literæ tuæ teſtantur: in primis autem, cur Zuinglium Senatus Tigurinus Badenam dimittere recuſarit. Hæc quod omnia literis mandata ſunt, ac edita, malim ut inde petas. Ne dicas tamen, nihil dum horum ad te perueniſſe, literas ecce tibi Tigurinorum ad D. Ioan. Eccium, quibus hominem ad ſe inuitant. Ecce literas tuti itineris ad eundem, & bonorum omnium ſanctam pollicitationē, ut ueniat rimaturus & enucleaturus ex utroq; teſtamento pariter cū Zuinglio (cuius errores & hæreſim ſponte ſumpſerat duabus ad cōfœderatorum legatos epiſtolis palàm & ubique coarguendam) ueritatem Dei ad communem totius eccleſiæ commoditatem. Quibus lectis, & cognito, quod Eccius nihili pendit quæ ſcripta erāt, non difficulter intelliges, quare nam Tigurini ſuū domi ſeruarint Zuingliū. Quamuis idem aliquot ſit opuſculis ab hoc contra Fabrum uerißimè quoq; defenſum. Vtinam ad manum eſſet etiam diſputatio, quī mitterem, uideres, ut Impreſſor artem, qua clarus eſt, expreßiſſet egregiè. Magis uerò laborauit Zuinglius currendo, cogitando, uigilando, conſulendo, monendo, ſcribendo & literas & libellos, quos Badenam miſerat: quàm laboraſſet diſputando uel inter medios hoſtes, præſertim contra caput adeo ueritatis ignarum. Equidem per omnem uitā nihil optaui uehementius, quàm ut præſens præſentem adloqui potuiſſet liberè. uidiſſent Quinquepagici ubi ueritas, ubi mendacium regnaſſet. Sed locus Zuinglio nō erat æquus. An nō eo reperto poſtea Bernæ, Murnero, Eccio, quatuor Epiſcopis, Monachis præcipuis quibuſdam prius à Senatu blandè ac fideliter inuitatis, lubens, & ob ueritatem gaudens profectus eſt? tametſi ducentis per cōmunem confœderatorum ditionem armatis deductus eſt. Iuit & Marpurgū itinere tam longo, de ſacramēto cœnæ cum Luthero & Melanchthone colloquuturus. Nihil hic ueritus, quia locus erat accommodus. Quos labores, & quantos inter hæc tulerit omnia, non arbitror ignorare iam te poſſe. Dogmatiſten uocarant docti quidam, maxime propter negocium Euchariſtiæ. Non dubito, ſi per affectum legere, per fidem expendere ualuiſſent unquā, quæ ſcripſit ad Germaniæ Principes Auguſtæ congregatos, multò ſentirent aliter. Ad eum libellum & te remitto, ne tempus fruſtra ſcribendo teramus. Quid facias ei, qui ueritatem cœnæ Domini hinc perdiſcere noluerit? Hactenus de laboribus circa ueritatem defendendam. Paucis nunc agemus, quibus nam fuerit ob eandē obiectus periculis. Sacerdotibus & Monachis de gradu (ut ita dicam) deiectis, & contra Penſionarios, quos uocamus, confecto mandato, deflexum eſt ad inſidias, ſi quo modo tolli poſſet homo iſte. Clancularias, etiamſi mihi notæ, tacebo: manifeſtas & tibi manifeſtabo. Venit poſt medium noctis aliquando, qui petijt, ut hominem inuiſat morti proximum. Diacono pro hero reſpondente, ſe quicquid ſit laboris obiturum (nam illum ob negocia diurna non excitandum:) tam obſtinatè renuit, ut oriretur de inſidiatore ſuſpicio. Diaconus igitur abiens, ceu domino relaturus omnia, oſtio occluſo latronem foris manentem deluſit. Mane facto cognitū eſt, nauigio captum, ore mox obturato, clam fuiſſe deportandum. Non multò poſt, & equus ad eundē uſum paratus expectabat. Deinde uidimus inſidiatorē (Tuginum eſſe dixerant) in urbe ſine pallio, gladio cinctum longißimo palàm uagari, ſicubi

ri, ſicubi uirum obuiam opportune factũ occidere queat. Indicatus iſte capitur, & euaneſcit. Tigurini duo (quorum nomina ſciens prætereo) uino madidi, noctu Zuinglij domum lapidibus pulſantes, et ſpecularia perforantes, clamore, maledictis, ictibus tam crudeliter, turpiter, inhumaniter egerãt, ut uicinorum nullus hiſcere uel per feneſtellam auderet. Non ceſſarant igitur prius quàm & lapides deficerẽt, & uerba, & uiris. Tumultus relatus eſt ad Conſulẽ, mane clauſis portis quæſiti ſunt uiris armatis per omnes urbis angulos fruſtra, dum mulierculæ conſciç malæ diſſimulantes alterũ proderẽt, haud uoluntarie, (nam alter iam euaſerat.) Extractus igitur è uaſe uinario ſacerdotis cuiuſdam, ab indignabũdis pertrahitur in carcerem. Poſt multa iudicia condemnatur ad cuſtodiam perpetuam, ubi poſtea quàm ſeptimanis aliquot detentus iacuit, demùm eſt precibus donatus Bernenſium. Cœnabat Zuinglius nonnunquã foris apud amicos, uel apud hoſpites. Rediens igitur nunquã ferè non excipiebatur imprudens à ciuibus bonis, nequid accideret in uia mali. Sed & Senatus tẽporibus hiſce periculoſis per noctem uigiles ſuper domum eius conſtituebat. Ad hunc modum protecto. uide quæſo quæ ſint iniuſta crimina uiro. Penſionarium uocitabant, quod aliquando peccatum neſciens à Pontifice Romano pecuniam accepiſſet annuam. Verũ hoc flagitium ſic ad Germanos ſuos excuſat ipſe: Quod mihi fuit aliquando negocium cum Papa, ante annos deſijt. Putabam tunc quod liceret accipere pecuniam à Pontifice, tueri uiã eius. At cognito peccato omnibus renunciaui. quam ob rem factores, quos appellant, eius de hoc crimine me ſugillantes, ob renunciationem minus propitij, uitio quod egi mihi uertunt, quia perſuadent hominibus pecuniã Pontificis accipiendo ſeruiri Deo. Ad Berchtoldum autem Hallerum, & Caſparem Megandrum de Principum muneribus ſic ſcribit: Ego Chriſti, & ſi mauultis meam quoq; gloriã, maioris reputo, quàm omnes omnium Principũ theſauros, nedum modicam unius Regis munificentiam. Olim didici quid ſint munera, ut iam in ſenẽ me non poſſit horum libido quicquam. Cæterum & furem, & hæreticum, & adulterum non uocabant modo, ad nominis & doctrinæ denigrationẽ, ſed palàm aſininis rudiebant clamoribus. At ubi uiderunt miſeri & inſani homines, q̃ nihil omnibus tentatis, efficerẽt, nec cõtra uerbũ Euangelicũ, nec contra ſeruũ Dei, totis ſe uiribus in obedientes uerbi cõuertũt, ſi forte laceſſiti nauſeã contraherẽt aduerſus alieni contẽptus autorẽ. Calumniabant, nihili pendebant, publice priuatimq; ridebant uſqueadeo, ut Tigurini cogitare de auerſandis malis inciperent. Libro foret opus, ſi quis uellet hæc uel noſſe, uel ſcribere ad plenum. Summa, uentum eſt ad fœdera noua pro defenſione doctrinæ Chriſti; ueteribus nuſquã læſis tamen, haud ſine magno Zuinglij labore & ſtudio. non certè, quod cõtra patriam aliquid conaretur: (abſit hoc à tanto patriæ cultore) ſed quod pro conſilio quondam inito uicia extirpare, & Euangelicam doctrinam in laudem Dei & utilitatem Heluetiç totius ita plantare conſtitutum haberet. aut quod ſic conaret̃ tueri diuina: ſed quod nihil magis deſideraret, quàm ut omnes gentes confiterentur Domino, & per amplitudinẽ fœderis impiorũ animis territis, & hi facilius Chriſto lucrifierent. Ventum eſt tandem & ad bellum: ſed quale bellũ, quod attinet ad hunc & Tigurinos: Tale profectò, quale deſcribit Zuinglius ipſe ad amicos ſuos hiſce uerbis: Quod hactenus ad uos ſcripſi, iterum atq; iterum facio, ut conſtantes ſitis, neque bellum metuatis. Nam iſta pax, quam quidam tantopere urgẽt, bellum eſt non, pax. Et bellũ cui nos inſtamus, pax eſt, nõ bellum. non enim ſitimus cuiuſquã ſanguinẽ, neq; etiã per tumultũ hauriemus: ſed in hoc ſumus, ut Oligarchiç nerui ſuccidantur. Id niſi fiat, neque Euangelij ueritas, neque illius miniſtri apud nos in tuto erunt. Nihil crudele cogitamus, ſed

quicquid

quicquid agimus, amicum & paternũ eſt. Saluare cupimus quoſdã, qui per ignorantiam pereunt. Seruare libertatem ſatagimus. Vos igitur nolite tantopere abhorrere à conſilijs noſtris. Miniora ſunt, & æquiora, quàm quidã apud nos dictitant. Omnibus qui nos falſò deferunt, promptè creditis, cum hactenus ſemper experti ſitis ueritatem noſtram: illorum autem inconſtantiam, ne dicam mendacia. In hoc igitur eſtote, ut pro fide in Deum, & in homines conſtanter noſtris reſpondeatis. Quid multa? nihil metuite. nam Dei bonitate & συμμαχίας, uniuerſa ſic geremus, ut uos noſtri nec pudeat, nec pœniteat. Hactenus ille. Lubẽtius hæc deſcripſi, ut teſtimonium ſit mi Agathi certiſſimum tibi, ZVINGLIVM putari ſanguinarium immeritiſſimè. Fuit certè uir fortis, in periculis intrepidus & prudens: at ſitire ſanguinẽ uel grauiſſimorũ hoſtium, tam abfuit, quàm abeſſe debet cum à prudente, tum à miniſtro Chriſti. Libertas patriæ, uirtutes auitæ, & in primis gloria Dei & Chriſti, omnium conſiliorum fuerunt & fundamentum, & ſcopus: quicquid dicant, quicquid clament, quicquid contendant omnes omnium nationum etiam hoſtes Zuingliani. Ecce coram te & Deo ueritatem loquor. Duobus bellis igitur inteſtinis interfuit, quorum utrumque à Capella monaſterio Capellanum dicitur. Ad prius ſponte profectus eſt, ut conſultationibus intereſſet, ne quid aberraretur à uero & bono. feliciſſime cecidit, & ſine ſanguine confectum eſt. De quo ſæpe mihi narrauit, plus maliciæ & prauorum conſiliorum illic comperiſſe, quàm per omnem uitam norit uel experientia, uel ex libris. Ad ſecundum electus eſt, ut Parochus: & quamuis renueret apud ſe & apud alios, exijt tamẽ. Vidit animus diuinus quid futurum eſſet. Cauſa belli nunquam placuit, commeatus uidelicer amputatio. norat enim qualiſnam conſultrix fames. Quamuis ingenuè dicam, poſtquam iſtud conſilij fuerat ab inuitis Tigurinis receptum ſemel, (nam alij, quos non ignoramus, induxerant non malo certè animo: putarant enim conſilijs interea temporis ad pacificationem iter inuentum iri, cum Tigurini bellum maluiſſent) non placuit ZVINGLIO, ne contemptum pareret adhuc maiorem apud aduerſarios mutatio. quanquam interim nec repugnaret admodum. Dixerat item intra dies quatuordecim ante profectionem bis, me audiente, pro ſuggeſtu, dum feruerent omnia: Scio, ſcio inquam, quid rei ſit. Es iſt umb mich zethun: Vt ego tollar, fiunt omnia. Imò et Cometen, quę uiſa eſt per aliquot ſeptimanas, in aurẽ ſuſurrarat amico, fatalem eſſe & ſibi, & adhuc alteri cuipiam. Nos ſemper Oecolampadium intelleximus. Igitur tumultuariè profecti Tigurini (quoties tumultum hunc adſpicio, toties ueluti gladio confodior: tam erat nullus ordo, nulla conſilia, nullæ mentes: tanta animorum diſſonantia, tam horrenda facies ante & poſt ſigna ſparſim currentium hominum: nõ enim dicere ualeo, niſi de paucis, militum. Imò et tantillus numerus omnium (quinquies mille fuerant electi, non aderant quatuor milia quingenti) contra tam paratam multitudinem. Profecti igitur Tigurini, ſecutus eſt inter poſtremos & ZVINGLIVS eques, & armatus pro more noſtro. quem ut uidi, repentino dolore cordis uix conſiſtebam: peſſimum præſagium. Manebamus cum diem non certe ſine iugibus ſuſpirijs, non ſine precibus ad Deum. Sed aliud hic conſtituerat pro nobis, non contra nos, ut ego ſanè interpretor, & pie quidem. Nam ut obiter hoc, multo cautius incedere didicimus. Habemus Euangelium maiore in precio, Deum rectius intuemur, & manifeſtiores ſunt, qui hactenus aduerſati ſunt Euangelio Chriſti. Vt igitur mane uideram exeuntem, ita ſub noctem audio nuncium, pugnatum quidem acriter, tamen infeliciter, & ZVINGLIVM nobis perijſſe. Proſtratum, aiebam, prementiũ multitudine iam tertio, ſed in pedes ſemper reſtitiſſe: quartò fixum cuſpide ſub mento, & in genua prolapſum dixiſſe: Ecquid hoc infortunij? Age, corpus quidẽ occidere poſſunt, animam nõ poſſunt.

Zuinglij cædes

atq; his dictis mox obdormiuiſſe in Domino. Poſt cladem ocium ubi datũ hoſtibus (nam noſtri retro in locum abierant ſecuriorem) cadauer ZVINGLII queritur: (& quis indicarat tam ciro uel adfuiſſe, uel occiſum eſſe?) inuenitũ, iudicio condemnatur, in quatuor partes ſecatur, in ignem conijcitur, in cinerem reſoluitur. Hoſtibus digreſſis poſt diem tertium, accedunt amantes ZVINGLII, ſi quid reliquiarum eius offenderent, & ecce cor (mirabile dictu) ſe offert è medijs cineribus integrum & illæſum. Stupebant boni uiri, miraculum quidem agnoſcentes, ſed non intelligentes. Quare Deo tribuentes quicquid eſſet, nonnihil, tanquam certi magis de cordis uiri ſinceritate facti ſupernè, gaudebant. Venit non multo poſtea uir mihi notiſſimus, ſed & familiariſſimus, rogans an portionem cordis cupiam uidere Zuingliani, quod ſecum ferat in loculo: quia propter ſermonem hunc inopinatum horror quidam totũ corpus peruaſerat, negarã, alioquin & huius rei poſſem eſſe teſtis oculatus. Hic eſt ergo uitę ZVINGLIANAE curſus, hęc mortis alea, quàm pius in patriam adtulit animus, & cor ſincerum erga rempub. Chriſti, horribilis quidem in oculis hominum, præcioſa in conſpectu Dei, qualis manenda doctoribus iuſticiæ diuinæ cunctis, niſi Dominus ſingulari præueniat tueaturq; gratia. Arbitror petitioni tuæ ſatisfactũ Agathi. Quod promiſi, præſtiti, ueritatem & breuitatem ob ſermonis cultum ut nihil obligatus, ita nihil ſoluens. Vtinam prodeat in poſterum, qui narratione tum uera, tum culta pro dignitate uiri tam excellentis in uſum piè ſtudioſorũ iſthęc omnia perpoliat quàm iucundiſſime. Tu uale, & obſequiũ hoc meum candidè interpretare. Tiguri, Anno

M. D. XXXII.

IN EXCVDENDA PRAEFATIONE, NIMIVM VT *ſit propter urgentes Nundinas properando, errata quædam irrepſerunt, quæ ſic emendabis.*

α Pagina 4. uerſu 19. uirorum, pariter ſalut. 6. 1. decutere onus. 8. 11. aſtrorum curſus. 9. 2. & negocijs. 12. 12. Deo inquies. β. pagina 1. uerſ. 27. noctuinis oculis. 31. indicatur. 2. 19. cui hanc. 41. alia materia. 4. 42. Deo placuerunt. 6. 2. uere ſtudioſi. 34. impietatis. 8. 37. Eccleſiæ. 9. 30. Sinit enim. 31. penitius. 10. 16. criminis excerabilis. γ. pagina 4. uerſu 15. ac uini. 19. ac ſanguine. 6. 10. merum eſt beneficium. 40. Non affigitur. 43. habet. 8. 17. Iuſtiniani. 9. 10. aptant. 10. 41. cognita confeſſaq; in illuſtri ponat corã pia plebecula, ad cuius captũ, &c. δ. pagina 1. uerſu. 16. dele Euangelij. 2. 22. Toloſanus. 5. 16. nuncaliter.

EPITAPHIVM IOANNIS

OECOLAMPADII, MINISTRI VERBI DI

uini fideliſſimi, autore SEBASTIA-
NO MVNSTERO.

במערה הזאת שוכב איש חשוב נבון וחכם חסיד וקנא בדבר יהוה ומלומד בכל דעת האלהים ואנשים יוחנן בית־לפירי שנפטר בשם טוב ובחיים תמים ונקבר פה בשנת עולם ה׳ אלפים ר״צב ביום י״ד לחודש כסליו ;

EPITAPHIVM HEBRAICVM ALIVD

IOANNIS OECOLAMPADII, PER SEBA-
STIANVM MVNSTERVM CARMI-
ne quadrato & diſtincto con-
ſcriptum.

בשם האל בריה	אשר עשה הכל	ואין יש מה נברא	בלי כח ידיו
אני מונשטרוש פה	בקוצר אכתבה	יקר כבוד גדל	חבר העולמים
אשר שם פו יה יו־	חנן בית־לפירי	משרתו איש צדיק	וחכם במכתב
אלהים ואדם	אשר הוא לא חדל	למור למר עד ש־	בזה עולם היה
בספר התורת	יהוה שדי	וחמשים ה־	קדושו ישוע
לסור מדרך רע	ולעשות כל הטוב	לשקץ את־עולם	וכל שבו גדול
לחקר שמים	ולשאת שם הלב	לחבב הבורא	עלי כל שנברא
מאר מכל לבב	ומכל הנפש	ואחר את קרוב	אהוב מכל כח
באלה אה מצורות	תלוית תורה עם	נביאים אבירים	עברים של אל חי
וכן למר איש זה	ועשה שלמד	אחרים כי תואת	רצון ומצוה אל
בלב חזק הוא גם	בעזר אל הרס	והפיל מכסא	גבהים גם זדים
אפיפיור רשע	והגמונים גלם	וגם כתב רבים	ספרים על חקת
בליעל שהם	לפניגו שמו	ברשת לתפש	נפשות כצפור
אבל נפשותינו	כצפור נמלטו	לפתע מפח יו־	קשים החטאים
ולכן כלנו	נדבר לאלהים	מברך אתה אל	אשר לא עזבת
ולא שכחת ע־	מנו נאמן כי עד	ושלחת לנו	תשועתך על
ידי עבדך יו־	חנן בית־לפירי	וגם נתת לו	עטרת מלכותך
במו נפטר מזה	משם טוב גם נקבר ;		

Digitized by Google

ERVDITI CVIVSDAM, OECOLAMPADII LAVDIBVS
pię & ex animo fauentis, Carmen.

HACTENVS exiguos non dedignata labores,
Et luſos uarios, numeroſq́ꝫ iocusq́ꝫ referre,
Nunc age tentanti facilis maiora faueto
Muſa mihi Clio, ſoboles Iouis inclyta ſummi,
Inq́ꝫ nouum plenas carmen mihi ſuffice uires.
Nam quem fert numeris animus celebrare canoris,
Ille quidem ſuperat laudem uirtutibus omnem,
Maior & eſt ullo quàm poſſit carmine dici.
Nomina iam totum cuius ſunt nota per orbem,
Nomina deq́ꝫ domo, lucenteq́ꝫ lampade dicta,
Nomina præclarę bene reſpondentia uitæ.
Lumine namq́ꝫ uelut domus irradiatur, & iſtud
Illatum reparat gratam mox undiq́ꝫ lucem:
Vir ſic ille domus Domini clariſſima lampas,
Cunctis prælucet, media facis inſtar in urbe
Ciuibus, inſigni morum integritate bonorum,
Atq́ꝫ redemptoris ſincero dogmate Chriſti,
Ex animis denſas remouens, ueteresq́ꝫ tenebras,
In quibus ante actum populus male uixerat æuum.
Sicut enim gnauus ſua qui colit arua colonus
Et lætas ſegetes, & plenas ſperat ariſtas,
Ille ſolum crebro ſubiens exercet aratro,
Euellit ſentes, ſaxa impedientia tollit,
Tum ſua pergratæ committit ſemina terræ:
Sic agit aſſiduo, noctesq́ꝫ diesq́ꝫ labore
OECOLAMPADIVS ſummi tuba clara Tonantis,
Vt purget uicijs animos, et pectora longis
Obturata malis emolliat, eſſeq́ꝫ rurſus
Apta Deo, ſtudijsq́ꝫ bonis accommoda reddat,
Inſerat & puris diuini ſemina uerbi
Mentibus, & ſanctos inſtauret deniq́ꝫ mores.
Hoc agit, inſtituit, molitur, cogitat unum,
Hoc ſimul & ſcriptis, quæ iam uictricia, quamuis
Colluuies Satanę ringatur, & omnia tenret,
Non tamen hæc liuor, nec tempus edax abolebit.

OECOLAMPADIVS DE SEIPSO, PER *eruditum quendam.*

INDE mihi nomē, Charites: cognomen & inde
Dat domus & lampas, gratia luxq́ꝫ domi.
Gratia ſit'ne domi cum luce, uidete: cucurri,
Quiſquis ades curſu, lampada trado tibi.
Hæ mea ſunt lampas Chartæ, prælucet & illis
Lampas: an ex cœlo, cernere cuiq́ꝫ licet.

Digitized by Google

COLLOQVIVM IAMBICVM THEOLOGIAE ATQVE LECTORIS, IO. OECOLAMPADIO, THEOLOGORVM PRINcipi ſacrum, autore IOAN. SAPIDO.

L. QVAE tu puella? TH. Sacra ſum Theologia.
L. Quid accidit? quid fles? TH. Meũ ſummũ decus.
L. Quod? TH. Oecolãpadiũ meũ, optimũ uirũ.
L. Cur? TH. Hunc graui trux carcinus neci dedit.
L. An non diu, quem tu uirum optimum uocas,
Vixit ſatis, uel ſi nimis cito cadat?
TH. Verum quidem: ſed eius hic nil conqueror,
Inter beatos nunc agentis cœlites,
Nactiq; iugi laude nomen inclytum.
L. Quid ergo luges? TH. Quid? mei malum boni.
L. Quod inquis? TH. Hoc autore planè lux noua,
Qualis retro nullis refulſit ſeculis,
Viſa eſt meis oririer myſterijs,
Qua pars mei uel ſole clarus nitet.
Sed me tenebris liberaſſet omnibus,
Ni mors eam mihi abſtuliſſet cum uiro.
L. Amâbo dic, parauit arte qua? TH. Rogas?
Fuit uir acris & memoriæ & ingeni,
In iudicandis rebus idem præpotens,
In literis doctiſſimus trilinguibus,
Quàm maxime peritus artium omnium,
Et ſtrennuus uictor laboris improbi:
His uſus eſt. L. Alius'ne nemo idem poteſt?
TH. Paucis habe: poſt ſe reliquit neminem,
Nec anteceſſit ullus. L. Ergo. TH. Iam ſine
Rogare, non tibi huc reſponſum uenimus,
Sed lachrymis, queis me dicaui, fac abi.

EPITAPHIVM IOANNIS Oecolampadij.

CECROPIIS quod antè Solon cordatus Athenis,
Aut tibi bellipotens Sparta Lycurgus erat:
Diuinis iubeat rectè modo legibus uti,
OECOLAMPADIVS hoc Baſilea tibi.

CONRADVS PELLICANVS

RVBEAQVENSIS, SACRAE HEBRAICAE
literaturæ Profeſſor in Collegio Tigurino,
pro HVLDRICHO Zuin-
glio, eiuſdem urbis
Epiſcopo.

לזכר עולם יהיה צדיק
משמועה רעה לא יירא

הוֹרֵשׁ בְּכָל לְבּוֹ שֵׂכֶל
מָצָא בְתוֹרַת חֶסֶד אֵל ׃

חֲרַס עָוֹן נָתַץ רֶשַׁע
אִבַּד גָּאוֹן עִם כָּל פֶּשַׁע ׃

הָאִישׁ גְּבִיר הולדריך צווינגל
גָּדוֹל כְּדַבֵּר וּפוֹעֵל ׃

בָּנָה בְּצֶדֶק נָדַב עָם
נָטַע תְּמוּנָה סוֹר עוֹלָם ׃

יָרֵא אֱלֹהֵינוּ בָּרִיךְ
הוֹלֵךְ בְּדֶרֶךְ אֵין לָהּ בּוֹה ׃

מַשְׂכִּיל וְגַם מַצְדִּיק רַבִּים
לָקַח עֲטֶרֶת עוֹלָמִים ׃

רוּחוֹ בְּרֶשַׁע הָיָה מַר
דּוֹרֵךְ בְּרֹאשׁ עָנִי וּבַר ׃

יוֹשֵׁב בְּחֵיק נָעִים שַׁדַּי
יַזְהִיר כְּכֹכָב הַשָּׁמַיִם ׃

אֹהֵב מְאֹד אֶת צַדִּיקִים
הוֹרָם נְתִיב טוֹב אֶל חַיִּים ׃

מַה יַּעֲשֶׂה לוֹ אָדָם רַע
חִלְּצוֹ יְמִין הָאֵל מֵרַע ׃

מוֹרֶה אֱמֶת עַל כָּל חַיָּה
צוֹפֶה בְּעַמּוֹ יוֹם לַיְלָה ׃

מַה תַּעֲשֶׂה חֶרְפַּת שָׁקֶר
כִּי הוּא לָיָה בָּאוֹר בֹּקֶר ׃

הִזְהִיר בְּעִתּוֹ אֶת רָעוֹת
עַל צֹאן עֲדַת הָאֵל בָּאוֹת ׃

מַלְכוּת יְהוָה נָטַע הוּא
מַלְכוּת יְהוָה יָרַשׁ הוּא ׃

פַּחַד אֱנוֹשׁ מִחוּץ עוֹמֵר
הַכִּיר לְעוֹלָם חַי נֵעוֹר ׃

DOCTI CVIVSDAM DE FORTITVDINE A
eruditione ZVINGLII *iudicium*.

Εἰ δέκα τοιούτους συμφραδμονὰς ἄλα πορίσαις
Γερμανίη, Παπᾶς ἀμύνασιν, ἀλλὰ καὶ Τούρκας.

IDEM LATINE.

O ſi uiros tales habeas Germania plures,
Turcarum perdas Pontificumq́ luem.

Digitized by Google

HVLDRICHI ZVINGLII TIGVRINORVM ANTISTITIS *Epitaphium, in cuius primis duobus uerſibus annus Dominici natalis ex literis numerarijs colligitur, per* D. HENRICVM LVPVLVM *Bernatem,* ZVINGLII *præceptorem.*

HeLVetIæ ZVIngLI DoCtor, paſtorqVe CeLebrIs
VnDena oCtobrIs paſſVs In æthra VoLat,
Cum grege commiſſo, pugnans dum fertur in hoſtem,
Pro patria, Chriſto, relligione, fide.
Sic ſua ſcripturis teſtatus conſona ſacris
Dogmata, cum fuſo ſanguine firma probat.
Dumq; uiri famam combuſto corpore functi
Obſcurare putat, promouet hoſtis atrox.
Nam qui clarus erat uiuens, iam mortuus amplo
Clarior æternum nomen in orbe tenet.

ALIVD EIVSDEM.

ZVINGLIVS Hebraice, Græce, pariterq; Latine
Percallens, decus & Tigurinæ gloria gentis,
Fortiter occumbens patrijs cum ciuibus, uno
Pro Chriſto, uiuit cœleſti ſcriptus in albo.

ALIVD EIVSDEM.

INCLYTVS antiſtes Tigurinæ ZVINGLIVS urbis
In, pro, cumq; ſuo grege cæſus, clara trophæa
Impio ab hoſte ferens, ſummum cōſcendit Olympum,
Vndecimo dum ſol octobrem illuminat ortu.

CONSOLATIO SVPER MORTE HVLDRICHI ZVINGLII, *uerſu phaleutio hendecaſyllabo, per eundem* D. HENRICVM LVPVLVM *Bernatem.*

DEPLOREM lachrymis, dolore, planctu,
Singultu, gemitu, notemq; nigro
Suſpirans miſeram hanc diem lapillo,
Qua te de cuneo abſtulit tuorum
Heu ZVINGLI Tigurûm cruentus hoſtis,
Pro Chriſto, patria, fide cadentem:
Ni mors iſta tibi foret perennis
Certus uitæ aditus, tibiq; ſummo
Spectandum páreret triumphum olympo:
Ni te percelebris maneret orbe
Toto fama tuis parata ſcriptis
Diuino eloquio undecunque fultis:
Ni pro dogmate lucido fidelem
Paſtor quo ſolitus gregem docere,
Nil cunctans proprium dareq; cruorem:

Syncere

Syncera niſi mentis eſſet index
Cor, cui flamma potens pepercit, & quod
Pallentem in cinerem nequit reſolui,
Igni corpus ubi datur uorandum.
Namq; hæc dum meditor, celer reſurgit
In laudes animus frequentiores
Chriſti, qui pugilem ſuum ſequentem
Geſtata cruce fortiter, caduca
Exutum trabea polo coronat,
Et ſolatia perpetim fruenda,
Nullis mixta malis tibi miniſtrat.

EPITAPHIVM ZVINGLII PER EVNDEM D. HENRICVM LVPVLVM, *ubi nomen Huldrichus per ſingulos caſus inflexum eſt.*

QVOD Moſes uerpis olim, quod Paulus Achiuis,
HVLDRICHVS Tiguris ZVINGLIVS uſq; fuit.
Inconcuſſa manent HVLDRICHI dogmata, duro
Eloquijs uelut nixa adamante ſacris.
Non nocet HVLDRICHO, quantum hunc deuouerit orco
Impia gens, cunctis dedita criminibus.
HVLDRICHVM ſuperi gaudent fudiſſe cruorem,
Cumq; ſuo Chriſto perpete pace frui.
Morte HVLDRICHE tua, uirtus, induſtria, robur,
Religio patriæ, ſemiſepulta dolent.
Stulte, quid HVLDRICHO conaris ZVINGLIO adempto
Perdere; num famam; laude perennis erit.

VLRICHO ZVINGLIO HEROI FORTISS. *pijſſimo, ac clariſſimo, ſacrum.*

QVAESIVIT amiſſum Mars longo tempore Zuinglum,
Olim delicias, ſpemq; decusq; ſuum.
En reperit placidum bellis colludere Muſis,
Ac mire ſtudijs inuigilare ſacris.
Cui Deus infrendens: Nos hic te perfide tandē?
Et mox à libris traxit ad arma uirum.
Dixit &, ut rigido fuit hauſtum corpus ab hoste,
Heu cur hunc totum non abolere licet?
Norat enim cœleſti animam regione receptam,
Nomen & æterna nobile laude uehi.

Io. Sapidus faciebat.

VVOLFGANGVS MVSCVLVS.

OCCIDIT, æterna dignus qui laude feratur,
Illuſtrans gentem Zuinglius uſq; ſuam.
Quod fuit infirmum, ſæui manus abſtulit hoſtis,
Hoſtis qui nullo fœdere dignus erat.
Sed quid retulerit, qua tandem morte necetur,
Cui dum uiuebat, uiuere Chriſtus erat?
Zuinglius occubuit, ſed corpore: cætera, nunquam
Non meliore ſui parte ſuperſtes erit.
Rumpere liuor edax, uita qui perpete Chriſto,
Quiq; bonis manet, haud mortuus eſſe poteſt.
Mors etiam lucro eſt, multo iam fœnore mentis
Fortius exurgent ſemina ſparſa piæ.

GERARDVS NOVIOMAGVS.

QVI Chriſto & patriæ uixit, docuit, uigilauit,
Pro Chriſto & patria fortiter occubuit.
Zuinglius æternum Chriſto, patriæq; saluti
Viuit: iniqua cohors perpete morte perit.

MARTINVS

Digitized by Google

INuenias alicubi in Epiſtolis Zuinglij de ſacramentis, unde uideri poßit uir ille ſacramẽtis minus tribuiſſe, quàm ſcriptura eis tribuit: cumq́; nos eas Epiſtolas edidimus in uulgus, uerendũ, ne qui idẽ & de nobis, noſtriſq; per Eluetios eccleſijs ſuſpicẽtur. Ne ergo à nobis cuiquã detur offenſio, quæ in uituperium ualeat Chriſti, uolumus te Optime Lector hic præmonere, nec Zuingliũ inficiatũ eſſe, nec nos inficiari, ſacramẽta eſſe ſymbola gratiæ, fideiq́; ſuo modo opẽ ferre: nec eſſe teſſeras ſolũ ſocietatis Chriſtianæ, tantũ ut Chriſto Domino omnis uirtus ſalutifica tranſcribatur: et agnoſcatur, tum ſacramẽtis nos ſalutẽ percipere, cũ nobis in illis percipitur opus Chriſti. quod tũ percipimus, cũ fide amplectimur quæ Chriſtus in ſacramentis pollicetur & offert. Legẽ ſpiritui Chriſti collatã D. Paulus facit literã occidentẽ, cũ eandẽ ſubſeruientẽ ſpiritui Chriſti teſtetur erudire ad ſalutem, & abſoluere hominem dei inſtructũ ad omne opus bonũ. Circumciſionẽ, ut illam Dominus populo ſuo ſymbolum beneuolentiæ ſuæ inſtituit, fœdus à Domino uocatur, uſurpatam externe modo ſine fide promißionis gratuitæ, Paulus ſcripſit nihil ualere. Et de baptiſmate D. Petrus ſcribit, illo nos ſaluari: complectens ſcilicet totũ donũ Chriſti quod baptiſmate offertur. mox tamen ſubijcit, non ablutio ſordium carnis, ſed fœdus conſcientiæ bene reſpondentis Deo: diſtinguens explicando. quæ ſeparari tamen non debent, ſacramentum ſiue commendando, ſiue ſumendo. Quod enim præcipuum in hoc ſacramento eſt, Apoſtolus præcipuum etiam haberi cupiebat, & cauere ne ab externo ſymbolo ablutionis ſalus peteretur, myſterio ipſo Chriſti neglecto, quod utiq; fide cordis recipiendũ eſt. Ad eundem modum & Zuinglius in ijs locis, in quibus uideri poßit ſacramenta non plene ſatis prædicaſſe, fiduciã uoluit amoliri operis externi non euacuare ſacramentũ Chriſti. Erat enim illi res cum ijs, qui uulgarẽ illam impietatem tuebantur, qua homines ab opere operato, ut illi uocant, hoc eſt, ab ipſa ceremonia externe modo adhibita, ſalutẽ petunt, nihil prorſus ſoliciti de fide in promißionem, quæ ſacramentis cõmendatur. Contra hos itaq; dimicans, merito contendit, Chriſtum Dominum nos in gratiam patris reſtituere, non ſacramenta, id eſt, externã actionẽ ſacrificulorũ in adminiſtratione ſacramentorũ. Nam illi eam actionẽ ad obſcurandum meritũ Chriſti uendunt. Hinc in Epiſtola ad Fridolinũ Lindouerũ, Bremgartenſiũ concionatorẽ, uides, diſputationem hac de re ſic concludit. Quid multis opus? Caput hoc eſto. Sola gratia Dei nos ſaluos fieri: id autem, cum ea fidimus. Ocyus ergo cum tua iſta in gratiam Dei contumelioſa opinione faceſſe, qua ſacramentis adſeueraſti admiſſa deleri, non alia ratione oportere. Sic & alij, qui in nullam unquam ſuſpicionem uenerunt, quòd ſacramentis minuſquã par ſit tribuerent, ubi ipſis certamen fuit cum eiuſdem gratiæ Chriſti hoſtibus, ſcripſerunt. Nec noui, nec ueteris teſtamenti ſacramenta, ſed ſola fides iuſtificat. Item, Non ſacramentũ, ſed fides ſacramenti iuſtificat. Damnaruntq́; illud impietatis quod ſcholaſtici pro dogmate habent: Sacramenta nouæ legis eſſe efficacia ſigna gratiæ. Et de baptiſmate. Baptiſmus neminem iuſtificat, nec ulli prodeſt, ſed fides in uerbum promißionis, cui additur baptiſmus. hæc enim iuſtificat, et implet id quod baptiſmus ſignificat. Hæc illi. Quicquid ergo in hijs Epiſtolis leges, quod uidebitur ſacramentis nonnihil detrahere, id omne de actione in ſacramentis externa ſ[ub]cluſo Chriſti ſpiritu, dictum accipias, uti nimirum ea proſtituuntur à ſeruis ſuperſtitionis papiſticæ. De noſtris uero Eccleſijs ne patiare tibi perſuadere, in his de ſacramentis aliter doceri, quàm ipſæ tradunt [ſ]cripturæ, docent S. patres, & ab initio Chriſti Eccleſia credidit: Eſſe nimirum illa ſymbola gratiæ & redemptionis Chriſti, quæ illis ceu uiſibilibus uerbis, ut ea D. Auguſtinus uocat, offertur & exhibetur: Domini quidẽ uirtute, Eccleſiæ uero miniſterio, in baptiſmate regeneratio & in Chriſtũ inſitio, in ſacra Euchariſtia uera corporis & ſanguinis Chriſti communicatio. Horumq́; uerum uſum eſſe, non ad profitendum modo, ſed magis adeo, & præcipuè quidem, ad alendam & prouehendam fidem, ut quibus communio Chriſti plenius nobis & cõmendatur, et ut dictũ, exhibeatur. Sic ubi in tractatione. Euchariſtiæ leges contendi, Chriſtum reliquiſſe hũc mundum & in cœlos corpus ſuum recepiſſe, nec poſſe impanari, aut in pane includi: tu ne putes Chriſtum in noſtris Eccleſijs ſacra cœna excludi, ſolumq́; panem & uinũ, inania ſymbula adminiſtrari. Vtinã noſſes optime Lector, quàm iſtuc abominatus ſemper ſit pater & præceptor noſter Ioannes Oecolampadius. ſed ſicut tranſitus Domini noſtri Ieſu Chriſti in cœlos, hoc tantum infert, iam Dominũ hic nõ agere ratione huius ſæculi: ita ſcito nobis nihil negari, quàm Chriſtũ nõ naturaliter & ratione huius ſæculi uniri cũ pane, uel in pane includi localiter, cæterũ uerũ corpus, uerum ſanguinẽ Domini, ipſum uerum Chriſtũ Deum & hominẽ nobis in cœna adeſſe, ipſiuſq́; uerbis & ſymbolis exhiberi in cibũ non periturũ carnis, ſed ſempiternũ animæ: eoq́; non ſenſu aut ratione, ſed uera fide percipiendum. Vale.

A

DD. IOANNIS OECOLAMPADII ET HVLDRICHI ZVINGLII EPISTOLArum Liber Primus, quo ſacræ ſcripturæ loca tractantur.

IOANNES OECOLAMPADIVS

Serueto Hiſpano, Domini ſpiritum precatur.

CONQVERERIS me eſſe tibi moleſtum, & durum, mihi autem maior cõquerẽdi cauſa eſt. Quaſi enim otioſus eſſem, obtrudis mihi, quicquid de trinitate Sorbona ineptijt. Aegrè fers, q͛d Athanaſiũ & Nazianzenũ, optime meritos theologos, probem, nec tuo more confutem. Contendis, tanto tempore eccleſiã Chriſti à fundamento fidei ſuæ amotam. Non pateris, ut ad declarationem nominibus nouis utamur: quod tamen tibi permittis, in fingendis gloſſis pro tuo arbitrio. Tertulliani maior eſt honor apud

B te, quàm totius eccleſię. Fingis, quaſi nos humano more de filiatione Dei loquamur, & crudefaciamus filiũ Dei, abolamusq; honorẽ filij Dei: id quod tu cũ ſumma blaſphemia facis. deprehendo enim diabolicas illas uerſutias. Interim dum non ſummã patientiã præ me fero, dolẽs Ieſum Chriſtum filiũ Dei ſic dehoneſtari, parũ Chriſtiane tibi agere uideor. In alijs mãſuetus ero: in blaſphemijs quæ in Chriſtũ, nõ item. Sed paucis iterũ agã, & rationẽ fidei reddam: non ut curioſo & cõtentioſo ſatisfaciã, ſed ne uane perpetuo glorieris. Tu negas in una perſona duas naturas: ego iuxta Ioannẽ dico, VERBVM CARO FACTVM EST. Vtiq; uerbum & caro uni tribuũtur perſonæ: & negari nequit, aliam eſſe naturã uerbi, aliam carnis. neq; natura uerbi eſt natura carnis, neq; natura carnis eſt natura uerbi. Tu dicis VERBVM eatenus dici filiũ, ne forte uerbi à filio (hominem intelligis) diſtincta perſona cenſeatur. Sed iniuriam facis patribus. nam ideo dixerũt VERBVM filium, quia omnem patris naturam in ſe habet. Eum & conſubſtantialem patri filium dicũt, & expreſſam imaginem ſubſtantiæ illius. Et iterũ iuxta Paulum, quum eſſet in forma Dei inaniuiſſe ſe, & formam ſerui accepiſſe. Tibi uero, prolatio, eſt ipſa carnis generatio. Ego ſcio, uerbi prolationem ab initio fuiſſe, & ſemper eſſe apud Deum. non eſt enim uerbum, quin proferatur. At carnis generatio, nõ item. cœpit enim in tempore, ut mundus ipſe. Quod ſi non aliter dicis fuiſſe ab æterno, quàm mundũ: egregium ſcilicet filium Dei dabis, ſi uerbum non aliter fuit filius: quæ eſt mens tua. In principio erat uerbum, Hoc eſt, in principio erat expreſſa imago ſubſtantiæ Dei. ergo & filius, qui eſt illa imago inuiſibilis Dei, tum erat. Tu dicis, in ſcripturis propheticis ſemper futurum prædicari filium Dei. Nunquid autem ideo negant fuiſſe filium Dei? Nõ fateris igitur, quod filius Dei futurus erat homo: ſed homo futurus filius Dei.

De filiatione Dei.

Verbum pro filio.

Verbi prolatio.

a Quò

C Quò tendit ſermo ille, quàm, filium Dei non fuiſſe ante incarnationem? Quomodo igitur exijt à patre? quomodo eſt, antequã Abraham fieret? quomodo egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis? Tu dicis: Mundũ ab æterno fuiſſe dico, licet creatus ſit à Deo: & idem eſt dicere, filius eſt à creatione mundi, aut ab initio, & ab æternitate. Hæc ſcilicet eſt gloria, quàm filio Dei tribuis, ut coëternus ſit patri, ſicut mundus ipſe. At re ipſa tu nec patrem ſinis eſſe. Si enim tibi filius incipit, & pater incipit. En pietatem. Is per quem condidit ſecula, non aliter anteceſſit ſecula, quàm mundus ipſe, qui conditus eſt. Sic tu glorificas filium Dei. Confeſſionem tuã, quæ ſic ſonat:

Serueti confeſſio fidei. Hanc fidei confeſſionẽ teneamus, quod eſt unus Deus omnipotens, ſolus, omnino ſimplex, & nullo modo cõpoſitus, qui uerbo ſuo & ſpiritu ſancto cuncta creauit & corroborauit, quia ipſe dixit & fuerunt, ipſe mandauit & ſubſtiterunt. & unus Dominus Ieſus Chriſtus filius Dei, æternali uerbo patris genitus, qui à Deo cõſtitutus eſt nobis ſaluator: & eius interceſſione, quia patrem rogauit, ſanctus eius ſpiritus per miniſterium angelorum nobis impartitur. & ſicut Dei gloriam & potentiam, & omnia eius opera laudamus, & benedicimus & glorificamus, & in nomine patris ac filij & ſpiritus ſancti baptiſamur, ad gloriam inenarrabilium Dei diſpoſitionum, quibus pro ſalute noſtra uti placuit. CONFESSIONEM inquam illam tuam, ſimplex fortaſſis & nihil ſuſpicans approbaret. Quia autem mentem tuam declaraſti, ut fallacẽ abominor.

Fidei noſtræ confeſſio. Fatemur & nos Deum natura ſimplicem, nec ullo modo compoſitũ: ſed in illa ſimpliciſſima natura tres hypoſtaſes agnoſcimus, quarum diuerſitas naturæ ſimplicitati minime præiudicat. Fatemur & nos, uerbo & ſpiritu Dei cuncta creata: ſed uerbum & ſpiritum coëternos confitemur patri: nec horremus dicere, quod per filium ſuum condidit omnia. Fatemur & nos unum Dominum Ieſum Chriſtum

D filium Dei, ſpiritus ſancti operatione mirifica conceptum: ſed ante cõceptionem filium Dei. Nam quamuis homo filius Dei eſſe cœpit, non tamen idcirco antea nõ fuit filius Dei, Verbũ. Fatemur & nobis conſtitutum ſaluatorem, & interceſſione eius ſpiritum ſanctũ à patre mitti: ſed ideo, quia ipſe filius Dei, ſemen Abrahæ aſſumpſit, factus particeps carnis & ſanguinis noſtri: ut factus per omnia ſimilis fratribus, miſericors ſit, & fidelis pontifex, in ijs quæ apud Deum. Porrò quod per miniſteriũ angelorum ſpiritus ſanctus concedatur nobis, etiam ipſum ſapit neſcio quid. Spiritum enim ſanctum nos Dominum dicimus angelorum, & angelos regere, ſeq; ipſum inſinuare. Glorificamus & nos potentiam & ſapientiam in creaturis Dei. abſit autem, ut filium & ſpiritum ſanctum, in cuius nomine baptiſamur, inter opera, id eſt, creaturas ponamus: tametſi ſciamus hominẽ Chriſtum iuxta humanitatem, creaturam, & dare diuina dona, quæ creaturæ Dei ſunt, utpote diuinæ illæ agitationes, quibus filij Dei à ſpiritu ſancto, & uero Deo incaleſcũt. Proinde ſatis uideo, quantum tu à nobis recedas: & magis Iudaiſas, quàm gloriam Chriſti prædicas. Quod nõ calore iracundiæ ſcribo, ſed fidem Deo meo ſeruare cupio: qui te illuſtret oro, ut reuera Chriſtum filium Dei credas, & confitearis: Amen.

SERVETO HISPANO, NEGANTI CHRISTVM ESSE *filium Dei conſubſtantialem, Ioan. Oecolampadius.*

Sacramentum OBSECRAS, ne de ſacramento rem faciam. Ego uero uiciſſim oro, ne tu de re ſacramentum ſolum facias. Apoſtolus enim uocat arcanum, quod nondum palàm annunciatum. Incarnatio quidem arcanum erat aliquando, & nondum res: Filiatio autem uere erat. VERBVM enim Deo patri coæternum eſt: nam in principio ERAT, & ERAT apud Deum. Non erat autem tunc ſolum in myſterio uerbi, abſq; ſignificatione naturali

A tali. Quod enim Deus erat, perfectiſſime erat. Erat autem in ipſomet Deo, & ita apud Deum. Et quoniam uerbum totam diuinitatis paternæ eſſentiam ac naturam in ſe poſſidet ac complectitur, recte & filius dicitur Dei patris. Non enim ſolius carnis eſt naſci. An nõ legis: Quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt: Natiuitatis enim & filiationis eſt, naturam gignentis referre: Et nõ ſolum, carnale initium habere. Sicut & uerbum uere dicitur, quod mentẽ declarat, etiamſi citra fractionem aëris & flatum corporeum fiat. Ita ubiq; & Irenæus. Et quoniã uerbum, id eſt, filius ſemper cum patre erat, per multa demonſtrauimus. Adeſt enim ei ſemper uerbum & ſapientia, filius & ſpiritus, per quos, & in quibus omnia libere & ſponte fecit, ad quos & loquitur dicens: Faciamus hominem ad imaginem noſtram. ipſe à ſemetipſo ſubſtantiã creaturarum, & exemplum factorũ, & figuram in mundo ornamentorum accipiens. Et in eodem, libro 4. cap. 17. Propter hoc Iudæi exceſſerunt à Deo, uerbum Dei non recipientes, ſed putantes per ſeipſum, patrem ſine uerbo, id eſt, ſine filio poſſe cognoſcere Deum. Et libro 3. cap. 21. Propter hoc enim uerbum homo, & qui filius Dei eſt, filius hominis factus eſt, commixtus uerbo Dei, ut adoptionem percipiens fiat filius Dei. In eodem capite, & duplicem eius generationẽ ponit. Item eodem, capite 20. oſtendimus, quia non tũc cœpit filius Dei exiſtens apud patrem. Vbi ubiq; aperiſſime uerbum Dei reipſa filium patris aſſerit, non ſolum repręſentatione futuri filij. Cæterum friuolum eſt, quod ab ordine arguis. quia Ioãnes dicit: Vt credamus eſſe Ieſum Chriſtum, & eſſe filium Dei: quaſi ut unctus eſt, ita & filius Dei eſſe cœperit. quum idem Ioannes, ita palàm ſine tuo additamẽto dicat: In principio erar VERBVM, &, VERBVM caro factum eſt. Demum quod polliceris te perſeueraturum in hac confeſſione, quod Ieſus ſit filius Dei: hortor ut fatearis filium Dei conſubſtantialem, &
B coæternũ, propter unionem uerbi, ut pro Chriſtiano te habere poſſimus. Vale.

DILECTIS IN CHRISTO FRATRIBVS
N. N. Io. *Oecolampadius.*

GRATIAM à Deo patre, per Dominũ Ieſum Chriſtum, in ſpiritu ſancto: Amen. Non ſine magna in Chriſtum uoluptate, accepimus à G. M. fideliſſimo ueſtræ ſalutis curatore, quæ ueſtræ religionis fides, quiq; ritus: agimusq; gratias optimo patri noſtro, qui ad tãtam uos lucem uocauit his ſeculis, quibus totum fermè orbem tenebræ craſſiſſimæ occupant, Antichriſto ſupra modũ præualeſcente. Agnoſcimus utiq; & in uobis Chriſtum. proinde ut fratres amamus: & utinam reipſa, animi noſtri ſtudium erga uos declarare poſſemus. Quid nõ, tametſi arduũ, facere parati eſſemus? Nunc eſt, quod fraterno zelo uobis proponendũ cenſemus: id precamur intelligatis, non imperioſo ſupercilio ſcribi, ſed commiſeratione amica inſinuari. Eximia quidem ueritatis cognitione præ multis donauit, & ſpirituali benedixit uos benedictione, pater Domini Ieſu. Sed ſiquidem grati eſſe nõ ceſſaueritis, adhuc diues eſt, & amplioribus uos theſauris locupletare, & perfectos reddere poteſt, ut adoleſcatis & uos in menſurã ætatis Chriſti. Vt enim multa in uobis probamus, ita etiã multa ſunt, quę emendata uellemus. Scitis, corde credi ad iuſtitiã, ore aũt confeſſionẽ fieri ad ſalutẽ. Eos autem, qui Chriſtũ confiteri coram mũdo erubuerint, olim & à parte illius non agnoſcendos fore? Quoniam Deus noſter, ueritas eſt: eos qui ſibi ſeruiunt, in ueritate abſq; omni ſimulationis fuco ſeruire ſibi uult, zelotypus eſt, nec patitur, ut cum Antichriſto ſui iugum trahant. Nulla illi cum Belial & tenebris participatio. Audimus autem, quod metu perſecutionum, fidem ueſtram ita diſſimuletis, & occultam habetis, ut etiam communicetis

C cum infidelibus, & accedatis ad abominabiles illorũ Miſſas, in quibus mortem
& paſſionem Chriſti blaſphemari didiciſtis. Nam dum illi gloriantur ſuis ſacrifi-
cijs ſatisfacturos ſe pro peccatis uiuorum & mortuorum, quid reliquum, quàm
quod Chriſtus non ſatisfecit unico ſacrificio: & quod Chriſtus nõ eſt Ieſus & ſer-
uator, ſed fruſtra quodammodo pro nobis paſſus eſt. Iam ſi illius conſpurcatæ
menſæ participes ſumus: & unum corpus cum impijs effici nos proteſtamur, li-
cet amaro animo. Dumq́ Amen ad preces illorum ſubiungimus, an non Chri-
ſtum negamus? Quas non oportebat mortes præeligere? quod non ſupplicium
potius ferre? imò in quam profundam inferni abyſſum non intrare: quàm contra
conſcientiam atteſtari, quod impij blaſphemant? Infirmitatem ueſtram ſcio: ſed
fortiores eſſe decet eos, qui ſe Chriſti ſanguine redemptos cognorunt. Magis me
tuendus eſt, qui animam cum corpore in gehennam mittere poteſt. Quid ita ſol-
liciti ſumus pro anima noſtra? erit ne illa pretioſior Chriſto? erimus ne huius uitæ
illecebris contenti, & ad æterna gaudia non properabimus? Coronæ proſtant, &
nos ab illis uultum auertemus? Quis ueram fidem noſtram credet, ſi in perſecu-
tionis æſtu deficiat? Augeat Dominus fidem ueſtrã, oramus. Nos ſanè mori ma-
lemus, quàm hac tentatione uinci. Igitur hortamur Fratres, ut diligẽtius rem ex-
quiratis. Etenim ſi licet ſub Antichriſto fidem occultare, licebit etiam cum Tur-
ca, licebit etiam cum Diocletiano ad aras Iouis, uel Veneris adorare: & fortaſſis
minori periculo. Licuiſſet igitur & Tobię, adorare uitulum in Bethel. Quæ igitur
ſpes noſtra in Domino? Vereor autem quod ſi Dominum non ut oportet hono-
rauerimus, etiam omnem aliam uitam noſtram ſimulationis fermento aſpergi, te-
pidosq́ euomendos totos à Domino. Quomodo gloriabimur in cruce Domini,
ſi tribulationis metu Dominum non glorificabimus? Non licet ô Fratres ab ara-
D tro reſpicere, non licet audire uocem maleſuadæ uxoris: carnis inquã, quę, quam-
uis multa ferat, naufragium tamẽ in portu admittit. Sanè dogmata ueſtræ frater-
nitatis olim cognouimus, ex his quæ ante multos annos Vladislao Vngariæ re-
gi reſponſa: quæ in his, quæ ad Chriſtũ attinent planè catholica, & à nobis quoq́
recepta. Creditis enim nobiſcũ unum Deum patrem, & filium, & ſpiritum ſan-
ctum. Creditis filium Dei ante ſecula in temporis plenitudine ſpiritu ſancto con-
ceptum: è Maria uirgine fratrem noſtrum factum: pro peccatis noſtris mortuum:
in corpore ſuo reſurrexiſſe, & in cœlos aſcendiſſe, ſedentemq́ ad dexteram patris
rediturum iudicem ſeculis. Creditis & ſpiritũ ſanctum Apoſtolis miſſum, cuius
uirtute illi eccleſiam congregarunt: in qua & peccatorum remiſſio eſt. Creditis
deniq́ & uitam fidelibus, & mortem impijs futuram æternam. In hac fide bene
conſentimus. De ſacris etiã ſymbolis cõſona credimus. Decet autem, ut per ea
in ſanctam eccleſiam congregemur: cum eccleſia malignantium portionem non
habeamus. A papiſtis baptiſatos nõ rebaptiſamus, ut catabaptiſtæ, abſit: ſed ſy-
naxim illorum refugimus. Etiam nos præter Chriſtum neſcimus interceſſorem.
Humanas inuentiones, quibus conſcientiæ illaqueantur, quęue libertati ſpiritus
præiudicant, ut uere Antichriſtianas abominamur. Magiſtratum ſecularem au-
dimus in his, quæ contra Deum non ſunt, honoramus etiã, etiã eſſe Chriſtianum
poſſe credimus, iuramentũ ſi exigat, non negamus: non obſtante eo, quod apud
Matthæum legimus. Nihil enim ibi prohibuit Chriſtus, quod per ſe non eſt pec-
catum. prohibuit malam conſcientiam, auaritiam, iram, & uindictæ cupiditatem,
mendaciũ omne, & periurium. Dicere enim inſenſatum fratrem (ut Paulus fecit,
& oẽs prophetæ, dũ acriter inuecti ſunt in peccatores) nõ eſt contra mentẽ Euan-
gelij. ſic nec iurare in iudicio, cũ ueritate & iuſtitia, ut apud Hieremiã eſt. Iurauit
enim Deus ipſe. & Abrahã, & Paulus; nec reprehenſibiles ſunt. Similiter non ita
auſteri

A auſteri ſumus, ut omnes mutuãtes, & aliquid inde recipiẽtes, uſurarios dicamus.
Chriſtus enim auaritiam mentis damnat, quam nos non uidemus. Alia pręcepta
omnia per legem charitatis interpretari nos uult. Item iudices & magiſtratus ſecu
lares animaduertere in flagitioſos, & defendere patriam, uiduaſq; ac pupillos gla
dio: non arbitramur legi diuinæ contrarium. Hoc enim non agunt ſuo nomine,
ſed uicarij Dei ſunt: & ab illo gladiũ, non à ſeipſis acceperunt. Contrà, qui ſeipſos
gladio defendunt ultionis auiditate, inq; propria cauſa, neq́uaquam iuxta Euan-
gelium agunt: quod iubet, ut in patientia poſſideamus animas noſtras, & porriga
mus dexteram percutienti ſiniſtram. Ad hæc ciuiles leges, quæ fidei & charitati
non obſtant, nequaquam aſpernandas dicimus. illis enim pro iudicialibus Mo-
ſaicis uti poſſumus. Iudicialia non dicimus abolita, quantum ad mentem legisla
toris attinet. Mens autem legislatoris eſt, ſeruari iuſtitiam, & honeſtatẽ publicam:
quæ ſeruatur in nationibus quibuſdam melius per leges Cæſareas, quàm Moſai
cas. Moſes enim magis habuit rationem ſuæ gentis. Sicut ceremonialia quan-
tum ad umbram abolita ſunt, ita ut corpus habeamus, Chriſtũ ſcilicet: & quam
ille docuit, iuſtitiam fidei. Porrò nondum cognouimus, quomodo Chriſtianus
etiam infidelem coram infideli iure cõuenire queat. Paulus certe uult, ne fratrem
coram infideli iudice accuſemus, uel litigemus. Recte faciunt fideles, ſi ſuas cau-
ſas inter ſe componant. Quod ad miniſtros uerbi attinet, probamus, quod non
quoſuis aſſumitis, ſed adultos, ꝓbatæq; uitæ uiros. Sed, pace ueſtra, monuerimus.
Videntur illi nõnunquam laboribus manuum, plus quàm res poſtulat, eſſe addi-
cti: & horas, quas lectioni collocare debebant, artificijs impendere. Et ſanctum
eſt laborare manibus, ſanctius uero miniſtrare uerbo. Nolebãt Apoſtoli miniſtra
re menſis, ne quid uerbi Dei miniſterio decederet. Paulus præcipit Tito: Intende
B lectioni. Nobis non eſt tentandus Deus, quaſi citra ſtudium ſuo ſpiritu mirifice,
ſicut Apoſtolos, erudire, nos debeat. Quamuis ad ſuperfluas & philoſophicas,
mundanaſq; diſciplinas nõ hortatur: ſat laboris habebunt in utroq; teſtamento.

Deinde neq; hoc uidetur ex mente Apoſtolorum, ut ſingulis triennijs mutetis
miniſtros uerbi in alia loca. Diſcrimẽ enim eſt inter Apoſtolos, & paſtores. Apo
ſtoli mittuntur: Epiſcopi & paſtores cum ſuis ouibus manere debent. Ita conſti-
tuit Apoſtolus presbyteros oppidatim: quamuis pro Apoſtolis uiſitatores utiliſſi
me conſtituantur. Porrò quod illis prohibentur coniugia, non arbitramur eſſe
ex ſpiritu Chriſti. neq; enim donum illud ſummum, & angelica uita, in carne plu
rimis conceſſum eſt. Vnde fit, ut multorum conſcientiæ male habeant, & grauiſſi
ma oriantur offendicula. Ne tanti faciamus, Fratres, æſtimationem ſanctimoniæ
cum tanto periculo. Eſt & in coniugio cõtinentia, quæ multum Deo placet. Fue
runt & prophetæ & Apoſtoli coniugati, & nihilominus in miniſterio uerbi dili-
gentiſſimi. Coniugium non perdit ſacerdotes, ſed ignauia, amor uentris, ac me-
tus crucis. Idipſum etiam ſentimus de uirginibus cœnobitis, quæ nõnunquam
quia uruntur, in peſſimas tentationes incidunt, quibus eſſet ſatius nubere, nõ ob-
ſtante ſtulto & infideli uoto, quod nec ligat, nec à Deo approbatũ. Etenim ubi in il
lis irrepit tanta hypocriſis, periclitatur ſimul tota ipſorũ religio, amareſcitq; omne
quod antea dulce in Chriſto: & durum fit, quod antea leue erat iugum. Nos ſa-
nè uirginitatem maximi facimus: ſed fictam, Deo abominabilem icimus. Abſit
autem, ut propter temporalia bona, tanta ſalutis cõmoditas omittatur. Vtilius fue
rit, pauperes & continentes in matrimonio, quàm diuites in fœdo cœlibatu eſſe.
Poterint nihilominus bona miniſtrorum, omnia eſſe communia, communiter
ali liberi & uxores, & ſui quibuſq; iniungi labores. Demum, in miniſtris uerbi,
etiam ſi deſint dignitatum tituli & gradus, qui papiſticã pompam & faſtum olẽt,

C nihil periculi: ſint modo qui præſint, & qui miniſtrẽt: ſint uiſitatores, qui aliâs Epiſcopi: ſint eccleſiaſtæ, qui aliâs prædicatores, & miniſtri uerbi: ſint alij, qui adhuc erudiuntur, diſcipuli. Quis autem modus in docẽda plebe ſeruãdus ſit, noſtrum non eſt pręſcribere regulam: modò ea, quæ ad fidem & charitatem faciunt, doceantur. item cum humilitate & patientia crucis commendentur. apocrypha uitentur: contentioſæ etiam & curioſæ quæſtiones, ex quibus rixæ & odia ac faſtus. Vnus ſcopus ſit, gloriã Chriſti magnifice prædicare, & uitã innocentẽ inſtituere: uitiaq́ꝫ, & in primis hypocriſin & ſuperbiam internã, quæ dat hæreſes, & multos perdit, profligare. In canonicis ſcripturis annumeramus, quinqꝫ libros Moſe, Ioſue, Iudicũ, Ruth, quatuor libros Regũ, duos Paralipomenon, unũ Eſdræ, unum Neemiæ: & hij quidẽ hiſtorici ſunt. Iob, Pſalteriũ, Parabolas, Cantica & Eccleſiaſten Salomonis: Eſaiam, Hieremiam, Ezechielem, Danielem: & duodecim prophetas iuniores, Hoſeam, Ioëlem, Amos, Abdiam, Ionam, Micheam, Naum, Abakuk, Sophoniam, Aggæum, Zachariam & Malachiam, ut ſcripturas à ſpiritu ſancto inſpiratas habemus. Iudith, Tobiam, Eccleſiaſticum, Baruch, duos ultimos Eſdræ, tres libros Machabæorum, duo capita ultima Danielis, non cõtemnimus: ſed nõ diuinam cum cæteris illis autoritatem damus. In nouo teſtamento quatuor Euangelia cum Actis Apoſtolorum, & quatuordecim epiſtolis Pauli, & ſeptem catholicis, unà cum Apocalypſi recipimus: tametſi Apocalypſim, cum epiſtola Iacobi & Iuda, & ultima Petri, ac duabus poſterioribus Ioãnis, non cum cæteris cõferamus. Allegorias, quæ fundatæ ſunt in ſcriptura, & quæ ſtant cum analogia fidei, nec ſcripturæ dignitatem extenuant, exoſculamur: ſed non arbitramur ita pro cuiuſuis ſomniatione effutiendas. Omnem eam doctrinam, quæ gratiam Chriſti magnifacit, libentius amplexamur. Liberum arbitriũ, quatenus

D gratiæ repugnat, nõ approbamus: neqꝫ propterea neceſſitatem peccandi inducimus. Qui enim peccãt, ſponte & uoluntarie peccant. Originale peccatum ſuam rationem habet. Neqꝫ propterea, quia tot præcepta ponũtur, maior noſtra uirtus eſt: ſed magna uis ſpiritus, per quem operamur uoluntatẽ Dei: & magna noſtra ignauia, propter quam indigni cenſemur. Eſt quidẽ fati ratio apud Deum, quod immutabile, etiamſi omnia uobis mutabilia appareant. At non oportet uos ad arcana Dei attendere, ſed ad uerbum eius, cui fidem habere debemus, per quod & ſaluabimur. Prædeſtinationẽ negare non poſſumus. falli eam non poſſe certiſſimum eſt. Sed quid? nunquid iniuſtus eſt Deus? nunquid propterea non eſt uerax? Igitur humiliemur nos ſub maieſtate eius. illa enim ſuperborũ ceruices deprimit: miſericordia autem ſubuenit contritis corde, & auxilium à ſolo Deo requirentibus, non à carne & arbitrio ſuo, ut in omnibus gloria ſit Dei. Cæterum quid ad nos contentio Eraſmi & Lutheri? Perditio noſtra ex nobis eſt, ſalus tantummodo in Domino Deo noſtro. Igitur, Fratres mei, quoniã tantum talentũ à Domino accepiſtis, pergite, & ne reſpicite: ſed gloriam Dei, uiuẽdo iuſte, ſobrie, & pie, prædicate: nec uincat caro in ſuam perditionem, ſed uincatur in ſuam gloriam. Nam ſi illam hic pro Chriſto perdiderimus, inueniemus eam in reſurrectione iuſtorum in æternam uitam, quæ nobis omnibus gratia Chriſti concedatur.

Admonitionem hanc fraternã oro ne deſpiciatis: nolui enim aliquid loqui, uel ſcribere quod improbaturum putem Chriſtum. Cætera narrabit G. M, uere nobis in Chriſto dilectus & obſeruandus, Orate Deũ pro nobis & eccleſia noſtra, nam & nos memores ueſtri erimus in Domino,

Baſileæ 13. Octobris

An. 1530.

A IOANNES OECOLAMPADIVS DILECTIS
in Chriſto fratribus N. *Gratiam in Domino.*

FACILE docentur ſpirituales, ea quę Chriſti ſunt. habēt intus ipſum
magiſtrū, cœleſtem doctorem. Apud eos enim paucis admonuiſſe,
eſt docuiſſe. Igitur ad præpoſitas quæſtiones M. colendiſſimi patris,
hæc dixiſſe ſatis arbitror. Principio de meritis unctio docet ſanctos
Dei, ad exemplum Chriſti, nihil ſublime de ſeipſo ſentire: & quum
omnia fecerunt, quæ ſeruorum ſunt, dicere, ſe feciſſe quæ debuerunt: & ſi recte
diſcuſſerint opera ſua, ſemper aliquid in ſanctis ſuis deſiderāt, & inueniūt, quod
uel purius, uel ardentius, uel ſuauius fieri debuerit. Itaq; ſibijpſis ſemper uileſcūt,
& pro magno habent ſe ſibi delicta ſua, à Deo in peccatum imputantia: tantum
abeſt, ut aliquid ſuis operibus deberi cogitent, id quod phariſæi faciunt. Ad hæc
omnem gloriam Chriſto tribuunt uere fideles, quem confitentur ſuis meritis no-
bis apud patrem impetraſſe ueniam peccatorū, ſpiritū ſanctū, & uitam æternam.
Nihil igitur ſibi arrogant, quod illius honori præiudicare queat. Nihilominus
hanc in Deo fiduciam indubitatam habent, ut ſicut ſceleratos propter facinora pu
niet: ita & fideles, qui ſeſe in uere bonis operibus exercent, ſit remuneraturus, tan
quam illis aliquid debeat: quamuis uix ex gratia nobis, in uinea ſua tam ſegniter
laborantibus, etiam denarium, quo conducti ſumus, dinumeret. Deinde quia *An uis ui re-*
petijt idem optimus uir, An liceret cuipiam ſeipſum defendere, utpote aduerſus la *pellenda Chri*
tronem in ſylua inuadentem: ita ut ſi non aliter poſſit, occidat. Ambroſius capite *ſtiano.*
quarto librorum de officijs ait: Quærūt aliqui, ſi ſapiens in naufragio poſitus, in-
ſipienti naufrago tabulam extorquere poſſit, utrum debeat. Mihi quidē & ſi præ-
ſtabilius communi uideatur uſui, ſapientem de naufragio, quàm inſipientem eua
B dere: tamen non uidetur, quod uir Chriſtianus & iuſtus & ſapiēs quærere ſibi ui-
tam aliena morte debeat: utpote qui, etiamſi in latronem armatum incidat ferien
tem, referire non poſſit, ne dum ſalutem defendit, pietatem cōtaminet. De quo in
Euangelij libris aperta & euidens ſententia eſt: Reconde gladium tuum. Omnis
enim qui gladio percuſſerit, gladio ferietur. Quis latro deteſtabilior, quàm perſe-
cutor, qui uenerat ut Chriſtum occideret? Hæc ille, & plura. cuius ſententię liben
ter ſubſcribo. Chriſtianus etiam cupit diſſolui, & non eſt addictus huic corpori:
ſcit patrem numeraſſe capillos omnes, & ſuum eſſe defenſorē. Secus eſt, ubi obe
dietia magiſtratus defendere urget, ac præcipit contra hoſtes patriæ. Ibi enim non
agitur propria cauſa. Cogitate exemplum Abelis. Tertio quæſiuit, an die feſto *Die feſto num*
liceat operari. Scimus autem neminem iudicandum eſſe propter ferias. eſt enim *operari liceat*
Chriſtianis libertas per Chriſtū parta, poſſe quouis die operari: ad Col. 2. Gal. 4.
& Rom. 16. Atqui charitas docet, ut cum infirmis fratribus illo die ocioſi ſimus.
& quum propter infirmitatem etiam noſtram, cogimur alias dies in noſtras ne-
ceſſitates inſumere: uel hunc diē peculiariter in preces, & ad audiendū & recogi-
tandū uerbū Dei inſumamus. At ſi neceſſitas, uel fratrū utilitas aliquid requirat,
ſciamus nos eſſe dominos ſabbati, non ſabbatum dominari nobis. Poſtremo
de clauibus quoq; requiſitum eſt. Per has ego intelligo autoritatē eccleſiæ, in re- *De clauibus*
cipiendis & excludendis fratribus. quæ profecto ſumma eſt: ut Matthæi decimo *eccleſiæ.*
octauo. quia & unitas eccleſiæ magna eſt, extra quā nemo ſaluus erit. Cæterum
eccleſia uel miniſtri, huius nomine nihil agunt, præter uerbum Dei. Vnde fit, ut
qui ſanctam eccleſiam contemnunt, etiam Chriſtum ipſum cōtemnant. Ipſe con
cedat uobis, ſemper audire uerbum ſuum, & à populo ſuo ſeparari nunquam:
Amen. Interim oro dilecti Fratres, ut primatū ſemper habeat uerbum Dei: cui
nulla conſuetudo, nulla ratio, nullus ſplendor præualeat. Verbum Dei etiamſi à
minori

C minori dicatur, à maiore non cõtemnatur. Verbum Dei etiam ſi conſuetudinem
condemnat, ne ſit idcirco uilius. Quin & perſecutio non terreat uos, in tantũ, ut
illud obſcuretur: per illud enim uiuimus. O quam beatũ eſt niti diuino præſidio.
Quærebamus item de ſororibus ueſtris: & eas intelleximus magno ſumptu foue-
ri, ſed nõ uidemus uobis multum ſolatij ex illis, ſi perſecutio ingruat, prouenire.
Si ueræ ſorores ſunt, uiuant abſq; eccleſiarum ſumptu. Atqui de ijs copioſe cum
M. ſumus locuti: is mentem noſtram referet. ἄλφα & ω ſit, ut concordes uiua-
tis, idq; in Domino: & ipſe Deus pacis erit uobiſcum, Amen.

IOANNES OECOLAMPADIVS DILECTIS *in Chriſto fratribus eccleſiæ* N. S.

De Chriſti ad inferna deſcẽſu GRATIAM & pacem à Chriſto. Quid ipſe de Chriſti ad inferna de-
ſcenſu, ſentiam, breuibus accipite Fratres. In ſymbolo uel traditione
Apoſtolorum, plærinq; ueterum non adiecerunt, Deſcendit ad infer-
na. Origenes in primo περὶ ἀρχῶν præterit, quamuis alioqui non ra-
ro infernũ à Chriſto nobis deuaſtatum fateatur. Ruffinus in expoſi-
tione ſymboli, particulam hanc, Deſcendit ad inferos, in Romana eccleſia & ori-
entalibus eccleſijs non haberi, ſatis idoneus teſtis eſt, item Irenæus & Tertullia-
nus omittunt. Præterea in expoſitione fidei Concilium Nicænum nullam men-
tionem facit. Et proinde non eſt, quod quis arguetur, quaſi articulus fidei ſpecia
lis impugnetur. Videtur enim iuxta Hebraici ſermonis proprietatem declaratio
eſſe eius, quod dicitur, Sepultus eſt: ita ut uere mortuum non ambigamus. Ani-
Animarum locus. mas quamuis non dicamus loco circunſcribi, definiri tamen aliquo loco, negare
non poſſumus. Tribuitur enim eis & gehenna & paradiſus, pro imperio ac nutu
Animæ in cœlum aſcenſus. Dei, unumquemq; iuxta merita ſua iudicãtis. Cæterum aſcendere animam in cœ-
lum, ſecundum noſtram uiſionem dicitur: quibus ſuperiora ſplendore ſolis luci-
D diora noſcuntur, eo quod res à nobis adhuc in carne exiſtentibus, aliter cognoſci
nequeat. Solutæ enim, ait Auguſtinus, non mouentur loco, nec ad aliquẽ locum
corporeũ ducuntur, ut inde contemplentur Deum: ſed mox à corpore ſequeſtra-
tæ, angelis & ſanctis ſociatæ, regno cœlorum, quod eſt uiſio Dei, intra mundum
& extra mundũ, & undiq; ſine mora fruuntur. Sicuti cæcus in ſole poſitus, ſi eius
oculi aperirentur, confeſtim luce ſolis frueretur. Addit etiã: Friuolum uidetur, ſi
animæ illocales, de hoc mundo extra firmamentum duci aſſerantur, quaſi ibi ſit
pulchrius, uel ibi magis ſit Deus, cum ſuprà & infrà, intrà & extrà æqualiter eſſe
non dubitetur, & eius uiſio ubiq; iuſtis æqualiter adeſſe cõprobetur. Ideo quip-
pe illocaliter manere, & eius uiſione frui æſtimantur, ſicut ſcientia in anima mora
Animæ ad infernum deſcenſus. tur. Similiter dicimus & ad infernum deſcendere, ſiquidem obſcurentur, cum
iam tenebris ignorantiæ inuoluantur. nam inferiora tenebroſa ſunt: & hoc Græ-
cis ſignificat ἅδης, id eſt, ſine ſpecie & inuiſibilis, quod nobis eſt infernus. Te-
nebræ itaq; ſunt quæ nunquam illuſtrantur, quæ impias animas, & uerbum Dei
reijcientes occupant: merito dictæ Exteriores. Fuerunt & tenebræ mitiores, ut ita
Abrahæ ſinus. appellẽ, ſine tormẽtis & anxietate. atq; hæ ſunt, ſinus Abrahę, in quo fideliũ ani-
mæ collectæ fuerunt: ijſdẽ promiſſionibus, quibus illæ quietẽ habentes: & nihilo
minus ob abſentiã Chriſti, qui nondũ homo factus cœlũ reſerauerat, inter capti-
uas mortis ac tenebrarum habitæ. Vt aũt Chriſtus animam ac ſpiritum patri com
mendauit, tunc & illis facta eſt anima Chriſti conſpicua, ac eas etiam ab illa libe-
rauit imperfectione, & facie ad faciem Deum uidere conceſſit. Sanè Chriſtus,
ut eſt primogenitus, in gloriã patris primus intrauit, & animam ſuam primo illa
felicitate contemplationis beauit, ſicut & corpus eius hanc prærogatiuam habet.
Hoc

Digitized by Google

A Hoc igitur eſt, quod Paulus ex Oſea citat: Vbi eſt inferne uictoria tua? Nam ſi de animabus ſermonem facimus, non intelligimus uel ſepulchrum, uel aliquem talem locum, ſed animarum cõditionem. Itaq; ut Chriſtum uere mortuũ dicimus, ita animam eius patribus iunctam, & conſpicuam factam non dubitamus, ueruntamen non, ut reſtet aliquid patiendum ipſi, & ut deſperationem & tenebras ſummæ luci tribuamus: ſed quod abſq; dolore damnatorum, & abſq; caligine patrum, felix ad illos conceſſit, & Paradiſum, hoc eſt, torrentem & hortũ omnium ſpiritualium ſuo ſplendore eis fecit. *Paradiſus.* In his licet craſſioribus uerbis utatur eccleſia, non tamen craſſo ſenſu utitur. Itaq; uere deſcendit anima Chriſti, & magno gaudio excepta, ſpoliauit ac confregit infernum. At propterea limbum patrum, gehennæ ueſtibulũ ponere, opus nõ fuerit: ubicunq; tandem locorũ Deus definierit. Confuſio eſt, loqui de animabus, ut de corporibus; uel etiam de corporibus, ut de animabus. adde etiam de receptaculis animarum, ut de locis corporum. Bene habent quæ ſcripſi in Zachariam cap. 10. ſi recte expendantur. Non admiſi limbum patrum, quem fingunt. Articulum illum olim ignoratum recenſeo. Dicta Petri alludere dixi, non proprie huc ſpectare. Quomodo, ſi articulum eſſe uoluerimus fidei, alium ab eo qui eſt, Sepultum eſſe: intelligendum, Deſcendiſſe ad inferos, oſtendi. Dixi item quid per inferos intelligam. Poteritis ea illic legere. Equidem nihil ueſtro nomine detrectarem, ſi quid haberem, quod ad fouendam pacem attineret. Doleo autem mirum in modum, quod animi ueſtri tam male cohęrent: quod, cum in fidei ſumma concordes ſitis, in reliquis deſideratur unanimitas. Dicitis Chriſtum eſſe ſaluatorum ac ſaluandorum redemptorem, eiuſq; gloriam exaltare cupitis, & ex officio debetis: nec cauetis offendiculum illud longe periculoſiſſimum. Quare non potius conuenitis? quare unus alterum non audit?
B Nunquid auditores ueſtri, Senatores, exercitatiores in ſcripturis ſunt quàm uos? Cui nã gratificabimini? Chriſto, gregi, fratribus? Minime. Sed cui: fidei hoſtibus & ſathanæ ipſi. Quem fructũ, quæ præmia, quas mercedes ſperatis? Non cogitatis omnem laborem ueſtrum hiſce contentionibus & ſimultatibus diſperire? At nolim acerbiore ſermone uobis eſſe moleſtior, tametſi mihi non parũ doleat: imò bonus uir eſſe non poteſt, qui contentiones eccleſiaſtarum à parte Euangelij ſtantium probare poterit, ſi alter audire alterũ nolit. Verum mihi adhuc de uobis optima quæq; polliceor. Oro per Chriſtum, ut neuter quæ ſua ſunt, quærat: ſed uterq; quæ pacis, & quæ gloriæ Chriſti. Valete, & interpretemini candide, quæ feruentius ſcribere uideor. Baſileæ 11. Nouemb. 1528.

IOANNI ZVICKIO IOANNES OECOLAMPADIVS.

SALVE in Chriſto, Ioannes fratrũ chariſſime. Tametſi nõ dubitem, quin ipſa meridiana luce uideas clarius, quàm ſuſpecta, imò planè ſint, quæ ille ueſter ſuperciliòſulus cenſor, ad interturbandas eccleſias, affert. Quia autem tantus ſanctè adiuras, non auſim nõ reſpondere illius nugamentis. Fortaſſis enim aliena, quàm tua reſponſa, ad reparandum illum efficaciora ſunt futura. Dicit igitur, Miſſam & papiſticum Dei cultum in multorum conſcientijs, quaſi bona & ſancta hærere: & proinde in abolendis illis non licere magiſtratui, quod in furtis ac adulterijs, quæ nemo non mala eſſe fateatur. At nos hæc, quouis adulterio turpiora cenſemus, idq; multis nominibus. Nec minus cadere eos qui in tenebris, quàm qui in luce impingũt. Habeant adhuc aliquid excuſationis, qui peccãt per ignorantiam: nihilominus idolum ipſum, idolum eſt, & tolli meretur, etiamſi cultores quidam minus mali ſint. Quin hodie, qui in noſtris ciuitatibus, quibus integro luſtro Euangelium annun

Digitized by Google

C tiatum eſt, cõſcientias iam male inſtitutas habent: Phariſæi rectius quàm infirmi ſunt uocandi. Hos cum lenitate ſuſcipere, illos planè aſpernari & nõ curare oportet. Quid hęret in cordibus infidelium, quòd purum quis iure dixerit: quũ omnia illis coinquinata ſint, iuxta Paulum. Infideles manifeſte ſunt, qui prophetas audire cõtemnunt, & ſua ſomnia quàm uerbum Dei amplexari malunt. Igitur ſi adulter quidã obſtinatus, fingat Deum nihil curare ſuam impietatẽ, & lactet ſeipſum ſtultè, quod bene agat adulterando: impunis propterea erit, & ferendus à magiſtratu? Aut tollerabilius erit, adulterium in Deum, quàm in hominem? Dicet forſitan, Deum fore ultorem, qui cor introſpicit: & in ſe commiſſa grauius uindicaturum, quàm poſſit iudex quiſpiam terrenus. Idem, reſpondemus, etiam adulteros in regnum ſuum non admittet, quamuis ab externo iudice plectantur. Et quoniam adulterium externum quiddã eſt, quo proximus offenditur: & idololatria quoq; externum quiddam habet, ad perdendum proximum. (Samariæ enim exemplum, ſecuta eſt Hieruſalem: & utraq; ciuitates, gentes uicinos.) igitur eius, ut externi quiddam, etiam magiſtratus curam non ſubterfugit, apud quem non excuſat ſimulata & affectata ignorãtia. V tiq; papiſtæ noſtri hodie doceri legem Domini nolunt, & externam abominationem in perniciem proximi conſeruari uolunt.

Idololatria, adulterium in Deum.

Ardeliones.

Secundo inquit: Ardeliones, & in tempore tentationis defecturos, ſtudioſiores in abolendis externis. Vnde hoc habet, o io, ut ſic iudicare audet, quod dies Domini patefaciet? Multi hodie ardeliones exiſtimantur, qui conſtantiſſimi futuri ſunt: & iterum cõſtantes quidam habentur, quauis arundine magis agiles. Cur non opus magis redarguit? quid ad ipſum, candidus ne an ater ſit, qui ollã fingit? Hanc ob cauſam ceſſandum etiam à uerbi prædicatione, quod ſcioli plærique, & olim palinodiã cantaturi, ardentius contra impios declamant. Et quis talia obijcientẽ, uel reſponſo dignaretur? Nos illi uiciſſim dicemus: Qui in minoribus te-
D pidi, nunquid feruebunt in magnis? & qui tempore pacis Chriſtum nõ confitentur, quo pacto in cruce illum prædicabunt? ¶ Tertio argumentatur: Regnũ Chriſti non eſſe externum, ſed internum. Quo nomine potiſſimum male audit Antichriſtus, qui ſola externa curat: & inde timet maiorem abominationem ſequuturam. Et nos non ignoramus, Chriſtũ ſpiritu ſuo interna emendare ac regere, atqui inde pulcherrima opera prodeunt, quæ uident proximi, & glorificãt patrem qui in cœlis eſt. Pauperes paſcere. uerbũ Dei docere, pati pro Chriſto, ſubuenire proximo, nónne externa ſunt? nónne à Deo commendantur? Cur igitur aliena facit à regno Chriſti? probat potius quod à malo ſpiritu, qui nõ eſt Chriſti, proficiſcantur. Itaq; & zelus principum Chriſtianorum, ſi à bono ſpiritu ad uindicandã gloriam Dei ſe oſtendat, quare reijcitur? cur ad regnum eius non pertineat? Cogitare oportebat, charitatem non eſſe ocioſam, regnumq; Dei eſſe in uirtute. V bi manet uirtutum illa regina in regno Chriſti? An non acceptum fertur Chriſto, ſi quis in Chriſto miſeretur, monet, corripit, fert proximum, tollit ſcandala? Quid quod antichriſtus hypocrita, externis laruis cõtentus eſt, ac uarijs titulis? Nos Papam non damnamus propter externa opera, ſed quod contra legem Dei, contra fidem & charitatem leges ſuas ſancit, conſcientias humanis traditionibus peſſundat, impios adiuuat, iuſtos opprimit. Iſta Chriſtianis non probãtur. Quod ſi fungeretur officio Petri, doceret uerbo, exhortaretur, cõſolaretur, hæreſes eliminaret, pacem plantaret, oppreſſis patrocinaretur: quis uel ipſum, uel decreta eius reijceret? modo Chriſtianus ſit. Sed quid confertur Antichriſtus cum Chriſtiano magiſtratu? Ille legem Dei peſſundat, hic ſeruare cupit: ille noua condit, hic olim condita rite cuſtodit: illius opera charitatis expertia ſunt ac fidei, huius uero facta ubiq; charitatem ac fidẽ ſpirant. Vide igitur, quàm ſcite & belle colligit homo iſte, quàm notum eſt

Chriſti regnũ an externum etiam.

Charitas non ocioſa.

Papa cur damnetur.

Antichriſti cũ Chriſtiano magiſtratu collatio.

Digitized by Google

A tum eſt illi regnum Chriſti, & ſpiritus Dei? Venio ad quartum obiectum, & ite-
rum eum inexercitatum reperimus in ſcripturis. Chriſtus, inquit, abſoluit, non pu
niuit adulteram. Nos illi aliud exemplum obiectamus. Chriſtus flagello facto,
uendentes & ementes è templo eiecit: & dicit per prophetam, Zelus domus tuæ
deuorauit me. Nōne gloriā patris uindicauit? Quomodo igitur zelus iſte in mem
bris Chriſti non eſt Chriſtianus? Cur autē antea dixit adulteros puniendos, quos
Chriſtus abſoluit? Nunquid in hoc uult, ut magiſtratus ad Chriſtum reſpiciat, in
zelo autem minime: & exemplo Chriſti condonanda erunt, quæ prius dixit eſſe
punienda? En quàm norit diſpenſationē ſpiritus Chriſti, qui & zelat, & mitis eſt
pro tempore. Quinto, accipit pro ſe dictum Lucę: Reges gentium dominātur,
uos autem non ſic. quod non intelligit. Abutuntur autem eo & Catabaptiſtæ, ex
quorum promptuario nimirum ille errorem ſuum ſumpſit. Scio quoſdam ex no-
ſtris aſſerere, quod Dominus hæc de Apoſtolis & epiſcopis animarum dixerit,
quos à mundano ſtrepitu abeſſe uoluit, ut uerbo Dei magis uacent: cum quibus
non cōtenderim. At ego libenter accipio, tanquam omnibus Chriſtianis dictum
ſit. Ambitionem enim, & dominādi libidinem, ab omnibus Chriſtianis alienam
eſſe oportet. Hanc utiq; cunctis interdicit, non adminiſtrationem uel gubernatio
nem, quæ à Domino eſt. Fatemur, Chriſtianos principes ſe habere pro ſeruis, &
modeſtiæ eſſe obſeruandiſſimos. Sed qualis cōſequentia: Chriſtianus non ſit am-
bitioſus, ergo non ſit princeps: Non ſit guloſus, ergo non edat: Non ſit ſcortator,
ergo non ducat uxorem? Sexto, ultrà dicit: Mandatum nouum in regno Chri-
ſti, charitatem eſſe. Sed quid hoc zelo principum præiudicat, qui ex charitate ma
nat? Igitur charitate non æſtuabat Paulus, uenturus in uirga? & uiſcera charitatis
exuit miſericors pater, qui populum ſuum tot flagellis humiliat, & tantum non
B ad inferos deducit. Quin charitas ipſa præcipit, ut magiſtratus offendicula tollāt,
ne impingant incauti. Septimo, audacter item ueteris legis exempla reijcit,
quaſi nihil ad nos attinentia, tueturq; ſe Apoſtolico dicto: Nos non ſumus ſub le
ge, in qua & frater occidit fratrem. Diſpeream, ſi nouit homo ille, quid uel lex, uel
regnum Chriſti ſit. Loquitur enim quaſi non eodem ſpiritu Dei agantur qui præ-
ceſſerūt, cum his qui ſecuti ſunt Chriſtū. Neq; nos legem facimus ex exēplis, ſed
probamus exempla, quo ſpiritu facta ſint? Aemulationem Eliæ nō minorem cen
ſemus zelo Petri. Non cogunt quidem exempla, ſed reijci non poteſt diuinæ glo
riæ ſitientiſſimus ſpiritus. Quod addit, Non ſumus ſub lege: miram eius ineptitu-
dinē in colligēdo declarat. Nunquid enim quia nō ſunt ſub lege, igitur ceſſabit o-
mnis diſciplina, & peccatores quodlibet impunę facient, inutiliſq; erit magiſtra-
tus ad cohercendos malos? Et, pater ſub nullius ferula eſt, igitur ferula immorige
ros pueros cędere non poterit. Iam nec lex, quæ impietatem ſe extollentem con-
tra gloriā Dei demolitur, abolita eſt. Nec opinor contra ſpiritū Dei & Chriſti ſit, ſi
Phinees quidam diuino iuſſu fratres occiderent. Non enim homicidam uel fra-
tricidam facit cędes, ſed animus charitatis expers, & in uindictā ſui furore ruens.
At quid tantum moramur in his. Longanimes uiri illi, & charitate præclari, plu-
res trucidarent ſua patientia, quàm iudices ſeueritate. Niſi enim punirentur impij
pacis publicæ contemptores, quid oro uſquam tutum? Quomodo nō omnia oc-
cuparet impietas? Iiáne faciunt miſerendo, ut nihil uſpiam ſaluum ſit? Egregij ſci-
licet inſtauratores regni Chriſti, q abolitiones idolorū tumultū uocāt. Itaq; eis &
extinctio, incendium: & remedium, uenenum erit. Octauo, Ad hæc impediri
putat regnum Chriſti quo maxime promoueatur, tametſi alicubi minor uideatur
fructus. Ablatio certe idolorum & ſcandalorum, prodeſt: ſicut & ſeminatio diui-
ni uerbi. Porrò niſi Deus incrementum det, fruſtra docebitur uerbum, & offendi

Ambitio, non gubernatio Chriſtianis interdicta.

Digitized by Google

C cula inuanum tollentur. An non & puriſſimi doctores uerbis nonnunquam tyrannos impios exaſperant, & docetur uerbū quoq;, nec tãtus apparet frugū prouentus? Quis nobis dicet, quãdo miſereri uoluerit Dominus? Certe fomitem incendij tollere, aliqua ex parte reſtinguere fuerit. Eſto autẽ, quod ille allegat, quod ciuitates quædã Euãgelicæ, nõ multo emendatius uiuant. Eſt tamẽ aliquid prodire tenus, ſi nõ datur ultra. Eſt aliquid à grauioribus abeſſe criminibus, ſi non prorſus irreprehenſibilẽ eſſe conceditur. Vides, quas cõiecturas bonus ille uir affert?

Chriſtianis magiſtratus quantũ ab ethnicis differant.

Nono. Et quid non illi licet, qui noſtrorum magiſtratum, ethnico confert, cui præter pacem publicam nihil curę ſit. Quaſi ſcilicet noſtris non ſit plus creditum, q̃ his qui Deum non cognoſcebant. Licet illi ſuos ἀθέους, hoc eſt, impios non ſinebant impunitos, & non ignorabant ſe debere & gloriam Dei uindicare. Teſtatur hoc Athenienſium in philoſophos tyrannis. At bonus ille uir cenſet, non incommodari diuerſarum religionum ſectis: cõcordiam ac iuſtitiam nec imminui, ignoto Deo. Nimirum nõ cogitat, à carnalibus ſpiritualem perpetua perſecutione proſequi. Et quomodo paci publicæ ſtudebitur, ſi carnalibus frenum laxetur? Laxabitur autem, ſi ſuperſtitio illorum tanquã ſancta, libera relinquatur. Et quid inde ſequitur, quàm ſanctorum Dei oppreſſiones, ignominiæ, ſupplantationes: ut taceam interim Deum commoueri, & in ira ſua effundere huiuſmodi ſeditionum calicem, ſuper eos qui nomen eius ignorant. Vnde periculum ſeditionis ſemper præ foribus eſt. nam ſuos prophetas quæq; religio fouet: illi animos incendunt, & pro ſuo Deo æmulantur: plebs autem impotens iræ furit facile. Iam & ob hoc non probamus, quod nihil diſtent Chriſtiani principes ab ethnicis. Omnia nobis noua fiunt per Chriſtum: atque adeo magiſtratus nouus eſt. nam qui antea ut ciuis ciuem defendebat, is nunc ciuem defendit ut membrum

D Chriſti, & filium Dei. Nunquid dices xenodochum Chriſtianum nihil diſcriminis habere ab ethnico? planè multum intereſt. Noſtras enim propter Chriſtum, pauperem magis amat: ille autem Chriſtum nec cogitat quidẽ, dum peregrinum colligit. In ſumma, nihil in his memoria dignum attulit: & quo maxime confidit, nempe quod ſcriptura poteſtatem hanc non palàm tribuat magiſtratui Chriſtiano, fœdiſſime labitur, non attendens quid ſcriptura palàm doceat. Nónne Chriſtus finis legis eſt? nónne Chriſti gloriam deprædicat? nónne eam omnibus commendat, & unicuiq; pro ſuo uirili? Cũ Coloſſenſibus Paulus regulã præſcribit, dicit: Vos domini, æquitatem ſeruis exhibete, ſciẽtes quod & uos habeatis Dominum in cœlis. Quomodo Dominum habent in cœlis, qui illius gloriam tam neglectim curant, illius blaſphemias diſſimulant, illius hoſtibus blandi ſunt? quis tales ſeruos ferret? quis inquam non pro apoſtatis & transfugis habebit? Quare mauult Cenſor ille ethnico magiſtratui, quàm Hebræorum, noſtrũ magiſtratum comparare? Nunquid ceremoniale fuerit quiddã, tollere idola & pſeudoprophetarum impoſturas, ut in illis non liceat imitari Hebræorum reges, & cum eorum gloria contendere? Quid ad hoc dicet: quòd facientes & conſentientes par iudicium mereantur: & aſſentiantur omnes, qui auertere poterant præuaricantes, & non fecerunt? At negari nõ poteſt, quin magiſtratus tollendo offendicula & pſeudoprophetas, multis occaſio ſalutis eſt: reliquendo autem, autor mortis. Videat igitur, an nihil ad Proceres plebis attineat. Iam nõne omnia membra pro uirili ſalutem corporis meditari, & in gloriam Dei ſuo fungi debent officio? Sinat & gubernationem inter Chriſtiana munia recenſeri, ut eſt ad Ro. 12. Peccant, qui cum poſſent incendium reſtinguere, non cauent: non peccant, qui conniuent ad blaſphemias, ad abominationes, ad clades animarum precioſarũ? Tandem inſultat ille dicens: Chriſtus animarũ rex eſt, nõ magiſtratus. Admiſſum eſto: ſed quid

inde

A inde colligit? En Chriſtus etiam mentium magiſter eſt. Tollãtur igitur omnes con
ciones, & ſcholæ, ac ſtudia: & ſic nullus erudiat puerũ, nullus teneros à malis con
ſortijs abarmentet, nullus à contagio ſegreget: Chriſtus enim magiſter mentium
eſt. Et quis ſibi animarum arrogat magiſterium, pręter Antichriſtum? Manifeſtus
itaq; ſpiritus ille eſt, blande ferox, & impietatis patronus. Tu plebem, ac alios, dili
genter ab eo ut caueant, pro tuo feruore admonueris. Cæterum quod coniugio
meo gratularis, habeo gratiã. Saluæ res ſunt, ut ut interim uaria de me uanus ſpar
gat rumor. Sed olim didicimus, ſannas & obtrectationes ac mendacia nihili fa-
cere. Ambroſium Blorerum, urbis ueſtrę decus, multum meo nomine ſalutes. Va
le, Baſileæ 12. Maij. Anno ſalutis. 1528.

HVLDRICHIVS ZVINGLIVS FRATRI N. S. D.

GRATIAM & pacem à Domino. Equidem ſollicitudinẽ tuam com-
probo, chariſs. Fratri, quam in epiſtola tua ſic uideo, ut etiam ipſe
ſentire nonnullam eius partem uidear mihi. Veruntamen ut libere
diſſerendum eſt de tantis quæſtionibus, ne uſpiam pro ueritate reci-
piatur mendacium; ita quoq; caute agendum eſt, ne dum maxime
ab aliqua inaudita ſententia abhorremus, quarum multæ iſto ſeculo temere profe
runtur, in errorem aliquem deteriorẽ cõijciamur. Ipſa ergo παῤῥησία cum mihi,
cum aliorum tum meo ipſius iudicio uehementer ſit propitia: cautio tamen adeo
tenuis eſt, ut ipſam uix in re tam ardua in conſilium aduocare auſim. Ea tamen
cum tibi (uerbo abſit inuidia) abunde exuberet etiam, ſic partiri negocium iſtud
tecum conſtitui: ut ego liberrime tibi, quæ in hac cauſa liquido nobis uidentur,
adperiã. Tu uero, quæ multijugè tentem ac moliar, tua grauitate ac diligẽtia, imò
maturitate & iudicio ponderes: & inſtar laborioſę apis, quę mellis & ceræ condu
B ćtura facturæ ſenſeris, in alueum deferas, & fauum inde compingas. Scito igitur
chariſs Frater, ſententiã iſtam nobis ex Lutheri paradoxis natam eſſe, de quibus
Eraſmus aliquãdo, cum adhuc epiſtolis inter nos ageremus, ad hũc fermè admo
nuit modum: Viſurus es Zuingli, quid aliquãdo paradoxa iſta paritura ſint, quæ
tu tantopere defendis, ex cauſa Luthero ſcribi. In hanc ſententiã Eraſmus. Nihil
hic mi Frater, adfectui dabimus, propter euchariſtię diſſenſionem: ſed ea tantum
ἀφθόνως proferimus, quæ & nos aliquando paſſi ſumus: ut ſi quibus poſſint eſſe
uſui, citra periculũ cauti aliorum periculo reddãtur. Simultas enim, quã Eraſmus
erga nos exercet, ſi modo exercet, hinc nata eſt, quod Lutherũ omnibus contra il-
lum uiribus defendi, & imprimis epiſtola quadã prolixa, qua ſenem acrius acce-
pi. Nunc autem, cum ipſe experiar, non pauca prudenter eſſe ab Eraſmo cauta &
præmonita, ſero nimis oculos recipio. Cũ alterũ importunius defendo, andemq;
alium offendo quàm putaram, in teſtimonium ſcilicet ſtultitiæ: alterum autem im
prudens prudentem, hoſtem eius cauſa facio, qui minus conciliari & amicus fie-
ri poteſt quàm is apud quem patronum eius egi. Paradoxum autem eſt, quod fer
mè omnes Luthero propinãte hauſimus: Regnum Chriſti non eſt externũ. An- *Regnum Chriſti an externum eſſet.*
tequam enim epiſtolam tuam acceperim, aliam quoq; legi hominis planè non im
pij, neq; indocti, ueruntamẽ impenſius aliquandiu Luthero addicti, & eius men
tem atq; ſcientiam nunc in dubium uocantis, qui nos quoq; de eadem quæſtio-
ne percunctatus eſt. Quam & ſi breuioribus, his tamen quę nunc dicemus ſimil-
limis, expediuimus. Regnum Chriſti non eſſe externum, iſto maxime illius dicto
firmant: Regnum meum non eſt hinc. alijs quoq;: Negauit ſe his, qui aut regem
facere cupiebãt, aut iudicem. Non conſyderantes interim, qua occaſione, quo lo
co iſta dixerit; Interim uero negligunt, quę æque ſunt ab illo tum dicta tum facta.

C Cum ergo dicunt, Chriſtianus Magiſtratus nō debet imperare iſta, quę offendere cōſcientias adhuc infirmas poſſunt: regnum enim Chriſti non eſt externum. Planè audio illos loqui de his externis,quæ cum conſcientia obſeruauimus:qualia ſunt,ieiunia,delectus ciborum, locorum,temporum,dierumq́ꝫ cuſtodiæ,& ſimilia.ſed non conſiderant Chriſtum ipſum(quem enim potiorem adducam, aut priorem?)offendiculum quorundam nihil in his curaſſe. Nam alioqui coëgiſſet diſcipulos ſuos ad ieiunandum.neqꝫ enim parua offenſio erat nata, cum ieiunantibus Phariſæis & diſcipulis Ioannis,non ieiunarent ipſi.ſed poſthabuit importunam ſuperſtitioſorum hominum cauillationem potius,quàm cautionem libertati filiorum Dei. Sed num non erat externum ieiunareqꝫ aut non ieiunare? Externum erat planè.Sed non pręcepit Chriſtus ieiunium,inquiūt:unde locus iſte pro nobis facit. Quibus ſic occurrimus. Prophetarum diſcipulos receptum erat ieiunare.Cum ergo Chriſtus ſuos ieiunio non macerat,nónne contra publicum morem facit? nónne conſcientias offendit? Cur autem, ſi Lutheri paradoxum ſacroſanctum manet, Chriſtus ſuos cum tanta offenſione omnium aſſeruit? Sabbato decerpebāt ſpicas, & manibus fricatas mandebant,cum omniū querimonia,uiolari dicerent ſabbatū diſcipuli.Atquotos putamus tūc fuiſſe,qui nō offenderent, ſi ijs compares qui adhuc legem mordicus retinebant? Qui lauandi traditionem (adeò cōmodam, ciuilem, & honeſtam, ut etiamnum impietatis ſuſpitionem incurrat,qui manibus illotis mēſę accedat:)adeò obſeruabāt,ut diſcipulos eius perduellionis inſimularent, dum hoc negligerent,cur cōfutauit Chriſtus?Cur ſimul ciborum delectum,iſtis planè ſacroſanctum, Chriſtus confutat:qui dixerat,ſe legem ut impleret, ueniſſe?An iſtud nullius eſt pōderis,in cōſcientijs legi addictis: Quod intrat per os hominis, non poteſt eum inquinare? Maximi eſt planè, nam D perinde lex de ciborum delectu,atqꝫ traditio de mundificandis manibus,hoc uerbo cōcidit. Sed dicent:Chriſtus nō præcepit, ut diſcipuli ederent illotis manibus, aut ut ederent promiſcue interdictos & permiſſos cibos: ſed liberū reliquit. Recte ſanè,nam hoc nō uolumus,puta quod mandauerit edere illotis manibus:ſed huc tendimus,ut oſtendamus iſta duo; illotis edere,& quiduis edere,liberum feciſſe Chriſtum,non habita ratione legis aut traditionis:neqꝫ etiam offenſionis eorum, quibus corām iſta differebat. Et ſi Chriſti regnum ita non eſt externū, uti iſti intelligunt: cur tuetur diſcipulos contra legem?cur iterū uetat Chriſtus, ne ſecum ad Euangelij iter zonam, calceos, ueſtem, aut commeatum uehant? an enim iſta externa non ſunt?aut uerbi Dei præcones eſſe nunquam potuiſſent, Abraham, Iacob,Dauid, Solomon, Ezeckias,Ioſias, ditiſſimi ac potentiſſimi homines?Cur ergo ab ijs interdicitur Apoſtolis? non eſt enim, ut decorum alleges; aut tenuitatem:quod aut ſic decuerit,aut uis uerbi magis perſpecta ſit,cū autoribus contemptis in tantum modum creuerit. non enim creuit fides Apoſtolorum prædicatione,ſed ſpiritus,intus trahentis & illuſtrantis,ui.Ea autem uis dari potuit opulentiſſimo quoqꝫ ac ditiſſimo, Crœſis ſcilicet & Craſſis prædicantibus.At,inquiunt, omnino ad hunc modum placuit altiſſimo. nam & Paulus parſimoniā iſtam eſſe ſeruatam perhibet,ut omnis uictoria,laus,& gloria,uerbi eſſet:non humanarum uirium.Iterum non eſt inepte reſponſum: ſed nos huc ſolum properamus, ut probemus Chriſti regnum etiam eſſe externū. peram enim non geſtauiſſe, nec duas tunicas,externus omnino adparatus fuit. Vult ergo Chriſtus,etiā in externis modum teneri, eumqꝫ imperat.non eſt igitur eius regnum nō etiam externum. Veruntamen uidebuntur iſta tibi alieniora ad hanc quæſtionem quam propoſuiſti: puta,Num poſſit magiſtratus præcipere quæ infirmorum conſcientias feriant:& non potius permittere debeat quenqꝫ in ſuo ſenſu abundare. Sed nō ſunt aliena, cum

Quatenus cauenda offenſio in externis.

Chriſti regnū etiam externū.

A eum nobiſcum uidebis ſemiertorem iſtum ex paradoxo Lutheri ortum, perueſti
gatis originalibus uenis expendi. Accedemus igitur nunc propius. Circũciſio- *Circumciſio.*
nem ita uenerabantur eccleſiæ primitiæ, ut infeliciter ſecum agi putarent, ſi ab
ea excluderẽtur. Et quantum ex Tranquilli Domitiano colligere poſſum, uulga-
re fuit, Fratres, qui Chriſto nomen dederant, circũcidi: quos tamen ipſe circũſe- *Circumſecti,*
ctos, nimirum ex περιτετμημένοις, adpellat. Cum uero Paulus & Barnabas pau- *apud Sueton.*
lò clarius & interius quàm uulgo diſcipuli uiderent, quorſũm tenderet ſymboli
tam anxia & conſtans, ne dicã contumax, obſeruantia: puta, cum ad operum ac
ceremoniarum fidutiam, tum ad legis obligationem: errori ſe opponunt. confli-
gitur apud Antiochiam de ea re, tam acriter, tantiſq; ſtudijs, ut communibus tan-
dem uotis integram cauſam ad Apoſtolorũ eccleſiæq;, quæ Ieroſolymis erat, atq;
ad legatorum quos miſerant cognitionem reijcerent. Qui cum omnibus, tum
iſto maxime perpenſo, quod ſola gratia ſalus contingit, in hunc pronunciant mo
dum. Ab eidolothyto Chriſti diſcipuli abſtinẽto, æque ut à ſcortatione: ſuffocatũ
& ſanguinem non edunto. Quid hic credimus eſſe paſſos ſiue iudaizantes, cum
eis circunciſio recideretur: ſiue νεοφύτους ex gentibus, quibus à ſanguine interdi-
citur, & ſtrangulato cum lepore tum turdo? præſertim cũ, quod ad illos pertinet,
comperiantur circunciſionẽ poſt latam legem nihilo minus propagauiſſe quàm
antea. Quo adparet, non tantum uehementer offenſos eſſe abrogatione cir-
cumſectionis: ſed ita mordicus tenuiſſe, ut iniquum putauerint antiquari. Cur er-
go ſecundũ iſtos non parſum eſt eis? Cur non remiſſus eſt quiſq; ad conſcientiam
ſuam iudicem? Cur uetuere Fratres, quod fas nõ erat uetare? Quod aũt ad iſtos,
hoc eſt, gentiles attinet: legem de ſuffocato & ſanguine uideamus, nunquam eſſe *Lex de ſuffoca*
aut ſancitam, aut receptam. Hinc enim leges ſanciuntur, ſi ſeruantur. Paulus au- *to et ſanguine.*
B tem ubi nam epiſtolarum ſuarum non taxat iſtos, qui dicunt: Ne tangas, ne con-
trectes, &c. Adparet ergo, cum non mediocri offenſione præceptum eſſe, ne lice-
ret ſtrangulatum aut ſanguinem edere. Nunc ad me redeo. Si Chriſtianus magi
ſtratus nihil poteſt rerum iſtarum externarum, quæ ad eam religionem pertinent,
aut iubere aut uetare: multo minus poſſunt Apoſtoli & eccleſiæ, quibus ab impe
rando interdictum eſt, iubere aut uetare. Cum ergo è diuerſo Apoſtoli cum eccle
ſia, & circũciſionem relegauerint, & legem de ſuffocato & ſanguine tulerint, quę
ad imperium uidentur maxime pertinere: multo magis licet ei magiſtratui (qui in *Chriſtiano ma*
hoc ἐξουσίᾳ ὑπερέχουσα eſt, ut externa recte & corrigat & temperet) dum Chriſtia- *giſtratui quate*
nus eſt, cum eccleſiæ conſenſu (nolo enim quicquam citra eccleſiæ conſenſum *nus in religio-*
intelligi,) de externis iſtis, quæ aut ſeruata oporteat aut neglecta, ſtatuere. Quod ſi *nis negocijs ſta*
scioli iſti occlamẽt, Apoſtolis cum eccleſia etiam licere ſtatuere, magiſtratui uero *tuere liceat.*
cum eccleſia nõ etiam: eis hoc modo reſpondebimus. πρεσβυτέρους non recte ab *Πρεσβύτεροι*
eis intelligi, in ſcripturis pro ijs tantum accipi, qui uerbo præſunt: cum & pro ſe- *qui.*
nioribus, hoc eſt, ſenatoribus & decurionibus, καὶ βουλευτῶν, accipiantur. Act. 15.
ſic legimus: συνήχθησαν δὲ οἱ ἀπόστολοι, καὶ οἱ πρεσβύτεροι, ἰδεῖν περὶ τοῦ λόγου τούτου. Hic
uidemus, ſeniores pro conſultoribus & ſenatoribus accipi: quos Græci à conſu- *Seniores.*
lendo, βουλευτὰς: Latini ab ętate & grauitate, ſenatores adpellant. Non quod exi *Βουλευταὶ*
ſtimẽ, Fratres tũc tẽporis ſenatũ inſtituiſſe, qui rerũ aut potiretur, aut ui cogeret ad *Senatores.*
fidei cõfeſſionẽ: ſed qui in medium conſuleret, ſi quid paulo impeditius obueniſ-
ſet. Satis enim conſtat, eos qui hoc loci ſunt πρεσβύτεροι adpellati, non fuiſſe uer-
bi miniſtros: ſed uiros ætate, prudentia, & fide uenerabiles, qui digerẽdis & agen
dis rebus id erant eccleſiæ, quod ſenatus eſt urbi. Eodem loci, eodem modo habe
mus: τότε ἔδοξε τοῖς ἀποστόλοις, καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, σὺν ὅλῃ τῇ ἐκκλησίᾳ, &c. & paulo
poſt: οἱ ἀπόστολοι, καὶ οἱ πρεσβύτεροι, καὶ οἱ ἀδελφοί. En uobis utrobiq; primũ Apo-
ſtolos,

C ſtolos, ſecundo ſeniores ſiue presbyteros, poſtremo plebem Chriſtianorum, Fratres, ſiue eccleſiam. Non quod putem presbyteros nuſquam aliter quàm pro ſenioribus accipi, non etiam pro uerbi miniſtris: ſed in loco pro ſenioribus, & pro epiſcopis aut uerbi miniſtris. Si uero quis uel hoc deſideret, ut & apud Hebræos probem πρεσβυτέρους pro ſenioribus accipi, hic Matthæum legat, 26. τότε συνήχθησαν οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ γραμματεῖς, καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ. Videmus hic πρεσβυτέρους τοῦ λαοῦ, pro ſenatu: ſeniores enim tranſtulit Eraſmus, cum antiquo interprete, qualiſcunque tandem eſſet, cũ populo poni. Perinde, imò euidẽtius eſt, quod Marcus ſcribit, 14. καὶ μετ' αὐτοῦ ὄχλος πολὺς, μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων παρὰ τῶν ἀρχιερέων, καὶ τῶν γραμματέων, καὶ τῶν πρεσβυτέρων. In Actis uero multi loci ſunt, in quibus πρεσβύτεροι pro ſenioribus, non pro epiſcopis aut prophetis accipiũtur. Adde quod alicubi ſcripturarum noui teſtamenti γερουσία, quæ uox Græcis omnino ſenatorium ordinem ſignificat, uni ſiue Apoſtolo ſiue Euangeliſtæ ponitur: alteri uero de eadem re loquenti, πρεσβύτεροι. Loci nunc nõ occurrunt: cum autem incidero, per epiſtolam indicabo. Statuerunt ergo Apoſtoli, ſeniores, & eccleſia tota, de circumciſionis antiquatione, deque ſanguinis & ſuffocati interdicto. Quid ergo uetat, quo minus Conſtantienſis ſenatus, Chriſtianus quidem ille, cenſeat: populus autem iubeat, etiam in re quæ ad religionem pertinet: dummodo externa eſt, & quicquid ſtatuitur, ad uerbi diuini præſcriptum expenditur: etiamſi non pauci offendantur. nunquam enim cum ulla uſpiam eccleſia tam bene actum eſt, ut ita ea prorſus nemo obſtreperet, cum uerbo, tum eius miniſtris. quamuis ſit modus in rebus. Circumſecuit Paulus Timotheum, quia citra turbam ſeruare non quibat, aucto tandem credentium numero, compelli nullo pacto potuit ut Titum circumciſione cruentaret: quia tumultũ nullum oriri poſſe uidebat. At indubie plu-

D rimi erant, qui ad circũcidendum hunc urgerent: ut & plurimi fuerunt, qui cum eo Timotheum difficulter circumcidi patiebantur. Offenſi ſunt igitur circumciſi multi, cum Titus non circumcideretur: offenſi ſunt iterũ multi, cum Timotheus recutiretur. Spectat ergo occaſionem ſpiritus ille, qui docet alterum circũcidi, alterum ſeruari debere. Etiamſi interim fieri nequeat, quin cõtraria ſint circumcidi & non circumcidi. Attamen utrunque ſuo loco admiſit etiã cœleſtis prouidentia, nulla eorum qui pauciores erãt habita ratione, dummodo pax uel tam difficili ratione conſtaret. Num enim non recte ſentiebat Paulus, abhorrens à circumciſione Timothei? Cur ergo non relinquebat eum ſuæ conſcientiæ, & Timotheum ei dabat irrecutitum? Et contrà, qui circumciſionis ſanguinem ſitiebant, cur nõ eorum ſententiæ permittebat, iſtos quos libuiſſet circumcidi? ſed aliquid ferendum impoſuit iis, qui recte cum Paulo ſentiebant, circumcidi non oportere ut pax tenacius coaleſceret. Quanto magis, ea ſalua, aboleri aut immutari debent iſta, quæ ex diametro & cum Dei uerbo & piis conſcientiis pugnant? Nunquam quicquam etiam in rebus quotidianis recte facies, ſi tunc tandem facturus ſis, cum nemo offenditur. Verum enimuero, ſenatus Conſtantienſis non eſt eccleſia, dicerẽt iſti. Scio nõ eſſe eccleſiam, de qua nos loquimur, citra conſenſum eccleſiæ totius, quæ apud uos eſt. Sed curiata comitia habetis apud uos (ea ſunt, quibus ſingulæ curiæ, hoc eſt, zunfftiæ rogantur.) quæ ſi conſulantur, iam non eſt cur alium eccleſiæ conſenſum deſideretis. Fieri etiã poſſet ut eccleſiæ ſentẽtia, cauſa aliqua etiam difficillima in paucos, aut in unum aliquem reiiceretur. Non enim tota eccleſia quæ Antiochiæ erat, Ieroſolyma concedebat ad uentilandum circumciſionis negocium: ſed paucis Paulis & Barnabis concredebat. Ieroſolymis autem communis quidem cauſa cognoſcebatur, ſed priuata ex Antiochia relegatione. Curiatis itaque apud uos comitiis habitis (hoc enim modo nemo de eccleſia ueſtra manet inconſultus,)

Presbyteri

Γερουσία.

Circumciſionis obſeruatio.

Occaſio non negligenda.

Curiata comitia.

A conſultus,)cum uerbi miniſtris,cur nō liceat ſenatui ueſtro uel imagines, quæ ad cultum proſtant: uel miſſam,intollerabilem ſtoliditatem,abolendas eſſe cenſere? Num enim non iam cenſuerunt Apoſtoli, Seniores, & Fratres omnes, aut eccleſia uniuerſa? Chriſtus, funibus temere cum correptis,tum in flagrum compactis, uiolentia magna expulit uendentes,ementes,& trapezitas è templo: quod iſtic non liceret huiuſmodi commertijs uti. Sed cur, ſecundum iſtos,rem externam curauit?imò imperium exercuit? Nō reijcimus allegoriam Origenis: eum hoc facto, auaritiam ſacerdotum & pecunias hoſtias eliminaſſe. ſed interim quod fecit, uiſum non fuit: aut inane paradigma, quo ſolūmodo aliud docetur quàm fiat. Vere enim, atq; cum uerbere ac ui pellendo, & eorum qui tum peccabant audaciam corripuit: & noſtram cum ſtultitiam, tum curioſam magis quàm piam ſoleniam erudiuit. Chriſto licuit uim inferre ijs, qui fraudem fecerant: nobis non liceat iſta exportare, quibus fraus fiat? Auulſiſſet ſaltem cathedras columbarum, & perticas è templo extuliſſet: iam uiderentur ſuo quodam iure Catabaptiſantes iſti arguti eſſe, cum dicerent, magiſtratui in externa nihil licere, quod conſcientias poſſit offendere. Sed cum & argentum κολλυβιστῶν effundit, & ementes ac uendētes mordaci uerbere pellit: iam indubie uim quoq; in conſilium uocandā eſſe docet, dum res poſtulat, quamuis caute uelim hic uim intelligi, non quatenus eſt cum uiolentia & iniuria coniuncta: ſed cum prudentia, magnanimitate, & miſericordia. quæ quid aliud eſt, q̄ magiſtratus æquus & pius? Tolle à magiſtratu religionem: tyrannus eſt, non magiſtratus. Cato uterq;, Camillus, & Scipio, niſi religioſi, nunquam fuiſſent magnanimi. Nō continebatur tum religio intra Paleſtinæ terminos: quia ſpiritus iſte cœleſtis non ſolam Paleſtinā uel creauerat, uel fouebat, ſed mundum uniuerſum. Pietatem ergo etiā apud iſtos aluit, quos elegit ubi eſſent. Sed ad

Chriſti exemplū, negociantes è templo pellentis.

Vis quando in cōſilium uocanda, & qualis.

Magiſtratus æquus & pius.

B rē redeo. Tā abeſt ergo, ut Chriſtianus magiſtratus nihil differat ab ethnico, ut ſi Chriſtianus non ſit pius, ethnico deterior ſit: & ethnicus, ſi piam mentem domi foueat, Chriſtianus ſit, etiamſi Chriſtum ignoret. Romanis ſcribit Paulus, non eſſe Iudæum, cuius præputium inciſura reductum ſit: ſed cuius pectus præfectum eſt uanis cum cupiditatibus, tum ſpebus. Et Cornelius Deum colebat, orationibus & eleemoſynis: Centurio, Car, miles, ſanguinarius, & quod ſimul omnia continet, Romanus. Nunc autē, ſi impium magiſtratū à Domino Paulus eſſe tradit, pius à cacodæmone eſſe dicetur? Aut impio magiſtratui parendum eſſe cenſebimus, dum in externis aliquid præcipit: pio autem minus? Impio magiſtratui debemus honorem, ſed pio num non ampliorem? Vbi ergo manent domeſtici fidei, quibus ut iuxta Apoſtolum primus honor in auxiliādo, ſic domeſticis magiſtratibus primus honor in deferendo debetur. Non imprudentes & indoctæ tantummodo uoces ſunt, Chriſtianum magiſtratum nihil antecellere ethnico: ſed impię, & ſeditioſæ. Pij ergo atq; prudentes, qui rerum ſummæ præſunt, nonnullum exemplar ſiue imperandi, ſiue cohibendi, in Chriſto habent. cum ille ſabbato, omnibus offenſis, iubet, ut à paralyſi cōſolidatus grabatum ſuis ipſe humeris domum baiulet. cum aſino inſcenſo urbem inuehitur, Rēx ſalutatur: quo non lædebantur modo ſummates uiri, uerumetiam rumpebantur. cum, ut iam dictum eſt, lucriones templo eliminat. cum, ne uas quidem per templum, aut ſupellectilē perferri patitur. Et ille quidem regno externo tum inautoratus non erat, ſe quoq; teſte, Ioan. 3. Non miſit Deus filium ſuum in mundum, ut iudicet mundum: &c. Sed ijs à ſe peractis, ea uice qua nō uenerat ut ſibi ſeruiretur, ſed omnibus ipſe ſeruiret: exemplum nobis reliquit, licere & quorundam cohibere audaciam ac uiolentiam, & quorundam preſſorum & adflictorum ærumnam leuare. Neq; id allegorijs & pictis tantum παραδείγμασι, id eſt, exemplaribus: ſed rebus uere, potenter

Chriſtianus magiſtratus quantū ab ethnico differat.

Imperādi, aut cohibēdi exemplū in Chriſto.

C tenter & intrepide, ſed ſimul pie, moderate & ſancte geſtis. Iſti enim, de quibus
paulò ante, cum pellendi eſſent quidam, non pellerent, ad uim tandem conuer-
titur. Sic ubi quoſdam uidemus, quorum nunquam non ſunt multi, qui temere
obſtrepunt, imò audacter & ἀλόγως, hoc eſt, uiolenter: quos uerbi moderamen
huc non adigit, ut aut faciant aut obmittant, quod longe maior eccleſiæ pars faci-
endũ aut poſthabendũ externo & interno uerbo docta cẽſet, flagro monẽdi ſunt.
Hic ꝑpetuo moneo, me loqui de ijs externis tantũ, quæ μέσα eſſe nõ poſſunt: qua
lia oẽs putant eſſe idolorũ cultum, & Miſſę puppas. Cenſeat ergo ſenatus cũ Apo
ſtolis, populus aũt iubeat in externis quę media nõ ſunt, & ualeant ꝗ propter iſta
tumultuãtur: & Lutheri uerbo, Chriſti regnũ non eſſe externũ, aut nõ recte intel-
lecto, aut latiꝰ extẽſo, ꝙ uel Lutherus ipſe ſenſerit, uel irrefragabilis ueritas dictet,
abutũtur. Quod ſi Lutherus putat, magiſtratui nihil in ea re licere, quæ cõſciẽtias
poſſit offendere: cur principi & ſuo & Saxonum autor eſt, ut in euchariſtiæ diuer
ſitate, cogat fateri ad cõcepta ſuæ ſentẽtiæ uerba? Cur aqua & igni interdicit libris
Oecolãpadij & noſtris? An ne, quod maior fideliũ pars diuerſum ſentiat? nõ ergo
eſſet opus principis imperio. Sed cauſæ metuit, ne cubi liquido omnib. pateat &
pelluceat hominis error. Hinc Norici uiolentia & artes: hinc epiſtolæ pauidulæ,
quę lucis radios metuũt. Si putat, cur nõ liceat eodẽ iure licere Ro. Põtifici execra
re ac deuouere quæ aut odit aut metuit, quo ſibi? Eſt ergo in noſtra Lutherus ſen-
tentia. Cum itaq; Chriſtus à nobis ſtet, Paulus, & Lutherus: quo ſe uertent Luthe
rani, cum de facto, ut iſti aiunt, uideant autorem ſuum, etiamſi non nobiſcum ſen
tire, ſed re ipſa hoc agere quod nos ſentire dicimur, tametſi non ſentiamus? Sed
naſum operiamus, uel uno ſaltem digito: & quod uerum ac indubitatum eſt, bre-
uibus hoc etiam loco confiteamur. De euchariſtia ſententia, nõ de ijs externis eſt,
D quæ iſti propter infirmos tolleranda eſſe cenſent: ſed ex ijs, citra quę perinde non
poteſt pura & inconcuſſa fidei Chriſtianæ ſententia doceri, atq; ſi de capite eccle-
ſiæ nõ recte ſentiatur. Eccleſię Chriſti ipſe caput eſt. Eccleſiæ Chriſti caput Pont.
Ro. eſt. An iſta duo diuerſa ſunt? Morte Chriſti ſola delenť peccata. Eſu corporis
Chriſti corporeo delẽtur peccata. An nõ & iſta æque diſtãt? Nõ eſt igitur euchari
ſtiæ negociũ inter externa detrudendũ: ſed ijs accenſendũ, quæ & fidẽ internam
uere docent, & quæ iſti obſtant, detruncat, & repurgãt. Nullis ergo mortalium li
cet iſtis ui uel imperio obſtare, quæ ad puram fidei diſcuſſionem & cognitionem
pertinent, niſi tam adperte aliqui eſſent conuicti, & reſipiſcere nollent, ut nullis
non pijs pateret eſſe impios. Nunc autẽ, cum uera ſententia in diem magis ac ma-
gis adoleſcat, inter eos quoq; qui maxime adparent eſſe pij, iam uiolẽtia eſt, & au
datia, imperio premere uelle, quę omnium eſt potentiſſima ueritas. Verumenim-
uero, ut argutis fermè omnibus magis eſſe placet quàm pijs, ad ultima conuertun
tur aduerſarij præſidia, & ea planè miſera: puta ad calumnias. quid enim mulie-
brius eſſe poteſt, quàm malitia & blaſphemijs retinere inſtare, quod iuſta cauſa nõ
poſſis? Aiunt ergo: Nihilo meliores eſſe ſiue reſpub. ſiue populos, qui imagines
& Miſſam miſſas faciunt imperio, cum tamen ſimul fidei hoſtibus occaſio detur,
diuerſas leges ferendi: quibus latis, non iam cõtenditur, ſed belligeratur. Faciunt
iſti næ intelligendo, ut nihil intelligant. Quaſi uero bonitas Chriſtiani hominis
aliunde æſtimetur, quàm ab operibus: quæ tamen quantacunq; ſint, hominẽ bo-
num non faciunt: ſed ſi bonus eſt, opera bona facit. Quod autem homo bonus ſit
intus & in cute, nemo præter Deum uidet. Quicquid ergo nos de bonitate morta
lium pronunciamus, ex ſpecie, non re ipſa, quæ nos profundiſſimè latet, pronun
ciamus. Specie tenus autem quis non bona dicat eſſe, Munerariam legem eſſe la
tam, Tiguri quidem olim (uideo enim Lutheranos iſtos & Catabaptiſtas non
abſq;

A abſq; induſtria Tigurum uellicare) Bernę autem nũc promulgari? Aurum, argentum, gemmas, ueſtem, tum ſericam tum ſumptuoſam, aut poni, aut diuenditã in pauperes expendi? blaſphemias, periuria, cõpotationes, ludos amputari? Adulteria, ſcortationes, caueas claudi? petulantiam chorearum, quàm diurnarum, tam nocturnarum temperari? imò nocturnarum interdici? arceri Pontificem, ad inferos pontem ac uiam munientem: & eius aſſeclas, impios doctores? relegari Miſſam, tolli ſtatuas quæ ad cultum proſtent? eliminari cerimonias ſeductrices? & quod omnium eſt & elegantiſſimum & optimum, ueritatem intrepide, ſed ſancte: luculenter, ſed uerecunde: fideliter ſed non procaciter, prædicari? Atque hæc omnia, nõ tam imperantibus Apoſtolis & Senioribus, quàm poſtulante populo. Si hic referire liberet earum urbiũ ſtatum atq; gentium, in quibus Corycæi iſti nihilo imprudentius omnium inoffenſum conſenſum expectant, quàm is qui ad littus adſidens, fluctus omnis uſq; ad finem enumerare tentabat: non deeſſet materia, & illa etiã uberrima. Apud Saxonas hactenus alius imagines expottauit, alius importauit, alius auertit, alius inuertit, alius ſubuertit. Norici miſſant, ſed germanicè, multis irridẽtibus. Baſileæ Chriſtus prędicatur, prędicatur & quęſtus: prædicatur ꝓ Miſſa, & contra Miſſam. Hinc apud omneis tranſitur ad partes & ſtudia. Magiſtrarus aũt, qui iuri dicundo ex æquo & bono incũbere debebat, tractus & ipſe in partes, per contumaciã ex adfectu pronũciat. Perit interim publica iuſtitia, perit ſollicitudo iſta ſancta pro fratribus, & uires uniuerſæ quas in uineã Domini effundere debuimus. Sed hęc ſatis tibi ſint, fidelius omnia tecũ reputanti. Quod autem hoſtibus Euangelij, ueluti materia præbeatur, impia imperandi, dum inter Chriſtianos pia imperantur: argute magis atq; ex dolore ἀηδίας obijcitur, quàm uere. An enim ignoramus, Reges, Pontifices, & Imperatores ad decreta & interdi-
B cta confugiſſe, priuſquam ulla tum gens tum urbs pronunciaret, idola efferri debere? An adeò uelociter excidũt fulmina Romana? Sed ſcripturę uirtute agamus. Interdicebant recutiti pene, mente uero retuſi Iudæi, ne quiſquam nunciaret in nomine Chriſti, longe antea q̃ de non mutilando preputio conſtituerent Chriſtiani. At ob iſtam peruicaciam non ſunt cunctati Apoſtoli, quo minus à circumciſione auellerent. Da, ut nulla neq; urbs neq; gens hodie ſit auſa quicquam antiquare: quo quęſo loco res eſſent? an non ignobilis iſta nobilitas, tanquam poſtliminij iure omnia retuliſſet, quæ elata, & iure elata ſunt? Si quis mihi dicat, Deũ & ſuos & ſua fuiſſe defenſurũ: Reſpondeo. Quaſi uero, qui cum ſeniotibus & tota concione ſeruãt aut perdunt, ad uerbi Dei præſcriptum, extra diuinam prouidentiam ἐν ὑπερορίᾳ quadam degant. Breuiter: imperiti rerum, hiſtoriarum autem indocti uidentur, qui eam imprudenter contendunt. *Ignobilis nobilitas.*

Hactenus & ſcripturis & exemplis noui teſtamẽti ſolummodo uelitati ſumus: quod aduerſarij, ut ex re audio, uetus non recipiant in hoc argumento. Quos ego: ſed præſtat cohibere motus. Si Ezekiam, Iehu, Ioſiam, Heliam, & alios hac in re audiamus (aiunt) audiemus & Moſen, adulteros lapidibus obrui præcipientẽ. Par ratio, ſcilicet. Ceremoniæ nõ ſolũ in nouo, uerumetiã in ueteri teſtamẽto à prophetis male audierunt. unde nõ eſt ut de ijs, ut abolitæ ſint, diſſeramus. Sed iudicialia exemplis tũ Chriſti, tum Apoſtolorum eſſe abolita, nemo ignorat. Chriſtus noluit ſententiam in adulteram ferre, neq; animaduertere in diſcipulos iuxta legẽ, quod ſabbato ſpicas decerptas fricarẽt. Paralyticum autem lecti baiulatione legi obnoxium, autoritate magis quàm imperio defendit. Apoſtoli permittunt ea connubia, quæ more & ritu gentilium contracta fuerant, indiſſociata: &c. Porrò religioſa, puta quæ duobus iſtis præceptis, amoris Dei & proximi examinantur, ubi quiſquam repulit? An non Chriſtus Dauidem ipſum cum socijs ſacratũ panem edentẽ, pro defenſione ſuorum *Ceremoniæ, ſemper damnatæ. Iudicialia abolita.*

 citat?

C citat: quos alioqui ſacros, quod ſacrū tractauiſſent, eſſe oportuiſſet. Qua autem ratione id fecit? Charitatis perpenſione, quod iſta hoc requireret. Apoſtoli ex lege hauſerunt interdictum de ſuffocato & ſanguine. Sequetur ergo ſecundum iſtos, lapidario adulterorum? Sequetur indubie, ſi uſus poſtulabit, ſi charitas dictabit, ſi Apoſtoli, ſenatus, & populus Chriſtianus cenſeant. Si non cenſebunt, nemo tenebitur. nā non cenſebunt, niſi charitas moneat & religio. Sic imagines tollent cum Ezekia, Tigurum, Berna, Conſtantia: ſed tum, cum charitas iubet. non ficta illa, *Charitas uera & ficta.* quæ dicit ſe infirmis parcere, & Deum reliquoſq; filios Dei negligit: ſed ea, quæ nuſquam ceſſat, οὐκ ἐκπίπτει, Deo placere & illius religionem fouere: ea, quæ dicit, Deo magis erit mos gerendus quàm hominibus: ea quę tam perſpicua eſt, ut uideat quid quando poſſit obtinere: ea quæ ſcit, quantum debeat infirmis, & quantū perfidis ac deploratis. Cur ergo magiſtratus noſter ex religionis communis debito non debeat nobis, quod Ioſias debuit, & præſtitit etiam, Iudæis? excepto modo, niſi uſus quoq; eum poſtulet. Sic me intelligito. Cur nō debebit magiſtratus Chriſtianus imagines tollere (maxime dum uidet publicū eccleſiæ ſuæ *Simulacrorū ſublatio.* cōſenſum accedere) & Miſſam? etiamſi non debeat iſtud, ut ſacerdotes ſimul contrucidet: cum uidelicet citra tam crudele factum conſilium obtineri poſſit? Sin minus, iam nihil cunctabimur exempla etiam duriſſima ſequi: dummodo ſpiritus illa πληροφορία ſic adeſt, ut Heroibus iſtis adfuit. Ego enim, ut interim hoc dicam, uideo Epiſcopos non ceſſaturos eſſe à ſuis artibus, & turbis cōcinnandis: donec aliquem inueniant Heliam, qui mucrones in eos pluat. At interim dum charitas iubet bona ſpe illis parcere, parcendum erit. Cum contrà eadem charitas monet, interficiendos eſſe, propter ſalutem reliqui corporis: iam conſultius eſt oculum cę *Charitas.* cum erui, quàm totum corpus perire. Charitas ergo ipſa ſciet, quid facto ſit opus, D quid neglecto: non hercle compulſa ulla litera. non enim ſumus ſub lege, ſed ſub gratia: ſed quæ nihil timet diuina ſequi exempla, cūm ad eum locum uentum eſt, ut aut aduerſarius tollendus ſit, ſi modo cōuictus erit erroris aut doli, & tam abeſt ut reſipiſcere uelit, ut etiam contumaciter negocium faceſſat: aut religionis periculum ac damnū ſubeundum. Religionis dico, non noſtrū. Si enim nobis mactatis, ipſa nihilo minus religio noſtris manet integra, præbendū eſt iugulum Caiaphis etiam & Annis. Si uero Ezekijs, Helijs, & Ioſijs defendentibus ſeruari poteſt, cur non præſtarent? Sin iſtis ſolis tranquillus ſtatus ſeruari, & omnium tum conſenſu tum opera poteſt, iam nemo ceſſabit. Negabit ſe Paulus Titum circūſecturum, quicquid Iudaizantes inclament. Exemplum hic deſiderant aduerſarij: dedimus flagrum, quo Chriſtus fœneratores pepulit. Quod ſi minus recipiunt, hoc *Chriſti perſona.* ſaltem diſcant, Chriſtum per omnem uitam prophetæ & Epiſcopi perſonam tuliſſe: non regis aut magiſtratus. noluit ergo quicquam ἄτοπον, id eſt, abſurdum & indecorum huic perſonę gerere. Pro iudice autem, aut rege, cum ſe nunquam uēditauerit, ſaltē qui hac priore uice humilis adparuerat, una & altera uice oſtendit quid magiſtratui liceat: imò quid prophetæ quoq;, dū uſus poſtulat, & malum aliâs eſt immedicabile. Cum ergo iterum aduerſarij dicūt: Sic ergo compellemus quoſdam ad fidem? Minime: ſed pios tuebimur ab ijs, qui uim, ut primum dabitur, ingerent. id quod cum primis æqui & iuſti iudicis officium eſt. Sermo nobis eſt de externis, tum rebus, tum profeſſionibus. Quot enim uides hodie, qui metu aut Pontificia externa ſuſtinent, aut cū pijs profeſſione ficta conſentiunt: quorum indubie fides alia atq; alia eſt? Summa igitur ſummarum (ut finiam, non iam epiſtolam, ſed librū fermè, etiamſi formula ſit epiſtolaris:) Charitate autore, utemur *Charitatis exempla in externis obſeruāda* ueteribus & nouis exemplis, ad componendum externa iſta, tam indubie, quàm Chriſtus ipſe eſt uſus. Eſt tamen interim iſtorum hominū zelus nō iniquis modis

A dis obiurgãdus. Videtur enim facile ex fide talium hominũ, quo animo tam pro caciter erroneã opinionem defendant. Quod ſi hac gratia inueniantur facere, ut magiſtratus ſibi paulatim nimium permittat: zelum laudabo, ſed errorẽ corrigã. Si corrigi nolint, Lutheranos & Catabaptiſtas eſſe ſinã; ſed conſtantiſſime impugnabo. Ego enim uirum Chriſtianum id arbitror eſſe eccleſiæ, quod bonũ ciuem urbi. Quo circa, ut iſte nihil patitur pullulaſcere, quod urbem perdere aliquando poſſit: etiamſi ingenue ad quædã conniuet, ſed talia, quæ ſtatum publicũ nõ poſſunt peſſundare. Ita ille quædam, etiam nocentiſſima, aliquãdiu tolerabit: at non diutius, quàm, ut primũ liceat, eliminet. quædam nuſquam admittet: quædam quæ non ſunt mortifera, ſed per infirmitatem inemendabilia, neq; eccleſiæ ſtatum poſſunt inuertere, nunquam non caſtigabit, ſed ſimul nunquam non tolerabit. Ex primis ſunt, Miſſa, & imagines, ac ſimilia. tolerãtur enim ea, donec omniũ animi uideant (omnes intelligo euidenter, maiorem & ſaniorem partem,) quid de eis ſentiendum. Sic circumciſionem ferebant Apoſtoli, ſed data occaſione deiecerunt, Ex ſecundis ſunt. impia omnia: & reditus ad uomitum, & receptio ſiue Miſſę, ſiue imaginum, quæ & abolitæ fuerant, & iure uidebantur abolen. Ex ultimis ſunt, quæ Chriſtus docet eſſe permittenda, ut creſcant cum bonis: non ut eodem iure augeſcant, ſed quod ferri poſſint. qualia ſunt leuia iſta, quæ non præcipit adurenda eſſe cauterio, ſed ſeptuagies ſepties indulgenda. Decerpit ille noſter ex omnibus quæ audit, uidet, legit, intelligit, quibus & pacem publicam cuſtodiat, & omnem imbecillitatem adiuuet. nõ hercle quod legem ferre poſſint philoſophi, dum nobis placita ſua propinant, aut cogere hiſtorici: ſed quod Charitas, quæ domi flagrat, quicquid egregie uidet uel etiamnum fieri, aut olim factum eſſe, inſtar flammæ corripit, & ſuũ facit. imò ſe debere uidet & Deo & proxim. oquod opti-
B mus quiſq; ſemper præſtitit, etiamſi Antinous, ſit nõ Abraham: Vlyſſes, non Dauid: Miltiades, non Moſes: Thraſybulus, non Ezekias, quem in exemplum ſibi proponit, quamuis diuerſimode. quod enim alteri ex iſtis uel amore gloriæ, uel rerum auiditate fecerunt: hoc noſter faciat, amore Dei & proximi. id quod uere eſt, capillum & ungues præſcindere. Reſponſationẽ iſtam nõ accipimus, qua contentioſus diceret: Equidem ſcio omnia eſſe probanda, & optima eligenda. at nondum † coactus ſum ſcripturis, quod magiſtratus debeat externa, dũmodo poſſit, autoritate ſua abolere. Cur enim cũ contentioſis contenderemus? Porrò, qui nondum uident, amantem Dei & proximi, omnia utriq; debere, quorum ei eſt facultas (imò plura, niſi imbecillitas excuſaretur:) nõ potius contentioſos cenſeam ꝗ pios? Ligãt ergo nos, nõ Ezekias & Helias: ſed alligat nos par charitas, atq; idem ſpiritus, ad eorum exemplum imitandum, dum religio, uſus, & pax poſtulant.

Chriſtianus uir eccleſiæ idem, quod bonus ciuis urbi.

Omnes.

Charitas.

† Forte, conuictus.

Hæc mi Frater, cum non iam fuſe, uerum etiam cõfuſe, ueluti parrheſiæ noſtræ materiem prudentibus iudicijs ueſtris temere cõtraxiſſem, exploranda & ſeligenda: uenit ad nos N. Germanus tuus, atque paucis abeuntem allocutus uiſus eſt mihi quid huius ſententiæ reſipere. Tu ergo caue ipſum hoc meo ſcripto patiaris offendi. audio enim eum teneriter obſeruare Lutherum: qui utinam de ſe ipſe tam recte ſentiret, atq; nos. At hoc erat in fatis. Furatus ſum ipſe mihi aliquot horas, quas neceſſario partim poſt menſam ocio, partim uero negocio ſuccidi. Tu uero æquo & bono in conſilium uocatis (quid enim pietatis admoneam, cum nemo æqui boniq; cognitionem iuſtam ſine pietate poſſit habere:) & qualiacunq; ſunt, expende cum N. & quæ ſuperuacanea uel iniqua uidebuntur, reſcindite. Vale. Tiguri 4. die Maij. M. D. XXVIII. Huld. Zuinglius ueſter.

C

CASPAR HEDIO, IO. OECOLAMPADIO *Theologo.* S. D.

CONSTANS hic fuit fama, optime Oecolampadi, at quàm uera ignoro: te nouo quodam & ſingulari ordine habere ſacrum. Nam quę latine hactenus in templo, patrum conſenſu lecta ſunt, horum tu quædam diceberis alemãnica lingua legere: quædam omittere prorſus, tanquam nihil ad rem facienda: ut temporis iactura tibi ſemper uiſa eſt periculoſiſſima. Epiſtolam, Euangeliumq́ꝫ dicebant te uulgariter tantum proferre. Canonem, quem uocant, Miſſæ, à te non audiri, aut certe quàm breuiſſimis uerbis perſtringi. Præterea ceremonijs hiſce, quibus libenter & cum fructu in utraqꝫ, hoc eſt, uiuorum & mortuorum memoria utũtur quidam, te nequaquam uti. Huiuſmodi ſanè non mediocrem alicui inijcere poſſent de te admirationem, quis nam te ſpiritus huc adegerit. Adeò magni quidam, hæc quæ ſcribo & quæ non ſcribo, aſſeuerabãt. Quare per Chriſtum te oro, cui tua ſtudia, mores, & tota uita ſemper ſudant: ut quàm primum me per epiſtolam certiorem reddas, de toto negocio, & quidnam mutaris, quid omiſeris. Sunt enim, apud quos retulerit, certa & uera poſſe reſpondere. Et ſunt rurſus, qui quiduis etiam utcunqꝫ piũ, parum pie interpretantur. Scio pectus tuum tam uere Chriſtianum, ut abhorreat à ſedítioſa nouitate, & ab his quæ ſunt citra ſalutem animarum, finem fidei noſtræ. ut Apoſtolus Petrus inquit: Pacificos eſſe oportet, ut filij Dei uocemur. Scio quoqꝫ, quod tu Maiorum decretis, æquiſſimis inquam, nullo non tempore obtemperaſti: neqꝫ nũc, arbitror, aliud in mentẽ tibi uenit. Vellem & ego Chriſti doctrinam ſaluberrimam non modo in urbibus, ſed & in caſtris, pure, clare, atqꝫ concordia magna doceri. Faxit (oro) Chriſtus ut in ſuam gloriam dirigantur omnia. Bene

D Vale, Moguntiæ. M. D. XXII.

IOANNES OECOLAMPADIVS GASPARI *Hedioni, concionatori Moguntino.* S. D.

EQVIDEM, mi Hedio, cum res pie & inculpate geſtas, quæ in gloriam Dei, utilitatemq́ꝫ proximi cedunt, timide ac uerecunde celare, perinde uitioſum & indecens arbitrer, atqꝫ tumentibus buccis prædicare. (Nam ut arrogantia, boni exempli prouentus perit: ita exemplis bonis ignoratis, ad æmulationem nullus prouocatur. Tenebras ament filij tenebrarum, lucem filij lucis: Regum arcana celentur, Dei gloria prędicetur. Videant, ait Chriſtus, ueſtra opera bona, ut glorificent patrem ueſtrum in cœlis.) ea propter, quod quidam parum fideles teſtes de me ſignificarunt, quibus & fama, ut ſcribis, conſtans ſubſcripſit, me nouo quodam & ſingulari ordine habere ſacrum: non debuiſſet ingratũ eſſe, nec fuiſſet, ſi non (ut fieri ſolet) uana pro ueris, ambigua pro certis, ſed rem ſicut acta eſt, fideliter narraſſent. Neqꝫ enim aliquid geſſimus, uel attentauimus impium, uel ad ædificationem proximi inutile, uel Apoſtolicæ doctrinæ aduerſum, cuius nos pudeat, uel quod occultum optemus, uel cuius rationem reddere detrectemus, non modo tibi aut tam amice expoſtulanti, aut tam officioſe percontanti: ſed & omnibus: atque his maxime, qui nunc latrant, ubi nulli fures: querũtur, ubi nullum damnũ: impingunt, ubi nullum offendiculum: impietatis & arrogantiæ accuſant, ubi charitatis ac pietatis prima ratio habita eſt. Sed quid mirum, ſi factum noſtrum etiam digna fide annuntiatum, minus probent, male interpretentur, condemnent? Quid non reijcit ægrotorum ſtomachus? quid non arrodunt catuli? Itaqꝫ tibi, ſiquidem per Chriſtum oras, imò adiuras, rem ipſam certius aperiam; cõfidens tenui patrocinio me

non

Digitized by Google

A non modo ab omni impietate,ſed & à temeritate,& omni reatu,te & optimis qui busq; arbitris abſolutum iri. Nam quantum ad illos attinet, etiam ſi iuſta eis oratione reſpõdere adnitar,uel etiam ſi tu eos meo nomine demulcere uoles, uereor parum proficiemus. Quam gratiam enim, uel quem locum apud eos inueniant ueritas & pietas,tute ipſe non dubito experiris, cum illorum putida ulcera tangis uel extremo digito,teneris adhuc impendio parcens. Sed tu uide ſis, an Euangelici ſermonis libertati ad amuſſim hæc tua reſpondeat modeſtia. Fortaſſis hinc nouam calumniandi anſam arripient, quaſi Camarinam denuo moueam. ſed ferendum,quicquid illi aduerſus nos loquantur:modo nobis bene conſcij ſimus.Non eſt noſtrum, ut ſtudeamus placere hominibus:alioquin, quo pacto erimus ſerui Chriſti?Quantum ex nobis eſt,pax quidem habẽda cum omnibus: ſpectandum tamen, ne dum eam ſectamur immodice, Chriſtum ipſum amittamus: qui non pacem,ſed gladium ueniens miſit.& per Prophetam maledicit, prohibentem manum à ſanguine. ne dum pro terrena pace ſeruanda loquimur & tacemus,adulamur & carpimus,facimus & patimur, ſimulamus & diſſimulamus omnia:cœleſtem illam, quam mundus dare non poteſt,tandem deſideremus.En offerimus pacem,ſed non illi uiciſſim.Vellent nos ſibi parère in prauis, ſed nolũt ipſi nobis obſecundare in rectis.Vellent nos ſecum per ſuarum traditionum præcipitia trahere, nolunt autem nobiſcum ambulare in ſecuris mandatorum Dei itineribus. Vellent nos ſeculi contagionibus pollui,& nolunt ipſi uerbo Dei purificari.Vtri dignius ceduntꝰutri iuſtius alijs ſuccenſent? ſed ad rem pergimus. Fateor,mi Hedio,egi aliquid præter morẽ uulgi:ſed aliquid illud,non eſt aliud, quàm quod in liturgia epiſtolam & Euangelium uernaculo noſtro, non latino ſermone, populo huius arcis promulgaui. Alia quæ de me feruntur,uana ſunt: tantum Euan *Paci ſtudendũ, ſed quatenus.*

B gelium & epiſtolã germanico,& non latino ſermone,legi.Fateor, hęc legi,ut tibi relatum:ſed ea modeſtia, grauitate, & reuerentia, qua decet ſacroſancta Dei uerba annuntiare: nihil alioquin inſolitum admittens,nihil ex conſuetis ceremonijs prætermittens, nihil ex hactenus obſeruato ordine inuertens. Tantum idioma mutaui, in utilitatem auditorum: idq; mea opinione non infeliciter. Et hoccine tantum flagitij?Qui latine ita corrupte & miſere legunt, ut nec ipſi legentes, nec audientes inde ſenſum aliquẽ haurire poſſint: ueniam merentur. Qui lectionem ita ſilenter ſecum muſitant, ut nemo eos legere credat:innoxij habentur. Qui cachinnis, laſciuijs, incompoſitisq; moribus interſtrepunt: uix facti admonentur. Vnam ego rem facio,neq; ingratam Chriſto: qui,ut non eſt perſonarũ acceptor, ab omnibus linguis prædicari & laudari debet, neq; inutilem fratribus: maleq; audio apud eos, quorum erat gratulari, & factum comprobare. Habent'ne hic, quod male interpretẽtur? habent'ne, quod pro flagitio ducant? Ducũt plane pro flagitio, & ideo ſtomachãtur, zelant, carpunt, traducunt:& quibus nominibus, haud ignoro.Nam licet tu modeſte,ut ſoles,inſinuas, quod rem piam male interpretentur:nuntiatum tamen per alios,quo modo Acarnani illi in conuiuijs ſui ſimiles ſint. Verum illorum licentioſæ dicacitati ſatisfacere nolo,tuis literis reſpondere decreui:quæ, cum eas penitius excutio, ita mitius mecum expoſtulare uidentur.Ignoſce autem,ſi ad ſeueriorẽ trutinam eas expendero, quàm uerborum ſuauitas doceat. Tu me tangere durius noluiſti: ego lectis ipſis adulari mihi non debeo.Tendunt tamen in hanc,ni fallor,ſententiam.Cum adeò ſancte atq; reuerendæ leges omnes ſint, ut ſine illis concentus rerum, & ordo omnis turbetur ac ſoluatur:maxime tamen reuerendæ,quæ ad religionem & ad aras ſpectãt. Nam hæ non modo ad pacem reipub. faciunt, ſed & Deo nos quodam modo conciliant.Vnde qui in rebus ſacris,à præſcriptis patrum cõſuetudinibus, quæ legum & ca-

C & canonum uice ſunt: deſciſcunt, tumidi primum & rebellis animi arguuntur. dein aliquid autoritati eccleſiaſticæ derogant, ad hæc ſeditioſæ nouitati ſeruiunt: unde minus in admiratione ſacra myſteria, deſpicabilior cleri dignitas, importunior uulgi licentia. Et quid poſtea tutum? quid tranquillum? quid religioſum? Me igitur ſuſpicantur quendam legum & cōſuetudinum temeratorem, ac ſacrorum prophanatorē: quod mihi permiſerim, id quod à multis ſeculis ſua autoritate uel prælatus, uel epiſcopus attentarit nullus. Apparere rem magnam, alioqui non tantam, nouitas facit. Vnde hoc humilitati dabit nemo, ſed arrogantiæ omnes. Nemo pacis, ſed omnes ſeditionis ſtudio aſſcribent. quandoquidem in his tumultibus, nihil tam periculoſum, quàm moliri quippiam quod uel ſpeciem nouitatis præ ſe ferat: præſertim cum populus non tam ſalutaria, quàm noua audire cupiat, atque totus pruriat. Nemo hoc prudentiæ, ſed oēs uecordiæ tribuēt: nemo menti piæ, ſed oēs menti maligno ſpiritu agitatæ. & in ſumma: nemo bonitati, ſed deſperatæ malitiæ omnes acceptum ferent. In hunc modum per epiſtolam tuam, non tu, ſed ipſe me accuſo. Non deſunt tamen, qui factum hoc ſimiliter iſtic interpretantur, apud quos ut habeas, quod pro me reſpōdere poſſis, ſi forte audient: patiēter lege, quæ pro me, ut reus, affero. Rem per ſe honeſtam, honeſtiorem dices: ſi quibus cauſis, quibusque modis acta ſit, cognoueris. Quæ mox ſubiunxiſſem, ni tu commemorares conſenſum patrum, conſuetudinem ceremoniarum, & decreta Maiorum: quæ tamen nihil me urgent, niſi quod alicubi cauent, ut metropolitanæ, cathedralisue eccleſiæ ritus, eccleſiæ inferiores imitentur. Quamuis autem haud operæpretium crediderim tecum, utpote homine theologo, & in his iam exercitato, multis agere: agendum tamen aliqualiter. fortaſſis hinc potiſſimum iuſtificabor. Igitur legibus honorem ſuum ſaluum, atque inuiolabilem eſſe autoritatē, optaui qui-

D *Legum ius, & dignitas quāta* dem ſemper, atque num maximopere uelim: ſed cogitare oportet, quę legum dignitas, & quantum ius. Non enim illæ ſupra homines: neque homines propter leges, ſed leges propter homines. Leges, quomodocunque illas appelles, ſiue decreta, ſiue ritus, ſiue alijs nominibus: ut pharmaca ſunt, quæ ſanis ſuperuacanea, ęgris uero cum male habent, ſi accōmodentur probe, in ſummo ſunt precio. Legum uſus

Legum uſus. eſt, ut magis mens legum quàm uerba ſpectentur. neque peccat aliquis in eas, qui relicta litera, ſenſum ſectatur. Alioquin, ut res humanæ omnes nunquam in eodem ſtatu permanent, ita & leges male ſtabiles ſunt. Interim eas omnino reſpuit neceſſitas: interim duriores, mitioresue petit: nunc ſtant, nunc cadunt. Itaque uidendum primo, quatenus conducant, & an ſalubrius aliquid afferri queat. Eatenus ſanctæ ſunto: modo non conferantur cū lege Domini, qui ſolus ſancit nullo æuo abolenda, ſolus ſtatuit omnibus temporibus accommoda. Qualis eſt dignitas hominis, qui natura mendax, ad Deum, qui uerax & fidelis in operibus ſuis: talis eſt & humana conſtitutio, ad diuinam comparata. In æternum permanet uerbum tuum Domine, dixit Pſaltes. at Chriſtus: Donec tranſeat cœlum & terra, iota unum aut apex unus non prateribit à lege. Exiccatum eſt fœnum, dicit nobilis Propheta, & cecidit flos, uerbum aūt Domini manet in æternum. Salutem Chriſtus non in obſeruatione τῶν ἀνθρώπων ſitam docuit dicens: Fruſtra colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. At de præceptis Dei, inquit: Si uis ad uitam ingredi, ſerua mandata Dei. item: Sermonē meum ſi quis ſeruauerit, non

Humanæ traditiones. guſtabit mortem uſque in æternum. Humanæ traditiones nunc labruſcæ uocantur in ſcriptura, quas ingrati rependunt: nunc harena, ſupra quam infeliciter ædificatur: nunc ciſternæ, quæ aquas continere nō ualent: nunc diadema Heſter, abomi

Domini lex. nabile: nunc panni ſordidiſſimi, nunc alijs uilioribus nominibus. Contrà, lex Domini quanto honeſtioribus appellatur, nempe fons aquarum uiuentium, lignum

uitæ

A uitæ, petra ſuper quam bene ædificatur. Et quid multis? APOSTOLI IN PRI
MO CONCILIO ſuo decreuerunt, abſtinendum eſſe à ſanguine & ſuffocatis: *Lex de ſuffoca*
& quis hodie hoc ut legem agnoſcit? Seruiebat hoc probe illorum temporum pa *to et ſanguine.*
ci, nunc momẽti nullius eſt. Itaq; uigeant leges, ſed quatenus proſunt: & ne ui-
num ab impijs cauponibus miſceatur, diſcriminatæ ſint humanæ atq; diuinæ.

Iam cum ad ſacra uenitur, in primis opus eſt, ut leges ſeruentur. ſed primum, ſi
quæ à Chriſto datæ. ſimiliter & ritus, ſi qui à Chriſto præſcripti. & dein ſuo loco,
quod ab hominibus accepimus: ubi commodum fuerit ac conducibile. Hic dole
re, hic ingemiſcere, hic deplorare licet. Vere enim hic ordo rerum turbatur: zelus
non eſt ſecundũ ſcientiam. Hominum mandata defenſantur, diuina impune ne-
gliguntur. Conſuetudines patrũ iactant, iterumq; iactant: non ſecus ac illi, in quo
rumore erat, Templum Domini. Deum ac ſaluatorẽ Patrum blaſphemare non
uerentur. En quàm breuis, quàm facilis, quàm ſimplex, quam nudus à ceremo-
nijs huius ſacri myſterij ritus, uti à Chriſto nimirum optimo prudentiſſimoq; le-
gislatore inſtitutus. Cætera quàm uaria ac multiplicia, in uniuerſum omnia, quæ
ab hominibus adiecta ſunt. & offendes quidem aliqua, quæ non multum aut eru
ditionis aut pietatis ſapiant. inuenies autem & quę ſpiritu ſancto afflati proculdu
bio in eccleſijs ijſdem horis tractari uoluerunt. Quorum omniũ diuiniſſimum
& certiſſimũ credo eſſe uerbum Dei. Ait enim Apoſtolus: Cum cõuenitis, unuſ-
quiſq; ueſtrum pſalmum habet, reuelationem habet, linguam habet, interpreta-
tionem habet: omnia ad ædificationem fiant. Similiter è bono ſpiritu profectũ eſt,
ut fiant obſecratiões, orationes, poſtulationes, gratiarũ actiones pro omnibus ho
minibus, & pro regibus, & omnibus qui in ſublimitate cõſtituti ſunt, ut quietã &
tranquillam uitam agamus in omni pietate ac caſtitate. Verum quales, & quan-
B tæ preces, uel quæ & quantæ lectiones: hoc noſtri arbitrij eſt. In diuinis nihil no-
bis eſt iuris. Atq; ô utinam, in diuinis nihil mutatum uideremus: & zelus noſter
hic tam flagraret. Cæterum in alijs ritibus ego ſanè nihil offendor: tantum in ec-
cleſijs ægre probarem, deeſſe preces: maxime autem, ſi prophetiæ deſiderarẽtur.
Hæc ubi aliquo modo conſtant, in alijs, ſiue ceremonijs, ſiue ritibus, non pluri-
mum momenti eſt: tantum ne ſuperbe in ſcandalumq; puſillorum contemnantur,
qui uix hoc lacte abarceri poſſunt. At nihilominus, ſi uel euidens proximi utili-
tas, uel Dei gloria aliud requirat, ſcilicet ut quid præter ſolitũ morem agatur: non
uideo quid impedire debeat, aut poſſit, quo minus audeatur. Neq; in his epiſco
pi conſenſu ſemper opus. Præſens ipſe, quanto magis ualet cõſilio ac pietate, tan
to magis audiendus. abſentem in re per ſe pia, atq; à Chriſto permiſſa, quid opus
eſt conſulere? præſertim cum fermè omnia non niſi præſtita pecunia, multisq; pre
cibus obtinentur, & difficile: atq; ipſi alijs negocijs dediti ſunt. Aut, ſi in die Domi
nico, uel cõfeſſoris alicuius feſto, quo in cæteris templis legitur, pro ut docẽt ephe
merides annuæ: ego pro ſedandis quibuſdam tumultibus, de charitate, & ex epi-
ſtolis & euangelijs ſelectiores quoſdam locos depromptos promulgarem: reus
eſſem inconſulto epiſcopo, etiamſi non longe abeſſet, etiamſi adeſſet, & nihil illi
harum rerum curæ foret? Et neſcio, an id genus hominũ epiſcopos appellare de- *Epiſcopi.*
beam, ſi præter infulę & baculi geſtamen, & inunctiones, & characterum ſcriptu
ram, ac eiuſmodi, epiſcopale reliquum habent nihil. Certe ab his, qui ſpiritũ Dei
habent, non agnoſcuntur: niſi ut parietes dealbati, ut arbores abſq; fructu, ut ne-
bulæ turbinibus agitatę. Nam forte uix conſtituti ſunt in caudam, & pro capite ſe
uenditant: alieni ſunt ab omnibus chariſmatibus ſpiritus, & præcipua munia ſibi
uendicant. quaſi ſat ſit ab homine unctum eſſe, & non ſuperne. Vnicuiq;, ait, da
tur manifeſtatio ſpiritus ad utilitatem: alij quidem per ſpiritũ datur ſermo ſapien-

C tiæ, alij ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum, alij diſcretio ſpirituum, alij ge-
nera linguarum, alij interpretatio ſermonum: Hæc autem operatur omnia unus
atq; idem ſpiritus, ſingulis prout uult. Prodeāt illi, & uel unum illorum donorum
Templorum theatrica. proferant, ut eis alij iure cedant. Apparent quidem cymbala, ueſtes, pompæ, ſuf-
fitus, faces, boatus, & rerum pròh nimium remotiorum figuræ: ſed ſunt non niſi
theatrica, ad utilitatem eccleſię uel nihili, uel minimū facientia, propter quam ta-
men ſpiritus datur. Nam ipſi interim dum quærunt quæ ſua ſunt, occidunt, ma-
ctant, & perdunt. Et unde illa, uel quæ illa poteſtas? Poteſtas, inquit, in ædificatio
nem, non in deſtructionem data eſt. Atqui uiuant illi in delitijs, ſeruandi in diem
illum uictimæ, quo in conculcandis ipſis, is qui uenit de Aedom, tinctis ueſtibus
de Boſra, ſanguine illorū omnia ueſtimenta ſua coinquinabit: Nos aliorum no-
bis exempla proponamus, interrogantes uidelicet patres noſtros, qui conſtituti
ſunt principes ſuper omnem terram, & ipſi dicent nobis Maiores noſtros, & ipſi
reſpondebunt nobis. Nam ſi cæci ſpeculatores non uident, quid utile gregi, uel
magis: utile oculatis ne alijs propterea ceſſandum ab admonitione? Obmuteſcen
tibus, quorū eſt dicendi officiū: obmuteſcemus ne ſemper & nos, ubi tetigerit cor
da noſtra ſpiritus? Timētibus ſibi, & nihil aggredi audētibus, his qui primas par-
tes tenent: prohibebitur ne prætextu clauium, quibus gloriantur, ne progrediātur
alij? Melius ſuis prouidet Chriſtus: & iubet, ut unuſquiſq; ſecundū gratiā ſibi da-
tam operetur. Ab uno quouis rationem talenti concrediti quæret: Vnamquamq;
infructuoſam arborem maledicet: Maledictus omnis qui non relinquit ſemen in
Iſraël. Hortatur nos Apoſtolus, ne in uacuum gratiam Dei accipiamus. Pertinet
etiam ad nos, quod Timotheo dicitur: Noli negligere gratiā, quæ tibi data eſt per
impoſitionem manuum. Quæritur etiamnum, an fideles diſpenſatores myſterio-
D rum Dei ſimus? Demandatum eſt, & nobis de proximo: Et omnibus modis ur-
gemur, ſi Chriſti ſumus, non quæ noſtra ſunt quærere, ſed quæ aliorum, idq; in
Chriſto. Iam quid, quod præſidet epiſcopus & uiolenta eſt cōſuetudo? Apoſto-
lus ille non ab hominibus, ſed à Deo uocatus, inquit: Quod ſi alij reuelatum fue-
rit, prior taceat. En, legentem diaconum ut auſcultet epiſcopus, religio iubet. Ne-
ceſſe item, ut cuiuis τῷ θεοδιδάκτῳ cedat, ubi ſpiritus affuerit. Et quid mali, ſi
aliquid prioris conſuetudinis aboleri ſinatur, ut longe cōducibilior ſuccedat? Spi-
ritus, ait, prophetarū, prophetis ſubiectus eſt, & quanto magis conſuetudo ipſa?
Non ſpectant ſpirituales quorſum eat multitudo, ſed quod iter commodius: con
tendunt magis ire per anguſtam, quàm per amplam. Vbi ſpiritus, ibi libertas. Etſi
ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege. Aut, ſi tanta uis conſuetudinis: qua autoritate
alij hymnos, alij tropos, alij alia cantica, alij alios ritus antea incognitos inuexe-
rūt? Excuſauit illos pietas, & animi ſynceritas, uel ſaltē perſuaſa populis: cur non
& noſtra ætate aliquid præter inſtituta patrum agere culpa caret? Fieri poteſt, ſub
boni ſpiritus ſpecie, tegant ſe mala: ſed ſpirituales dijudicēt omnia. In ſumma, mi-
hi nulla eſſe uidetur legum temeratio, uel ſacrorum prophanatio, ubi menti legis
aut conſuetudinis fit ſatis, hominumq; ſaluti conſulitur. Et de his ſatis: Excurrit
enim ſermo latius quàm uolebam. Pergat nunc ad ea, quæ pollicitus ſum: ut ſcili
cet, quibus modis hoc negocij tractatum ſit diſcens, uideas me planè eodem quo
olim animo eſſe. Sed accipe. Quoniam Franciſcus à Sickingen, clariſſimus Ger
maniæ eques, & Imperatorij exercitus capitaneus, me accerſiuit ut familiā ſuam
in templo Chriſtiane inſtituerem, imò iam pridem inſtitutam ſpiritualibus ſermo
nibus paſcerem: nihil tam muneris mei putaui, quàm ut illi lex euāgelica, fami-
liaris, cognita, & in prōptu eſſet. unde poſtea per ſeipſam ad uera ſynceraq; Chri-
ſtianiſmi ſtudia tenderet, nempe pacem, manſuetudinē, modeſtiam, charitatem,
pietatem,

A pietatem, & ante omnia egregiam in Deum fiduciam. Et per dies quidem quadragesimæ, quibus aderam, nihil obſtabat, quin lectum latine Euangelium mox interpretari poſſem, & familiariter ad pietatis ſtudia inhortarer. At poſt paſcha id minus commodum fuit, non enim familiæ uacat, ut multam temporis partem in templo tranſmittat, aliò uocantibus negocijs. Et ſunt, quibus quantumuis parua illic mora, faſtidiū parit. Pleriq; tamen, ut fermè ubiq; mos eſt, amant quotidie audire, imò uidere ſacrum: imò audire non intellecta noſtra murmura, & ſpectare ceremonias, adeſſe benedictioni, & interim perfunctorie ſeſe Deo commendare, atq; ita ſe, illo quo hæc obſeruant die, ſatis pios eſſe putant. Quod ſanè exigui fructus eſt: & credo pleriſq; interim cōducibilius, ut arare, uel texere, uel ligna incidere, uel aliud quiddam operæ. Templum enim Chriſtianis, totus orbis eſt: & nuſquam non orare, & Deum colere, ſpiritu & ueritate (ut ſcilicet coli uult) atque etiam preculis labiorum, & laudibus conuenit. Templa Chriſtianorum maxime extructa ſunt, ut in eis commodius ad audiendum uerbum Dei, & myſteria celebranda conueniretur: non adeò propter preces, & cantilenas. Tametſi nunc nullis non tumultibus (ita enim à prophetis cantus quorundam dicuntur:) uerbum Dei cedere, & eſſe loco poſtremo cogitur. Itaq; de ea re, cū Franciſco Decurione & patrono egi, ut quotidiana aliqua ſacra lectione in templo ſui paſcerentur. uiſumq; eſt ipſi (ut acris eſt iudicij,) nec nō & nobilibus & clariſſimis uiris Diethero à Talburg, & Hartmudio à Cronberg: quos tu ſcis, quàm uere Chriſtiani ſint: uiſum, inquā, eſt eis, eſſe in rem rudium & piorum, ſi inuertatur uulgaris ille mos, quo ſolemus dominico tantum die uerbum Domini annūtiare, & per integram hebdomadam Miſſas habere: ut potius omnibus diebus annūtietur uerbum Domini, & ſolis dominicis ac feſtis diebus fiat ſacrum, ſiquidem utroq; potiri non da-

Templū Chriſtianis eſt totus orbis.

Templa Chriſtianis cur extructa.

B tur. Quæ ſentētia & mihi probabatur. Attentata tamē eſt uia alia per me: nempe, ut epiſtola, euangeliumq; uernaculo noſtro idiomate legatur. Poſſe autem, & licere hoc, Pauli teſtimonio docebam. & ita ſemper affore pabulum uerbi Dei, & non defore ſacrum, neq; plus ſolito temporis inſumi. Non eſt repugnatū, ſed aſſenſum ab omnibus, quorum intererat. Proinde ne cui repentina rei nouitate offendiculo eſſemus, negocio in diem dominicum dilato, primum auditorum animos: familiari oratione parauimus: quam ad te quoq; perſcribo. ubetius enim ex illa accipies, quare id auſus fuerim. Forte autem fortuito lectum erat in Euangelio: Venit hora, cum iam non in parabolis loquar uobiſcum. Hinc opportunitatem dicendi aucupatus, in hanc fermè ſententiam uerba feci.

SERMONIS THEMA.

VENIT HORA, CVM IAM NON IN PARA*bolis loquar uobiſcum.*

QVAM uellem, amici, ut magiſter & Dominus noſter Ieſus etiā nobis loqueretur. idq; nō peregrino ſermone, neq; per parabolas: ſed aperte. Quid enim beatius, & quid iucundius, quàm audire eum, cui angeli auſcultant, qui fons eſt omnis ſapientiæ, qui theſaurus omnis ſcientię Dei: Imò loquitur nobis multifariam, multiſq; modis: nunc per beneficia, nunc per pœnas, nunc per ſcripturas, nunc per creaturarum pulchritudinē & ornatū ac uſum. At nos craſſiores parū intelligimus. Voluimus eſſe, ut dij, ſcientes bonū & malū: & aperti ſunt òculi noſtri ad malū, obſcurati ad bonum. Loquitur pręſentiſſime nobis, quoties uel epiſtola, uel prophetia, uel euangelium prælegitur. Et doleo noſtram miſeriam, in quam peccatum intue

C xit. Nõ ſatis erat, puſillos eſſe ingenio, & intellectu. Ex peccato ſuperborum, qui uſq; in cœlum turrim & monumentum nominis excitare uolebant, confuſæ ſunt & linguæ, ita ut alter alteri ſit barbarus. Vnde cum pleraq;, quæ per ſanctos ſuos annunciat Chriſtus, non ſolum uti per parabolam dicuntur, ſed & prorſus nõ intelliguntur: & ob neglectũ interpretationis ego quoq; uobis ſæpe barbarus ſum. Sane nihil unquam in ſacris lego, quod non ex toto animo precor, à uobis quoq; intelligi: ut aperte uobis loquatur Chriſtus, & non per parabolam. Et profecto, quantũ in me eſt, nihil à uobis celarem unq̃, ni ferrea conſuetudinis lex tam obſtaret: quo non ſolũ eodem animo, ſed & idiomate eodem Chriſtũ glorificemus: & quoties mihi in ſcripturis loquiť Chriſtus, loquatur: et uobis, & me Deo loquẽte, eodem idiomate, uos quoq; mecũ Deo loquamini. Atqui ego latine, uos Germanice loquimini: & ſi eiuſdem, ut confido, animi, in ſacris tamen nõ eiuſdem labij. Et in his, quæ Deo loquimur, non tantum, imò nihil periculi eſſet, etiam ſi unuſquiſq; propriã linguam habeat. nam hoc eſt, Deo & ſibijpſi loqui. Cęterum, dum ego uel alius epiſtolam, aut Euangelium legit, cum nõ ſibi, ſed eccleſię legit, multum refert, an intelligamur ab eccleſia. alioquin ſumus, ut in aërem loquentes. At quoties hoc contingit, rem ita firmante inueterata conſuetudine? Non finit breuitas temporis ſemper, ut latine lecta interpreter. Attamen charitas iubet, ut quoad fieri poteſt, proſim. Vrgeor igitur hinc & inde. Vellẽ per me prophetas & Chriſtũ aperte loqui, ita ut ab omnib. capiar, ſed obſtat cõſuetudo, qua hactenus nõ niſi latina lectio habita: & ſi uacabat, addita eſt interpretatio. Quid faciã? Scio. Dabo aliquid conſuetudini, dabo etiã aliquid charitati. Excuſabit charitas, quod decedit priſtinæ cõſuetudini, feret charitas, quod indulgebitur cõſuetudini. Excuſet igiť charitas: ut (ſicut deliberauimus) alemanice epiſtolã et euãgeliũ legamus, D ſi interpretãdi latinã lectionem opportunitas defuerit: & ita cõſuetudini aliorũ refragabimur. Ferat charitas, quod præterea nihil aliud immutamus. Vt enim quędã mutamus, ueſtra charitate facimus. quod uero in alijs nõ idẽ facimus, aliorum charitas cogit: ne putent nos omnino eorũ morẽ faſtidire, & occaſionẽ quærere, ut ab amicis diſſideamus. Quod omniũ maxime abſit, ut propterea pericliteť charitas. quin potius, hac uia quæratur & fundetur charitas. Audietis enim omnia ad charitatẽ nos allectare, charitatem ſolam præcipi, in charitate legem & prophetas impleri. Hanc quærite, hanc diſcite, hanc ſeruate uirtutem. Solet rerum nouatio, quantulacunq; ea eſt, parere ſuperbiam mentis quibuſdam, at uobis humilitatem & modeſtiam hæc nouatio inſerat. Ne quis inde alios, qui hunc morem non obſeruant, uel obſeruarunt, contemnat, iudicet, arguat ne: quis propterea clero obmurmuret, ne quis charitatis uincula rumpat. De dono habete gratiam Chriſto, ſi hic, uel alibi lingua, quàm intelligitis, uobis loquatur Chriſtus. Sin aliter, ut hactenus, contingat: ne ſitis cuipiam moleſti. ſed orate Dominum, ut ſua uobis uerba reuelet: ne claudat ſuper uos cœlum, ita ut ſit æneum, & nubes ſanctę imbrem ac ſtillicidia diuinorum eloquiorum ſuper uos nõ pluant: orate, mittat operarios in meſſem: orate, ne deſint interpretes. Charitas ſanè uult, ne efferamur, ſi feliciter nobiſcũ agatur: & ne graues ſimus, his quibus minus datũ eſt. Charitas omnia in optimã partẽ interpretatur. Itaq; abundent alij in ſenſu ſuo. Nos non ualde anxij ſumus, quid patres mouerit, quod peregrino idiomate maluerunt ſacra legi: ſiue hoc ob ſimplicitatem, ſiue ob incommoditatem introductum: aut quòd parum canticis aptus olim fuerit ſermo patrius, utpote parum nitidus, & qui ob barbariem uix ſcribi potuit: aut quòd in magnis templis ob aduenas peregrinos, Latina lingua illuſtrior, & communis proderat, ut etiam orientalibus Græca: aut in hoc Magnatibus nonnunquam eſt gratificatum. Nos magis ueterum candidos

Linguarũ confuſio unde.

In eccleſia, utẽdũ lingua, quæ intelligatur.

Cõſuetudini et charitati quatenus ſimul inſeruiendum.

Charitas.

mores,

In ueterib. quæ imitanda.

A mores, ardentem fidem, ſequacia & obedientia pectora, facilitatem & ſanctimoniam admiremur: imò imitemur. Tantum, quantum ad id negocij attinet, ne deſpiciantur à nobis alij, ſiue ſuperioris, ſiue noſtri ſeculi. Sequuti ſunt illi ea quæ ſibi conducere uiſa ſunt: neq; præſcribere potuerunt poſteritati, ut id ipſum cogeretur facere. Liberũ igitur eſt & nobis ſectari, quæcũq; animabus noſtris maxime proſunt. Et hoc eſt, quod præſenti ſermone, ut uos admonerem, iuſſit charitas: ne forte ſi repente, & præter expectationem hoc me agere uideretis, ſiniſtra ſubrepat cogitatio: Quid hic noui molitur? cur non more parentum noſtrorum nos relinquit ſimplicitati? an non & alij bonæ frugis ſacerdotes ſunt? Excludite hos cogitatus, depellite hæc hoſtis iacula, ne facite ex antidoto uenenum. Inuidet uobis antiquus ſerpens hanc felicitatem. Nihil ei moleſtius contingere poteſt, quàm dum ſacra ſcriptura ita legitur, ut ab omnibus intelligatur. Nam ſimul atq; buccinæ harum tubarum clanxerint, muri Hierichuntini corruunt: deteguntur foueæ, & laquei, & doli. non ita paſtorum uocem lupi fugiunt. Sicut etiam nihil gratius dæmoni, auditorum ſomnolentia & ſurditate. Regnum enim ſuum nullis præſidijs tam firmat, ut obliuione beneficiorum Dei, & neglectu uerbi diuini. Cauet, ne lux irradiet. Abſcondit ſe, ne audiat uerba incantantis ſapienter. Et quemadmodum olim confuſæ ſunt linguæ ædificantiũ turrim Babel, ut ædificantes à ſtulto ſuperboq; cœpto deſiſterent: ſic & dæmoni unicum ſtudium eſt, confundere linguas, ita ut doctor diſcipulo barbarus ſit, minusq; ædificentur muri cœleſtis Hieruſalem. Hinc ſtupenda illa quorundam ſciolorum temeritas & oſtentatio, qui cum uix tria uel quatuor uerba latine ſciunt, totas conciones quas habent latinis peregrinisq; alijs uerbis ita interpolant, ut maximam temporis partem abſq; fructu tranſmittant. Nihil ita amat uerbum Dei, quàm ut dilucide prædicetur, &

Sacra ſcriptura ita legenda, ut intelligatur

Linguarum confuſio.

B clare, atq; adeò ſuper tecta & in plateis. Non factum eſt ſine conſilio ſpiritus ſanſancti, euangelicas hiſtorias tam ſimplici ſtilo deſcriptas. Et certe non eſt qui legit, & excuſari poſſit, ſi reijcit tam fideliter tradita, tam obuia, tam fuci neſcia. Eſto autem ſint quædã uerba, quæ euangeliſtæ ac patres non ſunt interpretati: utpote ſunt, Alleluia, Adonai, Eli, Oſia ana, Amen: non eſt tamen, quòd Porphyrius & Lucianus nobis improperent, quaſi peregrinis & incognitis uocibus ſimplicitati plebis impoſtum ſit. Neq; enim ignorari eas uoluere patres: ſed iam frequẽs erat, & recepta imitatio hæc, & ludus quidam ſanctus, patrum conſuetiſſima uerba in promptu tenere, ita conuictu docẽte. Igitur ſcio dæmonẽ uobis hanc felicitatem inuidere: nec omiſſurum, quin excitet quorundã ſibila, qui factum hoc carpant, quaſi irreligioſum: & fortaſſis impedire conabuntur. At uos, ne dederitis locum hoſti. Orate, ut expellat Chriſtus hoc dæmonium ſurdum & mutum. Res ueſtra agitur amici. Veſtri cauſa cœpta ſunt hæc. Ego ſanè priuatum commodum nullum hinc expecto: niſi forte, ut à nonnullis peruerſis male audiam. imò in uobis ſitum eſt, ut multum hinc lucri mihi accreſcat. Veſtram enim utilitatẽ, & ueſtros fructus, pro meis maximis lucris habeo. Fides ueſtra, & ſalus, indeprędabiles mihi theſauri erunt. Et per omnia commodi multum, & incommodi nihil proueniet. Vnde dic, obſecro, ſalus? nõne ex fide? Vnde fides? nõne ex auditu? Et quomodo audiemus, niſi ſint qui mittantur, & doceãt? Quodſi nobis illi fuerint barbari, uel nos ſurdi, quæ ſpes ſalutis? Perinde autem eſt, ac ſi non audias, ſi audis, quod non intelligis. Eſto autem, ut alijs temporibus hæc doceantur, clare, & manifeſte: habet tamen miram quandam energiam, dum inter ſacra intelligitur uerbum Dei: & non uulgariter mentem afficit, & rapit, myſterium aliud mox ſubſequuturum, quod eſt, quaſi uox clamans, ut paretur uia Domino iam aduentanti. Hanc potiſſimum liturgiæ partem à uobis capi oportet, ipſaq; propter uos potiſ-

Euangelicæ hiſtoriæ ſimplicitas.

Porphyrius. Lucianus.

Salus ex fide, fides ex auditu

Digitized by Google

Verbi Dei, cũ annunciatur, quanta utilitas

C ſimũ agitur. Qui euangelizat, alijs euãgelizat: qui Apoſtolus eſt, alijs Apoſtolus eſt. Vnde iure ueſtro fraudari uos nolim, pabulo ſcilicet uerbi dei. Quo quid utilius, magis ue ad uos pertinẽs dici poteſt? Verbo Dei è tenebris ad lucẽ trãſitis, & illuſtramini. Verbũ Dei uos præcedit in hoc deſerto, ut columna ignis per noctẽ. Verbo Dei, ut ſagena quadã à ſpiritualibus piſcatoribus in portũ trahimini: quo ſiccato humore noxio, eduliũ ſitis Chriſto. Verbo Dei, ut claui, uobis cœlos aperiunt Apoſtoli, ſi ipſos auditis: uel uos inferis & exterioribus tenebris obnoxios relinquunt, ſi cõtemnitis. Verbo Dei muniti, ſtare poteſtis aduerſus principes & poteſtates mundi, aduerſus rectores tenebrarum harum, aduerſus ſpiritualia nequiciæ in cœleſtibus. Verbo Dei, ut cœleſti pane, & uero manna uegetamini, & creſcitis in uirum perfectum. Non in ſolo pane, ait Chriſtus, uiuit homo: ſed in omni uerbo, quod procedit ab ore Dei. Et tantá ne cõmoda, tantos fructus, tantam beatitatẽ, citra culpã abſcondere? At quid multis? Vbi uerbũ Dei, ibi abeſſe non poteſt Chriſtus. Itaq; dum me auditis, nõ me auditis: ſed Petrum, uel Paulum, uel Ioannẽ, uel cuius ſcriptura recitatur: imò non illos auditis, ſed in ipſis Chriſtum. Nam Paulus, iam nõ eſt Paulus: nec Pauli uerba, uerba ſunt Pauli: nec Pauli mandata, mandata ſunt Pauli. dicit enim: Viuo ego, ſed iam non ego, ſed uiuit in me Chriſtus. & iterum: An experimentũ eius quæritis, qui in me loquitur Chriſtus? & alibi: Si quis propheta uidetur eſſe, aut ſpiritualis, cognoſcat quę ſcribo uobis, quia Domini ſunt mandata. Quis non libenter audiat Chriſtum, habentẽ uerba uitæ æternæ? Quis ſe ab eius colloquio abſtrahet? Hinc ſe uobis offeret quotidie honeſtior confabulandi materia, hinc piarum cogitationum naſcetur turba, hinc bonorum operum prouẽtus creſcet: hinc quaſi ad ſpeculum uel ſordidi maculas detergent, uel puri ſe magis adornabũt. Hinc ſibijpſi quis pædagogus erit, & re-

Euangeliũ uernacula lingua in Eccleſiis proferendum.

D pẽte doctor euadet. Sed manifeſtior eſt utilitas, quàm ut de ea uerba facere opus ſit. Etiam ſi non tanta eſſet, ut eſt maxima: omnia tamen quæ interim aguntur, omnes ceremoniæ, omnes ritus, ut diligentes auditores ſimus, nos uocant. Quare altiori uoce cantatur euangelium, ſi non aſſunt qui capiunt? quare in æditiorem locum conſcenditur? quare ad populum proditur? quare accenduntur cerei? quare ſurgũt omnes? quare adaperiunt capita? quare arrigunt aures? Si igitur deſit interpretatio, an non dici uobis poterit: populus hic auribus me honorat, cor autem eorum longe eſt à me? Non impropero nobis Iudæorum maliciam, qui incircumciſi auribus, audientes non audiebant. Non mihi eſtis domus exaſperans, ut palato meo lingua adhærere debeat, & ſim uobis ut mutus, iuxta Ezechielis dictũ. Attamen uere ad uos pertinet uaticinium & maledictio, ſi gratum eſt, quod auditis, & non intelligitis: ſi ita auribus aſtatis, ut alibi cor uagetur. Res, ſcio, ludo ſimilior uidetur, quàm religioni. Intelligit Gręcus quid ſibi legatur, intelligit Iudęus. Quomodo nos Chriſtiani deterius habebimus? Quis ludit populo comœdiam uel tragœdiam, peregrina tantum lingua? Quis legatos ſuſcipit, cum quibus nullum linguæ cõmercium haberi poteſt? Cui tam gratus nuntius, cuius ſermo ignotus: ut is, qui uerba loquitur quæ intelligi poſſunt? An non hoc eſt, quod conqueritur Moſes, ille alioqui in omni Aegyptiorum diſciplina eruditus, cũ ait: Ah Domine, non ſum eloquens ab heri & nudius tertius: ex quo loquutus es ad ſeruum tuum, impeditioris & tardioris linguæ ſum? Quid dixiſſet, ſi totus barbarus? An non & idem cauſatur Hieremias, cum ſuper gentes & regna conſtitueretur propheta, & diceret: A, a, a, Domine Deus, Ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum. Non omnino mutus erat, ſed diffidebat ſe populo poſſe perſuadere. Nobis ne curæ erit, ut omnino non intelligamur, nec intelligamus? Eſtne hoc argentum eloquentiæ, quod in ædificium tabernaculi inferimus? Sunt ne hæc myſtica ſacerdo

talis

A talis ueſtis cymbala? Sunt hæ tubæ argenteę ductiles, ad congregandam multitu
dinem? Multa poſſem ex ſcripturis teſtimonia colligere: ſed ſufficiat nobis unius
Pauli autoritas, cuius ſiſi diuinæ menti, non eſt quod uereamur, ab alijs conſue-
tudinem nobis obijci. Audite ergo, quid ſcribat Corinthijs, In priore epiſtola, ca-
pite. 14. copioſis uerbis ſic ait: Sectemini charitatem, æmulemini ſpiritualia, in
primis ut propheteris. Nam qui loquitur lingua, non hominibus, ſed Deo loqui-
tur. nullus enim audit: ſpiritu uero loquitur myſteria. Cæterum qui prophetat, ho
minibus loquitur, ædificationem & exhortationem, & conſolationem. Qui lo-
quitur lingua, ſeipſum ædificat: at qui prophetat, cõgregationem ædificat. Quod *Prophetia*
eſt illud prophetię genus? certe, lectio euangelij & epiſtolarum, & prophetarum, *apud Paulum*
& eorundem interpretatio. hęc enim maxime ad ædificationẽ, & exhortationem, *quid.*
& conſolationem eccleſiæ pertinent. Nam ut ad Romanos ait: Quæcunq; præ-
ſcripta ſunt, in noſtram doctrinam præſcripta ſunt, ut per patientiam & conſola-
tionem ſcripturarum ſpem habeamus. Et quid quæſo ædifico, ſi non intelligor?
quis melior abit? quis reſipiſcit? quis compungitur? quis fortior & patientior ad
ferenda huius ſeculi mala, & reſiſtendum dæmonibus: quis ad pietatem & uir-
tutes flagrantior efficitur? Volo autem (ſubdit) omnes uos loqui linguis, magis ta
men, ut propheteris. maior enim qui prophetat, quàm qui loquitur linguis: niſi
interpretetur, ut eccleſia ædificationem accipiat. Nunc autem Fratres, ſi ueniam
ad uos linguis loquẽs, quid prodero: niſi uobis loquar, aut per reuelationem, aut
per ſcientiam, aut per prophetiam, aut per doctrinam? Ecce Paulus tam admirabi
lem gratiam ſortitus, nihil ſe profuturum fatetur. quid ergo nobis arrogamus? Ad
iungit cõcinnam ſimilitudinem: Etenim inanima uocem reddentia, ſiue tibia, ſi-
ue cithara, niſi diſtinctionem ſonis dederint, quomodo cognoſcetur quod tibia
B canitur, aut cithara? Nam ſi incertã uocem tuba dederit, quis apparabitur ad bel-
lum? Sic & uos per linguam, niſi ſignificantem ſermonem dederitis, quomodo in
telligitur, quod dicitur? Eritis enim in aërem loquentes. Tam multa, uerbi gratia,
genera uocum ſunt in mundo, nihil horum mutum. Vtinam expenderent hæc
uerba noſtri ſacerdotes, & cognoſcerent quibus cõferuntur. Nam inferiores eos
facit tibijs & tubis & citharis, & dicit loquẽtes in aërẽ. Et quid eſt loqui in aërem, *Loqui in aërẽ.*
niſi bonas horas, & precioſum tempus male collocare: & ut ſic dicam, equitare in
arundine longa? Itaq; ſi neſciero uim uocis, ero ei qui loquitur barbarus: & is qui
loquitur, apud me barbarus. Vide non ſolum inutile dixit, ſed & faſtidioſum eſſe
inſinuat. Faſtidium autẽ in rebus ſacris non poteſt non eſſe damnoſum. Itaq; et *Faſtidium in*
uos, quandoquidem ſectatores eſtis ſpirituum ad ædificationem eccleſiæ quærite *rebus ſacris.*
ut excellatis. Quapropter qui loquitur lingua, oret, ut interpretetur. Nam ſi orem
lingua, ſpiritus meus orat, at mens mea fructu uacat. Quid igitur? Orabo ſpiri-
tu, ſed orabo & mente. Canam ſpiritu, ſed canam & mente. Alioqui ſi benedi-
xeris ſpiritu, is qui implet locum indocti, quomodo dicturus eſt Amen, ad tuam
gratiarum actionem? quandoquidem quid dicas neſcit. Non uult nos Paulus in
inſipientia perſeuerare, ſed progredi in cognitionẽ. Qui in uia Dei ſubſiſtunt, re-
trogradiũtur. Curandum igitur, ut abundemus & excellamus. ſicut & ad Coloſ-
ſenſes ſcribit: Non deſinimus pro uobis orare & poſcere, ut impleamini agnitio-
ne uoluntatis Chriſti, in omni ſapientia & prudẽtia ſpirituali, ut ambuletis digne
Domino, ut per omnia placeatis in omni opere bono, fructificantes & creſcentes
in agnitionem Dei. Inſtat autẽ hic Paulus, ut etiam benedictiones intelligantur,
quo cõmodius populus reſpondeat Amen. Qua in re adhuc aliquandiu conſue-
tudini parebimus. Non ꝙ aliquid in ſacris noſtris ſit, quod noſtro uulgo pandere
non liceat, neq; enim ita arcana ſunt, ut Valentinianorum & Eleuſinorum: ſed
quia

Digitized by Google

C quia in hoc Apoſtolis indulgentior eſt, & non tantopere urget, in hoc cedimus. Subdit enim: Nam tu quidem gratias agis, uerum alius non ædificatur. Vides, ut rem bonam eſſe finit; ſed meliorem uellet, quo ędificaretur & proximus. Et exemplo ſuo magis quàm pręcepto allicit. ait enim: Gratias ago Deo meo, quòd magis quàm omnes uos, linguis loquor. ſed in eccleſia uolo quinq; uerba, mente mea loqui, ut & alios inſtituam: potius quàm decem milia uerborum, lingua. Agam & ego Deo gratias, ſicubi de mēſa Domini ſpirituales dapes afferre potero. An non totus Paulus pro nobis? ne quis rem nouam nos exordiri dicat. Autoritas Apoſtoli, præcepti uice nobis ſit. An legunt Græci latine, uel latini Græce? Si omnino in uerbis ipſis uis eſſet, Græco & Hebraico ſermone utendū foret, quo uſi ſunt Apoſtoli & Patres. Proinde, ut adhuc Pauli uerbis utar: Fratres ne ſitis pueri ſenſibus, ſed pueri malicia, ſenſibus uero perfecti. Pueri alijs loqui neſciūt, neq; ſublimes è uerbis ſenſus capere poſſunt. tales ne ſitis: ſed pueri, quales Chriſtus ait intrare in regnum cœlorum: alienos ſcilicet ab affectibus malignis, & pie ſimplices, nondum prauis cupiditatibus infectos. Concludit Paulus minis prophetæ Eſaiæ, qui dicit: Varijs linguis & labijs uarijs loquar populo huic, & ne ſic quidem audient me, dicit Dominus. Sicut, cum Iudæi neglexerunt ſignum, quòd datum eſt in uarietate linguarū Apoſtolis per ſpiritum ſanctum, dati ſunt in cæcitatē & laqueos, facti ex filijs regni filij tenebrarum. nam propter incredulos id ſigni dabatur. Ita cum interpretationis gratia, quæ propter credentes data contemnitur, non defuturam & nobis noſtram pœnam, ne ambigamus. Proinde boni, quod in rem ueſtram agitur, conſulite. Deniq;, ne etiam alia prorſum uos lateant: audire ne graue ſit, adhuc pauca quædam non inutilia. Aſpergi ſoletis aqua, Accenduntur cerei, Offeruntur Deo munera: Quid ſibi hęc uolunt? Ne fruſtra ſpectetis, trium uo-

D bis curam in ſacris eſſe uelim. Primum purificetis mentem, humiliter confitentes Deo peccata ueſtra: idq; ſub initium liturgiæ, ſæpe dicentes, Kyrie eleyſon, Domine miſerere, & orationem dominicam. Secundo, illuminemini, audiendo uerbum Domini, quod lucidum eſt, & oculos illuminat, intellectumq; dat paruulis, ac diuinis promiſſionibus animū in fide & ſpe confirmat. Demum, poſt hæc uos Deo offeratis. Offeratis inquam, non aurum uel argentum: ſed uos ipſos in ſacrificium & holocauſtum, iam nihil uobis tribuētes, ſed totos uos Chriſto deuouentes: poſtea nō ex ueſtro, ſed illius arbitrio uicturi. Offerte itē & ſacrificia laudum, & gratiarum actiones pro beneficijs ſuis in uos: præſertim, quod pro uobis in cruce iam amaram mortem obierit. Non minus autem diligenter auſcultate uerba teſtamenti glorioſiſſimi, & certiſſimi, innitentes firmiſſime promiſſionibus Chriſti, uitamq; in Chriſto, & remiſſionem peccatorū aſſequuturos uos ſub ineffabilibus & diuinis pignoribus confidite. Atq; curæ uobis ſit, ut uel ſpiritualiter communicetis: quamuis uellem etiam ſacramenti ſigna uos frequentare, quo magis firmaretur ueſtra fides, & uos capiti corporiq; Chriſti incorporaremini, unū cum ipſo ſpiritum aſſequuti. Atq; ita procul dubio feliciter paſti, ſecuriq;, ac læti hinc abire poteritis: ſiquidē & uos uias ueſtras Deo reuelaſtis, & ipſe uobis per ſcripturas loquutus eſt uerba pacifica & amica, promittens ſummas pollicitationes, remiſſionem ſcilicet peccatorū & uitam æternam: & ne qua parte uacilletur, eas per ſymbola myſteriorum certas fecit: Atq; ita futurum, ut olim nō peregrina lingua, nec per parabolam, ut Iudæis excæcandis: nec per ænigmata, ut infirmis, & carne grauatis: ſed prorſus aperte, ut angelis & beatis loquatur, & ſe nobis in gloria ſua oſtendat. Quod concedat ipſe, qui cum patre & ſpiritu ſancto, regnat unus Deus in ſecula: Amen. Ex his opinor, mi Hedio, coniectabis, an priſtinum animum abiecerim, cuiq; ſpiritui id facti tribuendū. Arrogantē uocent, δαιμονιζόμενον

Aquæ aſperſio in ſacris.

Cereorum accenſio.

Munerum oblatio.

A nocent, impium uocent, ſeditioſum uocent, uocent hæreticum, & quibus uolent nominibus: Certe, ut talem me coarguant, alia facta in mediũ afferant, neceſſum eſt. Id planè nihil reprehẽſionis merebitur. Eſto autem, intempeſtiuum uideatur: ſed ſi fructus ſpectetur, & animus, quomodo intempeſtiuum? Mihi neq; purius, neq; opportunius, neq; maiori grauitate, quàm his horis, uerbum Dei annuntiari poſſe uidetur, dum nemo ſuſpicatur aliquid meditatũ afferri, dum ſequaciores ſunt animi, dum locus & hora & ceremoniæ ipſæ ſi adhibeantur fauent. Forte unum & alterum uerbum auditorũ pectoribus inſidebit profundius. Quis ſcit, quando eſcam deuorabunt, & in ſagena capti inter bonos piſces numerabũtur? Quis ſcit, quando ſemen in terra bona fructus afferet? quando hymbrem matutinum & ſerotinũ daturus eſt Dominus? Me ſanè eius facti nec pœnitet, nec pudet: Imitẽur, quibus cõmodum fuerit. Qui imitari dedignãtur, ne grauatim ferant, ſi, quæ nobis proſunt, quærimus: Ipſi ſuis uiuant moribus. Opto tamen, ut nemo non aliorum ſalutem procuret, ſic ut & ſuo ſatiſfaciat ſenſui, & apud infallibilem iudicem non confundatur. Et de his nunc ſatis. Expendat, qui uelit, rem ſecum in trutina caſtigatiore: neq; mihi ulla opus erit apologia. Iam ad alia, quæ ſcribis, ſatis fuerit hoc unum reſpondere, quòd nihil eorũ agnoſcam. Nihil enim uel ex priſtinis ritibus, uel uerbis canonis omitto. An non impudens eſt audacia, hoc de me affirmantium? Ego non adeò temerarius, ut immutem quæ bona conſcientia ſeruare poſſum: & mihi nequaquã periculoſus eſt canon. Neq; enim ob nomnia quædam ſacrificij, oblationis, & munerũ, atq; alia ſimilia, abhorreo: neq; propterea Chriſtum, qui noſtram ſcit infantilitatẽ, & ipſe infantiliter nobiſcum loqui in ſcripturis non dedignatur, mihi male propitium timeo, quòd pacis gratia hiſce uocabulis non abſtineo. modo piè, atq; Chriſtianæ ſentiam. Non eſt iam moroſa *Canon Miſſæ.*
B interpres charitas, non ita addictos literæ amat ſpiritus, nõ ita plagoſus Chriſtus. Doleo tamen, quòd multi ſeipſos illis nominibus miſere circumueniũt: imò non ſolum ſe, ſed & alios. Et ego olim ita docebar, ut myſterio huic aliud, quàm erat, tribuerẽ. Multa de opere operante, & opere operato, de applicatione meriti Miſſarum, de dignitate ſacrificorum, quanto plebe maiores, quantum ſitum in multiplicatione Miſſarum, deblaterabantur: quæ tandem inania, & nugas eſſe reſciſco. Atq; ô utinam inſignes illi errores laterent neminem: imò latuiſſent nullum. neſciretur forſitan multorum faſtus & ſupercilium: Eſſent ſaluæ uiduarum domus, quas ignaui illi deuorant: Florerent magnæ quædam familiæ, quæ intra paucos annos interciderunt. Vnde & ego non inficias eo, mihi olim non adeò tutam fuiſſe, & hodie multis non eſſe ſecuram, canonis illius lectionem: cuius Scholaſticum quendam aiunt autorem: noſtro maxime uitio, qui parum placabilẽ Deum nobis pollicemur, qui non tam accipere à Deo, quàm illi offerre & dare uideri uolumus: qui plebe circumſtante, quantũcunq; pia, & in Chriſti uerbis fidente, meliores nos putamus: qui alijs myſteria à nobis ſumpta proſore arbitramur, etiam neſcientibus ipſis. Cæterum his nunc ereptus tenebris, & miſericordiam aſſequutus, alius ad aras prodeo: nempe, conſcius meæ infirmitatis, certus benignitatis Chriſti, memor peccatorum meorum, memor & promiſſionum Chriſti. Nihil habens quod retribuam, & inueniẽs calicem quem accipiam. Proinde nihil me periclitari confido: præſertim, quod inter diuina & humana in his non admodum difficile eſt diſcernere. Chriſtus pontifex, per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta, ut Apoſtolus ſcribit. & iterũ: Quemadmodum hominibus ſtatutum eſt ſemel mori, ſic & Chriſtus ſemel oblatus eſt, ad multorum exhaurienda peccata. Itaq; Chriſtus ille agnus Dei, unica hoſtia eſt ſemel oblata: uerum nos eius ſacrificij continuo memores recte ſumus. Et quid *Chriſtus pontifex, eiusq; unica oblatio.*

c mali

C mali, cum maioribus noſtris, tam orientalibus quàm occidentalibus, recordationem tanti ſacrificij, immolationē uocare: modo abſint pernitioſæ opiniones aliæ. Natus eſt ſemel Chriſtus, reſurrexit ſemel, mortuus eſt ſemel, & egregij concionatores declamare ſolent in Genethlijs: Chriſtus naſcitur, glorificate: Chriſtus è cœlis, occurrite: Chriſtus ſuper terram, exaltemini. Et pietas pie dictum, pie intelligit. Quin & alia ratione nō formido hiſce ſacrificij, uel oblationis nominibus uti. Offerimus enim nos ipſos, & alios Chriſto hoſtiam uiuam, atq; Deo placentem. cumq; corpus Chriſti uerum, & panis ille, myſtici illius corporis ſymbolum ſit: quantum labor, ſi huc mentem referens, nihil ab illis uocabulis abhorreā. Corinthijs ſcribit Apoſtolus: Calix benedictionis, cui benedicimus, nónne communicanō ſanguinis Chriſti eſt: Et panis quem frangimus, nónne cōmunicatio corporis Chriſti eſt: Quoniam unus panis, & unum corpus multi ſumus, omnes qui de uno pane & uno calice participamus. Ita Nazanzenus theologus, in oratione quadam ait plebi: Hoſtiam obtuli, uos ipſos inquam obtuli. Nam ut Deo nos offerimus, ita & alios uel pro quibus precamur, uel quos Chriſtiane inſtituimus, Deo offerimus. Itaq;, ut ſcripſi, nihil hic turbor. Verum ut nihil à me mutatum: ita ſi quid precum aut uerborum pia mente, deditaq; opera omitterem, non peccaſſe me crederem in Chriſtum: neq; cum quoquā cōtendam, cui hoc probatur, quando ſcilicet ab hominibus id adiectum eſt. Alia ſunt immania dedecora, & nefanda ſcelera, peſtes totius orbis, quæ abominor, & in quæ exardeſcere illos ſuperciliosos cenſores uellem, in quibus ipſi potiſſimum conniuent, ſi non & ipſimet rei ſunt. A ſcortis, & uomitu, ad aras itur. Vectigales ſunt Miſſæ, & nundinatio quædam, ac mundi expilatio. Det Deus his malis ſuum aliquando finem, ne nomen, quod laudare nemo ſatis poteſt, à nobis contaminetur in gentibus. Et ut tecum

Sacrificij uel oblationis uocabulum in liturgia.

Sacrificulorū ſcelera.

D concludam: faxit Chriſtus, ut in ſuam gloriam cedant omnia. Ebernburgi. Menſe Iunio, Anno 1522.

VRBANO REGIO, APVD AVGVSTAM CHRISTVM *adnuncianti, Huldrichus Zuinglius.*

GRATIAM ac pacem per Chriſtum. Recte putauiſti, excidiſſe nobis, doctiſſime Vrbane, Originem in hac fuiſſe ſentētia. Quem ante omnes olim diligentiſſime, in his ſaltem quæ hodie circumferuntur, legimus. Sed obliuionis hæc arbitror cauſa fuit, quod cacodęmonibus quiddā promittere uidetur, quos in rationem noſtram non admittimus. Hi enim per Adamum nō corruerunt, igitur neq; reſurgent per Chriſtum. Verba Marci ſynecdochica ſunt, ac de ijs modo intelliguntur, qui audito euangelio non crediderūt. Præceſſit enim, Prædicate euangelium. Qui ergo prædicato euangelio credunt, inter beatos locantur: & contrà, qui prædicato euangelio non credunt, diris mancipantur. Neq; hoc electioni præiudicat, nam & qui ad Chriſtum ueniunt, per patrem huc trahuntur: hæc eſt electio. & qui ad patrem ueniunt, ab ipſo eliguntur. Sic tamen, ut per Chriſtum, ſalutis pignus, ad ſe tandem ueniant: cum eis fruendū eſt perpetuis bonis. Firmam enim eſſe oportet electionem, etiamſi qui eliguntur, per unicum Chriſtū adducantur. Eligi enim oportet eos quoq;, qui ad Chriſtum ueniunt: & electos per eum, in gloriam regni ingred. Ipſe enim eſt uia, ueritas, & uita. Sic & iſte locus, Quod ſine fide, impoſſibile ſit aliquem Deo placere: ſynecdochicôs intelligi debet, de his modo qui uerbum audiūt, ac reſiliunt: aut qui audiunt, ac recipiunt. Qui uero per ætatem non audiunt, his uniuerſalibus non continentur. apud illos enim nulla eſt præuaricatio, cum nulla ſit apud eos lex. Si uero ex Chriſtianis prognati ſunt, iam uirtute

Marci locus de electione.

Sine fide placere Deo impoſſibile, quomodo intelligendum.

A tute teſtamenti filij Dei ſunt: ſin ex gentibus, iam nihil decernimus. Quanquã, ut
ingenue fatear, mihi magis arridet ea ſententia, quæ uirtuti mortis Chriſti, omniũ
innocentium ſalutem acceptã fert. Sic enim paria ſunt: ubi abundauit delictum,
ibi exundauit gratia. Si quæres, quomodo poſſunt hæc fieri? Hoc modo. Quic-
quid uſpiam mortalium naſcitur, ſaluum eſt per Chriſtum. Vbi uero tandẽ per-
uenitur in legis cognitionem, eaq́ue uel negligitur, uel contẽnitur, iam ſequitur fe-
licitas aut calamitas æterna. Si dicas: Quid ergo magis eſt Chriſtiano, quàm im-
pio? Multum per omnem modum. primum, quod Chriſtianis exponitur euange
lium, prędicatur innocẽtia: dein, quod dum nos peccamus, habemus qui pro no-
bis aduocet, quo monente ac caſtigante, perpetuã agimus pœnitentiam. Iſti po-
ſteaquã à gratia exciderunt primigenia, ut ſciant quomodo inſtaurari aut poſſint
aut debeant. Si uero legis opus faciunt, quod in cordibus eorum ſcripſit Deus,
iam & iſti ſalui fiunt. ſignum enim electionis eſt, Deum amare ac timere. In adul- *Electionis*
tis ergo ſic requiritur fides, ut ea niſi adſit, fruſtra ſalus ſperetur: in pueris ac inno- *ſignum.*
centibus etiamſi fidẽ non habeant, nõ tamen plus eſt eis metuenda damnatio, q̃
eis quorum parentibus dicebatur: Maledictus qui non fecerit omnia uerba legis
huius. qui tamen ſalui fiebant, quanq́ legẽ non agnoſcerent: tam abeſt, ut quod
lex iubebat facere poſſent. Synecdochæ igitur ſunt huiuſmodi ſermones. Atq́
is ex iſtis locis unus eſt, qui nos morantur, ne ſalutem temere prophanorum libe
ris polliceamur: tametſi non multum obſtet. Nobis ſatis fuerit, non nimium cu-
rioſos eſſe; poſteaq́ Chriſtianæ familiæ liberos, ſciamus uere eſſe redemptione
filij Dei liberos. Nõ adparebis in conſpectu meo uacuus: interim hunc ſenſum *Deuter. locus*
habet. Non uidebuntur uultus mei fruſtra: לא יראת את פני ריקם, quemadmo *explicatus.*
dum in Exodo uidere licet. Hac enim promiſſione ἐπιχειρεῖ ὁ θεὸς perſuadere, ut ad
B ſe ueniant: nunquam enim fruſtra uenturos. Aliquando uero iſtum præ ſe fert, q̃
ſine munere adparere non debeant. & hunc ſenſum omnes ſequuti ſunt, tam He
bræi quàm Chriſtiani: cum nonnihil auaritiæ in receſſu habere uideatur. Locos
iſtos ubiq́ excute, & uidebis nos nõ temere eſſe locutos, & uim paſſiui uerbi hoc
requirere. Tametſi nõ neſciam, illis nonnunquam paſſiua, quamuis rariſſime, ui
ce actiuorum, quo modo Græcis, accipi. Is ergo locus, qui eſt Deut. 16. Non ui-
debitur uultus meus fruſtra: magis uidetur abſolute, quàm in conſequentiam po-
ſitus. cum & Hebræi paſuc poſt eum habeant, quo nonnunquam etiam non in
periodo utuntur, ſcio. Sed iſto loco priorem ſenſum, quem diximus, uidetur ha-
bere diuinus ſermo. ut ſit ſenſus: Cum ad me uenietis ἐν πανηγύρει, non fru-
ſtra uenietis. ut κατ' ἀποσιώπησιν obmittatur: Ego enim reficiam uos. Quomo-
do Chriſtus loquebatur., cum diceret: Venite ad me omnes qui laboratis & one-
rati eſtis, & ego reficiã uos. ac dein iungatur: Quum ergo uenietis, quiſq́ munus
quantum Dominus dicabit בברכת ſecum baiulabit. Qui ergo nihil habebat, ni-
hil quidem adferebat: ſed gratiam referebat. Hęc ue
lociter tecum, mi Vrbane: uti-
nam epiſtolæ maturiori tempus fuiſſet. Sed docto tibi, pauca totum ſunt pelagus:
hauſtũ enim ſi habeas, ipſe iã bibis. In Euchariſtiæ re, gratulor uobis, te noſtrum
eſſe factum. Verum gratiã meretur nouitas. breui enim ſpero omnes qui adhuc
obſtrepunt, tropum, qui nullo negocio uideri uobis debebat, uiſuros eſſe, ac ſen-
tentiæ noſtræ ſimplicitatem ac claritatem. Vna eſt ſpiritualis manducatio, quo fi-
lio Dei, pro nobis, delitato fidimus: non duę. quarũ altera, neſcio quod uerborum
figmentũ, ꝑdimus, carnaliter, corporaliter, ſpiritualiter. Vale, ac cõſtãs eſto: noli
deſciſcere ad hoc ſeculũ, quod Auguſtæ perhibent uehemẽter pollere. Moneq́
principes, theſauros omnes eccleſiæ, in Turcæ expugnationem eſſe expenden-
dos. In hunc enim uſum aliquãdo colligi prætexebãt Pontificij. citra enim hunc

C ecclesiæ (iam loquor ut iſti) theſaurum, non eſt ubi hauriatur, quo in hunc uſum
opus eſt, præſertim in Germania. 16. Octobr. 1526.

IOANNIS OECOLAMPADII DE SERVETI LIBELLO CONSILIUM, *apud Senatum Baſilienſem expoſitum: & à quodam eius ſtudioſo latinitate donatum.*

QVANDOQVIDEM à me requiritis, Prudentiſſ. Patres ac Domi-
ni, quid de recens edito Michaëlis Serueti libello, trinitatis nego-
cium continente, ſentiam: pro meo erga uos officio morem geram,
& quam fieri poteſt breuiſſime uobis quod ſentio exponam. Neq;
uero à me peti, ut totum libellum interpreter, exiſtimo: aut etiã ſcri-
ptus oppugnem, ac refutem. nimium enim iſtuc & laboris & moleſtiæ allaturum
ſit, cum ad centum ac uiginti pagellas, aut circiter, libellus typis etiam minoribus
deſcriptus excreuerit: ut Prudentiam ueſtram tanta prolixitate, maxime uero illa
argumentorum ac linguarum, & philoſophiæ deniq; obſcuritate, paſſim libello
admixta, fatigare, improbum uideatur. Ego ſanè diligenter perluſtrato eo, reperio
longe potuiſſe melius locare operã, bonũ illum uirũ (ſi modo ita appellare ipſum
fas eſt:) aut omnino parcere potius huic labori debuiſſe. ita ſcilicet non minus ob
ſcuritatis luci, quàm lucis obſcuritati inferre ſtuduit: dum multa temere cõmiſcet,
nec ſemel ipſe ſibi contradicit: Doctores orthodoxos de non paucis, quæ nunq;
λογομαχίας. cõmeruere, incuſat: compluribus locis † uerborum tantum pugnas cõmittit: no-
minibus aliquot, quę ferre tamẽ ab alijs ipſe nõ poteſt, quoties libet in alios petu-
D lantiſſime utitur. Quæ tamen omnia haud ita magni momenti ſint, niſi etiã ſum-
ma fidei ueſtræ capita improbe adeò uiolenterq; laceſſeret. Prætexit quidem, po-
tiſſimũ inſtituiſſe ſe, docere quo pacto Ieſus ſit Chriſtus: & quomodo Dei filius,
Deus etiã exiſtat. Verũ ſi penitius aliquanto inſpexerimus, præcipuã tollere cau-
ſam apparebit, ob quam Chriſtum Dei filium exiſtimamus. Neq; enim admittit,
quòd Deus pater naturalem filium habeat, qui eiuſdem cum ipſo eſſentiæ ab æ-
terno fuerit: id quod apud omnes Chriſtianos omni cõtrouerſia caruit hactenus.
Iccirco ſolum, Dei filium eum uocat, quòd è ſpiritu ſancto conceptus, & diuinita-
te quadam excellentiore præditus fuerit. Deum autẽ ab æterno habuiſſe eiuſdem
eſſentiæ ſecum ac naturæ filium, ab ipſo tantum non ridetur: quanquam diſſimu
lanter id quidem, quæſtionibus huiuſmodi: Vbi nam uxorem Deus habuerit? an
utrunq; ipſe ſexum habeat? aliud ne gigni quàm caro & ſanguis poſſit? Abunde
uero liquet, de diuina Chriſti natiuitate, non carnali more mentionem fieri: ut te-
mere illud obijci uideatur. Sed ideo Dei ab æterno filius eſt, quia ueritas diuinæ
naturę in ipſo ab æterno eſt: ſicut ipſum uocare Maiores cõſueuerunt, Lumen de
lumine. corporalib. enim nominibus, homines, per intellectus noſtri imbecillita-
tem egemus. Cupit tamen offendiculis refertam planè traditionem ſuam, gloſſis
quibuſdam & uerborum ambagibus prætexere: quod Ieſus Dei filius ſit, æterna
apud Deum præſentia, & in ſpiritu ante ſecula, ad hoc ipſum à Deo ita prædeſti-
natus, ut ad maiorẽ dignitatem aliquando reduceretur. Verum ad illud confiten-
dum ſubinde tergiuerſatur, quod eiuſdẽ naturæ cum Deo patre ſit filius, ab æter-
no. Et quia inuictum illud Ioãnis dictum uidet, VERBVM CARO FACTVM
EST:. eò rapere conatur, quòd prædeſtinatio illius ac uerbum ita caro factum
ſit. neq; uero admittit, in una eademq; perſona (quemadmodum loquimur) duas
naturas eſſe unitas: aut duas perſonas in Chriſto unitas, perſonã unam & unum
filium efficere: & alterius naturæ uerbũ, alterius uero carnẽ, unam tamen utrunq;
perſonam cõſtituere. Quanquam concedere iſtud omnino neceſſe habet, Quod
in prin

A in principio uerbum erat apud Deum. ſed æternam illam uerbi natiuitatem, pro ſomnio ducit, pag. 39. ubi Chriſtianos doctores Valentinianis hæreticis, tanquã ſtolidiores, poſtponere non dubitat: imò Neſtorianis etiam connumerat. Eodem pacto loquitur & de ſpiritu ſancto, nullum eſſe ſpiritũ ſanctum extra hominem. Idiomatum porrò communicationem, utiliſſimam illam ſcripturis intelligendis regulã, qua perſonæ Chriſti in duabus naturis unitas deprehenditur, paſſim ſubuertere nititur: quia ſcilicet errorem ſuum per illam nec habere locum, nec ſubſiſtere poſſe animaduertit. Difficilimum autem id cum primis eſt, quod in trinitatis negocium ita ſeſe immittit. Et cum ante omnia certis teſtimonijs cõfiteamur, nos non amplius quàm Deum unum, atque eum indiuiſibilem, credere: non pudet ipſum argumenta, quaſi deos multos profiteamur, adducere. id quod neutiquam ideo conſequitur, quòd in una diuina natura etiam patrem & filium & ſpiritum ſanctum agnoſcimus. Sed enim Chriſtus (ſuo etiã ipſius teſtimonio, Ego & pater unum ſumus) non uoluntate ſolum & potentia, ſed natura quoq; unum cum patre eſt. ſiquidem pater Chriſti caput eſt, unde etiã unius naturæ. accepit enim ipſe uitam habere in ſemetipſo, quemadmodũ & pater: ſuſcitat à mortuis, quemadmodum & pater, &c. Atq; hoc libello rurſus quidẽ admittit, eſſe reſpectus: nempe in una deitate tres perſonas. Verum adiectæ gloſſulæ, & argumenta, tam contrarium impugnantia, quàm inſtitutum ſuum confirmantia, ſatis declarant, eum illas tanquã accidentales quadamtenus accipere: nempe quaſi longe etiam plures adhuc eſſe poſſint, ſi alijs modis reuelare ſe Deo libuerit. Quare penitus neq; eo more, quo hactenus ab Apoſtolis obſeruatum eſt, uel ſentit, uel loquitur: & ex orthodoxis aliquot, quos citat, adeo nõ aſtipulantẽ errori eius, ut planè diuerſum etiã ab eo ſentiant: uelut eſt Tertullianus & Irenæus. Quamuis tamen etiam

Idiomatum communicatio.

B utilia quędã libello admiſcuit: ſed additionibus deinde alijs, reddit illa quoq; peſtifera & cauenda. Proinde humaniſs. Patres ac Domini, multis de cauſis nõ potuit nõ diſplicere mihi libellus iſte. Faxit Deus, ut temeritatẽ ſuam, rebus omni intellectu humano ſublimiorib. cõmittere ſe auſus, agnoſcat ac emendet. Prudentiæ tamen ueſtræ quod reliquũ eſt cõmittimus, ut hac de re auditis etiã alijs, quicquid deinceps in Dei gloriã ceſſurum præcipue uideatur, ſedulo proſequamini. Quod libellos attinet, pręſtiterit forte, ut uel omnino ſupprimantur: uel ab ijs tantum, quos male ſcriptis non peius abuſuros periculum ſit, legantur. Vbi qui erro res ſcripſit, eoſdem agnitos ſcriptis retractarit: forte ut homini ignoſcendum, neq; lapſum eſſe tanti æſtimandum fuerit. Verum hæc ego Prudentiæ ueſtræ lubens expendenda relinquo: cui & me, meamq; omnem operam diligenter cõmendo.

HVLDRICHVS ZVINGLIVS BERCHTHOLDO
Bernenſium Euangeliſtæ. S. D.

GRATIAM ac pacem à Domino. Equidem fideliſs. Berchtolde, ſic ſentio uerũ eſſe, quod Paulus dicit: Dolere ſibi, ſi quando non euangelizet: ut & mea mediocritas, ſi quando periculorũ metu, aut quorundam pigritiæ faſtidio capta, ceſſationem ac deſertionem meditetur, præ eo, qui mentes excitat, ferias agere non poſſit. Tam abeſt ergo, ut pro uobis non aduigilem, ut etiam ſi nollem, nequirem. De locis autem, de quibus quæris, ad hunc nos ſentimus modum. Quod 1. Cor. 15. Paulus dicit: Quid ergo facient, qui pro mortuis baptizantur? Si porrò mortui non reſurgunt, quid inquam pro mortuis baptizantur? Sic expedimus: Reſurrectionem interim accipi pro publica mortalium omnium coram throno Chriſti cõparitione, de qua

C Matth.25.interim pro immortalitate animæ:quæ ſic Hebraico more à קוּם ſur-
gendi uerbo uel cōſiſtendi adpellatur. ut Ioſue 7.Nō poterūt filij Iſraël, cōſiſtere
ante hoſtes ſuos. Vbi Hebræi habent לָקוּם Græci ἀντιστῆναι, hoc eſt, conſi-
ſtere: Latini uero,ſtare. Sitq́ ut reſurrectio mortuorum perinde ualeat,atq; mor-
tuorum uita,quæ alibi agitur, uel animarum duratio aut perſeuerantia. De He-
braiſmo alia quoq; exēpla inuenies, aliquādo in ijs adnotationibus, quas Leo ex
ore noſtro prę alijs probe excipit, tibiq́ impartitur peculiari amico. Nolim enim
quibuſuis earum copiam etiamnum fieri. De re uero ipſa, exemplū habes Chri-
ſti,apud Matth. 22. De reſurrectione uero mortuorum,non legiſtis,quod uobis
à Deo dictum eſt? Vbi manifeſtum eſt, Chriſtum non loqui de carnis reſurre-
ctione,ſed de immortalitate animæ. nam exemplum quod adducit de Abraham
Iſaac & Iacob, nō trahit ad carnis reſurrectionem,ſed ad animæ immortalitatem,
cum ait:non eſt Deus, Deus mortuorū, ſed uiuorū. Huc ergo penetrat Chriſtus,
ut probet Abraham,Iſaac, & Iacob uiuere. non enim poſſet hoc exemplum car-
nis reſurrectionem probare:ſed quod animæ durent ac uiuant, poſtq́ corpora po
ſuerunt. Ad hunc ergo modum occurrit Apoſtolus ſciolis iſtis, qui nunc perin-
de atq; illius tempeſtate prorepunt, ac dicunt,ſomno quodam animas ſepeliri ac
teneri,uſq; ad ultimum iudicium. quod quid aliud ſit, quàm animæ immortalita-
tem negare,non uideō. Mos ergo erat gentibus quoq;(nam & omnis fermè cura,
quàm nos pro mortuis geſſimus,à priſcis gentibus ad nos eſt translata:) non ali-
ter pro mortuis tingi: atq; nos eorum monumenta luſtrali liquore humectamus.
Probat igitur ex eorū ritu,animas eſſe immortales. Nam ſi minus hoc permittant,
iam contradicere publicæ conſuetudini,qua quidam pro mortuis ſeſe tingant. quod
ſi mortuorum animas crederent ſimul cum corpore extinctas, nō baptizarentur
D pro eis. Non quod Paulo probetur iſta baptizandi cōſuetudo: ſed ut aduerſarium
ſuo iugulet gladio, cum ſe ritum obſeruare inficiari nequit, quo ſe putat mortuis
prodeſſe. Vnde colligitur. Ergo mortuorum animæ uiuūt:eſtis enim pro eis ſolli-
citi. Si uero nūc dicas, uideri tibi Paulum eò loci,de publica reſurrectione loqui.
Reſpondeo:me non inficiari,propter omniū doctorum huius loci expoſitionem,
Apoſtolū de utraq; reſurrectione promiſcue loqui. ſicut & Chriſtus Matth.24.
promiſcue & de ultimo aduentu ſuo, & de ijs quæ per eam ætatem,quæ eſt inter
priorem aduentum eius ac ſecundum, euentura ſunt, pleraq; diſſerit. Vt interim
non dicam, quæ Paulus in hoc loco de corpore ſpirituali dicit, poſſe de ani-
ma potius quàm corpore ſenſibili intelligi:ſicut & alio loco dicit, in Chriſto habi-
tare omnem plenitudinem diuinitatis, corporaliter. non quod Deus ſit corpus,
ſed quod corpus Apoſtolo accipiatur, pro eſſentia: uelitq́ dicere, per eſſentiam
Chriſtum eſſe Deum. Sicut Germanice quoq; dicimus, er iſts lyplich; id eſt, ipſe
uel ipſiſſimus eſt Deus. Conſimiliq́ hic modo dicat,moritur corpus animale ſiue
terrenum,& reſurgit:hoc eſt, uiuit, mortuo ſcilicet terreno corpore,corpus ſpiri-
tuale,hoc eſt, ipſa animæ ſubſtantia. Sed quoniam multa uidentur obſtare; quæ
iſthic loci habentur,nihil temere adſero:ſimul etiam ne uidear Manichæis adhæ-
reſcere, qui mortuorum, hoc eſt, carnis reſurrectionem negant. Quæ tamen ex
alijs probari locis poſſet,etiamſi iſte locus de immortalitate animę tantum intelli-
geretur. Sed ut dixi, tutiſſimū eſt agnoſcere,quòd Paulus reſurrectionē mortuo-
rum in præſenti loco promiſcue accipit,nunc pro publica reſurrectione,nunc ue
ro pro animæ immortalitate. Quod autem nemo ueterum, hoc de immortalitare
animæ prodiderit:ſed omnes per omnem hunc locum,reſurrectionem carnis in-
tellexerint,efficit ut tibi liberum relinquam, quamcunq; ſententiam ſequi. Ego
autem in iſta ſum,quā adeo multis expoſui. Veteres enim, quos ego uidi,quum
in hunc

Animæ defunctorum an dormiant uſq; ad iudicium.

Corpus pro eſſentia.

Manichæi.

Digitized by Google

A in hunc locum ueniunt, adparent paulo tepidius rem gerere: præter unum Ambroſium, qui uidetur in iſta eſſe ſententia. Sic enim ſuper his Pauli uerbis: Quid & nos periclitamur, ait: & ſubaudit: Niſi quia ſperamus futurã reſurrectionem, ſicut ſuprà memorat. Securi enim, quia poſt iſtam mortem uera uita ſequetur, pericula nõ timent: &c. Hactenus Ambroſius. Alios ſenſus, quorũ hic ueteres meminerunt, non eſt cur tibi, aliâs multa legenti, adſignem. Expende autem, quæ dicimus, ad iuſtam bilancem: & uidebis, non ab re in hac eſſe ſententia. Secundum uero locum, qui eſt 1. Pet. 4. ca. talem eſſe putamus, quales Porphyrius multos eſſe apud Homerum exiſtimat: puta non tam difficilem, ut prima fronte adparet, ſed ſimplicem ac planum, ſi ſermonum ac troporum ſchemata recte nobis perſpecta ſint, ad quæ dũ hallucinamur, haud aliter fallimur, atq; hi qui ſtrenue quidem currunt: ſed extra oleas, quòd dicitur. Eſt autem hic eius loci ſenſus. Mirabuntur ut nouum & peregrinum, quid patientur gentes, cum uos non concurritis in eandem cum ipſis intemperãntiæ luxuriam: ac innocentiam ueſtram calumniabuntur ac deſpuent. Verum, rationem reddent ei, qui conſtitutus eſt, ut iudicet uiuos ac mortuos. (Quod nũc ſequitur, cõfirmatio eſt, ac ueluti προσαπόδοσις, quod Chriſtus omnium mortalium futurus ſit iudex, tam uiuorum quàm mortuorum.) Ad hoc enim mortuis quoq; adnuntiatus eſt (Sic enim interpretanda eſt Græca uox, εὐηγγελίσθη,) ut iudicentur, quod ad carnem attinet, uulgari more, quo iudicabuntur omnes homines: ſpiritu uero, per Deum uiuant. Vide hic primum, Chriſtum mortuis adnunciatũ eſſe, quod iſti interpretati ſunt non peſſime: Mortuis prædicatum eſt euangelium. perinde enim debet intelligi, ac ſi nobiſcum dixiſſent, mortuis adnuntiatus eſt. Quid enim euangelium prædicari aliud eſt, quàm Chriſtum animarum ſalutem aduenisſe adnuntiari? Sic ergo mor-

Locus 1. Petri 4.

Schematum ac troporum cognitio neceſſaria.

Euãgeliũ prædicari quid.

B tuis adnuntiatus eſt, & his qui in carcere erant, ut idem Petrus 1. cap. 3. teſtatur, cum mortis eius precio captiuitas redempta eſt, quàm uictor ſecum duxit ad ſuperos. Et hoc eſt, quod in ſymbolo confitemur: Deſcendit ad inferos. ut neruum iſtic comminueret, hoc eſt, mortis ſuæ fructus ac uis ijs quoq; profuit, qui apud inferos tenebãtur. Si uero nunc intra te quæras: Quomodo igitur prodierũt? amicti corpore, an nuda ſolummodo animæ habentes corpora, hoc eſt, an pura ſpiritus ſubſtantia? Anteaquàm in uerba prorumpas, occupat Petrus quæſtionem κατ' ἀνθυποφορὰν, hoc eſt, per præuentionem uel occupationem, ac dicit: Iudicabitur quidem & eorum caro, qui Chriſto uictore liberati ſunt, tunc cum omnis caro iudicabitur: interea uero ſpiritus eorum in Deo per Chriſtum uiuunt, ac lætantur. Dein uide hoc quoq;, quàm belle probauerit, Chriſtũ uiuos ac mortuos iudicaturum, Petrus. Dixit enim, ad mortuos quoq; perueniſſe euãgelij medelam. at ſimul innuit, carnem eorum non reſurrexiſſe. conſentaneum ergo eſſe, ut in publico carnis iudicio iudicentur. poſtremo, inde carnis reſurrectionem hic fundari ac probari. Hæc fortaſſe breuioribus, mi Berchtolde, quàm requiras: ſed in iſto tumultu, qua fronte plura exigeres? Gratia Domini tecum, ſaluum iube adfinem meũ Trempium, Vediuillios, Lupulum, Madios: omnes. nam Telemanus frater chariſs. epiſtolam fert. Tiguri,

6. die Nouembris.

1526.

D. IOAN.

C D. IOANNI OECOLAMPADIO, IOANNES BAPTISTA PISCATO*rius, inclyti Principis et Dn. Georgij Comitis Vuirtenbergenſis et Montbleguardi: &c. à concionibus: Gratiam et pacem à Deo patre, per Ieſum Chriſtum Seruatorem noſtrum.*

SVPERIORIBVS diebus cum Baſileam ueniſſem, Virorũ integerrime, haud impune me facturum putaui, ſi te inſalutato (adeo de me bene etiam merito) inde rurſus abirem: Cum in me quicquid eruditionis Chriſtianæ eſt, merito ac libere tibi acceptũ feram. Id cogitanti mihi, reſumpto animo te acceſſi, certò mihi perſuadẽs, me aliquid ſpiritalis adhortamenti à te accepturũ. Et ut de cæteris ſileam: quem me tunc temporis habere cupiebas, uotiſq; omnibus contendebas, illum ipſum nunc certo argumento eſſe me comprobabis. Fateor quidem ingenue, me binc inde uicatim uagabundũ recepiſſe, longe certo interuallo temporis, non ſolum cum uitæ periculo, uerumetiam animæ iactura: cum adeo in diuerſa raperer, ut in me amplius nulla ſpes uocationis eſſet reliqua. Demum igitur, me ita auribus lupum tenentem, auſpice Deo, præter ſpem, citraq; omnem opinionem, uocauit illuſtris & generoſus Princeps Dn. Georgius, Comes de Vuirtenberg ac Montbleguardi, ad diuini uerbi, ſibi & aulæ ſuæ prædicandi munus: ubi liberius omnino, quàm credi poteſt, Chriſtus & uerbũ eius annunciatur. Apud hunc igitur cum forte fortuna, me impulſore, uerecunde mẽtio tui fieret: quo animo, bone Deus, de tua præſtantia ſe affectum eſſe teſtatus ſit, breuibus te certiorem in pręſentia reddere nequeo. Spero autem fore, ut aliquando, cum per occupationes licuerit, te inuiſam: recenſurus eadem diligenter, quæ nunc literis ita raptim committi non poſſunt. Acci-
D pe igitur, non uana relatione, quanto uir ille fauore te proſequatur, unde & oblata occaſione redintegraturum ſe decreuit, illam (quam olim cum tuo candore, candidiſſimus ac illuſtriſſimus Dux Huldrichus, Vuirtenbergæ, Theck, Montbleguardiq; Dominus, frater eius, cõtraxerat) amicam familiaritatem. Sed quid multis immoror? paucis, quid uelim, audi. Incidit apud eundẽ nuper, ut fit inter coenitandum, non leuis de decimarum ratione pugna: ſcrupulus equidem generoſitatem illius non parum urgens: quem tuæ ſententiæ deferendum, meo, ipſius, et omnium iudicio uiſum eſt. Quanquam enim omnes in me primum reſpicerent, meamq; de eo negocio ſententiam expectarent: malui ego aliena uerecunde audiri, quàm mea imprudẽter ingeri. Vt ne cõmemorem, quod uidebatur etiam ingenioli mei uires excedere quæſtionis difficultas. De hac igitur, pietatẽ eius, oro, quàm potes facile, ita prompte inſtruas ſcriptis, quid in his agendum ei cenſeas: quo facilius in emendandis abuſibus ratio ei, quam ſequatur, appareat. qui noctes dieſq; ſedulo incumbit, ut uerbum promoueatur. Subij ergo prouinciã hanc iuſſu ipſius, ubi audiuit me tibi plurimũ debere, ac eſſe obnoxium: ut de hoc negocio ad te ſcriberem. de quo uerbotim ſaltem ac punctatim reſpondere, ſcripturæ conſentanea, uernaculo ſermone, ueteris ac noui inſtrumenti teſtimonijs communita uelis, obnixe te precatur: hac ſaltem cõditione, ut ſicubi reſpondere tuis meritis poſſit, daturum operam bona fide, uelut obſide adhibito, polliceatur. Ar-
1 ticuli autem, de quibus diſcutiendis ſub te iudice lis pendet, ij ſunt. 1. An Principes aut Magiſtratus, ſacræ paginæ promiſſo, iure diuino poſſint decimis uti, in ſuam & ſuorum utilitatem: decimis inquam, ſuæ quiſq; terræ ac gentis.

Articuli tres, de ratione Decimarum.

2 2. An Dominus regionis alicuius, poſſit in ſuum & domus ſuæ commodum uertere, quicquid reliquum fuerit è decimis: poſtquam Præpoſitis, Decanis, Parochis, Presbyteris, &c. portio ſua cuiq; prius inde collata eſt, unde uiuere honeſte quaat.

Digitized by Google

A quæat. 3. An Decimas omnes ad rempub. tuendam uendicare poſſit, ubi è
uiuis religioſi iſti exceſſerint, quibus illæ antea cedebant. Hæc non tam ob pri
uatum cõmodum, quàm ut timetur ueritatem, ſtudioſius inquirit. Et eius rei præ-
ſtolabitur à te Generoſitas eius inſtructionem, ſcripturæ conuenientem: cui pluſ-
quàm Apollineo oraculo, uel è tripode prolato, fretus ſe committet. Idq; ſedulo
facturum te minime dubito, ut tandem ſuo illo & mẽtis ſuæ certamine liberetur.
Porrò autem tibi perſuadebis, illi te eſſe chariſſimum. Quod ſi tibi negocia im-
pedimento non fuerint, per latorem præſentium, quæcunque collegeris mittito:
qui fideliſſimus Domini famulus eſt. cui me quoq;, & inclyto Principi ita com-
mendabis, ut tu mihi, optime Pater, ubilibet gentium, & apud omnes commen-
datiſſimus es. Vale. Dominus te unà cum coniuge tua diu nobis incolumem
ſeruet: cui me precibus tuis quæſo commenda. Montbleguardi, 15. Decemb.
Anno 1528.

IOANNI BAPTISTAE PISCATORIO IN MONTE *Belleguardiæ, charo fratri, Ioannes Oecolampadius.*

SALVTEM in Chriſto. Gratulor mi Baptiſta ſpiritui tuo, à ſathanæ la
queis erepto. Gratulor item, quod tã pium ac Chriſtianũ patronũ na
ctus es. Cui, ut oraſti, pauca quę in mentẽ uenerunt, de Decimis con
ſcripſi. Diu enim optaui, ſi poſſem tam eximio uiro, ſpecimen ali-
quod exhibere, quo addictum uirtutibus eius animum meum teſta-
rer. Tu igitur me eius Dominationi, precor, excuſando ruſticam meam ſimplicita
tem, commendabis. Salutem etiam meo nomine Ioanni Knodero, olim hoſpiti
B meo, uiro integerrimo, dixeris. Tu quoq; in Chriſto annuntiando felix pergito: &
uide, ne reſpexeris. Vale, Baſileæ 16. Decemb. 1528.

GENEROSISSIMO DN. D. GEORGIO, VVIRTENBER- *gæ, & Montis Belleguardiæ: &c. Comiti, Ioannes Oecolampadius.*

GRATIA & pax à Deo patre, & Domino noſtro Ieſu Chriſto. Petijt à
nobis Montbleguardẽſis eccleſiæ miniſter Baptiſta, uir doctus pari-
ter ac pius, ut tuo nomine, Nobiliſs. Comes, meam ſuper Decima-
rum ratione ſententiam exponerem. Cui ſanè morem gerere, uel ic-
circo mihi multo gratiſſimum eſt, quod officio aliquo declarare ani-
mum erga te meum, diu iam atq; imprimis exoptaui. unde ob eius mihi nunc ob-
latam per re occaſionem, gratias habeo. Neq; id ſolum communis patriæ, ac Illu-
ſtriſs. Ducis Huldrichi fratris tui nomine: ſed, & præcipue, quia te adeò ueritatis
ſtudioſum, ac ſyncere Dei gloriæ promouendæ cupidum intellexi. Meam igitur,
quam prolaturus ſum hac quidem in re ſententiam, obſecro qua decet mente
accipias: atq; ea intellecta, ipſe quod æquũ uideatur, diſcernas. Primum quidem
ceremonialem fuiſſe, quæ de ſoluendis Decimis lex data eſt, ac pariter cum ſacer-
dotio illo ceremoniali temporalem, conſtat: in ſacerdotij teſtimonium quãdoq;
obſeruatam. ueluti cum Abraham daret Melchiſedec, Geneſ. 14. Hebr. 7. &
XII. tribus populi Iſraëlitici, Leuitis: Numeri 18. id quod uſq; ad Chriſti tempora,
ita durauit: ubi & ceremoniarum umbra ceſſare, & quod perfectius erat ſuccede
re debuit. nempe, ut iam nõ ſolum decimas, ſed ipſi nos totos cum omni ſubſtan
tia Chriſto, ſummo atq; unico noſtro ſacerdoti, in quo ceremoniale illud ſacer-

Hãc epiſtolam primo Germanicè ſcriptam, quo commode hoc loco inſeri poßet, à quodã ſtudioſo ita latinè reddẽdam curauimus.

Decimarũ ſoluendarum lex.

C dotium ceſſauit, offeramus. Ipſe nobis mandatum dedit charitatis, Ioan. 15. quæ
Charitatis mandatum. non ſolum pauperibus ſubuenire ultro, & egentibus benefacere, docet ac præcipit, Luc. 6: ſed & uerbi quoq; & ſacramentorum miniſtris, Gal. 6. & 1. Corin. 9. Neq; tamē expreſſe, hoc fieri debere uel decimis, uel reditib. ac cenſibus, alijs ue facultatibus, docetur: ſolummodo, fieri illud, charitas mandat. Eccleſiæ initio, in Iudæa, omnia inter fratres erant communia, Actor. 4. In cæteris eccleſijs ſua
Decimarum uſus in eccleſia ſinguli munera in unum conferebant, 1. Corinth. 16. & ſuapte alter alteri aderat. Vbi uero aliter quibuſdam uiſum eſt, eccleſiæ aliæ in hoc ipſum decimas conſtituerunt, aliæ non item: idq; ad noſtra uſq; tempora. Vnde ſatis liquet, non planè Dei uerbo, ſaltem conferre decimas, præcipi. Alijs locis execrāda illa ſacerdotum auaritia, iſto peruerſæ religionis fuco hominum ſimplicitati illudens, Iudæ exemplo facultatibus ſuis egenos ſpoliauit: neq; tantillū interea, quod in rem eſſet eccleſiæ, curauit. Summa: in hoc ſaltem collatæ ſunt eccleſijs decimæ, ut inde uerbi & ſacramentorum miniſtris neceſſaria ſuppeterent: aut ijs etiam, quibus officiorum miſericordię aliquod in eccleſia adminiſtrandum incumbit: deniq; fouendis etiam pauperibus ipſis. Atq; hoc ita habere, ipſi quoq; Papiſtæ in decretis ſuis teſtantur. Porrò, ſi in eo forte dubitas, Nobiliſs. Princeps, an cum exiguntur deci-
Decimæ ſoluendæ. mæ, ſolui omnino ac iure debeant: optimum fuerit ſcripturæ uerbis reſpondere, cum Chriſto: Date Cæſari quod Cæſaris eſt, & quod eſt Dei, Deo. Siquidem uectigalibus etiam ac tributis quadantenus decimæ conferuntur, unde reſponderi etiam poſſit Apoſtoli uerbis, Rom. 13. Cui tributum, tributum; cui uectigal, uectigal. imò uero iterum Chriſti uerbis, Matth. 5. Si quis tollere uolet tunicam tuam, dimitte ei & pallium. Verum hic non quęſtio eſt de dando, ſed accipiendo: non de ſubditis, ſed Magiſtratu aut Principibus: neq; ijs quibuſuis, qui poteſtate ſuæ
D freti accipiunt, (quemadmodum eſt 1. Reg. 8. Hoc erit ius regis, &c. cum per Samuelem Deus deterrere Iudæos uellet, ne regem ſibi eligerent:) ſed Chriſtiano
Decimæ an Chriſtiano Principi ſumendæ. Magiſtratu aut Principe, nihil aliud cum ſuis agere, quàm quod Dei uerbo licet, cupiente. Neq; uero uſquam de eo in ſacra ſcriptura expreſſe poſitum quicquam legimus, an Principi uel decimas dare, uel etiā nonas, conueniat. proinde eas accipere, nec ne, iure poſſit, alijs quibuſdā rationib. expendendū eſt: quid ſcilicet, & quantū Chriſtiano magiſtratui ſiue principi liceat. Legimus Deut. 17. Regi, ſiue Principi dictū, ne cor ſuum eleuari ſinat in ſuperbiam, néue deſpiciat fratres ſuos: ſed Dominum Deum timeat. Lucæ 3. eidem quoq; & militibus dicitur: Neminem cōcutietis, neq; iniuriā inferetis, ſed contenti eſtote ſtipendijs ueſtris. Ezech. 45. abunde honeſta poſſeſſio cōſtituitur Principi: nēpe, quāta uni XII tribuum Iſraël. ne ſcilicet oneribus populum grauet amplius. XIII enim terræ portio ei in poſſeſſionem aſſignatur: præterea ſuæ ipſi primitiæ & oblationes cenſentur. & quia ipſe ueluti caput ſuorum eſt, reliqua ei ſeruire membra debent, & ipſe eis uiciſſim: quam ſimilitudinem Paul. Rom. 12. & 1. Cor. 12. diſerte ponit. Stomacho quidem nutrimentū ſufficere, omnium membrorum intereſt: ac uiciſſim illius, horum curam agere. Perinde habet etiam Reſpub. cui neceſſitatis tempore, quo ſuccurratur, nullis nō facultatibus uti licet. Ezechiam legimus, omne argentum quod repertum fuerat in domo Domini, & in theſauris ſuis, dediſſe Sennacherib Aſſyriorum regi, 4. Reg. 18. nempe, ſua quoq; impendebat, ut hoſtem rurſus placaret. Idem fecerunt ſancti aliquot epiſcopi, aureis calicibus ad redimendum captiuos uenditis. Atqui, extra neceſſitatem, Magiſtratus officium eſt, ſubditorum onera non modo nō grauare amplius, ſed leuare etiam. Roboam nouis oneribus populo impoſitis, decima regni ſui parte ſpoliatur, 3. Reg. 12. Ioachim, qđ è pauperum ſudoribus & ſanguine magnifica ſibi ædificia extruxiſſet, putrefactus, &

proiectus

A proiectus extra portas Hieruſalem,ſepultura aſini ſepelitur. Hierem. 23. Sangui
nem Naboth,unà cum ereptæ uineæ iniuria,nõ impune tulerunt Achab & Ieza
bel. 3.Reg.21. Sæpe magiſtratui,aut Principi etiã ex officio incumbit, uectiga-
libus ac tributis liberare ſuos: quemadmodum in libro Iudicum legere eſt,& do-
cetur Pſal. 71. exemplo Chriſti:Parcet pauperi & inopi,& animas egenorum ſer
uabit:A fœnore & uiolentia redimet animas eorum,& ſanguinem eorum precio
ſum exiſtimabit. Rurſum,aliquando nec licet. Zedekias quia à Nebucadnezar,
cui ſubditus erat,defeciſſet,neq; tributa regi Babylonis pẽderet,Babylonicę capi-
uitatis autor fuiſſe,apud Hieremiã et Ezechielẽ traditur. cum tamẽ cõtrà laudetur
factum eius, quo liberum annum ſeruis & ancillis denuntiari curauit, Hier 34.
Verumenimuero,Principi, theſaurum etiam ad ſuæ ditionis & reipub. uſum ac
neceſſitatem recondere licet: quemadmodum Dauid magnã auri argentiq; uim
reliquit ad templi ædificationẽ. Item, ubi in ſceleratos animaduertit,eos etiam fa-
cultatibus ſuis multare poteſt: modò id citra innocentũ fraudem ac detrimentum
fiat. neq; enim eſt æquum, ſi quis fur mille aureos, aut huiuſcemodi,furto alicui
ſurripuerit,Principem quicquid id eſt uendicare ſibi. Licebit uero ipſum furem in
proprijs facultatibus,non autem alienis illis,punire. Ita cum Remp. aliquis fur-
to læſerit,eum ſpoliari quidẽ bonis ſuis, uerũ in publicũ uſum relatis,fas erit: quo
ſcilicet damnum,quod ille dederit,quantũ fieri poteſt,ſartiatur. Quæ ſi probe,ut
par erat,expendantur,mirum eſt quantum in his rebus æſtimandis iudicium præ
bitura ſint. Quod ſi decimæ in eccleſiæ uſum, hoc eſt,ad fidelium pauperum &
uerorum ſacerdotum neceſſitatem ſubleuandam collatæ,à pſeudoprophetis for-
ſan & irreligioſis illis religioſis,hoc eſt, ocioſis uẽtribus iſtis & Baal ſacerdotibus,
(nihil eorũ,ob quę eccleſijs datas eſſe decimas cõſtat,uel minimo digito attrectã-
B tibus)occupentur: Chriſtiani Principis eſt, tanquam pauperũ & eccleſiæ iudicis,
requirere ab illis,quo iure diuino in talia bona tantum ſibi permittant: atq; ita æſti
mare, quæ ſit illorum religio, quantum uero Dei cultui cõueniat, quid deniq; ec
cleſiæ commodet. Non poteſt ſanè non maximo eſſe oneri uniuerſæ eccleſiæ,
tantam ocioſorum, ac conſumendis tantum frugibus incumbentium,turbam
alere. Vbi igitur agnouerit Princeps,adeò illos eccleſiæ liberalitate abuti: licebit
ei, imò uero debet ex officio,in tam intollerabilem iniquitatem animaduerte-
re,donec ſe emendent, niſi hoc faciendi in ſua ditione aut principatu liberam po-
teſtatẽ nõ habeat. Et in hac quidẽ animaduerſione ubi intellexerit,ignorãtia pec-
caſſe illos,miſericordiã iuſtitiæ cõiunget. Si qui rebus gerendis & laboribus obe-
undis adhuc idonei ac iuuenes fuerint: iuuabit eos, quo honeſte & in proximi u-
ſum uitam inſtituant. ſin autem prouectioris ætatis, aut imbecilles, aut alioqui ad
laborem ſubeundum inepti: ij uel officio alicui præficiantur, ubi & eccleſiæ pro-
ſint,& uictu ſuo ad neceſſitatem, non autem libidinẽ ac mollitiem,utantur. Qui-
cunq; uero ex his errorem ſuum agnoſcere noluerit, dignus equidem eſt,qui nu-
dus planè,uelut ocioſum ac nullius frugi mancipium ablegetur. Sic enim Paul.
2. Theſs. 3. Si quis non uult operari, nec manducet. Porrò ubi iam pauperum
neceſſitati proſpectũ, & eccleſiæ (quod ad ædificationẽ eius ac miniſtros attinet)
probe cõſultum fuerit: quicquid deinde reliquum eſt, nemini potiore iure cedet,
q̃ reipub. cuius ſanè etiam eſt. Quando igitur in Principis poteſtate ſitum eſt, à
populo ſuo requirere, quantum ad ſtatum ſuum, ut par eſt curandum attinet: ſi
quid neceſſitatis præter illud accidat, ſuccurrere ei decimarum facultatibus ad
hoc ſumptis, quo minus oneret ſuos amplius, optimo iure poteſt. perinde ac ſi in
hoc ipſum tributa aut ſumptus à ſuis acceptos impendat. Præcipuum autem inſti
tutũ eius eſſe debet, per hoc populi ſui utilitatẽ cogitare ac promouere. Neq; ue

Digitized by Google

C ro hic locũ habeãt Principes luſores, uoluptuarij, atq; alij, libidine ſua magis oneri ſemper, q̃ honori aut uſui ſubditis ſuis exiſtẽtes. Vbi igitur, inquã, pauperibus ita & eccleſię pro neceſſitate prouiſum fuerit, nemo eſt deinde, cui decimis alijſq; eccleſię opibus accipiendis plus eſſe iuris uel poſſit uel debeat, quàm magiſtratus ſeu Princeps Chriſtianus. Atq; huius porrò intereſt, his ita acceptis curare ſedulo, ne qua etiam deinceps rerum neceſſariarum penuria cum fideles pauperes, tum eccleſiæ munia laborent, quatenus ſaltem ex illis caueri id queat. nam hoc pacto neq; fraus cuiquam facile fiet. Atq; utinam hoc inſtituto apud omnes Principes illa iam, quemadmodum hactenus præſcripſimus, recipi & adminiſtrari contingat. Sic enim fore certa ſpe ducor, ut bona ac firma ubiq; gentiũ pace fruamur. Et hæc quidem habui, Nobiliſs. Comes, quæ ſuper hac quæſtione in præſentia reſponderem. in quibus animi mei ac ueritatis ſimplicitatem, potius quàm ullius eloquentiæ aut blandiciarum fucum expendere uelis, oro & obteſtor. CHRISTVS animum iſtum tuũ, adeò ueritatis obſeruantem, ad maiora ſemper tuendæ ipſius gloriæ ſtudia promoueat. Vale, Baſilcæ 20. Iunij. An. 1529.

IOANNES OECOLAMPADIVS OTTONI *Vuerio, Eccleſiaſtæ Mylhuſano,* S.

SALVE in Chriſto. Legentur hodie, mi Frater, literæ tuæ: quarum uotis ſi non reſpondere licebit, dabitur certe opera, ne quid fraterni negligatur officij. Porrò quod ad me attinet, de cenſibus: res non omnino uana eſt. Educandus eſt pater, non ſine ſumptu. conſilio amicorum, illius nomine cenſus ita empti ſunt, ut uel ego, uel liberi mei hæredes eſſe queant. Cæterum de uſuris iudicare non eſt omnium. Sed paucis multa dicam:

D coram Deo uſurarium non facit, niſi animus inſatiabilis, immiſericors, Deo diffidens, & alieni cupidus. Coràm hominibus uero, uſurarium facit contractus iniuſtus, in præiudicium proximi, iuxta bonorum uirorum arbitrium. Quæ duo ſi recte conſtant, ut certiſſima ſunt, multa ſecus quàm uulgus ſolet definiemus. Multi cenſus iuſtiſſime recipiuntur, multi nullo iure honeſtari poſſunt. Poſtremum de euergumenis, reſpondeo: nobis donum miraculorum non eſſe conceſſum, nec eccleſiæ, poſtquam ſatis plantata, neceſſarium. Antichriſtus, nouæ religionis ac fidei plantator, ſignis opus habet: nos qui recepta docemus, non item. Nos infirmitatis noſtræ conſcij, oblatos illos, eccleſiæ precibus commendamus, ac medicorum curæ. Tutius id nobis, quàm fraudem cum papiſtis excogitare, & hypocriſin cum diuini nominis iniuria exercere. Scribant alij de his libros: noſtrum erit nihil, niſi quod conſtat, loqui. Quod Hieronymi diaconi mei frater ad te mittet ex Monaſterio, ſi acceperis, cum ſobrina mea huc mittas. & ſi paupercula uidua interim ſolatio tuo opus habet, & conſilio: age, quod charitas iubet, & officium permittit. Bene Vale. Baſileæ 3. Martij. An. 1531. Saluta Auguſtinum & Iacobum Symmyſtas.

Vſurarius coram Deo quis.

Miracula an euangelium docentibus neceſſaria.

HVLDRICHVS ZVINGLIVS OSVALDO MYCONIO SVO S.

GRAVIVS tuleras ſtomachum noſtrũ, Myconi ſuauiſs. atq; nos effuderamus: nec tamẽ, ut opinabamur, ab re. nam hoc nos ſolum male habebat, quod primis illis literis tuis (ante quas tamen putabam noſtras ad te ueniſſe: nec eſt quod Datum illarũ putes nobis impoſuiſſe. octo enim fermè diebus poſt noſtrarum miſſionem datę erãt. ſed impoſuit nobis Lucius, quem uoluiſſem Velocẽ potius tum fuiſſe, quàm uocari;) hoc, inquã, nobis ſtomachũ mouebat, quod preſſius uidereris dixiſſe, Placet ſen-

A cet ſententia tua, diſplicet ſententia tua: eaqꝫ uerba linea ſubducta notaſſes. Tum
cœpi mecū ipſe cogitare, ne forſan tu literas noſtras non accepiſſes, quod earum
omnino nulla tibi fieret mētio. Rurſum uidebare accepiſſe, quod ambiguū quid
de noſtra ſententia cenſeres. Atqui in breuiuſculis illis, nihil ſententiæ, nihil expli
cationis pronunciaueram. & ecce ſtomachus: ſiue igitur acceperit literas tuas, ſiue
non, (ratiocinabatur) inamicè tamen tecum agitur, quod ille te ad ſcribendū quid
ſentias, cōpellit: tu pares, atqꝫ ita pares, ut nimirum utriqꝫ faſtidiū moueas, ille ſibi
ſufficere putat, ſi ſolū dixerit, aliqua ſibi diſplicere, omiſſa cauſa cur diſpliceāt. itaqꝫ
per amicum non licet tibi doctiorē fieri, rectiuſqꝫ ſentire. En tibi cauſam ſtomachi
mei, qui tamen omnino cum ipſa literarum miſſione ſimul ex pectore effuſus eſt.
Ne dubites. multa enim interea pharmaca edi & bibi, ut febrem eliminarē: quæ,
ſi quid reliqui fuiſſet (ſancte tamē iuro, nihil relictum penitus,) omnia diluiſſent.
A febre cōualeo in diem, ne hoc quoqꝫ ignores: à ſtomacho dudum leuatus ſum.
Non te poſt hac oportet, hominem nobis chariſs. eiuſmodi acrimonijs amicitiæ
turbari: quam doctiſſimi homines experti ſunt arctiorem fieri, ſi nō omnia ſint un- *Amicitia quomodo reddatur arctior.*
diqꝫ blandicijs plena. Cupis poſt hæc, de angelis quædam tibi indicari. Non poſ-
ſum ſanè, quæ ſancti ſuper ea re ſcripſerunt, nunc per capitis imbecillitatem euol-
uere. quæ tamen in mentem ueniunt, indicabo. Hieronymo & Auguſtino immo
dica cōtentio eſt, de angelorū creatione, & quod ad tēpus attinet, & quod ad con *Angelorum creatio.*
ditionem. Quod ad tempus, Ille multis ſeculis ante mundi exordium creatos af-
firmat: Iſte, mox in ipſo rerum exordio. Simul enim Deum, ut cœperit creare an-
gelos, mundū quoqꝫ exorſum. ideoqꝫ Moſen dixiſſe: In principio creauit Deus
cœlum & terram. uoluiſſeqꝫ per cœlū, inuiſibiles angelicaſqꝫ creaturas intelligi:
per terram uiſibiles. uerum hoc te nihil angat. Quod ad conditionem uero atti-
B net, Auguſt. lib. de ciuitate Dei 10. uel 11. planè fluctuat, núm nam æquali cōditio
ne (quod ad ſtatum uel caſum attinet) creati ſint. & nunc in eam ſententiam pro-
pendet, qua putat eos qui ceciderint, non æquali dignitate aut perſeuerandi gra-
tia creatos, cum ijs qui perſtiterunt: nunc omnes ęqualem gratiam perſiſtendi na
ctos, utcunqꝫ habeant. Video Neotericos eſſe in ea opinione, ut quod ad caſum
aut perſeuerantiam attinet, dicant omnes æquali cōditione creatos: liberi tamen
arbitrij abuſu aliquos refugiſſe, aliquos apud ſigna manſiſſe. Nunc quod ad ſub- *Angelorum ſubſtantia.*
ſtantiam. Subſtātiæ ſunt ut puræ, ita ſimplices. atqꝫ inde magis ſimplices, qui per-
ſtiterunt: quod ſummus remunerator, firmius illorum uolūtates ſtabiliuit, qui ſe
ceſſionem cum Lucifero non meditati ſunt, ne ſemper eſſent in tam graui pericu-
lo. Refugorum ſubſtantia ut ſimplex, ita quod ad eſſentiam attinet bona, mores
tamen improbi. at non æqualiter omnibus, cum non omnes æquali affectu pec-
cauerint: ſed alij uehementiori, alij autem leuiori. ut non inſcite uideatur Origines
quibuſdam, putare quoſdam angelorum futuro iudicio in gratiam redituros. Bo- *Angeli boni.*
nos tamen angelos eſſe (ut ad illos redeam, & omnia confuſe dicam:) ſacrarum li
terarum infinita ſunt teſtimonia. Angelus cum ancipiti machęra ante clauſum pa
radiſi oſtiū poſitus, ut introgredi cupientes arceat. Angeli tres Abrahæ apparue-
runt in cōualle Mambre: unum tamen ſolum adorauit. eorum duo apud Lot ho-
ſpitio excepti, beneficij haud immemores, hoſpitem ſuum cum uxore & liberis
ex periculo pereuntis ciuitatis eduxerunt. Iacob, qua nocte meruit nomen uiden
tis Deum (hoc eſt enim, Iſraël:) uidit ſcalam ad cœli limina uſqꝫ pertinentē, & an-
gelos deſcendētes per eam & aſcendentes. uide Geneſim. Angelus in Aegypto
omnia primogenita, nocte una percuſſit. Angelus filios Iſraël in terram promiſ-
ſionis abeūtes, interdiu nubis columna comitatus eſt, nocte ignis: uide Exodū.
Angelum uidit Dauid, ſanguinolento gladio ad continuandā cædem properan-

 tem.

C tem. Ab angelo deportatus eſt Abacuc, in leonum foueã, cum ientaculo, ad Danielem. Angelum Heſter, alicubi docet Origenes Iudæos tradere, aſtitiſſe, qui illi gratiam apud regem & maritum conciliaret. In nouo teſtamento apparuerunt angeli Zachariæ, uirgini Deiparæ: in ſomnis marito eius Ioſeph, paſtoribus. Chriſtus ipſe, eos docet patronos puſillorũ uidere ſemper faciem patris cœleſtis. Iidem eundem reſurrexiſſe nunciant, Apoſtolis rediturum prædicunt, ea gloria qua ab illis ablatus ſit. Eiſdem carcerem aperiunt, Petrum è neruis explicant, Paulo uibices abſtergũt, & Siluano. teſtimoniorum ſatis habemus hac de re. Officia eorum

Angelorum officia.

ſunt, ut Deo fruantur: & ad miniſteria hominũ emiſſi, omnia impigre exequantur. Nec tibi obſtrepat, quædã infirmitatis diuinæ ſuſpicio. non enim emittuntur ab impotenti: ſed ab eo, qui ſi uelit, uerbo potentiæ ſuæ omnia poſſit. mittuntur tamen ad homines, ut ij uideant, quo ſe loco Deus habeat, qui miniſtros ſuos, communes faciat. uideãt item, quibus cum ſint habituri felicitatẽ. Nec eos dum mittũtur interea abeſſe à Dei aſpectu putes, qui Deum ubiq; exiſtentem, omnia permeantem, omnia immutantem, in omnibus ubiq; locis aſpiciunt. Hæc ultima de angelis appendix, noſtra eſt: ne tu putes alicubi autorũ claſſicorum nobis lectam, ambiguaq; pro ueris accipias. hiſce enim nobis ſatisfacimus, dũ ſupra nos aliqua audemus. De bello, obiectum ubi locũ, uide cũ Auguſtino exploſum ab Eraſmo in Annotationibus in Lucam cap. 22. Mitto item tuum Philirenum. Iſte lo-

Locus apud Lucam.

cus, Et tuam ipſius animam pertranſibit: &c. Lucæ 2. debet, ut omnia in ſacris literis, exponi ex ſuperioribus à quibus pendet. dixerat enim Simeon, Ieſum poſitum eſſe in ruinam, eorum ſcilicet qui ex Iſraël erant perfidi permanſuri: & in reſurrectionem multorum item ex Iſraël, qui ſcilicet ſint in illum credituri: & in ſignum cui ſint contradicturi, & non contradicturi modo, ſed tanquam uijs eorum con-

D trarium cruci affixuri, quæ res ut ῥομφαία uulneratura ſit uirgineum pectus: eouſq; etiam promotura, ut eorum pauor prodatur, qui ſe morituros cum Chriſto ſpoponderant: & illo mortuo indicaturi ſint quiq;, quo in illũ fuerint animo. Ioſeph Arimathienſis enim, quo in illum fuerit animo, nõne manifeſtauit: cum audacter apud Pilatũ (inquilinum Lucernanum, ut in re ſeria iocer) petijt corpus

Pilatus lucernanus inquilinus.

Ieſu? &c. Petrus, num tam fortis inuentus eſt, quàm extra periculi aleam conſtitutus futurum gloriabatur? prodidit igitur poſtea negando ex infirmitate humana, promiſſum ueniſſe. Is qui in illum locum Homilias ſcripſit, quæ Origeni falſo adſcribuntur, in hunc modũ enarrat: ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Ponã autẽ uerba illius. Quid? putamus, quod ſcandalizatis Apoſtolis mater Domini à ſcandalo fuerit immunis? ſi ſcandalũ in Domini paſſione non paſſa eſt, nõ eſt mortuus Ieſus pro peccatis eius: &c. Ecce quid hic audeat dicere: quanquam ratio quam aduertat non admodum fortis eſt. non enim ea ſola cauſa redimendi fuit Chriſto, ſi quiſpiam in paſſione ſua ceſſauerit: ſed ſi illi fides habenda eſt autori, ſenſus Simeonis omnino is erit, quod ô uirgo nec tuum pectus intentatũ erit, quod tibi quidem nunc dulce blanditur, quod talem habeas filium, quem ſenex ego & ſenior anus prophetes ſaluatorem in ſpiritu agnouerimus futurũ, ſed tam acutus in infirmitate paſſionis eius, animum tuum gladius uulnerabit, ut ſis non nihil ſcandali paſſura: ut tibi ipſa pateas, atq; uideas quàm friuola ſint quæ nos humanitus concepimus, atq; nullo non uento mobilia. Verum prior enarratio magis arridet nobis, alicubi apud autores lecta. Viſus ſum mihi dudum te uidere, omnia ſuſpicantem, quod tam diu non ſcripſerim ad te. ideo prolixe nunc omnia exequimur. Vale. & omnia boni conſule. Salui ſint uxor, liberi,

Xylotectus, omnes: ex Tiguro, 27. die Martij.

Anno &c. 1520.

A IOANNES OECOLAMPADIVS BERCHTHOLDO *Hallero, Bernenſium Eccleſiaſtæ* S. D.

SALVTEM in Chriſto. Comperta nobis eſt, Frater mi, ſeculi noſtri ingratitudo & malignitas. Nihil illi ſatis facit, tam faſtidioſi faſtuoſiq́ʒ palati eſt, ne dicam delicati. nihil relinquit inarroſum, etiamſi optime fideliſſimeq́ʒ geſtũ. Offendimus paſſim carpentes omnia, quaſi ipſi non niſi optima quæq́ʒ ſectentur. Ea propter nihil inexpectatum nuncias, narrãs quòd cũ Papiſtæ, tum Catabaptiſtæ, ex colloquio noſtro Marpurgenſi offendantur, imò glorientur nos uictos. *Marpurgenſe colloquium.* Miramur potius, quòd nõ magis ineptiunt, & malignitatem ſuam produnt. Gratulari oportebat, & nihil non facere, ſi qua ſolida inter eccleſiæ doctores concordia renaſceretur. Iam ſunt qui dolent, ubi aliqua pacis indicia ſpectant. Multum clamarunt antea, tantis nos odijs diſſidere, tamq́ʒ impotentes affectuum noſtrorum, ut nihil hoſtilius cenſeri queat. Nunc uero ubi pacifice conuenitur, datiſq́ʒ dextris diſceditur, etiamſi non toto negocio perfecto, alia habent quæ calumnientur. Verum morem geram tibi, urgẽti, ut quibuſdam illorum ſycophantijs reſpondeam: quo habeas, quibus illorum obturentur ora, qui in articulis noſtris uellicandis tam acuti ſunt. Ecce deſcendimus uocati ab optimo, ureq́ʒ Chriſtiano Principe, *Heſſorum Princeps.* non ob aliam quàm euchariſtiæ cauſam uentilandam. Erant enim qui putabant, in ſolis uerbis eſſe diſſidium: ſententiam uero non admodum diuerſam & incõciliabilem. Atqui, ut peruentũ ad colloquium, cum priuatum, tum corã principe, Lutherus ad alia quæ concorditer confitemur, ſeſe conuertit. Mendax enim rumor, ne ſuſpicioni imputem, traduxerat nos quaſi de Chriſto, deq́ʒ triade ſanctiſſima, item de fide ac miniſterio uerbi, parum pie ſen-
B tientes: & quales hincinde in cõuenticulis ſuis Catabaptiſtæ καινοτομοῦσι, comminiſcuntur, imò reducunt errores. Reſponſum eſt illis, nos nec eam ob rem comparere: deq́ʒ his quæ rogabantur, ita pie ſentire, ne ſit quod in nobis iuſto deſiderent. Qui enim Chriſtum unum, uerum & Deum, & hominem fatemur, & fide in illum ſaluos nos fore ſperamus, ab hiſce blaſphemijs ſatis alieni ſumus. Quamuis autem de his, non ualde pluribus coram principe actum. Attamen quoniam in re euchariſtiæ, nondum etiam poſt triduanum colloquium conueniebamus: uiſum eſt pleriſq́ʒ, uel hoc orbi indicandum, in cæteris cauſis fidei, ut articuli ſonant, nullum inter nos eſſe diſſidium. Et nihil quidem ui diſputationis obtentum eſt: ſed ut articuli Zuinglio & mihi prælecti, quędam uerba, duntaxat mutari petijmus, propter contentioſos quoſdã, qui uerba magis quàm uerborum ſenſa urgent. Nihil igitur uictoriarũ utrinq́ʒ, ubi nihil pręlij uel digladiatiũculæ: quicquid clancularij obtrectatores illi effutiant. Videamus autem, quæ nam ſint illa, quæ iſtis tam uehementer diſplicent. Principio obijciunt, quòd noſtram ſententiam conciliorũ autoritate approbemus: qui hactenus, nihil præter ſcripturã admittere ſoliti ſimus. Sed dicant iſti: ubi unquam Concilia reiecimus, uerbi diuini autoritate ſuffulta. *Concilia.* Quin & alibi ſæpe, propter eos qui multum illis tribuũt, uſi ſumus illorum dictis. Sunt enim illa prima quatuor œcumenica concilia, quantum ad fidei dogmata attinet, uere ſacroſancta, & in uerbo Dei fundata, à nulloq́ʒ fideli unquam reiecta. Execramur enim & nos Paulum Samoſatenum, Arrium, Eunomium, Sabellium, Neſtorium, Euthycon, & Dioſcurum: contra quos illa congregata ſunt. Placet confeſſio fidei Patrum. ſed quædam pro honeſtate morum ſtatuerũt: illa eatenus recipimus, quatenus charitati libertatiq́ʒ Chriſtianæ non præiudicant. *Patrum ſtatuta quatenus recipienda.* En etiam apud papiſticiſſimos canones illi uigorem ſuum amiſerunt. Nos ſi charitatis regulam non præuaricamur, cõciliorum robur non eneruamus.

Et ſic

C Et ſic pie ſentientes, quare contradiceremus? Quur illi non potius lenitatẽ com-
mendant? Deinde obijciunt illi, quod uerbo externo ſpiritũ ac fidem alligemus
ordinate loquendo: quaſi ſpiritus libertas, ut dum ſpirat ubi uult, deordinatio ſit.
Ordinatum. Hæc qui improperant, non intelligunt, quid dicamus, ordinatum. Scis enim du-
Dei potentia plicem eſſe potentiam Dei, unam abſolutam, alteram ordinatã, ut uocant. Cum
duplex. igitur dicimus, ſpiritum fidei per uerbum nobis cõmunicari, de ſolito ordine Dei
loquimur: nolentes interim anguſto limite diuinam potentiam concludi. Hunc
autem eſſe ordinem & morem Dei, docet Paulus dicẽs: Quomodo credent ei, de
quo non audierunt? Quare ergo illi inferunt, quaſi ex libertate deordinationem
faciamus. Seruat enim & ſic ſuã libertatẽ ſpiritus ſanctus, ut ſolis electis ſe cõmu-
nicet. Quod ſi minus admiſiſſemus, nõne miniſteriũ uerbi ut Catabaptiſtę quidã,
abſtuliſſemus? Interim non derogamus potentiæ diuinæ abſolutæ, quòd etiã an-
te auditum uerbum externum, hominem inſtruere poſſit. Proinde non dicimus,
Gratia ſpiri- gratiam ſpiritus ſancti eſſe alligatam, ut illi calumniantur: ſed fatemur Dominum
tus ſancti nõ al- per ſpiritum ſanctum cooperari prædicantibus, ut Marcus habet. Quod tertio
ligata. apponitur, uidetur non ſine ratione fieri: & nos quoq; non facile aſſenſiſſemus,
niſi ex alijs concluſionibus ſynceritas colliqueſceret. Non inuenis in uerbis no-
ſtris, quòd dicamus cũ his uerbis, Qui crediderit & baptizatus fuerit, inſtitutum
eſſe baptiſmũ. pridem enim illum Chriſtus ſanctificarat, à Ioanne tinctus: & Apo
Babtiſmus, o- ſtoli baptizarant. Iam quod dicimus opus eſſe Dei, ideo fit: quia non ab homi-
pus Dei. ne inſtitutus eſt, etiamſi externus ſit, & ab homine præſtetur. ſicut & Euangeliũ,
quod docemus, non eſt humanum uerbum, ſed uerbum Dei: ſiquidem ad impe-
rantem Deum reſpicias. quemadmodũ ſi præco iubeat, quod rex præcepit: non
pręconis, ſed regium uerbum & opus eſt. Item quod uellicatur, quia diximus,
D baptiſmum nõ eſſe ſolam teſſeram & nudum ſignum, quo eccleſiæ accenſemur:
ſed etiam fidem expoſcimus. quur hoc negaremus? Eſt enim ſymbolũ Chriſtia-
Chriſtiani qui norum. Et qui ſunt Chriſtiani, niſi qui in Chriſtum credunt? Expoſcitur autem fi-
des uel iam pręſens, uel quæ expectatur ſequutura: nihilominus ſignum eſt fidei.
Ecce mi Frater, ſi & euchariſtiam dixero teſſeram fidei in Chriſtum crucifixum,
Baptiſmus & nunquid aberrabo? minime, nam alioqui mortem Domini nõ annunciarẽ. Nun-
Euchariſtia, fi- quid igitur quorundam hypocriſis, Domini benedictionem euacuabit, ut ipſum
dei teſſara. ſacramentũ nõ ſit tale tantumq; ſacramentũ? Non eſt igitur, quod uel Papiſtæ uel
Catabaptiſtæ uincant, ſi pueris nondum adultis ſignum fidei detur. Atque adeò
ipſe non negarim, aquam baptiſmi eſſe aquam regenerantem. fit enim puer eccle-
ſię, qui dudũ ab eccleſia non agnoſcebatur. Offendit etiam inquietos illos homi
Traditionũ li- nes, quòd liberas traditiones relinquimus, ſi cum uerbo Dei non pugnent. Et nec
bertas quate- illius articuli pœnitere poteſt. Verbum enim Dei, fidem ac charitatem complecti
nus ferenda. tur: quas ſi ceremoniæ nõ lędunt, quare minus tolerabiles ſunt? alioqui nulla un-
quam nobis pax conſtabit? Similiter pacificus homo, qui rationem ſacramento-
rum nouit, facile percipit, quomodo ad gratiã Dei per baptiſmũ recipiatur puer.
Quos enim illa docẽt? num Deum? num pueros? Nec illũ, nec hos: ſed alios prę-
ſentes, qui hoc ſymbolo admonentur, puerum ad gratiam Dei pertinere. Non au
tem elemento aquæ, ſed ſanguini Chriſti, per ſpiritum, in fide dignitatem abluen
di tribuimus. Neque ego ſuperſtitionem dixerim mulierum, ſi infirmos pueros
tingi feſtinent: niſi etiam calculum & iudicium eccleſiæ pro nihilo habere nolim.
Demum hoc uere contentioſe obſeruatum eſt, quòd admittimus appellari eucha
Sacramentum riſtiam, ſacramentum altaris. quaſi approbemus aras papiſticas uel Lutheranas,
altaris. in quibus ſacrificetur. Atqui nos pacis gratia, nec ſacrificij uocabulum abhorre-
Altare. mus, ſi non ſubeſſet dolus. Quid mali igitur, ſi menſam dominicam, altare uoce-
mus?

Digitized by Google

A muſ? Appellamus igitur à liuidis illis, ad cãdidos lectores, & Chriſtiane corda-
tos: qualis tu. Habes igitur breuib. opinor, quod petebas. Mihi non eſt animus,
mniũ nugis poſthac reſpondere. Tecum tamẽ pro noſtra familiaritate, hęc & alia
libenter confero. Reliqua noſtri & ueſtri nunciabunt Legati. Bene te ualere pre-
cor cum uxore, cum ſymmyſtis, & patronis noſtris Nollijs, Vuattenuuileris ac
alijs. Baſileæ, 16. die Ianuarij. Anno 1530.

COLENDISSIMO FRATRI HVLDRICHVS ZVINGLIVS.

GRATIAM & pacem à Domino. Accepi Frater chariſſime doctam
& piam epiſtolam tuam, qua quædam obijcis, quæ, ut prima fron-
te ſeſe offerunt, contra prouidẽtiæ ſententiam facere uidentur: cum
tamen penitius introſpecta, nõ tantopere diſſentiant à uera ſenten
tia. Quin haud dubito, diligẽtia tua interea temporis ad ea te pene
trauiſſe, quæ tum abſtruſa & clauſa, cum epiſtolam ſcriberes, credebas. Memini
enim, in libro noſtro pro uirili redditam eſſe rationem, cur Dominus Deus digne *Deum noſtro*
tur cum hominibus humano more loqui. Cum igitur ſic nos affatur: Si feceritis *more nobiſcũ*
quæ uobis præcipio, &, Ego ſum qui ſcelera patrum uſq; in poſteritatem eorum *loqui.*
perſequor: cæteraq; eiuſcemodi, noſtro ſchematiſmo utitur. Sic enim ſolemus pa
tres, liberos noſtros aut in, aut dehortari. Dignaẽ ergo cœleſtis quoq; pater eo mo
do loqui. At quomodocunq; uerba prolabantur, etiam hominibus, certus tamen
ac firmus ubiq; manet ueritatis animus. hic eſt, unum eſſe Deum, eumq; eſſe uni-
cam uirtutem ac lucem rerum omnium. Quod impiorum autem ille opus non
habeat (nam neq; piorum illi opus eſt:) facile diluitur, cum quod eos ad noſtrã do
ctrinam ac lucem creat (quomodo enim quid pietas ſit ſciemus, niſi ex impietate
B magiſtra, imò hoſte didicerimus?) tum quod omnium creaturarum illi non aliter
eſt opus, quàm ad uſum bonũmq; nõ ſuum, ſed creaturarũ ipſarum. Sunt autem
quæ in mediũ adfers, ex libris apocryphis fermè producta. quæ, ut talia facile cõ *Apocrypha.*
cedam eſſe, quæ lectu digna habeantur: nunquam tamen ad eam firmitatis men
ſuram peruenĩũt, qua canonica pollent. Sunt enim magis diluta, ac imbecilliora: *Canonica.*
ut quæ potius imitationes priorum ſint ſcriptorum, quàm proprio recentis ſpiri-
tus, feruore ſcripta. Hæc Frater ac Domine colendiſſime, ad iucundam & erudi-
tam epiſtolam tuam, paucula reſpondere ſtatui: quod credam te iam non ultra
hærere, etiamſi prius hæſiſſes. et poſtquam nos in numerum fratrum ſic accepe-
ris, ut Dominum pro me ores: quod uiciſſim facturus ſum. Iubeo te ualere in Do
mino. Tiguri, Vlt. Auguſt. 1531.

ERVDITI CVIVSDAM EPISTOLA AD VLRICVM
Zaſium Iureconſultum.

DECIMVS nunc menſis agitur, cũ mihi reddita eſt tua epiſtola, Zaſi
chariſſime. Cui quod nõ protinus reſpõderim, caue id negligentia,
aut obliuione aliqua factum putes. Audi enim, quod conſiliũ ſecu-
tus fuerim. Plus ſatis concitatas literas acceperam: tempus interpo-
ſui, quod iſtum feruorem quodammodo deſpumaret. nec dubito,
quin poſt tantum temporis, paulò mitiorẽ ſim habiturus, quàm antea. Dominus
faxit, ut quorum animos coniunxit inferiorum neceſſitas, quando ſuperioribus
annis communem patriam mutuus & communis amor ſecutus eſt: eoſdem ne
diſtrahat melior quædam fruges, & ſtabilius uinculum profeſſionis & religionis
noſtrę. in quo quantopere diſſentiamus, tum puto melius uidebis, cum nos idem
aliquãdo ſenſerimus: nempe, ſaluatorem noſtrum & Dominũ Ieſum Chriſtum.

C Summam igitur diſſenſionis noſtræ paucis colligam. eſt enim in duabus ferè quæſtionibus conſtituta, bonorum operum uidelicet, & ſedis Papæ, huc omnia cōcedent, quæ ſunt in epiſtola tua: cuius non uerba, ſed mentem potius expeniar, ne tibi moleſtus fiam, occupato tam multis & grauibus negocijs, quæ uel ultra tuam ætatem ſuffers. Sunt, nō ignoro, merita quædam. & ſatisfactiones conſtituunt Papiſtæ in noſtris operibus: nos merita cōſtituimus, nullas tamen ſatisfactiones. Merita quidem, non ut illi ad uitam, ſed ad mortem tantum, in omnibus humanis. Satisfactionem uero nullam. noſtra enim eſt æterna & infinita condemnatio, In humanis omnibus. Neq; enim opera tantum reijcimus, ſed totum hominem quantus quantus eſt, rationem, ingenium, uires, conatus omnes, omne arbitriū. in his ſi quid præſtantius eſt, efficacius eſt etiam ad interitum. Deinde cum nobis baptiſmum obijciunt, affirmamus nos in hoc ipſum baptizatos eſſe, ut ſic ſeruiamus. Nam Ioannes baptiſta pœnitentiam prædicat, nō unius aut alterius peccati; ſed etiam rerum iſtarum omnium quæ non ſunt regnum Dei: cuius hic uitam præparat, uox clamans in deſerto. Ad iſtam uocem tereuoco Zaſi, quæ nō paulo clarior eſt, quàm ut ullis commentarijs indigeat. Commentarios nemo reijcit, niſi palàm ſint impij: uerum damnationem & ſalutem intelligere ex commentarijs. Quo pacto tolerant uoces iſtas, uel Ioannis, qui mundum peccati & maledicti reū clamat propterea, ut à peccato & maledicto nos reuocet ad ſaluatorem noſtrum, uel etiam Apoſtolorum, quorum ſonitus expergiſci facit uniuerſum hunc mundum, ut euangelium hoc audiat: Qui baptiſatus fuerit, ſalus erit. Cogita num hic aliquid humanorum operum prædicetur, quæ faciant ad uitam. Non eſt enim omnis humana gloria, ceu gramen quoddam, aut puluis terræ? D uenit uentus, & pereunt illa. Cur hominum iuſtitiam Propheta nominat pannum ſordidum coram Deo? Cur nos Dauid mendaces facit? Cur Chriſtus tantopere cōfirmat: Caro non prodeſt quicq;, ſpiritus eſt qui uiuificat? Age Zaſi, num ueſter ſpiritus uiuificat? An potius hoc uerum eſt, quod hominem ſcripturæ carnem nominant? Imò hoc omne, quod non eſt diuinus ſpiritus, ſic nominant. Cur nos Saluator iubet, ut relictis omnib, quæ nos habemus, ad ſe nudi ueniamus? Cur iubet abnegare nos ipſos? Nū nos nō affectus ſumus, aut uēter tantū, ſed homines? Hoc uniuerſa ſcriptura agit, ut nos translatos cū noſtris omnib. inſerat in ipſum Chriſtū: cū interim ſolū Chriſtū iactat, ut ſanctū, iuſtū, innocētē, & in quo uno nos benedici oporteat, & recōciliari æterno patri, qui hoſtes capitales ſumus ſecūdū hominē. Hoc reqrunt oēs figuræ teſtamēti ueteris, teſtat̃ ipſa mors Chriſti & reſurrectio: omnia in uniuerſum ſcripturę uerba, quæ nos quotidie uelut ſurdi in ore habemus. Quid eſt Chriſtianos eſſe nos, ſi noſtra ualēt? Quid eſt fides in Chriſtū, ſi nos quoq; pro peccatis ſatisfacimus, ſtudio papiſtico? Fruſtra eſt quod gratia ſeruati & redēpti dicimur, ſi adhuc noſtra merita iactamus. Latinus homo es, gratiæ ſignificatū intelligis: ex q̃ recte infert Paulus, gratia Dei ſaluatos eſſe credentes. non igit̃ ex ſuis meritis, aut operib. Inſpice uocabulum Chriſtus & Ieſus, quod ipſe eſt ſolus rex inuentus, & dignus Deo: quod ſolus eſt ſaluator noſter. Nūc iube cōmētarios, ut equos illos platonicos afferāt, & reginā illā quæ regnet in corpore hominis. Eſt autem in homine quod adiuuet, & perquirat, ad hoc regnū: inquiunt. Caue Zaſi: opus Dei nondū intelligunt. Dicant igitur, quid adiuuet ſalutem noſtram? ſi quid adiuuat. Nam hoc ſi humanum eſt, peccatum eſt, & dignū morte: quod nos prius abnegare oportet, quàm in Chriſti regnū transferamur, qui in nobis regnare uult ſolus, ut patri ſuo redemptionis huius gloriā ſoli lucrifaciat. Omne diuinam gloriam cōmunem habent credentes, in Chriſto. unica hæc excipitur: quā teſtatur Deus, alteri ſe daturū nō eſſe, adeò ut Chriſtus

Satisfactiones. *Merita.* *Baptiſmus.* *Commentarij.* *Chriſtus. Ieſus.*

teſtetur

A teſtetur, ad ſe (qui uita eſt & reſurrectio) uenire neminẽ poſſe, niſi tractum à patre. ita ut iuſtificationis & ſaluationis initium, ex propoſito patris eſſet, medium iuſtificationis ex ſpiritu. cum inquit: niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, regnum Dei intrare non poterit. Finis autẽ & meta in ipſo Chriſto, qui ſic ait: Ego ſum reſurrectio & uita: qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit, uiuet. & omnis qui credit in me, nõ morietur in æternũ. Age mi Zaſi, deponant pauliſper cõmentarios, donec iſta audierimus. Hoc enim eſt uerbũ, quod nos tã elato præconio ad uiam ueritatis uocat, quæ eſt ipſe Dominus & ſaluator noſter Ieſus Chriſtus. Nõ legislatoris nomen Chriſtus habet, ſed ſaluatoris: aut certe legislatoris quoq;. Audi autem, quã legem tulerit. Legem ſalutis, de qua ſæpe prophetæ. ea eſt lex fidei, & ſic habet: Qui credit in me, nõ ueniet in iudiciũ: iudex ipſe ſum. ſi in eum credideritis, qui miſit me, quiq; uerax eſt, uere liberi eritis. nolite timere: pax uobis: cõfidite, ego uici mundum. uenit Princeps mundi huius, nec in me quicquam habet. puſillanimes quid trepidatis? cur diffiditis? non ueni ut mundum iudicem, ſed ut ſaluẽ. qui nõ credit, iam dãnatus eſt. filioli ubi ego ſum, hic eritis et uos. en ego uobiſcũ ſum, ad conſummationẽ uſq; ſeculi. ſic patri placuit, ut daret uobis regnum. Sine Papiſtas Zaſi, ut redeãt ad ſua meritoria opera, & ſatisfactiones pro peccatis, iuxta quę dirigant & obfirment fiduciã ſuam. Nos merita & ſatisfactionem ignorabimus, niſi in liberatore noſtro Ieſu Chriſto, in quo uelut in æterno theſauro recondita ſunt nobis hæc omnia: quæ nondum uidemus, uidebimus autem breui, quicunq; totos nos committimus ſaluti illius. Eſt, qui pro nobis meruerit, qui noſtris peccatis omnibus ſatisfecerit, qui Moſaicæ legis conditionem in ſe tranſtulerit, ut quæ uita prius connexa erat huic legi, quoniã legi ſatisfecit & impleuit ſolus Chriſtus, iam ſolius Chriſti eſſet, ceu legis confectæ præmium. Ecce nobis no-

Chriſtus legiſlator etiam.

B uum legislatorẽ, qui ſic ſtatuit: Legem perſolui Deus & homo, quam nemo homo poterat præterea: Venite ad me omnes qui laboratis & fatigati eſtis: intelligite me uobis ſeruiſſe, uobis lucratũ eſſe uitam, quæ pendebat ex lege, cuius ego nihil indigebam, uiuus & æternus, Deus, creator ueſter: date hanc gloriam patri meo, quod ſolus legem perſoluerim: reparare amicitiam uobiſcum pater uoluit, ſic tamen, ut laudem huius beneuolentiæ ipſe ferret. Quid faceret? Vos peccatores eratis, & profugi diuinarum rerum, præterea inutiles ad omne quod bonum dici poteſt. accedebat ad hęc mala unũ omniũ quod peſſimũ erat, contemptrix diuinarũ rerũ ſuperbia, gloria carnis ueſtri: hanc neceſſe fuit, ut prius cõtruderet & eriperet uobis. legẽ dedit per Moſem, quæ exigeret perfectũ amorẽ Dei, perfectũ amorem proximi: quę ſi uel latũ ungem aut pedẽ tranſuerſum neglecta fuiſſet, ut iam intelligeretis ueſtram damnationem eſſe. nam præ nimio amore ueſtri, qui reſiſtit Deo, cernere non poteratis quod toti peccatum eſſetis, & per omnia indigni Deo. Nunc, legis uoluntas non erat, ut uos perderet, ſed ut exacueret, & monſtraret potius ueſtram damnationẽ, utq; uos à ueſtris omnibus ad me reuocaret, qui uobis uitam demerui, modo hoc credatis: & ne in uobis quæratis, quod eſt in me tantum, qui ſic patrẽ glorifico & uinco, quod bonus & miſericors exiſtat. Igitur qui in me credit, non iudicabitur. nunc enim iudiciũ non legis eſt, ſed meum tantummodo, qui legem abſolui, qui mortem uici, qui æternam beatitudinem reparaui omnib. in me credentibus. Hoc opus Dei cũ olim phariſaica ſanctitas non intelligeret, & legis literam ſequeretur, non uidens Chriſtum, qui eſt uoluntas legis, merito hoc audiebãt à Chriſto, quem illi hæreticum & blaſphemũ putabant, quod nouam & ſuam tantum iuſtitiam mundo iactaret: Non, inquit, ueni ad ſaluandum iuſtos, ſed peccatores. Igitur ne Chriſtus iuſtitiã proiecit, & bona opera? Minime uero: ſed hæc ipſa pręſtiuit, docens diffidere in humanis bonis, & credere

Lex cur data.

C quod omnia bona in ſe habeamus: quæ ab illo accipimus, non ille à nobis: ut patri cedat hæc gloria. Lutherus miniſter Euangelij, & ſeruus Ieſu Chriſti, num bona opera deſtruit? num teſtamentis & ſignis, quæ ſacramenta nominant obſcurio re uocabulo, diuinę miſericordiæ, quæ eſt in nos per Chriſtum, derogat aliquid? quod cum Ioanne clamat: Pœnitentiam agite: nemo bonus eſt, niſi Deus: nemo in ueritate operatur, niſi Deus. ſed ecce agnum, qui tollit peccata ueſtra, & uobis imputat ſua bona, ſuamq́ iuſtitiam, ſuamq́ uitam. Vna hæc uia eſt ad bona opera, ſi nos nō quicquã egerimus: ſed crediderimus uocari per euangelij uerbum. ubi hæc fides eſt, hic eſt ſpiritusſanctus, agitabilis in corde credentium: hic boni fructus ſequũtur, quos nō nos parturiuimus (, alioqui ad mortē erant ex mala arbore:) ſed regnum Chriſti in nobis, quo regenerati ſunt credentes, & ab humanis omnibus tranſlati in ipſum Chriſtum: in quo ſabbatũ agunt credentes, cum iam non æſtimantur à ſe & ſuis uiribus aut effectibus, qui eliciunt peccata, ſed à perfectione ſaluatoris ſui, quo cum omnia habent communia. Vnde Paulus tam audacter pronunciat, nos inde non eſſe, qui operemur. iuſta enim ſunt omnia credentium, non in ſe quidem, ſed in æſtimatione ſanctitatis Ieſu Chriſti. Nullum præclarius opus eſt, quã Euãgelica adminiſtratio. et tamen ex hac etiam parte Chriſtus pronunciat nos ſeruos inutiles eſſe, etiamſi omnia fecerimus. Quomodo hæc cōuenire poſſunt cũ noſtris meritis, & tam ſtultis ſatisfactionibus papiſticis? Nullo pacto. Ad opera quod attinet, ſerui adhuc dicimur: ſed non niſi inutiles ſerui. Quod ſi fidem reſpicias, iam filij & hæredes ſumus, permanſuri cum Chriſto in regno patris. Proinde, in his rebus in quibus Papiſtæ & mundus blandiuntur ſibo, in his Chriſtiani cruciantur & mortificantur: cum uident pro tam immenſis Dei beneficijs, pro accepta fide, pro accepto ſpiritu ſancto, pro accepta æterna ſalute ex dono Dei, nihil ſe habere prorſum quod reſpondeat huic gratiæ, ſed carnem ſentiunt reluctantem ſpiritui, incitantem ad amorem ſui, ad contemptũ proximi, ad ea omnia quæ Deo ingrata & aduerſa ſunt. hic plorant, hic ſuſpirant, hic dignos ſe putãt omni maledictione, omni diuina ira, interitum & mortem deſiderant uetuſtatis ſuæ, anhelant ad perfectã Dei gloria, adq́ eam ſalutem, quam pro ſua dãnatione accepturi ſunt. Sed quod ad opera pertinet, multo plus Chriſtus in illis impetrat ſuis precibus, quàm lex ſuis minis. Si quis enim uidet, pro tãtis meritis ſuis Chriſtum nihil exigere: ſed hoc unum urgere, ne puſillanimi ſimus erga ſe fiducia: & cum phariſęis nō ob aliam cauſam iurgari, quàm quod ſua dona reſpicerent, & nocere illis uellent qui ſua dona recepiſſent: præterea ſic humiliare ſe Chriſtum, ut ante nos uelut proſtratus & ſupplex nos oret, ne immemores ſimus tanti beneficij, ne ad nos redeamus, & ad inquiſitionem ſalutis noſtrę, quam in ſe habeamus iam antea: poſtremo exemplum ſuum nobis clementer abſq́ minis, ſed cum promiſſione ſui cōſolatoris exhibeat, ut quod ipſe Deus & magiſter noſter fecerit in immeritos, idem nos faciamus, non iam ſolliciti de noſtra ſalute, ſed de aliorum potius, quos iuuemus, quos diligamus, etiam inimicos noſtros. ſub hæc omnia affirmans nobis, ſe eſſe qui peccati remiſſionem ſuis exhibeat. Hæc ſi quis intelligit, quæſo te Zaſi, num ille in carnis libertatem excurret, eo quod ſciat ſe à lege liberũ eſſe? Caue putes Zaſi. Sic enim datur nobis cor carneum, de quo Prophetæ, pro corde lapideo. Nam hæc aut nō intelligimus, aut cor humanum ſubuertit ſeſe, uictum iam immenſa bonitate diuini nominis. Veniant papiſtæ, & innouent cor noſtrum ſuis ſatisfactionibus, ſuis legibus compeſcãt mortalitatem illam, quam ne diuina quidem lex emollire poterat. Ergo tam pulchrã & Chriſto dignam rempub. habent, quod malunt ſuis figmentis nos paſcere, quàm uerbo Euangelij. Corruat hic Zaſi, papiſtica ſedes in infernũ uſq́, quæ cum ſibi uicaria, tum

Sacramenta.

Bona opera.

Euangelica adminiſtratio.

Opera.

D

A tum Chriſti tam omnino impudenter arrogat, nil docet quàm fugã & diffiden-
tiam in Chriſto, per corporale regimen, quod ſtatuit ad ſalutem hominum per-
tinere. proinde miſerias parit in conſcientijs hominũ, qui quod ex fide Chriſti
per Euangelij uerbum habere antea debebant, quęrere ducuntur iſtis humanis
meritis & ſatisfactionib. Quid inueniẽt igitur? mortẽ & exitiũ, in lege ſua poſiti-
ua, quam tu neceſſariã putabas, ut cohercеretur populus. Stulti latrones: an non
mandabãt uniuerſis, ut ſub mortali peccato leges Papiſticæ ſeruarentur? Et quid
docebant illæ? Nihil certi: niſi hoc uerum nõ eſt, neglecto euangelij nuncio: Cre
de in Chriſtum, & ſaluus eris. procꝗ tam ſimplici ueritatis uerbo, exhibuerunt no
bis tam perplexum opus canonum ſuorum, Hieronymum, Auguſtinum, Tho-
mam, Ambroſium: in quibus omnibus ſalutem quęreremus. & rationẽ uitæ no-
ſtrę ſatisfactiones & merita cõſtituerunt in omni doctrina ſua, in omnib. ſcriptis
ſuis, ubi inueniri non potuerunt, cum ſint in ſolo Chriſto. Sic unà cadunt, & quæ
de operibus, & quæ de Papa diſputabas. & uides nos tangere nõ abuſus Papiſta
rum: ſed ipſum Romanum ſolium, quod ſuper iſtam ſeductionem fundatũ fuit,
quod in iſta ſeductione nunc in infernum ruet, magis horrendo caſu quàm tunc
cœpit. Ipſi ſe petram iactãt. Age certamen illis eſt cũ noſtra petra: aut illam diſcu
tient, aut ſe frangent. Videamus an mendax ſit Deus, qui in ſe ſolo nos iuſſit cõfi
dere. Exurant nos, nouum Papatũ inſtituant: ſiquidem is iam deſtructus eſt, relu
cente Euangelio. Omnia conentur: ſpectabimus, nũ paulo fortiores hoſtes Chri
ſtus deuicerit, quàm iſtam impotentiam humanorum conatuum. Necꝗ uero me-
tuemus, quod nos ſoli ſumus, quod nos mundus propter iſtas incredibiles expe
ctationes inſanos ęſtimet. Proinde te cohortor, ne poſthac illis cõſentias, qui pro
pter tumultus hominum, quo ſe contundit iratus Euangelio, premendum adhuc
B putant opus ſalutis noſtræ: quod in Chriſto eſt, non in Papiſticis aut humanis ſa-
tisfactionibus, legibus, & meritis: quæ omnia deſtruenda ſunt ob hoc ipſum, ut
Chriſti Euangelio locus ſuperſit. Nàm quoadusꝗ Papa in nobis regnat, Chriſti
ſpiritus regnare non poteſt. Quod ſi adhuc credis, Papam iure diuino ſubſiſtere:
recte, te cum Luthero nihil prorſum conſentire, qui credit ſalutem habere ſe in
Chriſto, & fidem Antichriſto illi qui diuerſum ædificat adhibere non poteſt. No-
li cauſari Patres noſtros, nam ex his multi, ſi audiſſent quod audis tu, & non in eo Patres.
tempore inuoluti fuiſſent, in quo maturare iuxta prophetias oportuit abominatio
nem iſtam: nunquam toties admoniti feciſſent, quod nos facimus. Si quis autem
ſic mortuus eſt, ut ſtatuerit aliquid in ſua merita & ſatisfactiones: is in fundamen-
to relictus eſt, quod non fuit Chriſtus, contra infernum nil poterit, in abſor-
beatur. Dominus autem ſcit, quos elegerit. Nos opus redemptionis noſtræ ſic exi
ſtimare debemus, ut cedat in illius gloriam. Si quis contrà pugnet, & afferat ſua
etiam requiſita, quæ finxit humanitus: fruſtra eſt, quod nobis magnificos titulos
iactet, qui ſunt ementiti ob uentrem ſaginandum. Quid quod ſoli contra multos
ſtamus? num propterea deſtructum eſt Euangelium, & gratuita remiſſio peccato
rum? Tempus ueniet, quãdo nobis pugnandum eſt in hac fiducia, nõ modo con
tra mundi homines, & nos ipſos, & humana omnia: ſed & cõtra potentem mun
di Principem, ſolis & deſtitutis omni humano cõſilio. Quis nos tum eruet? Domi
nus, & ſaluator noſter, qui quàm uerax eſt, tam non confundentur qui permanſe
rint in illius uerbo: Qui crediderit, ſaluus erit. Hoc uerbum eſt, in quo lex Moyſi,
in quo ſcripturæ omnes, uelut in punctum concidunt. Sic oculos quorundam di-
ſcipulorũ Chriſtus uno momento aperuit, Lucæ ultimo: cũ eos de ſcripturis di-
ſceptãtes, ſic arguit. O ſtulti, & tardi corde ad credendum, in omnibus, quæ locu
ti ſunt prophetæ. Nonne hæc oportuit pati Chriſtũ, & ſic intrare in gloriã ſuam?

C Vide ut omnem ſcripturam in ſe transfert, qui ſaluator & redemptor eſt, impertiens nos ſua gloria & reſurrectione. Sic eodem capite, cum iam cõgregatis multis diſcipulis de Chriſto ſic ſcribit Lucas: Tunc aperuit illis ſenſum, ut intelligerẽt ſcripturas, & dixit eis: Quoniam ſic ſcriptum eſt, Sic oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis tertia die & prædicari in nomine eius pœnitẽtiã & remiſſionẽ peccatorum in omnes gentes. Quam igitur pœnitentiã: diſtinctãm ne tot formis, & tam incertis? Non. Chriſtus ſaluator mundi nominatur, tollens peccata noſtra, in quem confidere nos debemus. confidere autem toti non poſſumus, niſi prius Pœnitẽtia uera relictis & exoſis noſtris, quæ uera & integra eſt pœnitentia, earum rerũ omnium quæ non ſunt Chriſti. Nunc iudica, num tortores ſint ſcripturarũ, qui Dei & ſimplicem pœnitentiam hominibus prædicant: aut qui humanam & multiplicem fingunt. qui cum ſuam & mentitã pœnitentiã docent, ueram obſcurant, imò deſtruunt & meritorum, ut iam ſæpe dixi, & tute intelligis. Quare ſi quis te interpretem ſcripturarum fatetur, meminerit non Papę aut alicuius hominis eſſe, ut ſibi iudicium ſumat, hic quicquam decernendi. Verba ſalutis noſtræ in ſublimi & perſpicuo poſita ſunt, & inſonuerunt per totum orbẽ. Sic ſcripturas tractent, ut Chriſtiani liquido intelligant & iudicent, num ſic tractent, ut hoc uel declarẽt, uel expoliant, uel illuſtrent: Qui crediderit, ſaluus erit. Deinde hic tantum iudicate uos, quantum cuiqꝫ ſpiritus ſanctus reuelarit. quem illi prædicare debent, quod habitet in omnibus credentibus, unicus Magiſter & Doctor noſter. Sic hoc uerũ manebit, quod nos Chriſtus monet: Cauete uobis à falſis ꝓphetis, qui ueniũt ad uos in ueſtitu ouium, intus lupi rapaces, ex fructibus cognoſcetis eos. Qui nos ad fructus mittit, quomodo poteſt iudicium uobis adimere? an non iudicio opus habet, qui ex oue lupum intelligit? Nimium iniqui & blaſphemi ſunt, qui quietos eſſe iu D bent, & renũciare iudicio: cum ueri Apoſtoli nos iuſſerint omnia probare, tenere Probare. autem quod bonum eſt. Probare, inquiũt noſtri, eſt laudare. igitur laudare & ſequi debemus ipſos lupos: ſiquidem laudare õmnia debemus. Vide Zaſi quomodo ſe implicent. Sciebãt Apoſtoli ſe ſeruos inutiles eſſe, miniſtros tantũ illius uerbi, quod aures percipiant. cęterum Chriſtum ſolum paſtorem & magiſtrum eſſe, qui quos elegiſſet pater ipſe doceat, & uiuificaret: hanc fidei prædicationẽ in ipſo hominis corde mortificans & uiuificans. Quare non dicebãt hæc: O gentes, mandamus uobis, cõfidite nobis: ſi uos ſeduxerimus, noſtra eſt culpa. ſed relinquebãt uerbum ſuum audientiũ arbitrio, ſatis certi, quod niſi diuinus ſpiritus uiuificarit hoc uerbum, certificans & ſtabiliẽs cor hominis in hoc unum, fruſtra mandaturi eſſent. Domino, inquis, ſuo ſtãt & cadũt. Minime uero Zaſi, ſed nobis cadunt Papiſtæ, niſi reliquerimus. Iſta eſt enim imitatio Paulinæ ſententiæ, quæ nos iudicare uetat, in his tantum rebus quæ ad nos non pertinent: ſed inter ſeruum & Dominum ſunt tantummodo. alioqui Chriſto & omnibus ſcripturis contrarius eſſet Paulus, quę nos ubiqꝫ monẽt à ſeductoribus & uentribus illis. quod idem & Paulus fecit. Sic Deus ad Ezechielẽ dicit: Fili hominis, epiſcopũ dedi te domui Iſraël, audies de ore meo uerbum, & annunciabis eis ex me. Si dicente me ad impium, Morte morieris, non annunciaueris ei, neqꝫ locutus fueris, ut auertatur à uia ſua impia, & uiuat: ipſe impius in impietate ſua morietur, ſanguinẽ autem eius de manu tua requiram. Hæc ne deſtruent Papiſtæ, adductis in hanc rem male cõmodis commentarijs: iam peruertant omnia in ſuũ uentrem. Cõquereris nos Miſſam deplumare. Bene, ais, teſtamẽtũ hoc erigimus, Miſſam deplumamus, ut neqꝫ pro uiuis, neqꝫ pro ſepulchris merita ſint, aut ſatisfactiones in omnibus factis noſtris: in quæ tamen fundatę ſunt, transferẽtes nos à fiducia Domini noſtri Ieſu Chriſti. Si Papiſtis ſic deplumatę adhuc placent Miſſæ, age habeãt, & nedum ſacrificium

falſi

Digitized by Google

A falſò nominent. ſed quocunq; tandem nomine appellent, ceremonias, ordinem
externarum rerum, monarchias, ariſtarchias: nihil horremus, modò hoc uerum
maneat, pacem conſcientiæ, meritum, ſatisſactionem noſtram eſſe Chriſtum. in
quem qui credat, uitam habeat, & bona omnia quæ ſunt ad uitã: ut poſthac non
noſtræ ſalutis ſerui aut operatores ſimus (ſic enim fruſtra ſeruus noſter Chriſtus
factus eſſet:) ſed enim illius ſerui, q nobis ſeruiuit prior, Dominus noſter, & Deus
noſter. cuius ſic ſerui ſumus, ut ſeruitus iſta nõ noceat: ſed ſit in hæreditatem futu
ra, quæ credentibus ſeruata eſt, in Chriſto reuelanda. Iam inde Papa ſi fateatur ſe Papæ regnum.
humanũ principem eſſe, ſi Carolũ regno eijciat, aut fateatur ſe Caroli uicarium
eſſe, nihil obſtrepemus ei, ſed honorabimus ut mundanum regem. Sed nenunc
quidem corporale illius imperium deſtituimus, quod imprudẽtes quidam hic ho
mines cœperant, quando Martinus abſuit: ducti quidem nõ malo animo, modò
ſciuiſſent, quod hoc illis cõmiſſum non erat, ut manu tentarent quæ Euangelij
prædicatione non ex oculis hominum, ſed ex corde rapienda fuerãt. Quare cum
Philippus doleret iſta ſic agi, & cõtrà tamen nil poſſet, Dominus nobis Lutherũ.
reddidit, Eccleſiaſten noſtrũ. is re cõperta quàm acriter & animoſè contra illos ſe
obfirmauerit, qui talia urgebant, claudicantes in partẽ diuerſam à Papiſtis: dum
iterum res externas in conſcientiæ periculum uocarent; ij ſciunt, qui audierunt &
uiderunt. cum quæ potuit omnia in priſtinum ſtatum reſtituit, editis libellis teſta-
tur, nõ ſe in hac culpa fore: ex quibus poſtea intellexerimus, quantum bonorum
Deus in nos effuderit per unicum hunc hominem. Non igitur pacis publicæ ma
li ſautores ſumus, ipſi deſideramus ordinem & regimen eſſe in externis quoq; re-
bus. Sed cum Papa regnare uult, non hoc modo: ſed in noſtris conſcientijs, quas
à fide ſeduxit iã tot annos, & tranſtulit in merita & ſatisfactionẽ aliã, quàm quæ
B uere ſatisfacit & liberat nos à peccatis & pœnis omnibus: cum pro fidei prædica
tione nos operibus humanis pãſcit: cũ nõ in humanam libertatem, ſed in eam ſæ
uit, quę nobis uere eſt per fidem Chriſto in (quã noſtri prædicant, neq; aliã, ne te
fallas:) hic illi metuendus eſt diuinus ſpiritus, q neq; modeſtus, neq; pacificus in
ullum fuerit: ſed enim graſſabitur & diſijciet hoc regnum in infernũ uſq;, donec
paruuli & offenſi Ieſu Chriſti erepti fuerint ex illius faucib. Nullis conuicijs par
cemus, quantumuis turpibus & ignominioſis, donec diſcamus hunc toto animo
auerſari & contemni egregie, cum omnibus titulis & uniuerſa hac factione: do-
nec uerbum hoc efficax fiat, quod Chriſtus eſt meritum noſtrum, noſtra ſatisfa-
ctio, noſter rex, noſter paſtor, & is ſolus q nobis Papã ſub pedes redegit. qui no
bis non alios Apoſtolos dedit quos audire debeamus, niſi qui ſpiritu Chriſti uer-
bum portãt. ut dicere poſſimus: Ecce nõ ſunt ij, qui loquuntur: ſed audimus Chri
ſtum ipſum, in quo pater cœleſtis ſibi cõplacuit, & iuſſit, ut hũc audiremus, cum
Iordanem baptizatus excederet. Hunc Chriſtũ prædicare & audire debemus ſo
lum deſtruere; quicquid eſt aduerſum. Si homines mali abutentur cõfeſſione no
ſtra, proruentes in libertatẽ carnis: nos propterea abuti non debemus ſaluationis
noſtræ uerbo, quin libere profiteamur, omnia humana damnabilia eſſe, & iudicij
rea: nullas hic noſtras ſatisſactiones aut merita ualere. ſed hæc ipſa eſſe, quæ hoc
iudicio damnabuntur: ſolum Chriſtum eſſe, in quem ſi credamus, ſalui ſimus, &
habeamus diuinum ſpiritum in corde noſtro. Non mireris Zaſi, ſed fatere pecca-
tum tuum, & crede. Nã qui nõ audet affirmare, ſe diuinum ſpiritum fide ſe adeò
uere recepiſſe ex dono Dei in pignus uitæ æternæ: is nõdũ ſcit quid credat. Nos
autem non diuinũ ſpiritũ in nobis iactamus inter docendũ, ut tu putas. noſtrum
eſt re mõſtrare uiſibilia ſpiritus diuini, & certos nos reddere in inuiſibilia. Scriptu
ræ teſtimonia ſcis: ex ea teſtamur, ex ea referimus noſtra omnia, ſic ut ne aduerſa-

rij qui-

C rij quidem mutire contrà poſſint. Vnde uides, quod à diuinis teſtimonijs ſemper reſiliũt ad cõſuetudines, ad patres, ad humana ſomnia. Noſtra teſtimonia tam fortia ſunt, ut cœlum, terra, & in his omnia ruant, prius quàm iſta prætereant. Non hic opus eſt iactatione noſtri ſpiritus, quẽ cõſtanter credimus, & ſcimus per fidẽ nos recipere. ipſe ſe iactabit, & glorificabit credentes omnes coram uniuerſo hoc mũdo: cũ tẽpus fuerit, ut palàm regnãtes, cũ noſtro Chriſto apparemus. Fruſtra nos iã miſeros adoleſcẽtes clamant (nõ iã te nomino, ſpero enim te poſthac mitiorem fore:) fruſtra nos ſeductos clamant, parum prouidis doctrinis torquentes in nos, quod in ſe habẽt. Nam Chriſtianus, niſi ſciat à quo doctus ſit, quomodo per mortem, per infernum, confidet in doctrina ſua. Qui autem didicit Chriſtum Ieſum crucifixũ, & hunc ſolum: iſte eum eripiet ex malis omnibus in æternã beatitudinẽ. Et quomodo dicũt illi, nos libertatẽ docere: nec docere, quomodo in libertatẽ perueniatur? Nã tu libertatẽ male accõmodabas ad perfectiora legis opera, *Libertas Chriſtiana.* qualis eſt amor in inimicos, patientia iniuriæ. nam hæc ipſa declarant, nos legis reos eſſe, & libertatem habere non poſſe, niſi in ſolo Chriſto. indigere aũt diuino ſpiritu, qui nos ſic regeneret, ut ſi nondũ perfecti ſimus, ſimus tamẽ in curſu perfectionis, gemiſcẽtes in carne noſtra, quod aduerſa ſit ſpiritui. Nõ tales ſunt legis *Legis miniſtri* miniſtri, qui blandiuntur ſibi in ſuis iuſtitijs, & modũ ſtatuunt quatenus nos cedere inimicis oporteat, et quatenus uindicare. quem ſi ſibi cõſecuti uidentur, iam ſe pro iuſtis uendunt, & pro ijs qui legi ſatisfecerint: cum tamen nihil præſtent, quàm ſimulationẽ quandam, in qua ſibi tuti uidentur. Hic non mirum eſt, quod nemo non uindicat ſeſe. uerum ubi fide renouatum eſt cor noſtrum, ut ſentiamus immenſam Dei erga nos beneuolentiam, & merita, ut ſuprà monſtraui: hic tu ne-D minem inueniri iam putas, qui inimicum ex animo diligat? qui nõ modo togam, ſed pallium quoq; permittat ſpolianti? qui in aduerſis lętetur? qui non modo maxillam & faciem, ſed totum corpus, & ipſam uitam ſi propenſus ſit perdere, pro ſuo Chriſto? Abſorberi quidẽ caro non poteſt, dum hic uiuit homo: ſed redigi in ſeruitutem ſpiritus bene poteſt, ut iniuriam non retaliemus, ut mori ſepties deſideremus pro Chriſto noſtro: digni æterna morte, è qua nos eripuit, qui id credimus. Lutherum ex hoc numero demunt. Videánt, ne Chriſto & diuino ſpiritui, efficaci in credẽtibus, iniuriam faxint. probatus eſt uir ille in multis grauioribus, quàm quæ illic enumerabas. Conuicia, quæ pro honore Domini ſui, & in ſalutem atq; robur paruulorum ſpargit, id non probant. alioqui Chriſtus ipſe ſic accuſari poſſet, in quo ſolo non eſt inuenta iniquitas. Dominus te, mi Zaſi, præueniat ſua miſericordia, quem inuocabimus, ſine quo fruſtra diſceptamus. In hoc te ualere iubemus. Præter inſtitutum prolixi fuimus: ſed circunduxit me amor in te meus. Tu me uiciſſim, ut facis, dilige. Salutat te Philippus Melanchthon. Deus faxit, ut pariter ſapientes ſimus, edocti Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum. Vuittenbergæ, VIII. Idus Octobres. 1522.

HVLDRICHVS ZVINGLIVS N. SVO.

GRATIAM & pacem à Domino. Quę nos ad te nunciare monet res, primum exponam: mox epiſtolæ tuæ, ac quæſtionibus reſpondebo. Expendit prudentiſſ. Senatus noſter, quàm iniquo loco res Heluetiorum fuit: atq; Comitia quorundam ad ſe pagorum indixit ad tertium aut quartum diem Februarij, ut ſi qua inueniri uia poſſit, per quam in unum redeamus, ipſi nulla parte deſint. Tuum ergo eſt, tam Cõſulem q; Patres ac plebeios homines inhortari: primum, ut anxie Dominum orent, quo conſilium hoc in gratiam reditionis ac concordię procedat; dein, ut quiſq; pro uitili ad

tili ad

A tili ad eandem cauſam adſit,& adſtipuletur. Dominum Conſulem, compatrem meum honorifice ſalutabis,& expones,ut non ſim ultimæ uocis quam ad me dixit,immemor,ea fuit, ut perpetuo de ſalute ac concordia patriæ nō deſinerem cogitare.Nunc ad epiſtolam tuam redeo. Quæ ex Ioannis 15. cap. & Eccleſiaſtici quoq; 15. tanquam pugnantia obijcis: Sine me nihil poteſtis facere,&,Reliquit Deus hominem in manu conſilij ſui,adpoſuit ei ignem & aquam,ut ad quod uelit, porrigat,&c. per quæſtionem: An diuina prouidentia cuncta gerantur, & liberum ſit humanum arbitriū,nec ne:exponi oportet. Quam per epiſtolā ut impoſſibile ſit pro dignitate tractare,arbitror te nō fugit. Sed canonem, quem in hac re ſequimur,breuibus audi. eò enim tibi ſatisfiet. Canon. Vtcunque mortales de Deo, rebuſq; inuiſibilibus arbitrentur & contendāt,uincere tamen ſemper oportet eam ſententiam, quæ diuina prouidētia gubernari atq; diſponi omnia adſerit. prouidentiam enim ſi tollas, bonitatem cum ſapientia ſuſtuliſti. quibus ſublatis, iam non eſt ſummū bonum Deus: imò iuxta impiorū temeritatem, non eſt Deus. Si enim Deus ſumme ſapiens eſt, iam ſequitur, ut iuxta ſapientiā iſtam omnia optime diſponat & curet. ſi enim cura non ſequatur ſapientiam, inde ueniet, quod aut non poſſit curare quæ futura ſciat, aut nolit. ſi nequeat, non erit omnipotens: ſi nolit, non erit optimus. Cum ergo ſit & optimus,& omnipotens, relinquitur, ut iuxta ſapientiā ſuam omnia moderet. Poſtea, nihil fieri putabimus extra eius curam & diſpoſitionem. ipſe enim eſt qui operatur in nobis & uelle & perficere, pro ſua uoluntate. Hic ergo proruunt quidam: Libidini igitur indulgebo. quicquid enim egero, Deo autore fit. qui ſe uoce produnt, cuius oues ſint. Eſto enim, Dei ordinatione fiat, ut hic parricida ſit, alius adulter: eiuſdem tamen bonitate fit, ut qui uaſa iræ ipſius futuri ſint, his ſignis prodantur, quum ſcilicet latrocinantur,

Prouidentia diuina, diſponi & gubernari omnia.

B ſcortantur, potant citra pœnitentiam. Quid enim aliud quàm gehennæ filium his ſignis deprehendimus? Dicant ergo, Dei prouidentia ſe eſſe proditores ac homicidas, licet: nos enim idē dicimus. ſed ſimul hoc iungimus: quod, qui iſta ſine correctione ac pœnitentia faciunt, Dei prouidentia æternis cruciatibus, propter iuſtitiæ illius exemplum mancipentur. Habes nunc canonem noſtrū, quo contra omnia tela munimur, quæ ex ſcripturis pro libero arbitrio promuntur. Sed heus tu, caſte iſta ad populum, & rarius etiam. ut enim pauci ſunt uere pij, ſic pauci ad altitudinem huius intelligentiæ perueniunt. Quod ſi quis dicat: Cur ergo Deus nunquam non ſic loquitur, quaſi aliquid libero tribuendum ſit arbitrio: Si uis, inquit, ad uitam ingredi, ſerua mandata.&, Si quis mandata mea ſeruauerit, &c. & ſimilia omnia uidentur homini tribuere, quaſi ſuapte marte nōnihil poſſit. Quid tum? Vbi enim non balbutit Deus, teneri patris in morem nobiſcum? ubi non tribuit homini, quod ſolus ipſe facit? Nemo, inquit, uenit ad me, niſi pater meus traxerit illum. & contrà: Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. quomodo iſta non ſunt diſcordia? Si enim euangelio nemo credit, quàm qui tractus eſt, quo modo abſoluent euangelij prædicatione conſcientias Apoſtoli? Sed iam familiaris eſt Deus, ut ſuis, quod ſuum ipſius eſt, tribuat. Hæc paulo conciſius, quàm u elis, arbitror, ſed ſufficient, ſi diligēter tecū rumines. Ioſeph tantus erat futurus, ut parētes ac fratres eum adorarent. hoc erat in fatis ac Dei cōſilio. Iam poſt hanc Dei conſtitutionem, omnia mihi conſidera, quæ cū eo geſta ſunt: & uidebis multis in locis talem ſpeciem præbere, quaſi homo ſuo quid poſſit conſilio. Verum quomodo tandem finitur ea hiſtoria? Eueniebat quod Dominus dixerat. Quæ ergo mediaſtina fuerunt, non temere, neq; humano, ſed diuino ſunt facta conſilio. ſic totam Geneſim expendere debemus, ac omnes res geſtas. Vſura proprie ſignificat, uſum rei alicuius ab amico conceſſum; ut uſuram petit aliquando Cicero unius

Liberum arbitrium.

Ioſeph.

Vſura.

h

Digitized by Google

C to unius horæ, hoc eſt, ut ſe horam unam audiant. hinc factum eſt, ut uſuram uo-
Fœnus. cēt, quod hinc damus, quod hac aut alia re uti liceat. ueteres fœnus appellarunt:
Redditus. recentiores, redditū. Redditus ergo, quos hodie cenſus uocant, ipſe defendere ne
Cenſus. queo, ne fœnoris nomine premantur. hic enim accipiuntur, quaſi uſufructus ſint:
attamen pinde exigunt, ubi ager nihil ꝓtulit, atq; dū exuberauit. Corrigi redditus
poſſe arbitror, ſi quiſq; nō tantū aut tantū de agro exigat, ſed annonæ ꝓuenientis
partē. ſic enim fieret, ut ſi ager plurimū ferret, dominus plurimū cū colono partire
tur: ſi paululū, iā colonū nō excoriare poſſet pro annona, quā ille nō meſſuit. Lu
theri libello propediem germanicè reſpōdebimus, nunc enim latine ad eum ſcri-
bimus expoſitionem cauſæ Euchariſtiæ. Vale, & fortiter ac prudenter pugna.
Saluos iube amicos omnes, Fōteios tuos, ac meos: Herū, & imprimis Conſulem.
Tiguri, 25. die Ianuarij, Anno 1527.

IOANNI COMANDRO ET NICOLAO BALINGIO CVRIAE
Rhetorum Euangelij, ſcholarumq́; Præfectis, Huldrichus Zuinglius.

Locus, 1. Io. 5 GRATIAM & pacem à Domino. Locū diui Ioannis 1. cap. 5. ſic intel
ligo paraphraſticos: Quod natū eſt ex Deo, hoc eſt, diuina ſoboles,
uincit mūdum. Et hæc eſt uictoria, id eſt, uictrix uel ſuperatrix (ut ui
ctoria por uictore accipiatur,) quæ mundum uincit: nempe, fides no
ſtra. Quis enim uinceret mundum, niſi is qui credit Ieſum Chriſtum
eſſe Dei filium? is enim uidet ſe ad meliorem uitam eſſe uocatum, quàm præſens
eſt: ſed & hoc uidet, nihil negari ſibi à Patre poſſe, quū filium dederit pro noſtra
Aqua. redemptione. nam hic Ieſus uenit per aquam & ſanguinem, hoc eſt, uenit docen-
D do ſapientiam cœleſtem, quæ per aquam ſignificatur (quemadmodum Ioan. 3. &
Sanguis. 4. uidere licet:) & ſeſe pretiū pro peccatis noſtris faciendo, quod per ſanguinem
ſignificatur. Sed hæc omnia nemo accipit, niſi ſpiritu intus docente illuſtretur. Spi
ritus ergo intus in corde fidelium uerum eſſe docet, quod Chriſtus & docuit, &
præſtitit. nam ſpiritus errare, aut decipere nequit, cum ſit ipſe & ueritas. Sunt igit
tres, quibus teſtimoniū, id eſt, doctrina ſalutis (nam & Chriſtus ad diſcipulos ait:)
Vos teſtimonium perhibebitis de me, hoc eſt, ea docebitis, quæ ad ſalutem ſunt:
& ſæpe in ſcripturis tam teſtes, quàm teſtimoniū, & pro doctrina, & pro doctori-
Aqua. bus accipiūtur.) conſtat: Aqua, hoc eſt, cœleſtis doctrina: nam humana huc per-
Sanguis. uenire nequit. Sanguis, hoc eſt, expiatio, quam filius Dei gratis tribuit, citra quam
Spiritus. iuſtitia Dei placari nequiuit: & Spiritus, quem Deus in corda noſtra mittit, ut
intelligamus & credamus. Et hi tres unum ſunt, aut ſimul ſunt. hoc enim poteſt,
εἰς τὸ ἕν εἰσι. hoc eſt, cœleſtis ſapientia, redemptio ipſa, ipſeq; ſpiritus, idem ſunt:
aut ſimul conueniunt, ut uictrix fides fiat, quæ mundum ſuperat. Plura de rebus
alijs dare prorſus nequeo, ita me urgent occupationes. Reliqua egi cum Chriſto-
phoro. is reſpondit, in Michaëlis eſſe rationibus: ſe ignorare omnia, tamē conuen
turum eſſe homunculum, ut nō temere urgeat. Valete, & uigilate. 1. die Martij,
Anno 1527.

DIONYSIO MELANDRO FRANCFORDIENSIVM
Euangeliſtæ, Huldrichus Zuinglius.

GRATIAM & pacē à Domino. Salutauiſti me per Chriſtophorum
communem amicū, bibliopolam, & amice, & plus quàm opus ſit
ueneranter? Dionyſi docte atq; ſtrenue miniſter euangelij Chriſti:
quod tā abeſt ut inauſpicate, interpreter, ut ultro me tibi ad quæuis
offerā, quæ ꝓ noſtra paruitate, aut tibi, aut eccleſiæ tuæ ꝓdeſſe pote
rūt. Audio enim ſumma cū uoluptate, & te fideliter inſtare uerbo, et eccleſiā tuam

Dei

Digitized by Google

A Dei bonitate uehementer proficere. Ei ſit gloria, honor, & imperium in ſecula. Adnotaſti locos in ſcriptura tres, ad quos ſic habeto. Quod Paulus 1. Cor. 5. Tradere ſathanæ uocat, hoc eſt, quod etiam nunc excommunicationem, aut uerbo Ciprianico abſtentionem (ego mallem relegationem dici) uocamus. Cur autem Apoſtolus tam immani nomine excommunicationem, traditionem ſathanæ ſcilicet, uocet: ideo arbitror fieri, quod qui extra eccleſiam eijciuntur, ſathanæ imperio iungantur. Qui enim non eſt nobiſcum, contra nos eſt: & qui non colligit nobiſcum, diſſipat. Is iam ſimilis eſt calumniatori, inſidiatori, atq; hoſti: quod fermè שטן hebraica uox ſignificat. Ac ne arbitremur, manſuetiſſimū Apoſtolum imperioſius, aut crudelius locutū eſſe, cum dixit tradere ſathanæ: mox addidit, Ad interitum carnis, ut ſpiritus ſeruetur in die Domini Ieſu. quo uerbo nihil aliud uult, quàm excommunicationem externam eſſe abiectionem, cum qua ſimul ſtare poteſt ſalus abiecti, ſi modo criminis agnitione ac pudore, pœnitudo Dominū demereatur. quomodo faciebat ille, cuius cauſa iſtic ſcribit: qui ſe uſq; adeò adfligebat, ut Apoſtolus opem ac reſpirationem, imò reconciliationem ferri iuberet. Is ergo quem facti pœnitet, quique cum Domino reconciliatus eſt, hunc eccleſia diſciplinæ gratia, non protinus redaſſumit, donec manifeſte uideat uitæ melioris ſpem nō uulgarem. Tamdiu ergo ſathanæ traditus dicitur, quamdiu eccleſiæ nō recipitur in contubernium. At fieri poteſt, ut ſathanæ non ſit, qui externo iudicio (homo enim ſolū nouit in facie:) ſathanæ eſſe dicitur. Vocatur ergo eccleſiæ damnatio & mulcta, carnis interitus, hoc eſt, externa damnatio. ſic dicitur ediuerſo iuſtitia carnis, & emundatio carnis, Heb. 9. pro externa iuſtitia, externa puritas, ſanctificatio, aut emundatio. Vide mi Dionyſi, ut multi multa faciendo, multum nonnunquam errent: quemadmodum iſti faciunt, qui iuſtitiam

Tradere ſathanæ apud Paul.

Excōmunicatio.

Carnis interitus.

Carnis iuſtitia & emundatio.

B carnis neſcio quò torquent, cum Paulus externam iuſtificationem nihil aliud dicat, quàm externum luſtrandi, mundandi, purgandiq; ritum. Sic & hoc loco, interitus carnis, pro externa damnatione ponit̄. Nā internus animæ ſtatus, ſoli Deo eſt notus: unde & ab iſto ſola iudicatur ipſa. Sed inextricabilis hic nobis plectitur nodus, Chriſtus enim perhibet, in cœlis quoque ligatum eſſe, quod hic liget̄ ab eccleſia. Deus ergo ratum habebit apud ſe, quod hic, qui eccleſia eius ſumus, pronunciamus. Hunc nodum ſic ſecamus. Dei omnia diſponentis prouidentia, nonnunq; controuerſias oriri, quo ueritas dein clarior erumpat. Sic fit iſta quoq; obiectione. Iſtic enim ubi dicitur: Quodcunq; ligaueris ſuper terram, ligatum erit in cœlis etiam: non agit̄ de excōmunicatione, ſed de euāgelij prædicatione, quod clauium nomine per metaphoram Chriſtus adumbrauit, mirus troporū artifex. Hic enim clauiū tropo, quib. & obſeram & reſeramus, euangelij uim exprimit: eo quod qui euāgelio credit, ſaluus, liber, ac beatus fit: qui minus, ad ſuperos non tranſuolat, ſed damnatur ac relegatur, imò religat̄ ad inferos. Alio autem loco uerriculi tropo: Faciam uos, inquit, piſcatores hominū, &: Simile eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mare. &c. Eſt ergo huius loci ſenſus, quemadmodum ex Ioan. 20. capite potes colligere, & Marci 16. Qui crediderit prædicato euangelio, ſaluus fit: qui nō credit, damnat̄. Et nulla ſit, Matth. 16. Mar. 16. Ioan. 20. excōmunicationis mētio: ſed Matt. 18. & hic in Corinthijs. ubi Paulus uocat eccleſiæ cōdemnationē, ac temporariā, donec ad bonam mentem reditus ſigna appareant, relegationem, ad ſathanā abiectionem: ſed ad carnis, hoc eſt, extraneum ſolummodo interitum. Quod autem Matth. 18. itidem dicitur: Quod ſolueritis, aut ligaueritis, ſolutum aut ligatū erit: excōmunicationis fundamentū eſt, ex clauium, hoc eſt, euangelij lege ac ingenio ſumptū: de quo aliàs multa diximus, quæ tibi iam miſſa & lecta eſſe arbitror. Scio mi Dionyſi, ut meæ ſcripturæ, expoſitiones, paucis

Controuerſiarum uſus.

Clauer.

Verriculum.

Excōmunicationis fundamentum.

C placeant:ſed ubi odium & inuidia, quæ nunc omnia uaſtant, deferbuerint, non
dubito bonis quoq; probatũ iri noſtra. nã ingenue loquor, nõ ignauiter et; iã à pu
ero fermè in ſacris enutritus literis. Secundus locus eſt, 2. Teſſ. 2. ubi Paulus
ætatis ſuæ mores intuens (qua quidam, quo maiores uiderentur ac ſanctiores, in-
ſtare diem Domini comminabantur:) admonet nihil huius dum adeſſe, ſed tunc
tandem ſuperuẽturum, cum ſceleribus nihil ſit reliquum factum, ubi iam audax
hominum genus neglecto Deo ſibi Dei loco ſit. Sed nondum eſſe huc inſaniæ
peruentum. obſtare enim ferventes fidóſque Euangelij miniſtros quos non
tam aperte deſignat, ſed inſinuat tamen. Et nunc quid retineat, inquit, ſcitis: hoc
eſt, qui tam audacibus obſtent, iramq; Dei conciliantibus conſilijs, perniciemq;
remorentur; ſcitis qui nam ſint. Tertius eſt, Actorum 17. In ipſo uiuimus, & mo
uemur, & ſumus. Quibus uerbis uult Paulus, omnia in Deo uiuere, moueri, eſſe,
& conſtare. Chriſtum ergo cum intelligat: Chriſtũ unum, ſolum, ac uerũ Deum
indubie eſſe adſerit. De hoc non eſt cur multa dicam loco. plane enim ipſum ex
noſtra ad Lutherũ Exegeſi intelliges. Tu interim quod fidum & conſtantem mi-
niſtrum euangelij decet, omnia in gloriam Dei, proximiq; ſalutem facito: non mi
nus prudenter, quàm fortiter pro ueritate pugnãdo. Dies enim mali, hoc eſt, ple
ni periculo ſunt. Vale, & pro nobis, eccleſiaq; noſtra Dominũ orato: quod & no-
ſtra nunquam non uiciſſim, pro omnibus facit. Tiguri, pridie Calend. Apriles.
1527. ocyſſime.

HVLDRICHVS ZVINGLIVS FRATRIBVS N. DILECTIS.

GRATIAM & pacem à Domino precamur. Cur tam diu Chariſſimi
Frares, à ſcribendo temperauerim, hinc factum eſt, unde uulgò excu
D ſationes petunt: tabellio nullus, cui tuto credi potuiſſet. adfuit: adfu
erunt ſimul occupationes tot, ut etiamſi tabellio adfuiſſet, uacuus ta
men abire eſſet coactus. Sed interim alij iſtis excuſationibus nõnun
quam utuntur uerisſimilibus: nos autem nunquã non uerisſimis. Eſt tamen quo
me ſolet: hoc uidelicet, quod uos ſcio ſic eſſe ſingulari cum eruditione, tum pieta
te prǽditos, ut naufragium uobis penitus nullum metuam. eruditio manifeſta eſt
orbi: pietas autem uel hoc uno argumento mihi perſpecta eſt, quod tam ſedulo
inquiritis, quo quidq; conſilio fiat apud nos, de quibus non admodum falſò audi
tis, quod ad noſtram eccleſiam attinet, quod eas ſtructuras, quæ contra Deum ex
citatæ ſunt, non uſq; adeo infeliciter demoliamur: ac domum Domini ſuper lapi-
dem angularem auſpicatius inſtauremus. quanquam procaciter obſtent ἀλλόφυ
λοι, ut noſtris cum ueſtris conſilijs collatis, eo facilius & expeditius in opere Do-
Charitas. mini uerſemini. Quod quid aliud eſt, quàm ardens charitas? quæ quantũ in ſe eſt
hoc unũ ſpectat, ut opus Dei inoffenſe ꝓmoueat. Nam nos qui tandẽ ſumus ut
tantis Hiramis & Beſeleelibus ꝑſcribamus, quo pacto debeant regulam tẽdere?
Sed hoc habet pietas, ut etiã cũ fides inconcuſſa eſt, certiſſimaq;, nihilominus ue
lit cum fratribus conferre conſilium ſuum: ut eo minus quiſq; uel offendat, uel
eum à quo ꝓficiſcitur cõſilium, in ſuſpitionem arrogãtiæ trahat. Eſt & alia cauſa,
ꝗd ſæpenumero fit, ut qui paulo longius abſunt à nobis, paulo etiam ſincerius
conſulant, quàm qui penes nos uerſantur. Ita enim in multis offendimus omnes,
ut haud difficulter in odium noſtri rapiantur quidam, qui propius habitant: par-
tim noſtra culpa, dum ad noſtra uitia conniuemus, & ad aliena perſpicienda lyn-
ces ſuperamus: partim iſtorũ, dum ipſi in euangelio gloriam nullam, cuius tamen
maxime cupidi ſunt, parare queunt, eam tamen alijs aut non quæſitam, aut legiti
me partã inuident. Sũt enim quorũ in euãgelio gloria tãta eſt, ut mori potius ue-
lint, quàm

A lint, quàm eccleſiam permittere in dimicationẽ ullam incidere: è quibus eſt Pau-
lus. Sed ea profecto g'oria, uerus Dei cultus eſt. Sunt contrà, qui, ut eſt hypocri- *Hypocriſis.*
ſis ineuitabile malum, hoc ipſo gloriam quærũt, quod alterius gloriæ inuideant.
Ac dum gloriæ cõtemptores uideri uolũt apud alios, domi eius cupiditate cõtabe
ſcunt. Hos, inquam, ſi in conſilium aduoces, parum fideles fuiſſe ſero tandem de
plorabis. Vnde fortaſſe nonnũquam propter falſos fratres è longinquo aſciſcen-
dus, qui huic morbo ſuccurrat, puriusq́ue conſulat. Siue ergo pietas & humilitas
eſt, quod ad nos quædã refertis: ſiue prudentia, ne hic perpetuo immoremur, quæ
iam tribus epiſtolis interrogatis, hac lege accipite: ut ubicunq́ue regulam cœleſtis
ſapientiæ, quæ fides eſt, incautius inciderimus, intrepide admoneatis. Non enim *Fides.*
nos latet, quàm hactenus candide inter nos mutuo uerbum tractauerimus: com-
miſſumq́ue nõ ſit, ut alteri alteris ulla ratione, in explicando uerbi ſenſu, dum alicu
bi erraretur pepercerimus. Prima epiſtola ſic quæſitum eſt: Num liceat magiſtra *Magiſtratus*
tum incredulum ad legis opera impellere, hypocriſimq́ue docere. Nos ad eã quæ *incredulus an*
ſtionẽ breuiter dicimus: Quod ſi magiſtratus infidelis eſt, periculũ eſt, ne legem *ad legis opera*
audiat. Hi enim ſoli uerbum Dei audiunt, qui ex Deo ſunt. qui ergo ex Deo non *impellendus.*
ſunt, uerbum eius non audiunt. Porrò lex quid aliud eſt, q̃ uerbum Dei? nam de
diuinis nunc loquimur legibus. Magiſtratus ergo ſi fidelis nõ eſt, legem Dei non *Lex, uerbum*
audiet. perpetuo igitur prædicanda eſt fides, ut ea fundamentum fiat, ſupra quam *Dei.*
ædificet lex. Sed quid hic dico, fidem legis eſſe fundamentũ? inuſitatus eſt hic ſer
mo. Nemo offendatur, uerũ eſt quod dicimus. Nam fides niſi adſit, fruſtra legis *Fides legis fun*
cantilenã canes, ut iam patuit. quia ij modo paſtoris uocem audiunt, qui ſunt ex *damentum.*
ouibus eius. Legem uis à quoquam recipi? doce fidem: ac ora Deũ, ut ipſum tra
hat: alioqui littus arabis. Hoc tamen interim obſeruamus, ut propter fidelium
B uarietatem, ſimul legem ac fidem prædicemus. Sũt enim quidam adeò ſegnes, ut
ni ſimul legis calcaribus expergefiant, altius ſtertant: quamuis à fide non ſint alie *Lex & fides*
ni. quales Apoſtoli fuerunt, quũ aliquando à Chriſto ὀλιγόπιστοι uocãtur: cumq́ue *ſimul prædi-*
fidei ſuæ infantiam agnoſcentes obſecrant, Domine auge nobis fidem. Neq́ue hoc *canda.*
alienũ eſt à ueritate, quod qui ſic torpẽt, adhuc inter infideles numerẽtur: quam-
uis alij interim ſic ferueant, ut quouis tempore ad rem recte gerendam emicent.
Non enim eadem menſura dat Deus ſpiritum. & patrocinatur mitis ille Chriſtus
cuidam lino, quod fumum, nõ flammam reddebat, ne extingueretur: ſpem haud *Linũ fumigãs.*
dubie nobis faciens certam, quod aliquando arboreſceret, ut etiam incendium fi
eret, q̃ prius fumulus erat. Tales ſi fortaſſe habuerimus magiſtratus, ſimul (quod
bubus facimus) hortandi ſunt, & pungendi: fidei ſcilicet rationem conſtanter do-
cendi ſunt, & legis aculeo excitandi. Si dicas fide potius excitari quàm lege, non *Fide potius*
erras, nec à nobis diſſides. Sunt enim & inter milites, qui metu excitantur, ut ſta- *quàm lege ex-*
tionem ſeruent: ſicut contrà, qui animi fortitudine. ſic qui fide extimulantur, forti- *citari.*
um ſimiles ſunt: qui lege, meticuloſorum. Vide quantum referat, eiſdem uerbis
diuerſas ſentẽtias referre: & cõtrà diuerſis ſermonibus, eandem ſententiã. Ipſe me
hercules haud facile dixero, utra pars alteram inter Chriſtianos ſupputet: ea ne,
quæ fide ſic feruet, ut calcaribus non egeat: an ea quæ fidem quidem habeat, ſed
per imbecillitatem carnis aſſidue friget. Fides igitur ſic perpetuo firmanda, incul-
candaq́ue erit, ut lex tamen nuſquam amittatur, qua fides delectatur. Beatus enim,
qui in lege Domini meditatur die ac nocte. Vbi uero fides alget aut deſidet, ex-
timulatur. Nam quod hactenus de lege omnes dicimus, quod terreat: ſic uerum *Lex terret.*
eſt, quod eos modo terret, qui Deo fidunt. nam impij dum in profundũ peccato
rum, ut Salomon inquit, ueniunt, contemnũt. Lex Dei ſi quenquam terret: eum
terret, qui hunc Deũ ſuum eſſe confitetur, cuius legem audit, creditq́ue hanc ipſam

C legem à Deo eſſe. Lex igitur nuſquam omittenda, nuſquam negligẽda eſt: ſed hac
Legis ſtudium ex fide oriatur ratione, ut ſtudium eius quod lex iubet, ex fide oriatur. Hoc ipſum Chriſtus ꝗꝗ
innuit, quum per ſcripturas apperit, quod in nomine ipſius oporteat pœnitentiam & remiſſionem peccatorum prædicari, in omnes gentes. Pœnitentia uero hic
Pœnitentia. naſcitur, ubi homo ſibiipſi diſplicet: tunc autem ſibi diſplicet, cum ſeipſum agnoſcit. Hoc autem per legem fieri neceſſe eſt. per legẽ enim cognitio peccati. Redeo nũc. Fidem enim nunquã non prædicabimus, & legem propter tardos nunquam omittemus: ſed ita ut gratiæ Dei ſit, quicqd agitur, nõ uiriũ humanarũ, &c. Quod ſi quidam magiſtratus omnino ſunt impij, ut, prò dolor, hac tempeſtate quidam omnem omnium impietatem ſuperant, nulla ratione ſuadeo, ut ad ſola opera ducantur. Nam illi quandoquidem ἄθεοι ſunt, nunquam ſic inducuntur ut faciant, ut uel Deo placere uelint uel hominibus. non Deo: nã ἄθεοι ſunt. non hominibus: nã ubi timor Dei nõ eſt, ibi tyrannis regnat: quæ dum poteſt, nocet:
Tyrannis. imò ubi non nocet, illic metuit, nõ Deum, ſed homines. Attamen hoc nos in uſu habemus, ut eos magiſtratus, quos planè cernimus eſſe impios, ſic protrahamus, ut eorum impietas omnib. perſpecta fiat: ſed in eũ tantũ uſum, ut caueri poſſint: ſerueturꝗ; quantũ in nobis eſt, pax: ut ſunt hæc tẽpora. Neq; inter eos Chriſtum tute prædicamus, qui ipſum ſe noſſe adſerũt, ſed factis negant. Semper debemus eis hoc ipſum exprobrare, quod ſe fideles eſſe uideri uelint. nã impij etiam iſtud in ore habent: Ego fidelis ſum, ego à fide nequaquam excidi, ego ſcio quid credere debeam, &c. re tamen ipſa nihil diſtãt ab eis, qui Deum ignorant. Hoc autem quid aliud eſt, quàm excitare, ac impietatem à factis arguere, ac illã in lucem protrahere. Iſto pacto non modo magiſtratus, ſed omnem ſimul eccleſiã tractandam eſſe autumo: ſed omnia tempeſtiue. Nam quantum putas eum eſſe in oculis Do-
D mini ſui, qui commendato famulitio cibum in ipſo tempore dederit? tanta res eſt
Tempeſtiuitas momentum & tempeſtiuitas, ut Chriſtus obſeruandam duxerit. Dicet aliquis: quo nam pacto, aut quouſꝗ tempeſtiuũ ſit uel parcere, uel adoriri? Reſpondeo: quomodo iubet Charitas, & quouſꝗ illa iubet parcere, & quãdo iubet aggredi,
ἡ χάρις οὐκ ἐκπίπτει. ſic omnia ſunt agenda. Nã ἡ χάρις οὐκ ἐκπίπτει, id eſt, nuſquam errat, nuſquam fallitur aut friget, nuſꝗ ceſſat. tale enim puto eſſe, ἐκπίπτειν. Secunda quæſtio hæc fuit: An liceat magiſtratus inducere, ut eos qui euangeliũ nõ prædicant, aut dum prædicant, non uiuant, deponant. Nam quendam obſtrepere huic ſententiæ dicitis, qui putet eos ſic eſſe ferendos, ut Iſraëlitis Amorreos, & Cananeos, reliquosꝗ. Nos ſic reſpondemus: nunquam defuturos eſſe Iebuſęos ac Phariſęos etiam ſi iſti, qui uerbum cauponantur, exautorentur. Filij huius mũdi erũt, quamdiu erit mundus. Quod natũ eſt ex carne, caro eſt. Dicis: multi erunt, qui carnis ingenio freti, filijs Dei obſtabunt. Metũ hac in re omnem ponamus. Exautorandos ergo eos cenſet Chriſtus, non nos. Sal ſi acrimoniã ſuam amittat, ultra nil pro
Sal fatuum abijciendum. deſt, ſed abijcitur. Vos eſtis ſal terræ. Ergo abijciet magiſtratus Chriſtianos eos, qui ſal nõ ſunt. Quod ſi magiſtratus hoc non faciat, faciet eccleſia, in qua hoc ſal ſtolidum eſt. Nos ſine intermiſſione inſtamus apud magiſtratum, ut eiuſmodi abiectiones, uetorumꝗ doctorum inaugurationes, facere uelit: ne nos eorum deſidia, Senatus dico, cogamur ad eccleſiã referre, ea quæ Chriſtiani nulla ratione ferre debent. Iubet Chriſtus à falſis prophetis cauere. Quis nunc tam excors eſt, ut cauere ſic intelligat? Audite eos perpetuo, etiamſi dum falſi ſunt: ſed cauete ab illorũ doctrina. Corrũpũt enim mores bonos colloquia praua. Neq; eſt ut quiſpi
Locus Matth. am dicat: Chriſtus Matt. 23. docuit, ut iuxta illorũ doctrinã uiuam⁹, ſed ab exemplo abhorreamus. Nam illic de illis loquitur, qui recte fidem docebant, ſed non recte uiuebant. Hic de iſtis loquimur, qui uerbũ ipſum uitiant, currunt, & Domi

nus eos

A nus eos non miſit. Terret nos dein Dominus ab impudentia: cum eum, qui ſic palàm peccat, ut eccleſiam offendat, certa ratione pręcipit à caulis ſuis eſſe ſeparandum, ac tamdiu abſtinendum, donec tedeat flagitij. Porrò, quod maius ſcādalum poteſt in eccleſia naſci, quàm uerbi uitium? Quod autem de lolio in medio tritici nato adferunt, certe ad doctrinam non attinet. nam ne ad grauia quidem peccata attinet, quæ ſine fronte perpetramus: Chriſtus enim illa mādat abiectione multari: ſed ad ea modo, ad quæ Chriſtiana charitas ꝓpter carnis imbecillitatē, cuius nos omnes cōſcij ſumus, cōniuere poteſt. Quod ſi abijciēdus eſt, qui facto offendit: nulla certa ratione ferendus eſt, qui prorſus corrumpit. Id autem ſi faciat Chriſtianus magiſtratus, fortaſſe tranquillius etiamnum cedet, quàm ſi eccleſia aliqua faciat. Siue ergo iſte, ſiue iſta faciat: omnino uidendum eſt, ut effectū detur. nam ſi manus reſcindēda eſt & abijcienda, dum corpus uitiat, multo magis oculus, cor, imò caput ipſum detruncandum eſt. Tertia quæſtio fuit, ſed in poſteriorib. epiſtolis: Liceátne ei, qui patrui ſui defuncti uxorem duxit, eam citra eccleſiæ ſcandalum tenere. Quid ego hîc dixero, quum ipſi charitatem in conſiliū aduocandā eſſe uideatis? Ea, dulciſſimi Fratres, oro ſic perpetua magiſtra utamini, ut ab ea nullatenus diſcedatis. placet nihilominus eius fratris ſententia, qui legem de non ducēda patrui uxore intelligit, uiuo patruo nō retegenda eſſe uerēda uxoris eius. Atq; ut breuibus expediam, quid me uſus in eis Leuitici 18. præceptis ſpectare coegerit: ſic capite. Inuenietis in eis legibus gradus quoſdam, in quibus diſpenſationem omnino nullam fieri uidemus: contrà, inuenietis in quibus uidemus. Primus eſt: Quæ caro tua ſunt, perpetuo non tanges, ut ſunt filius, ac ex liberis eius nepotes: frater item, ac ſoror. Carnem autem tuam, hoc loci nō ſic accipies, ut iſto loco accipitur: Et erunt duo in carnē unā. Vxorem enim hic non carnem tuam ap-

Lolium.

Patrui uxorem habere an liceat.

Charitas.

Carnem ſuam non tangere.

B pellat, ſed eos, q uel tecū in eodē utero nati ſunt, uel ex quib. tu proxime natus es, uel qui ex te nati ſunt. Matrem ergo, ſororem, filiā, ac ex natis tuis nepotes, nunquam cōnubio iunges: quia caro tua ſunt. Secūdus gradus eſt, in his q̃ eorū ſunt qui caro tua ſunt, eas non reuelabis: ut ſunt, nurus, nouerca. eſt enim uxor patris tui, qui caro tua eſt: quamuis nouerca caro tua non ſit, ſed neq; iſto loco patris caro uocaſ. Eſt ergo huius gradus lex, Vxor eius qui caro tua eſt, nō reteges. Sed diſpenſatur in iſto ſecūdo gradu: uidelicet, cū frater moritur ἄτεκνος, id eſt, orbus, licet ſuperſtiti fratri poſteritatē excitare fratri mortuo: & uxore mortua, licet eius ſororē in uxorē ducere. Sic enim habet exceptio, illa uiuente. Verūtamen hæc diſpenſatio poſt legem promulgatā, tunc ſolummodo facta eſt, quum uel frater, uel uxor mortua fuit. Tertius gradus eſt, in his quæ uxores ſunt eorū, q nō caro tua ſunt, uerū eorū q caro tua ſunt. Caro ſunt, ut patruus non appellatur caro tua, quàm quod ad ꝓpagationē attinet, nihil de illo ad te uenit: ſed appellaſ patris tui caro. eius aut uxor, nō eſt carnis tuæ uxor, ſed carnis patris tui eſt uxor. unde uidetur propter publicā honeſtatē, interdictū tibi eſſe ab eius cōtactu. uideturq; iſtud impedimentum, ut uocant publicæ honeſtatis iuſtitia, quo iuriſperiti ſunt uſi, nomine hinc defluxiſſe. Si nunc in ſecundo gradu facta eſt diſpenſatio, tum tandem cum frater aut uxor eſſent mortui: quanto magis in tertio, cum is eſſet mortuus, cuius cauſa per uerecundiam non licebat eo uiuente ad uxorem eius intrare. Sed occurrunt nobis duo inexplicabilia: unum, quod lex de non tangenda uxore fratris hāc interpretationā legis non admittit. nā aliâs notū eſt, quod uiuente fratre uel patruo, nō licebat eius uxorem attingere propter adulteriū. patet enim, quod lex huc tendat, ut mortuo fratre aut patruo, non liceat eius uxorem attingere. Ad hoc dicimus, nobis omnino uideri, hanc eſſe ſententiam legis. Nam Leuitici 18. nihil exigitur, unde & diſpenſationē legis appellauimus, hoc ſequētis fratris connubium.

C nubiũ. Cauſam igitur adeſſe oportet, ubi diſpenſatio poſtulatur: ſed multo magis charitatẽ, quæ diſpenſet. ſic tamen ante legẽ. Iacob ſorores duas habuit, quod fortaſſe hoc modo, quod lex nondum lata eſſet, à quouis excuſari poteſt, ſed nihilominus offendunt, factum prius, quod tamen Domino placuit: unde & pro iudicato habetur, & lex quæ poſt ſecuta eſt. Nã hæc ex diametro diſſentiunt. duas habere ſorores uxores: &, duas ſorores uxores ſimul ne habeto. Hic charitas omnia placat. dictat enim q̃d quãtacũq; tandẽ ratione quæq; facta ſunt, recte facta ſunt, eò quod Dominus fieri præceperit. Eſt ergo diſpenſatio legis, cũ frater fratris uxorem ſibi iungit. Alterum, quod ij gradus quos facimus, rem totam non explicant. nam ex fratre neptis duci non poteſt, & tamen caro mea non eſt, ſecundum iſtos gradus. Reſpondeo: Neptis carnis tuæ, & fratris uel ſororis caro eſt, unde & tũ dicebamus de propagatione, de qua nihil ad nepotem ueniebat à patruo, multo minus ab uxore patrui. Habuimus autem in gradibus, quod quæ caro ſunt eorum, qui caro tua ſunt, interdictæ ſunt. Sed in his præſtat eſſe piũ, quàm argutum: charitate potius feruere, quàm argutijs & contentione. Recte autem uidemini cenſuiſſe, dum per charitatem nepoti patrui defuncti uxorem pronunciaſtis non eſſe adimendã. Hæc ſicui placẽt, amplectetur: ſin minus, cõtemnat. Nos enim etiam iſta proferentes, arguti uideri nolumus: ſed firmum fundamentum, quod in charitate Dei ſtat, hoc pacto contra cõtentioſos munimus ac tuemur. Quarto requiritis noſtram ſententiam de ceremonijs duabus, baptiſmo & euchariſtia: quas ſolas nobis Chriſtus reliquit. Dicã, ſed ingenue de utraq;. Primũ aũt de baptiſmo. Contulimus de baptiſmo duabus uicibus cum quibuſdam fratribus, feliciter quidem quod ad pugnã attinebat ac diſceſſionem, nã anxie obteſtabamur nos mu-

Charitas.

De baptiſmo.

D tuo, ut omnia iuxta charitatis normam ageremus: uerum quàm probe id factum ſit, uiderint ij, qui ſic tũ prædicant, tũ inſtant, quod infantes nõ ſint baptiſmi aqua tingendi, ut bona pars Chriſtianorum contentionis eos & cõtumaciæ inſimulet. Baptiſmum initiationem eſſe, tam eorum qui iam crediderunt, quàm qui credituri ſunt, facile patet literas ſacras paulo dexterius tractanti. De ijs qui iam crediderunt, nulla porrò eſt controuerſia, quin baptiſari poſſint. De alijs uero multo maxima. Sunt enim, qui abominationem uocẽt atrociſſimam, impietatem manifeſtiſſimam, facinus audaciſſimũ, & quicqd bilis atra ſuggeſſerit: ſi quis, Chriſtianus etiã, infantem recens natum aqua tingat, ac dum ex ſcripturis ea quæ ſubijciemus, opponis, nihilo magis mouentur, quàm ſi betam aut maluã oppoſuiſſes. Quod autem baptiſmus eis etiam datus ſit, qui credituri erant, Ioannis 1. clariſſime patet, cum Ioannes baptiſta rationem Iudæis redderet, qua nam autoritate baptiſaret, ſic inquit: Ego in aqua baptiſo, medius autem inter uos ſtetit, quem uos neſcitis; ipſe eſt qui poſt me uenturus eſt, &c. Ioannes ergo in eũ, baptiſabat, quem uulgò adhuc ignorabat. Neq; patet hic elabendi rima, quod Ioannes hæc uerba eis ſolummodo dixerit, qui ad ſe miſerant, ſacerdotib. & leuitis: quod ſcilicet ipſi Chriſtum ignorarent. nam paulo poſt addit: Poſt me uenit uir, qui ante me factus eſt, quia prior me erat, & ego neſciebam eum: ſed ut manifeſtetur in Iſraël, propterea ueni ego in aqua baptiſans. Hic uidemus palàm, Ioannem in eum uſum abluiſſe homines, ut eum qui poſt ſe uenturus erat, non in mundum (nam annos iam natus erat triginta:) ſed in peccatorum hominũ cognitionẽ, omnibus manifeſtaret. dicit enim ſe ideo baptiſare, ut Chriſtus Iſraëli manifeſtus fiat. quod Lucas in Actis 19. ſic explicuit: Ioannes baptiſauit populũ baptiſmo pœnitentię, dicens de eo qui uenturus erat. baptiſabat ergo in Chriſtũ, q adhuc uẽturus erat. Ac ne obſcurũ cui uideat, quod adſerimus, talis erat baptiſmus Ioãnis, ut qui eius, uerbo, quoq; ſecurim radici iam inflictã clamabat, ac ſe uocẽ eſſe adſerebat quæ in deſerto ue-

nientis

A nientis Chriſti admoneret:ac eum qui poſt ſe uenturus erat,tantũ eſſe pronuncia-
bat, ut eius ſoleas non eſſet dignus tangere: ſimulq́ꝫ cum ipſum eſſe agnum,qui
pro omnium delictis perlitaturus eſſet, promittebat: qui,inquam,eius uerbo cre-
debant, iam pœnitentiũ ſe ſocios faciebãt,quos ipſe tum aqua tingebat:ut eos ue
luti ſacramento iſto adſtrictos , uenienti duci ſuo adſcriberet, & eos tandẽ beatos
ille redderet. Ioannes ergo ſic baptiſabat, ut aduenientem Chriſtum mitteret. Ba-
ptiſmus ergo,Chriſti cognitionem antecedebat. Nam inter Ioannis Chriſtiq́ꝫ ba- *Baptiſmus Io-*
ptiſmum nullum proſus diſcrimen facimus. Nam quibuſcunq́ꝫ uerbis uterq́ꝫ fie- *annis & Chri*
ret, idem tamen ſymbolum aut ſacramentum erat. Quin hoc negligendum *ſti idem.*
eſſe non arbitror, quod quicunque etiam ab Apoſtolis baptiſati ſunt poſt ipſam
Chriſti cognitionem, eos tamen, ſi uita defuncti eſſent, ad patrem non fuiſſe
profecturos, antequam Chriſtus moreretur ac reſurgeret. Signum ergo uenien-
tis ſaluatoris baptiſmus fuit, Apoſtolorũ etiam, quem ſaluatorem adeſſe quidem
ante oculos uidebant: ſed ſi qui priuſquam ipſe moreretur, uita exceſſiſſent, etiam
ſi ſexcenties tincti fuiſſent, ſaluatorem Chriſtum non experiebantur, tametſi ſa-
lutarem firmiter crederẽt, donec uictor mortis reſurgeret. Adde, quod ſi Apoſto- *Apoſtolorũ*
li iam inde ab initio baptiſati ſunt,ut omnes præſumunt, in uenturum Chriſtum *baptiſmus.*
baptiſari ſunt, duplici cauſa: una, quod Deũ uix tandem à mortuis reſurgentem
recte cognoſcerent: altera, quod reſurrectio nondum facta erat, cum aliquando
baptiſarentur: & tamen baptiſmus, eius adſimulatio eſt. conſepulti enim ſumus
cum Chriſto per baptiſmum, &c. His omnibus hoc ſolummodo probare uolui-
mus, quod baptiſmus etiam ijs datus ſit, qui credituri aliquando erant: & in eum
uſum baptiſati ſunt, ut Chriſtum poſtea diſcerent, id quod iſti extremam impieta
tem eſſe quiritantur. Sed nunc dicam, quibus ſcripturæ locis fretus, putem infan- *Infantes cur ba*
B tes eſſe baptiſandos. Oportet autem in diſcutiendis opinionibus certũ aliquem *ptiſandi.*
locum adduci, in quo id quod ſentimus clare adſeratur. Sic igitur breuibus acci-
pite. Circumciſio ſignũ fuit præcedentis fidei, Rom. 4. adhuc tamen reddita eſt *Circumciſio.*
infantibus octiduanis, quorum fides multos poſt annos ſequebatur. Baptiſmus
omnino ſucceſſit in locum circumciſionis: ergo baptiſmus perinde atq́ꝫ circumci
ſio reddẽdus eſt eis, qui poſt credituri ſunt. Quãuis ea ratione ut infirma elemẽta
prius auferas, hoc eſt, loci, perſonæ, temporum, generisq́ꝫ circumſtantias: hic o-
mnia nuda ſunt & aperta, præter mediam propoſitionem: uidelicet, quod bapti-
ſmus ſit Chriſtianorum circumciſio. ea apud Paulum Coloſſ. 2. tam aperte poni- *Baptiſmus*
tur, ut non poſſit magis, ubi ſic inquit: In quo etiã circumciſi eſtis, circumciſione *Chriſtianorũ*
non manu facta, dum exueritis corpus peccatricis carnis, in circumciſione Chri- *circumciſio.*
ſti, dum cum illo eſtis conſepulti in baptiſmo. Quod ad huius loci ſententiã atti-
net, obſcurum non eſt, quid hic Paulus uelit: nempe hoc, quod qui Chriſti facti *Pauli locus.*
ſunt, noua creatura ſunt, &c. Sed ad propoſitũ redimus. Quid quæſo clarius di
ci potuit, quàm quod circũciſio Chriſti cum ſit in nobis perfecta, cum ſimus in ba
ptiſmo ſepulti cum eo, &c. Chriſti ergo circumciſio, uerbi Dei autoritate, nõ Ro-
mani pontificis, infantibus detur, ſicut & circumciſio Abrahæ. Iuſſit autem Chri-
ſtus, ut Apoſtoli ſinerent paruulos ad ſe uenire, nã taliũ ſit regnũ cœlorũ: & am- *Sinite paruu*
plexus eſt eos. Si ergo quis uetat, eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti ba *los, &c. quid.*
ptiſari, certe uetat eos ad Chriſtũ uenire. Hi qui obſtrepunt, ſic reclamant: Iuſſit
quidem ad ſe adduci infantes Ieſus, ſed non legimus, quod baptiſauerit eos: non
ergo baptiſandi ſunt. Quibus cõtrà ſic occurritur: Chriſtus neminem baptiſauit.
ſic enim habes Ioan. 4. Ipſe quidem Ieſus non baptiſabat, ſed diſcipuli baptiſa-
bant in nomine ipſius. Sequeret ergo, quod nemo eſſet baptiſandus: quod quàm
ſit iniquum, nemo ignorat. interim talium eſt regnum cœlorum. Nunc cum au-

Digitized by Google

C diamus Petrum ſic in domo Cornelij, poſteaquam uidit eos ſpiritum ſanctum accepiſſet, pronunciare: Quis uetat hos aqua tingi, qui æque atq; nos ſpiritum ſanctum acceperũt? Licebit nimirum & nobis ſic dicere: Quãdoquidẽ infantes Dei ſunt, quis uetat eos aqua tingi? Hic iterũ exiliũt, dicũtq; Chriſtũ dixiſſe taliũ, non horum: unde potius illic eſſe loquutum de ijs qui ſunt infantiũ ſimiles, quàm de ipſis infantibus. Nec uident obſtare quod ſequitur: Et amplexus eſt eos, & impo nens manus ſuper illos, benedicebat eos. Quos? credo iſtos qui erant infantium ſimiles. Sic ſemper habet contentio quod dicat, etiamſi ignoret quid dicat. Chriſtus hic ſimul & infantes tanquam ſuos amplexus eſt, manibus attrectare dignatus eſt, ac bene precatus, & ab eis ad nos tranſijt: quod nunquam non facit, à corporalibus & uiſibilibus ad ſublimia nos erigens. At unum uelim iſti mihi dicant: Quorſum fides tendat, citra quam negãt unquam baptiſmũ dari debere. Dicent haud dubie; huc, ut quãdoquidem fide certi ſumus nos Dei filios eſſe, dum hic uiuimus, ad exemplũ Chriſti innocentiſſime uiuamus, ut cum ipſo regnemus tandem. Innocenter ergo uiuere, & humiliter uiuere, Chriſtiane uiuere eſt. Eſt. At Chriſtus hanc ſiue humilitatem ſiue innocentiam, ab infantibus docet eſſe diſcendam. Apparet ergo in fantes hoc etiãnũ eſſe, quod nos fieri ſtudemus. Si ergo nos Dei ſumus, qui ad menſuram infantiũ innocentiæ haud leuiter peruenimus: manifeſtum eſt Chriſtum non ſolum per ſimilitudinem eſſe loquutũ de ijs, qui ſunt infantiũ ſimiles, ſed de ipſis infantibus. Nam inducit nos ad illorum exemplum, tanquam ad archetypum. Quod ſi imago Dei eſt, quanto magis archetypus Dei eſt? Dum ergo infantes Dei ſunt, quis uetabit eos iuxta Petri uerbum aqua ablui? Tradit & Paulus 1. Cor. 7. liberos eorum coniugum, quorum alter modò fidelis ſit, ſanctos eſſe: & uſitatum eſt Paulo, eos uocare ſanctos, qui fideles ſunt. Si ergo

Fides citra baptiſmum.

Chriſtianè uiuere.

Sancti.

D liberi ex uno Chriſtiano parẽte nati, inter ſanctos, id eſt, fideles recenſet, quis uetabit eos aqua tingi, qui iã ſancti ſunt: ac ipſum iam ſunt, quod nos fieri ſtudemus? Quãquam ſunt qui putent, Chriſtianorum liberos hic ea cauſa uocari ſanctos à Paulo, quod liceat cum eis habitare: id quod alioqui minus licuiſſet, ſi immũdi fuiſſent: id eſt, omnino ex incredulis nati. quorum ego ſententiam, ut bona uenia dicam, nondũ ſequor. Nam hoc ſupercilium Iudaicum nõ habebãt, qui ex gentibus ad Chriſtum conuerſi erant, quales Corinthij certe fuerunt: ut ab eis tam pertinaciter abhorrerẽt, qui infideles eſſent. Nã & in idolothytis cũ illis uſq; ad offenſionem commedebant. Quod autem illic paulo ante dictum eſt, Sanctificata eſt incredula uxor per maritum credulum: Iterum non uidetur huc eſſe trahendum, ut ſanctificatum intelligas pro mũdo puroq; redditũ, carnali mundiția: ſed quod ſæpe factum eſt, ut incredula uxor ſit per maritum credulum fidelis reddita. Nam poſt etiam dicit: Quid ſcis ô uxor, an ſis maritum ſeruatura? Porro ſeruare non poteſt homo hominẽ. Loquiť ergo de cõuerſione ad fidem. Sed etiãſi donemus hũc eſſe ſenſum, aut ſi fortaſſe ſit hic huius loci ſenſus, certe alia erit conditio eius, qui natus eſt ex Chriſtiano, infantis: q̃ eius, qui ex incredulo. Sed alia cõditio eius non erit, ſi à fide reſiliat. Manebit ergo in præſtãtiore cõditione, ſi in fide educeť. Nũc autẽ ab initio dictũ eſt, eos qui fidei adhuc cãdidati eſſent, aqua tinctos eſſe: quales ab Ioãne baptiſati fuerũt & Apoſtoli ipſi, niſi negemus eos nunq; eſſe baptiſatos. Licebit ergo eos infantes, q ad fidem educãtur, nõ minus aqua tingere.

Chriſtianorũ liberi cur ſancti Paulo.

Sanctificatum.

Nũc breuib. eos nodos expediemus, q̃s aduerſa pars obijcit. Primus eſt: Nunquã legimus Apoſtolos abluiſſe infantes. Cũ ergo & uerbũ & exẽpla deſint, non ſunt abluendi. Reſpondeo: Verbum non deeſt, ſed uos uerbũ non recipitis: nempe, quod baptiſmus circumciſio noſtra eſt illa exterior. Nam utrunq; circumciſio noſtra eſt, de circũciſione aũt externa loquimur, quæ nihil eſt niſi ntus ſimus circunciſi:

A cũciſi: Et contrà, de circunciſione interna quicquid loquimur, adhuc eſt externa circunciſio, quæ internam ſignat, & externa internã anteceſſit. Sic & de baptiſmo loquendum eſt, nam & Paulus ſic de eo loquitur. Sed nec exempla deſunt, ut in ſuperioribus patuit de Ioanne, in uenturum Chriſtum tingente. Adde quod Paulus baptiſauit Stephanæ domum, 1. Cor. 1. & cuſtodem carceris cum omni familia ſua, Actor. 16. in quibus ueriſimilius eſt infantes fuiſſe, quàm defuiſſe. Item ueriſimilius eſt, quoſdam in familia etiam adultos fuiſſe, qui fidẽ non uſq; adeò abſolute uel noſſent, uel haberent: ſed dominum omnes ſequuti ſunt. Secũdo ſic obijciũt: Apoſtoli dum baptiſarent, prius fidem eorum quos tingebãt explorarunt. Reſpondeo: interim percontationem hanc eſſe factã, interim uero minus. Mendacium ergo inculcatis auribus ſimpliciũ, cum dicitis ab Apoſtolis ſemper fidem exactam eſſe. Quod autem perpetuo non exegerũt, Chriſti exemplo factum eſt, quum aliquando eos quos curaturus erat de fide interrogauit, aliquando neglexit. Matthæi 9. interrogauit cæcos duos, qui petebant ut ſe illuminaret, an crederent quod hoc poſſet: cumq; reſponderẽt ſeſe credere: dixit ut iuxta fidem eorum eis contingeret: & confeſtim reſtituta eſt eis lux. Ioannis autem cap. 9. cæcum à natiuitate illuminat, qui prorſus eum ignorabat. nam poſtea cum eſſet obuius factus, interrogauit eum, Tu ne credis in filiũ Dei? Reſpõdit, Quis eſt Domine, ut credã in eum? Hic ſignũ fidem anteceſſit. Simul & hoc conſiderandũ eſt, quod Ieſus eorum fidem reſpexit, qui de tecto paralyticum demittebãt, ut eum ſanum redderet. Tertio hunc nodum obijciunt: Qui crediderit & baptiſatus fuerit, ſaluus erit: qui autem non crediderit, condemnabitur. fidem ergo præcedere oportet, alioqui non minus fruſtra baptiſabitur quiſquam coruus. Reſpondeo: Id uerbi infantibus adaptari nequit. nam paulo antè præceſſit, Prædicate euangelium

B omni creaturæ. iam ſequit: Qui crediderit, audito ſcilicet euãgelio. Cum autem infantibus nec prædicetu, nec audiatur: manifeſtum eſt, eos hac ſententia uel maxime nõ teneri, ſed eos modò, qui prædicari audiunt, deinde credũt aut reſiliunt.

Quarto loco ſic inſtant: Lõge uiuidius erit ac efficacius, dũ quiſq; palàm fidem confitebit, priuſquã in aqua mergatur. Potior erit ratio diſcendæ fidei, dum puer baptiſatus eſt, quàm cum minus. ut enim ſunt laſciuia, & audacia huic generi cognata: poteſt utrunq; uitium commodius ſopiri in baptiſato puero, quàm in non baptiſato. Nam ſi ad impudenter laſciuientem, parentes impudentius conniueant, erunt qui iure admoneãt tam parentes quàm liberos, uicini, fratres: dicãtq;, Siccine tu filium educas ad offenſionem fratrum omnium? ad blaſpemiã Dei noſtri? Audacia uero, (quũ quiſq; dum argueretur inſultare facile poſſet: Quis tandem ego ſum? ego Chriſtianus ero ſi placebit: quid tibi mecum eſt?) opportunius profecto frangi poteſt in baptiſato, quàm in non baptiſato. Eſt ergo infantium baptiſmus, quod olim circumciſio, ſacramentum: quo etiam num pueri adſtringimur ad legem Domini diſcendã, uitamq; formandam, quo ſimul adſtringuntur parentes, ut nos ad eum modum fingant: quo nõ minus licet ſignatum eſſe, quod ex Chriſtianis natus ſis parẽtibus, quodq; iuxta profeſſionem iſtam ſis uitam formaturus: quàm olim circumcidi licebat, qui ex Abraham, ſiue ſecundũ carnem, ſiue ſecundum ſpiritum erant. Quod autem iſti deeſſe putant, ut quiſq; fidem ſuopte marte confiteatur: id eueniet in euchariſtiæ uſu, ſi legitime inſtituatur. nam ut nihil aliud eſt, quàm celebris gratiarum actio, eorum, qui ſe Chriſti morte uiuificatos & ſentiunt & gaudent: ac ſimul ſumma eſt coniunctio & agglutinatio corporis, hoc eſt, fideliũ Chriſti: fiet ut dum ſic utemur, quiſq; ſe intus probet, an recte de Chriſto ſentiat, an recte de eius membris. ac dum recte ſentit, iam panem iſtum in communi gratiarum actione, ueluti coniunctionis glutinũ ac ſacramentum, aut

Euchariſtiæ uſus.

C tum, aut ſymbolũ edat, poculũq́ hauriat. à qua cõſtipulatione, à q̃ fœdere, à quo
corpote extrema ſit malitia diſcedere. Breuiter in hoc infantium baptiſmo, nõ eſt
Baptiſmi uſus. ut tãtopere digladiemur: quàm hoc unum, ne baptiſmo tribuamus, quod ſolius
gratiæ Dei eſt, nempe, ne putemus animã aqua baptiſmi ablui: id quod noſtrum
figmentum nõ eſt, ſed cœleſtis ſpiritus doctrina. Sic enim 1. Pet. 3. legimus, quod
pari forma nos baptiſmus expiet, quomodo diluuiũ olim uniuerſum mundũ lu-
ſtrauit: non quatenus corpus abluit, ſed quatenus conſcientia recte ſibi conſtat,
cum ſeipſam percõtatur, quid de Deo ſentiat. Quum ergo gratiæ Dei ſit omnium
hominum ſalus, neq; id quod hic de bona conſcientiæ interrogatione Petrus di-
cit, ad infantes trahi poſſit, ſed ij nihilominus de gratia Dei certi ſunt: non eſt in-
quam, ut tantopere de exteriori ſigno pugnemus, cum eiuſmodi contentiones ni
hil quàm noxiam offenſionem pariant. Sed eſt uerſutus ille Cacodæmon, qui nos
Cacodæmonis miris modis ad amorem noſtri, gloriæq́ cupiditatem allicit: dictatq́ ſummã eſſe
inſidiæ. gloriam, ſi inuictus ſtes. à cuius artibus liberet nos miſericors Deus. Et ſi tingere
tanta eſt blaſphemia, efficiat ne tingamus: ſin minus, det ſpiritum pacis in corda
contentioſorum hominum, ut eas uires, quas hactenus in hanc cõtentionem in-
ſumpſerunt, ad pacis tranquillitatiſq́ ſtudium conuertant. Poſtremo loco de eu
charistiæ uſu quæſitum eſt, deq́ Caroloſtadij ſententia. quid nos de iſto pane po-
Euchariſtiæ uſus. culoq́ iam aliquot annos ſenſerimus, paucis communicauimus: atq; hoc amicis
ſolummodo ijs, quorum fides nobis pſpecta eſſet. Nunc longiſſimã epiſtolã ad
Matthæum Ruthlingenſem dedi de ea re (nam illic collatio indicta erat:) eius uo
bis etiã hic ſimul copiã trãſmitto, ſed ea lege, qua Ruthlingenſib. ac alijs fratrib.
ne ſcilicet cuiquam communicetis, qui non ſit ſincerus in fide: ſed nec ei quidem,
niſi tutum ſit quod excudi nõ faciat. Cum eam epiſtolã Myconius noſter legiſſet,
D admonuit, quendam magni nominis uirum refellere hanc ſententiam, qua puta-
mus Eſt pro ſignificat, uel ſymbolũ Eſt eſſe poſitũ: mittitq́ libellũ. eũ quũ ad qua-
ternionem tertiũ legimus, inuenimus legem, qua & nos uſi ſumus in dicta epi-
ſtola: nempe, fidem eſſe, quæ nobis germanũ ſcripturæ ſenſum apperiat. Sed in-
terea uehementer miror, eum uirum ex fide non eſſe compulſum, ut confiteretur
E S T. aliam eſſe ſignificantiam huius uocis EST oportere. præſertim cum Chriſtus di
cat: Caro non prodeſt quicquam, ſpiritus eſt qui uiuificat: uerba quæ ego loquu-
tus ſum uobis, ſpiritus & uita ſunt. Nam nulla creatura poſt hanc ſententiã, Chri
ſtiq́ conſiliũ quicquã debuit ſcrutari de corpore Chriſti: cum & Paulus neget nos
Chriſtum ultra noſſe ſecundum carnem. & in Hebræorũ epiſtola adſeueret, eum
ad dextram Dei ſedere, & poſt hac expectare, donec inimici ſui ponantur ſcabelli
inſtar ſub pedibus eius. Quæ de cãtionibus germanicis ac pſalmis ſcribitis, fra
tribus omnibus placent. Quæ uero de Miſſa, nõ undequaq; probantur. nam hoc
Sacramentum ſacramentum aliud non eſt, quàm celebris gratulatio & conſideratio. Cum igitur
euchariſtiæ. toti eccleſiæ ipſam celebrare placebit, celebretur: ac interim detur opera, ut quod
paulo incõſultius ædificatũ eſt, maiore cõſilio meliorcq́ ſoluatur. Admonueram
aliquando, ne nimis eſſemus in quorundam magiſtrorum uerba iurati. Nos ſpera
mus futuro paſchate rem ſic pſici apud noſtros poſſe. Ponemus menſam, panem,
ac uinum, dicemusq́ hoc ſacramento gratias agi, coniungiq́ ſibi mutuo Chriſtia
nos, &c. ut ſatis ſuperq́ dictum eſt, uel hic, uel in dicta epiſtola. Sic autem germa
nam ſententiam citra offenſionem docebitis: Deũ nemo uidit unquam. patet er
go, in euchariſtia non debere adorari quod uidetur. mox dictum locũ, Caro non
prodeſt quicquã, mature tractabitis. tertio loco eum, qui eſt 1. Cor. 10. Confeſtim
ergo uidebitis errorem ſe in tenebras ſuas proripere. Hæc multo cum labore ſic
ſcripſimus, ut maxime neceſſaria interea obmiſerimus. Quæ ſi parte aliqua offen
dunt

a dunt,ut dictum eſt,admonete,& date operam , ut quæ Dominus per uos dignat̃ in lucem dare , ad nos quoq; perueniant. Nouarum rerum apud nos nihil eſt, quod ignoretis. Ipſi enim iã nouiſtis, quantis inſidijs & minis petamur, excepto hoc uno:Collegit Senatus noſter ex tribus mendicantium monaſterijs, Prædicatorum,Auguſtinenſium, & Minorũ,omnes fratres,nihil tale opinatos,in unum: ac in Minoritarũ monaſteriũ contruſit. fuerunt enim pauci. remittuntur autem, qui in alijs Conuentibus,ut uocãt,primo recepti ſunt,ad eos ipſos.Qui apud nos primo recepti ſunt,à Senatu uel artificijs diſcendis locantur,ſi iuuenes ſunt:uel ad extrema alentur, ſi uetuli,qui nihil amplius diſcere poſſunt.Seruatur in omnibus charitas. Salutat uos Leo, Myconius,Megander, Henricus Vtingerus,qui hãc copiam in uſum ueſtrũ deſcripſit.Epiſtolam ea lege ſeruate,ne excudatur: ac ſi excudi uultis,ſignificate.Seruet eccleſiam ſuam Chriſtus.Tiguri,16.die Decembris 1524. Conſtantes eſtote: uidebitis auxilium Domini ſuper uos.

DE NON HABENDO PAVPERVM DELECTV. IOANNIS *Oecolampadij utiliſsima epiſtola, ad Bernhardum Adelmannũ ab Adelmansfelden, Canonicum Auguſtenſem.*

GRATIA & pax Chriſti tecum, optime Bernharde. Quod petis, ut de diſpartiendarum in pauperes eleemoſynarum ratione exactius ſcribam:etiamſi poſſem, non eſt mihi nũc præ occupationibus integrum:nec uacat conſulere alios,quid in hoc ſenſerint.Paucis. Mihi plurimum probatur, ſi citra delectum omnib. detur pauperibus. Id enim de hoſpitalitate docet epiſtola ad Hebræos , exẽplo Lot. alioqui nõ raro dignis præteritis, iuſto Dei iudicio incidimus in indigniſſimos. Eſt enim & hoc *Egenos non*
B mihi perſuaſum, nullum obuenire nobis egenum,niſi ſingulari Dei prouidentia. *temere occurrere.*
Proinde quod Propheta inquit, Beatus qui intelligit ſuper egenũ ac pauperẽ:de omnibus intelligo,nam ſingulorum ſcrutari uitam,non benefactoris, nec intelligentis mandatũ Domini exiſtimauerim: quandoquidẽ Dominus inquit, Omni *Pſalmo 40.*
petenti te tribue.Et pater noſter cœleſtis,cuius perfectionem imitari debemus,ſuper iuſtos & iniuſtos pluit.Lex quoq; præcipit,ne quiſquam inter nos egeat. Ad *Lucæ 6.* *Deutero.15.*
de & hoc quod apud Lucam legimus, quũ dicit:Nolite iudicare,& non iudicabimini.quod nõ ſolũ de iudicio temerario, ſed & de perſonarũ pauperũ acceptione expoſuerim.ſuprà enim dixerat:Dandũ,& nihil inde ſperandũ,&c. Eſtote miſericordes,ſicut pater ueſter.ſubditq;:Date,& dabitur uobis. Decet autẽ ut ſuperioribus & inferioribus media reſpondeant,utpotẽ eiuſdem ſententiæ. Vide item dicti energiam.nõ enim ſolum à delectu perſonarum, ſed & à iudicio temerario, atq; adeò ab omni ſuſpitiõe,libera noſtra uult pectora.Quid igit? Bene ſentire de omnibus, omnium facta in partem interpretari optimam, nullum meo beneficio indignum cenſere debeo,quem Deus innumeris quotidie dignatur donis,pſe qui.Quin & hoc multum terret,quod inquit:Eadem menſura qua metiemini,remetietur uobis.Quò fugiam? ubi me abſcondam à facie Domini, ſi ille in iudicium cum ſeruo ſuo intrare uoluerit?Quid autem,ſi nec ſerui,niſi forte infidelis, nomine dignus fuero? Sed quis regum tam potens, aiunt, qui petenti omni daret? Chriſtus, reſpondeo,iuſſit.Det igitur quis,ſi facultates ſuppetunt: ſin minus,dare cupiat.Suppl̃eat cordis affectus,quod denegat prædiorum prouentus.Mentis penu diues eſſe poteſt,licet non reſpondeant uotis horrea.Non munera, ſed cor: hoc eſt,dantem ipſum ſpectat Deus.nec attendit quantũ detur, ſed ex quàm liberali pectore datum depromatur.Vnde,ut ſcis, & regum munificentiam uicit pauperis uiduæ munus diobolare.Itaq; ubi affuerint opes, nõ arbitror felicitatẽ con-

C geſtas diuitias:ſed erogantem ſine triſtitia, & cunctatione ſingulis manum. Qui hoc facit,uere beatus:& nō ſolum in iſto,ſed & futuro ſeculo diues, ac uere filius altiſſimi eſt. Placet & Salomonis ſuper hac re ſententiam audire: In Eccleſiſte inquit:Mitte panem tuum ſuper aquas tranſeuntes:quia poſt multa tempora inuenies illum.Da partes ſeptem,necnon & octo: quia ignoras quid futurum ſit mali ſuper terram.Qui obſeruat uentum,non ſerit: & qui conſiderat nubes, nūquam metet.Quæ ſunt tranſeuntes illæ aquæ:niſi uiliſſimi quiq;,qui ita hic prætereunt, ut nulla ex eis ad nos reditura credamus commoda.En ſuper illos potiſſimū ſunt mittendi panes.manent enim uere: & licet præterire uideanť, in tempore tamen quo maxime neceſſarij comparent,ac coram iudice nos excuſant, inq; æterna recipiūt tabernacula.Quid eſt dare partes ſeptem & octo:Ludat alius in allegorijs, ut ſeptenarius huius uitæ partem capiat, partemq; accipiat & reſurrectionis octonarius.mihi ſimplex hiſtoriæ filū magis arridet.Dediſti ſeptem,& numerū quendam tibi pſcripſiſti, intra quē uel recipere inopes, uel paſcere famelicos,uel aliter miſericordē te exhibere certis miſeris ſtatuiſti. ne teneare ſupſtitioſa numeri religione: admitte & octauum, admitte & nonum. & alios.& in ſumma,nemo à te indonatus, uel beneficio non affectus abeat.Si obſeruaueris uentū, ſeminabis nunquam. fieri enim poteſt (ut ſumus multis uitijs obnoxij omnes) ut non occurrat ſanctulus quiſpiā, & omni næuo carens,qualē tu uelles.Itaq; ocioſus ſemper,& liberalis nunquam eris. Satis eſſe debet, quod Chriſtus iuſtus eſt, fideliſq; ac innocens.Chriſto das, Chriſtus remunerat, Chriſtus remuneraturum ſe promiſit.

Solomonis locus in Eccleſiaſte.

Plauti & Ciceronis prophanæ ſententiæ.

Inhumana Plauti ſententia eſt: Male mereť,qui mendico dat quod edat. nam & illud quod dat perit,&illi uitam producit ad miſeriā. Vere gentilem agit Tullius, quum inquit:Largitio,quæ fit ex re familiari,fontem benignitatis exhaurit,ita benignitas benignitate tollitur.Inhumana eſt & illa ſentētia:Male meretur, qui peccatori dat quod edat: nā fomenta peccandi alendō ſuppeditat. Qui ſcimus hoc: Fortaſſe carbones ſuper caput eius congeres, & tua benignitate hominē alioqui bis periturum lucrifacies:dum ſe non uidet deſpici, & immeritum ad frugem melioris uitæ puocari. Quid refert, offenderit me uitæ malæ exemplo, uel nocendi ſtudio:Quanto grauior offenſa, tāto nimirū liberalior cōdonatio. Nemo liberalior Chriſto. Et quibus ille ſe liberaliter permiſit,quàm peccatorib. maximis: atq; adeò,ut propheticum illud in eo impletum ſit:Cum iniquis reputatus eſt. Et non alia de cauſa ſuccenſuit hypocritis,quàm quod hoc in ſe repræhenderūt. Nos autem uiles ne aſſes tāti facimus,ut piaculū putemus, ſi illos in uiros iniuſtos inſumpſerimus: pfecto uereor, ne & nos cū phariſæis iudicemur. Quid ſi illi q̄s iudicamus,nobis(id quod ſæpe uſu euenit)longe meliores ſint: Putás ne Abrahamum uel Lotum,quum angelos exciperēt incognitos, de fide aut ſanctimonia illorum aliquid certi cōperiſſe: Haud crediderim: tam paucis tū notus erat Deus. Quin pulchra uenatio,piſcatio ue fuerit,eleemoſynarum eſca è profundo maris,piſces rationales capere,& paulatim illos ad uerbum Dei, uitæq; ſanctimoniam aſſueſacere. Aderit fortaſſis hora, qua inæſtimabili præda diues apud Deum cōpareas. Hoſpites Lotū à temporali Sodomorum incendio eripuerunt, tu uero hoſpites aduenas ab æternis gehennæ ardorib. liberas. Sed plurib. forte, quàm exigat epiſtolæ ratio. Quid igit ad ea, quæ Theſſalonicenſibus Paulus ſcribit: Nónne delectum permittit:nónne à conſortio noſtro alienos facit ignauos: Nónne ille ipſe uiduas iuniores ab eccleſijs accipi non uult: Rectè quidem ille ordinauit:ſed hoc illorum eſto officium, qui & in alias ciuitatis peſtes animaduertunt, quiq; gladium à Deo traditum in metum impiorū geſtāt. Hoc curæ ſit Epiſcopis, quorum eſt habere catalogum pauperum, & prouidere illis de decimis, fideliumq; oblationibus.

Eccleſiaſtici. 12

D

Eſaie 53.

Gen. 18. 19

2. Teſſ. 3

A tionibus. Sed prò dolor, quid hodie infidelius agitur? Hoc munus, quia negligen
tes uidemus ocioſos illos Epiſcopos, uel bonis ſaltem uiris ab eccleſia cõmenda
ri fratrũ cura poſtularet. Cæterũ priuati curioſitatem illam recte cauent omnes.
Iuſtiſſima equidem apoſtolica ſanctio eſt, & ad noſtræ religionis prouentũ mul-
tum pertinens. Alioqui ſi foueremus ignauos, uoluntariamq; & turpem cohone
ſtaremus mendicitatem, non mirum, ſi uerbo Dei ſincerius prædicando præiudi
cent paraſiti, & alienarum menſarum mancipia (quæ Eſaias caudas, ob caninam *Eſa.9*
adulantiam uilitatemq; uocat:) non quæ lex Chriſti dictat, ſed quæ architriclino
probãtur, populo proferrent oracula. quos mutos & ignauos canes, certũ eſt, in-
utiles reip. Chriſtianæ, neq; illos ulla ſectarũ totius orbis in ſuã admitteret. Quid
enim intollerabilius, quàm id quod facere ſolẽt, pietatem redigi in quæſtũ? Quid *Pietas quæ-*
tam indignum nobis, quàm excutere iugũ, quod Adæ ac omnibus iniunctũ? At *ſtuoſa.*
non petis à me, quodnam magiſtratus officium: ſed quid te facere deceat, ut co-
ram Chriſto ſecurior aſtes, & expoſtulationem illam nouiſſimam non formides.
Scire uis, quid unctio doceat? Porrò etiam hoc, quid unctio doceat docere, unctio *Vnctionis*
nis fuerit. Quis enim nouit hominũ, quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis qui *doctrina.*
eſt in eo? Sic & ea quæ ſunt Dei, nemo nouit, niſi ſpiritus Dei. Verum iterum ſcri- *1. Cor.2*
pturis adiutus, proferam quid mihi uideatur. Alius excellentiore ſenſu præditus
ſit, certioráque afferat: non inuideo. Apoſtolus quum mandaſſet ſuis, cauen-
dos fucos illos, inordinate ſe gerentes ac ocioſos, noſtram ſententiam non infrin *1. Theſſ.5*
git, ſed confirmat magis. quoniã ſubdit: Vos autem Fratres, ne defatigemini
in benefaciendo. &: Neq; uelut inimicũ habeatis, ſed admonete ut fratrem. Tan-
tum non geminam ille miſericordiam, ſpiritualem & corporalem emendicat: &,
inquit, ne defatigemini: ut perſeueremus in cœpta liberalitate. At nos nondũ elar
B giri illis cœpimus. Apud eũdem recepta ſententia eſt, omnes nos unius corporis
membra eſſe. Hoc igit̃ quod iñ corpuſculo noſtro membris exhibet̃, illud idem *1. Corinth.12*
in eccleſiæ magno & eximio illo corpore minime negligendũ. Membris autem
illis primum remedia adhibemus, quæ grauiori morbo ſunt obnoxia: non atten-
dentes interim, quod ignobiliora ſunt, infirmiorá ue: ſatis illis patrocinatur, quod
egentiora ſunt. Quin & co[n]gruit, ut nobiliora parũ bene affecta, cedant nonnun
quam obſcurioribus multũ male affectis. Ne obſcurior ſit ſermo, craſſiori exem
plo rem commonſtrabimus. Nemo negat, genas honeſtiores digitis pedum. Fin
ge igitur, faciem à quopiã ſtercore turpatam, nudos autem pedes ſuperiectu car
bonum ardentium amburi: nónne perſpicuum eſt, neglecta interim faciei purita-
te omnes accelerare, ut quam primũ à prunæ incendio pedes uindicent? Non ab
ſimiliter in eccleſiæ, atq; adeo totius naturæ humanæ corpore, ſi moleſtijs grauio-
rib. angitur portio quædã infima, etiam uix plantæ digna agnominatione: com
pellit charitatis lex, ut aliquãdiu poſthabita nobiliorum membrorum cura ſuc-
curamus parti alioqui contemptæ. Homicidij reus ero, ſi accurrã ad regem in lu
tum cadentem, & permittam agaſonem in flumine ſubmergi. Non iam diſputa-
mus, uter dignior ſit: ſed cuius euidentior periculoſiorq; caſus eſt, noſtra ille ope
iuſtius adiuabitur, ac opera. Neceſſe item habemus, ut noſtræ ipſorũ carnis obli-
uiſcamur, & alienæ ſalutis ſolliciti ſimus cuſtodes. Maledictus Cain, q dicere nõ *Gen.4:*
erubuit: Nunquid cuſtos fratris mei ego ſum? Nos Paulinam illam uocem è pe-
ctore non ſimulato depromamus: Quis infirmat̃, & non infirmor ego? Hæc uox *2. Corin.11.*
uiuere in nobis Chriſtum probabit: ſi omnes ægrorum omnium affectus & dolo
res in nobis, tanquam noſtros experimur: ſi & noſtra inopia alienam ſtudemus
ſubleuare neceſſitatem: non iam dico abundantia. illud enim nullius uirtutis, glo
riæ ue fuerit. Nam ut largum flumen in uicinũ deriuare pratum, quum alioqui
non

C non poſſum exuberans cohercere, fortè ab inuidentiæ crimine liberabit, gloria liberalitatis nequaquam illuſtrabit: ita cū omne quod ex diuitijs tuo uſui ſupereſt, inutiliter tuum eſt, & uerius non tuum, ac relinquendum propediem uelis nolis, quod nunc tot arcis & uectibus includitur, ingratiſſimis exteris fortaſſe, quos à facie uidiſti nunquam: & proinde hinc tenue liberalitatis nomen. At fraudare genium, laborare manibus, ut habeas, quod neceſſitatem patienti tribuas: hoc ſanctum laudatumq́ ieiuniū eſt, hæc ſancta eſt eleemoſyna, hæc uirtutis nomen meretur, hoc nomen excellit regum munificentiam. Ingrediamur itaq; in ualetudinarium quoddam, in quo decumbunt centum (ſcripturæ uerbo loquar) animæ, imò centum membra noſtra: & ſint nobis non niſi ſexaginta nummi, uelimuſq́ benefacere omnibus, idq́ res poſtulet, docebit unctio etiam diſtrahendam togam, etiam mutuum pecuniam accipiendam, ut nulli non beneficio noſtro fruantur. Vnctio proba magiſtra fuerit, modò non contemnatur: aperiet uiſcera, aperiet manū, ſuauibus ad immundorum oſcula nonnullos uinculis protrahet. Quid opus multa doctrina? occultis cordi tuo conſilijs illa loquetur: En caro tua, en frater tuus, habes materiam exercendæ pietatis, nihil eſt quod te excuſare poterit. uelles & tibi, ſi fortè ſimili teneretur morbo, adeſſe quempiam miſero conſulentē. Quid adhuc cunctaris? Deo ne diffidis, quod miſericordem te derelicturus ſit, qui immiſericordi ſemper fuit miſericors? Tuū fuerit iuuare, dicet unctio. Ridicula auaro homini narrarē, hæc commemorans: ſed tibi loquar, ſacerdoti uere pio, & cui de his diſputare gratū eſt: & qui maiora facere ſoles, quàm precipere ego auſim. Vbi igitur inhortatur ſpiritus, nequaquā ceſſare fas fuerit. Iam metuit quis, ne impoſtor ſit ille ſpiritus, & angelus ſatanas in angelum lucis transfiguratus. Etenim, aiunt, eſt uidere nōnullos, obſequentes domeſticis, proprijsq́ talibus conſilijs, ubi ſua in egenos profuderunt, cœpiſſe egere: & ipſos, & ipſorum neceſſarios, quum alios iuuare diu potuiſſent, alijs mēdicitate uili onerōſiores factos eſſe. Quāto prudentius erat, reponere primum, quantum ſatis tum ſibi, tum natis: & ex eo quod D ſupereſt, dare eleemoſynam: erunt enim & tū, teſte Domino, munda omnia. Vnde nō impie prouerbium habet, Togam pallio propiorem, Charitatisq́ eſſe, à ſeipſo incipere. quo fit, ut non ſolum tibi ipſi ſufficias, ſed & alijs non ſis moleſtus. Non ignoro, quoſdam in hunc modum ratiotinari: at mea ſententia parum feliciter, quamuis ſibi uideantur maxime ſapere. Nūquam enim uidi iuſtū derelictum, nec ſemen eius quærens panem: ait Pſaltes. Sed & Solomō inquit: Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt: alij rapiunt aliena, & ſemper in egeſtate ſunt. Vanus timor eſt, & planè Chriſtiano indignus. Cur non reſpiciunt uel ad Sareptanā illam uiduam, cuius lecythus olei non defecit? quòd prophetam in tanta fame & penuria, filioloq́ ferè enecto prætulit. Quomodo credent ſibi æterna, ineffabiliaq́ futuri ſeculi bona repoſita, qui tam ſolliciti de craſtino? Quis illum probum medicum dixerit, qui ægros aſpernatur: & in ſolis pharmacis conficiendis occupatus, non niſi cum ualentib. uerſatur? Incerta damna cauemus, certa nō procuramus, nec amouemus. Egeſtoſi illi nunc dolent, nunc algent: uos forſitan nūquam egebitis, cur ergo non præſentibus malis occurrit? At in cauſa eſt, neglecta charitas. Editur, bibitur, in delitijs agitur, gazæ colliguntur: Ioſeph autem contriti nullus eſt reſpectus. Miſelli iſti aliena, non noſtra exiſtimantur membra. minime enim aliâs ita iudicaremus. Iam dum ex euangelio citatur, Quod ſupereſt, date eleemoſynam: putás ne Chriſtum uoluiſſe, ut ſuperflua nobis conquireremus ad ſuſtentandos inopes? non hoc uult: ſed facultates, inquit, ueſtras erogate pauperibus, & interiora quoq; ueſtra ab inuidia rapiendiq́ auiditate defecabunt. In cōſpicuo eſt, unde ſit mūdi immiſericordia, omnes in ocio & ſocordia uiuere uolumus, id quod

Epheſ. 4

Vnctionis inhortatio.

Obiectio prudētiæ ſeculi huius.

Luc. 11

Pſal. 36

Prouerb. 11

3. Reg 17

Charitas neglecta.

Amos 6

Luc. 11

Immiſericordia ex amore ocij.

A quod planè contra hominis conditionem eſt, qui ad laborem natus, ut in ſudore *Iob.5.*
uultus ſuo pane ueſcatur. Omnes, filios ſuos regulos eſſe cupiunt. Quod ut effici *Gene.3.*
ant, theſauriſatione, atq; multis malis artibus opus habent. Hinc eſt quod tot cen
ſibus, tot uſuris, tot tributis grauata eſt omnis terra: & non ſolum exulat miſericor
dia, ſed & ubiq; regnant rapacitas & crudelitas. Dic oro, qui ſunt omniũ immiſe-
ricordiſſimi? nonne illi ipſi qui ſocordiſſimi, & ignauiſſimi: qui in laboribus homi
num eſſe nolunt, ſed uel ob perſonatam ſanctimoniam, uel ob tyrannicam poten
tiam, in ocio dij quidam haberi cupiunt? Hominis ſanè natura perquã paucis con
tenta eſſet. Quibus contingit uictus & amictus, & caſula, non habent quod que-
rantur: ſicut & qui his non ſatiantur, inexplebiles erunt ſemper. Quid igitur opus
tanta ꝓuidentiæ cura? Quid ſibi uult ſolicitudo? Vnde timor, ne fame pereundũ
ſit? Et quid mali eſt, etiã ſi quis iuſta cauſa cœperit egere? Si Domino ita uiſum
fuerit, quis nõ Chriſtianus & illã feret crucem? Scimus egere, inquit Apoſtolus, *Philipp.4.*
ſcimus & abundare. Atqui prudentes illi, nec egere, nec abundare nouerũt. Chri-
ſtianus inopiam non timet, ſed & inops Deũ benedicit, inquiens: Sit nomen Do *Iob.1.*
mini benedictum. Nudus exiui de utero matris meæ, nudus & reuertar illuc. Do-
minus dedit, Dominus abſtulit. Nobiliores Chriſtianorũ diuitiæ ſunt, quàm quæ
fortunæ ludibrijs ſint expoſitæ. Eſt & paupertas non minimus theſaurus. Recum *Paupertas theſaurus*
bit & ulceroſus Lazarus in ſinu Abrahæ, quouis imperatore clarior. Quis ſapi- *Luc.16.*
ens omni tempore ebrius eſſe eligeret? Eſt & opum abũdantia pernitioſa, ſi men-
tem ebrietas obruat. Quid mali igitˢ, ſi aliquantiſper inediæ ferenda eſt atrocitas,
quam innumeræ ſequentur æternorum gaudiorum retributiones? Timetur mo-
mentanea afflictio, & non timetur æterna? Deniq; quibus theſauriſatur? pueris?
hoc certũ non eſt. Dauid inquit: Theſaurizat, & ignorat cui congreget ea. Quis *Pſal.38.*
B theſaurizandi præceptum dedit? Exemplum quidem alicubi affert Paulus, non fi *2. Corinth.12*
lios parentibus, ſed parentes filijs theſauros reponere debere. Non hinc anſa ſu-
menda, quaſi id curæ eſſe debeat Chriſtianis, nam Apoſtolus ſuam inde fidem di
ſcipulis cõmendat, declarans ſe germanũ agere parentem, qui non ſuam, ſed ſpi-
ritualiũ filiorũ ſalutẽ ſpectet. Alioqui ſi ita pro theſauris colligendis argumentabi *Parabolis illicitarũ rerum utitur ſciptura*
mur, age probemus & uſuras, & bella, & theatra, & filios ſeculi huius, ac ſeruos
nequam, & inhoneſta alia, à quibus nonnuquam aſſumuntur parabolæ. Prolixi
or ſit epiſtola, & in arctum cõtrahere ſermonem cogor. Primũ itaq; ſatagamus, *Tria obſeruanda.*
ut nulla noſtri corporis, humanæ inquam naturæ, membra quamlibet parua, uti
aliena, & quaſi nihil ad nos pertinentia negligantur, maxime ſi ægrotent. Deinde *An mẽbrum egeat.*
& in illis ſpectemus, quorũ amiſſio uel dolorem acerbiorem, uel dehoneſtamen- *Nũ magis egeat.*
tum turpius, uel deordinationẽ magis damnoſam afferre poſſit, ut pro his ſeruan-
dis ac inſtaurandis maiore ſolicitudine laboremus. Poſtremum obſeruemus, imò *Num Deo gratus.*
primus ac præcipuus ſcopus ſit, ut ea per quæ Dei gloriam ampliora ſumpturam
incrementa ſpes eſt, nullis non præferamus. Prima nobis commendet charitas,
poſteriora uero neceſſitas ac pietas: imò omnia omnes illæ commendent occaſio
nes. Et in his ſanè nunquam refragabitur unctio. At ſi res ſecus habeãt, etiam ma- *Manus quãdo claudendæ.*
nus claudere docet: utpote ſi in mendicimonia luxui ac ocio dedita incidamus: ſi
grauiora alia urgeant pericula, quibus occurrendum: ſi ingratam Deo nos elee-
moſynam facturos exiſtimemus. Fide enim ſemper opus fuerit, & cõſcientia bo-
na. Eſt autem & miſericordia nõnunquam Deo, non minus crudelitate, ingrata:
qualis ſcilicet erat illa Saulis, mandatũ Domini præuaricantis. ſicut & crudelitas
eſt miſericordiæ loco, apud Abrahamũ & Phinees, diuino obtẽperantes impe
rio. Indignior eſt eleemoſyna, quàm quæ Deũ deceat, quã in lapidea templa pe *In templorum ſtructurã data*
cuniæ inſumunt, ſi uiuæ, (rationales dico) germanæq; Dei domus obambulant,

C morbis fameq́ſ ſemimortuæ: ad quas inſtaurandas patres olim diuino ſpiritu affla
ni, ſi quid præcioſæ ſuppellectilis reconditiſſimum in ſacrarijs eſſet, proferre, con-
flare & diſtrahere, non ſolum nõ trepidabant, ſed & pium optimeq́ collocatum
iudicabãt. Nõ damnamus interim, neq́ incuſamus eos, qui pie Deo tẽpla quàm
impie ſibi palacia extruere maluerunt. At ſi hodie conſulendum cuipiam foret, fa
Templa qualia Chriſtianis ædificanda. teor, adhortarer ut quod quidã immodicis mendacijs, & prodigioſa ſacrilegaq́
auaritia pro inſenſatis baſilicis emendicant, id uiuis tribuatur lapidibus, è quibus
cœleſtis cõſtruitur Hieruſalem. Chriſtiano chriſtianè, non iudaικῶς, ædificandum
eſt. Euerſo Hieroſolymitano templo, non de alio quàm ſpirituali inſtaurando cu-
De hoſpitalib. ra nobis ſit. Satis, ſuperq́ ſatis templorum apud nos eſt. Pro neceſſarijs autem re
paraſidis, ſuperfluorum redditus ſufficiunt. Neq́ ptochodochijs amplis & ſplen
didis patrocinaturam reor unctionem: maxime, ut ſæpe fit, cum aliorum inopum
iniuria. Noſtri officij fuerit, præſentium magis quàm poſterorum: magis nunc do
lentium, quàm olim male habiturorum curam gerere. Quàm indignum Chriſtia-
no eſt, coaceruare per auaritiam & immiſericordiam pecuniam, qua è multis pau
peribus cenſus emulgeat, quibus pauciores alantur pauperes? Quanto liberalius
Cenſus remittere. fuerit, miſellis id genus cenſibus grauatis, cenſus remittere, quàm pro futuris ne-
ſcio quib. (quid enim de futuris ſcimus?) cenſus coëmere? Hodie hodie obambu
lant, quos iuuare poſſumus: iuuemus illos. Hos neglexiſſe, crimine non uacabit:
iſtos autem præteritos, fortè quis rectè excuſauerit. Si durauerint poſthac ſecula,
non deerunt & uiri benigni pauperibus, quos illis Dei pauperum patris excitabit
miſericordia. Sin uſqueadeò inualuerit inhumnaitas, ut pauperum nemo miſerea
tur; ꝑfecto neq́ xenodochijs, neq́ orphanotrophijs, neq́ ullis alijs pauperũ, uel
priuatis uel publicis domibus, inexplebilis diuitũ & potentiorũ parcet auaritia:
D ſed quicqd eſt pauperũ, rapiet & deuorabit. id quod nouiſſimis temporib. euen
turũ ſcriptura prædicit: & prò dolor, id quotidianis exemplis fieri diſcimus. Alio-
Cenſus annuos emere, non eſſe Chriſtiani. qui non eſt Chriſtiani, & neſcio an gentiliter boni uiri ſit, ex ſudore & ſanguine
pauperum pro fouendo ocio redditus quærere, & aliena miſeria diteſcere. Quo-
tidie conſumationem ſeculi & aduentum iudicis expectamus, & non pudet (ma
lum) emere annuos redditus? Neſcimus qua hora uẽturus ſit iudex ad iudicium,
& innumeras ſeculorum ſomniamus myriades, quibus perpetuos & innumera-
biles partus modica procreet pecuniola? Panem quotidianum duntaxat à patre
Matthei. 5. petendum docuit Chriſtus, de craſtino ſolicitos nos eſſe nolens: quæ portentoſa
illa temeritas, ex uſuris, & oppreſſorũ pauperũ ſudoribus immortales & in infini-
ta ſecula duraturas uenari pecunias, & ex tenui metallo perpetuò fluentem diui-
tiarum ſperare amnem? Verum iterũ ab inſtituto prolapſus ſum. Docet quidem
Abſentibus mittendæ eleemoſynæ. interdum ſpritus, & afflictis abſentibus εὐλογίας mittere: ſicut & Corinthios ad-
hortatur Apoſtolus, at hoc nunquam cum uicinorum agit incommodis. Veſtra,
inquit, abundantia illorum ſuppleat inopiam. Parũ prouidus fuiſſet Apoſtolus,
2. Corinth. 8 ſi & poſteris reponendæ erant diuitiæ. Docet idem ſpiritus & Sareptanæ uiduæ
3. Reg. 17 exemplo, filios ac parentes non inutiliter alicubi negligi. In diſpartiendis eleemo-
ſynis nihil tã ſeducit, quàm carnis & ſanguinis reſpectus: hoc enim & Iudã pro
ditorẽ fecit. Nihil item tutius eſt, quàm omnes ꝓ fratrib. ducere. Et quid inquam?
nõ ſolum parentes, ſed & noſmetipſos ignorare debemus. Altera enim & prima
pars Chriſtianiſmi eſt, à philautiæ malo alienari, & ſeſe ignorare, ut Chriſti per-
fectum ſit regnum. Fruſtra autem hic ingratitudinis timetur malum. nemini præ-
iudicamus, qui generalis in omnes benignitatis ſuademus ſtudium. Nemo liben
tius ſubuenit parentibus, quàm qui propter Chriſtum prodeſſe cupit omnibus.
Neq́ hoc fuerit, ꝓpter humanam traditionem tranſgredi legem diuinã, id quod
faciunt

A faciunt phariſæi, ut ſuis aliquid commodis accedat. Hic nihil tale ſuſpicandum. *Dilectio proximi qualis eſſe debeat.*
profluunt ex ipſiſſimo charitatis fonte hæ leges: & non ſolum legi de parentibus
obſeruandis nihil derogant, ſed ad mandatum primum, quod præcipit diligen-
dum Deum toto corde, proxime accedũt. ſicut dicit Euangeliſta: Mandatum ſe- *Matthæi 22.*
cundum ſimile eſt huic. Nam ut ſimile ſit, oportet ut ad ipſum perficiendum non
impurior carnis affectus mentẽ ſollicitet, neque prophanæ cuiuſdam neceſſitudi
nis amicitia animum moueat: ſed ille ipſe, qui & in ſuperiori lege diligi iubetur.
Quin & alibi mandatum eſt, ut abnegem memetipſum. unde in Deum, cuius *Luca. 9.*
ſolius honor eſt, honorem & amorem illum redire conuenit. Tum parentes re-
cte ueneramur, ſi non noſtræ abblandimur seductrici & impiæ carni, ſed profite
mur illos à Deo nobis datos obſeruabiles. Equidem ut ſimus ueri Abrahæ filij,
exeundum & nobis eſt de terra noſtra, de domo patris, déque cognatione no- *Gen. 12.*
ſtra. Et ſicut Paulus Epheſijs & Coloſſenſib. præcipit ſeruis, ut dominis ſuis iuxta *Coloſſ. 3*
carnem, tanquam Chriſto ſeruiant: non ad oculum tantum, & ut hominibus *Epheſ. 6.*
placere cupientes: ſed tanꝙ ſerui Chriſti. Ita planè, ut lex dilectionis ꝓximi ſimi-
lis ſit legi dilectionis diuinæ: operæpreciũ eſt, ut non ſolũ ut parentes, ſed & ut da
tos à communi patre Deo, amemus. quod dicimus, nõ ut ἀσοργίαν aſſeueremus,
& pluſquam pecuinam uitam approbemus: ſed ut penitiſſima eijciatur φιλαυτία,
& dicere poſſimus aliquando: Viuo iam non ego, ſed uiuit in me Chriſtus: ſequa
murꝗ, quócũꝗ ille duxerit: & quibuſcunꝗ, & quoties, & quando uoluerit, miſe
reamur. & iam non nos delectum faciamus pauperum, quib. benefaciamus: ſed
Chriſtus ipſe, qui ſingulari lege ad hos colendos, & ad deſpiciendum neminem
nos obſtrinxit. Etenim & ſuum cuiꝗ corpus non alia ratione curandum, quàm
ut Chriſto ſeruire ualeat. Neꝗ unquam impar benefaciendi ſtudiũ eſſe debet, ni
B ſi quando Deum magis glorificari per eos, quib. benefit, intelligimus. Eapropter
Apoſtolus inquit: Operemur bonum erga omnes, maxime autem domeſticos
fidei. Non ſimpliciter inquit Domeſticos, ſed Domeſticos fidei. Neque enim *Gal. 6*
probaſſet eos qui alienos expilant, & ſuos ditant: neglectisque pauperibus, luxu *Domeſtici fidei*
riæ materiam nepotulis & neceſſarijs relinquunt. Domeſticos fidei dixit, uolens
illos alijs præferri, quos Chriſtianæ fidei præfert dignitas: inque illos nos indul-
gentiores, in quibus uberior Dei gloria relucet. Cæterum & hæc non minima
Dei gloria eſt, quum præcepta eius ſeruamus: & perire non ſinimus, quos ille no
ſtra ſuſtentari ope, aliꝗ requirit. Auro margaritisꝗ alibi non itẽ colitur. Amplius
Dei refulget honor, ubi felicior eſt prouentus ſanctorum fideliumꝗ: & illorum in
quam, qui in ſpiritu ueritateꝗ Deum adorãt. Aboleri meretur quantumcũꝗ eſt,
quo Chriſti gloria minuitur. Fouendum & exaltandum uiliſſimũ quoduis, quo
Chriſti creſcit gloria. Vbi illi quid accedere animaduertimus, debemus nobis ip-
ſis noſtrisꝗ deſſe, ac alienis ſuccurrere neceſſitatibus. Debemus unum multis, lai
cum ſacerdoti, abſentem præſenti præſerre. debemus iterum & nos noſtróſque
alijs, & multos paucis, & ſacerdotem laico, & præſentẽ abſenti præponere. Hęc
nunc habui, quæ Chriſto propitio, reſponderem. In omnibus, mi Bernharde,
Chriſti gloriam quæramus. Fidelis ipſe eſt, & nos errare non ſinet, ſaluaꝗ erũt o-
mnia: Amen. Salutem meo nomine fratri tuo Chunhardo, & Sigiſmũdo Grimo
Medico appreceris uelim. Vale: Baſileæ, Menſe Iulio, Anno 1523.

HVLDRICHVS ZVINGLIVS BERCHTOLDO HALLERO,
*cæterisq; in Chriſto fratribus, Bernæ Euangelium prædi
cantibus, Salutem in Domino.*

GRATISSIMVM nobis feciſſe beneficiũ, ô Fratres Chriſti milites, nę
uos ipſos quidẽ ambigere, quæ ueſtra eſt pietas, arbitror. ſollicitudinem

C enim omnium eccleſiarum, ſi quenquam, uos angere autumo: quarum ubi profe
ctum uideatis, euangelijq; incrementum, fieri non poteſt, ut non impenſe gaudea
tis. Nam qui proximum diligit, in hoc Deus eſt. Deus enim charitas eſt: & qui
manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. ubi autē Deus eſt, inde nihil non
diuinum prodire poteſt: ſpiritus enim ille diuinus liberaliter omnibus bene uult,
gratis omnibus impertit: ſic & omnis qui natus eſt ex ſpiritu. Vnde manifeſtum
fit, longe aliter atq; calumniatores opprobrant, eos, qui miſeras Chriſti oues ho-
die quærunt & adſerunt, eſſe animatos: nempe, ut non ex inuidia, ut iſti gāniunt:
ſed ex charitate, ſed ex Deo, qui in eis eſt, rem gerant. Macti uirtute pergite, ne re-
tro reſpicientes, ſulcum obliquū ducatis: neue ea quæ ædificaſtis, ſtipula fiant aut
fœnum, aut lignum. Quæ autem miſiſtis, commodiſſime uulgabuntur: tametſi
prælum noſtrum paraphraſibus germanicis eſt occupatum. Baſileæ enim excudi
curabo. Quæ autem tacenda erunt, diligentiſſime tacebuntur. De recens autem
electi Pontificis electione, quid ſtatueritis, non probe cōſtat an excudi uelitis nec
ne: quamobrem, quid fieri uelitis, ſignificate. Vtrum autem ei liceat, qui propter
An qui ob adulteriū uxorem repudiauit, ducere aliam poſſit. fornicationem uxorem dimiſit, aliam ducere: ut breuiter quid ſentiā apperiam:
Per Chriſtum licet aliam ducere, nihil enim aduerſatur uel obſtat, quod dixit, di-
mitti poſſe propter fornicationē ſolū: etiamſi manifeſte hoc uerbis diſertis nō ex-
preſſerit. Expreſſit autem Paulus 1. Cor. 7. Propter fornicationem autem quiſq;
ſuam uxorē habeat. &: Melius eſt enim nubere quàm uri. &: Virgo ſi nubit, non
peccat: igitur, ſi uritur, nubat. aut ſi connubium excuſat peccatū, nubendum eſt.
Neq; me fallit, Paulum in ſequentibus ita de dimiſſa, uel digreſſa potius uxore
loqui: His autem qui matrimonio iūcti ſunt, præcipio nō ego, ſed Dominus: uxo-
rem à uiro non diſcedere. quod ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut uiro ſuo recon
D ciliari. nam clarū eſt, Paulū de ea ſpecie diuortij nō loqui, de qua Chriſtus Matth.
5. & 19. Marci. 10. Luc. 16. Alioqui enim dixiſſet de diuortio ſecundum Moſen,
& diuortij æquitate: cum ſcilicet uxor fornicata fuerit. quam exceptionem nimi-
rum Paulus non tacuiſſet, ſi de eodem genere diuortij fuiſſet mentio, de quo age
bat Chriſtus cum Iudæis. Sed quandoquidem hi, qui nuper ad Chriſtum conuer
ſi erant, pro ueteri gentiliq; more, auderent uxores quāuis leuem ob cauſam repu
diare, nec tam Apoſtolus eos uellet auſteritate legis grauare, ne uiſo connubij
rigore, ab ipſa cœleſti diſciplina abhorrerent, dixit: His autē qui matrimonio iun-
cti ſunt, præcipio non ego, ſed Dominus, uxorem à uiro non diſcedere. Si hic for-
nicationis cauſa uerteretur, proculdubio addidiſſet, Niſi accedat fornicatio: niſi
non uoluiſſet fideliter præceptum Domini recitare. quod longiſſime ab Apoſto-
lo abeſſe putamus, qui tam diligenter diuina ſeparat à ſuis, hiſce etiam notis: Di-
co ego, non Dominus. &: Præcipio non ego, ſed Dominus. Cum igitur fornica-
tionis exceptionem obmiſit Apoſtolus, clarum eſt, eam non in controuerſiam ue-
niſſe: ſed, ut dixi, ex recepto more, quaſdam Chriſto credentes ob leuem ſimulta
tem tentaſſe maritos deſerere, eas igitur uetat Paulus, à maritis diſcedere (fornica
tionis ſcelere nimirum ſemper ſaluo,) nam ſi diſcedāt, nō licere eis copulari alijs
maritis. Quod ſi Paulus in genere dixiſſet, nō licere uxori maritū deſerere (quod
abſit, uerūtamē aduerſariorū inſtar obijcimus:) potior tamē eſt Chriſtus, ꝗ dixit, ꝓ
pter fornicationē poſſe dimitti. Sed nō diuerſum ſentiūt Chriſtus & Paulus. Hic
nō ꝑmittit quāuis ob cauſam, ille permittit ꝓpter fornicationē. ꝗ ꝑmittit ob forni-
cationē, nō abeſt ab eo ꝗ nō ꝑmittit ob quāuis cauſam: et ꝗ nō ꝑmittit quāuis ob
cauſam, nō obſtat ei qui ꝑmittit ob ingentem, nēpe ob fornicationē. Sed dicetis:
Adhuc non adſertū eſt, licere aliā ducere, eū qui propter fornicationis flagitiū di-
miſit. Reſpōdeo: Nec tu probaſti non licere. quin ſi recte Chriſti uerba ponderes,
ciiua

A citius exprimes, licere, quàm nõ licere. hoc pacto: Quicunq; uxorem dimiſerit, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: igitur qui ob fornicationem dimiſerit, & aliam duxerit, non mœchatur. Vide hic ſi uis contentioſus eſſe, ac rarum ritu ſophiſticari, argumentationem hanc optime ualere, ſi exceptiuã particulam, NISI, expendas, & propoſitionem de copulato extremo, dimiſerit ob fornicationem & (ecce ET) aliam duxerit: Pauli quoq; ſententiam non negligas, qua cuiq; libidine tentato præcipit uxorem ducere, qua item ſentit, melius eſſe nubere quàm uri. & qua pronunciando dicit: Et uirgo ſi nubit, non peccat. Neq; hic uelis nuptias deſponſionem intelligere: non etiam cubiculare congreſſum: illa enim cœlibatus rectius diceretur, quàm nuptiæ. Adde quod Græcis γαμεῖν nõ modo uxorẽ deſpõdere, uerũ etiã coire ſignificat. Neq; id uelim ignores: In bibliotheca noſtra uetuſtus libellus eſt, nomine Pœnitẽtialis inſcriptus, in quo ſic fuiſſe obſeruatum apud ueteres ſcriptũ eſt: Vt ſi uxor fuerit in adulterio deprehenſa, marito liceat ab ea diſſociato poſt anni ſpacium aliã uxorem ducere, uxori uero minime, niſi pœnitens reperta fuerit annis tribus: aut ad ſummum, ſi recte memini, quinq;. Videte quid apud ueteres ſeruatum ſit. Longior fui hac de re: uerum locus iſte hoc exigit. nam & ipſe eum anxie expendi aliquando. Cætera ex Eraſmi Annotationib. petatis uelim: puta, An nõ liceat deſerere, ſi uxor fuerit ueneſica, homicida, inſidiatrix, parricida, fur, proditrix, & id genus alia. Ad ſecundum ſcire oportet, Chriſtũ frequenter Iudæis eſſe loquutũ, iuxta formã tum præſentis ſtatus, puta, iuxta ſtatum qui adhuc in lege eſſet. Legem enim mordicus tenuerũt Iudæi ſemper, etiamſi Chriſto credere cœpiſſent. hinc bella Paulo & Barnabæ cum circumciſione. Et, ut aperte dicam quod ſentio, uerendum eſt quod

Nuptiæ. γαμεῖν

Legi addicti Iudæi.

B iuſta ceremoniarũ pars, qua uel hodie Chriſtiani utuntur, à Iudæis defluxerit: partim à priſcis illis Iudæis fidelibus, ueluti per manum tradita: partim ad legis normam ab hypocritis noſtris, ueluti poſtliminio producta. Quid enim aliud uult aqua iſta, qua nos quotidie luſtramus: & fumus, quo defunctis parẽtamus: quàm quod apud Iudæos aſperſio aquæ uitulæ cinere infectæ, & inceſa & thymiamata? Quid templorũ dedicationes & feriæ, & tabernaculorum feſta & ſabbatorũ ocia? Quid ambitio templorum, ueſtiũ, ararũ, quàm ut hac puerili ſtultitia craſſos iſtos Iudæos etiã ſuperemus? Quid ordines aut ſectæ monachorũ aliud uolũt, quàm Eſſei, Sadducæi, Phariſæi, & quarta philoſophia, ut Ioſephus ait? Præterea præcipua iſta, cantus in templis, oblationes (ut putant) decimas, ſtipem ad arã collatã, & reliqua, quæ non eſt memorandi locus: quæ omnia ſunt ad legis præſcriptum comparata, adeò ut Iudæi facile ſua, modò admittas, agnituri ſint. Et quod Chriſtus & Apoſtoli hac gratia fecerunt, ut rudi ruſticoq; populo nõ nihil donarent: hoc nos, qui iam uiri eſſe debebamus, loco uere pietatis uſurpauimus. Cum itaq; Chriſtus dicat Matth. 5. Si ergo munus tuũ offers ad altare, &c. meminiſſe oportet, quibus quoq; ſit tempore locutus: Iudæis inquam, & ea tempeſtate, qua lex uigebat, quũ adhuc hoſtiæ ad propitiandum numen offerrentur. Volens igitur Chriſtus amorem erga proximum commendare, docuit ne Deum quidem ſibi honorem fieri exiſtimare, ni erga proximum gratiam geramus. Hoſtiam enim qua ipſe tum colebatur, tantiſper omittendam cenſuit, donec cum proximo ſit in gratiam reditum. Ad eum modum Chriſtus non raro tum loquutus eſt, tum operatus. Feſtos dies gentilitio more obſeruauit, & reliqua legalia. Docendi uero modus ita paſſim ab illo obſeruatus eſt, ut ubicunq; cum Iudæis ſit loquutus, aperte ad legis obſeruationem acceſſerit, non hercle illam adſtrens, ſed per eius occaſionem ueram iuſtitiam docens: ut hoc loco, & Matth. 23. Væ uobis ſcribæ & phariſæi, qui circumitis mare & aridam, &c. Nunquid Chriſto curæ erat, ne factũ pro-

Ceremoniæ à Iudæis.

C ſelytum bonũ redderent iuxta legis obſeruantiam? minime: ſed quãdoquidẽ pha
riſęi id facerent non alia ratione, quàm ut diligenter uiderentur æmulari legem, ſi
Legis nerui. multos aduenticios adtraxiſſent: negligerent tamen interim neruos legis, iuſticiã,
miſericordiam, fidem: obprobrauit eis malitiam, qua non alliciebant incredulos
ad legem, ut meliores per eã redderentur, ſed ut uiderentur ſtrenui legis adſerto-
res. Quaſi diceret: Vos omnia opera ueſtra facitis, ut uideamini ab hominibus.
Nam & hoc quod ſuo tempore forſan fieri iuſte, bonaq́ꝫ mente ſolitũ eſt, peruer
titis: proſelytos uobis conciliatis, ſed nõ in eũ uſum, ut meliores reddatis: uerum
ut opus ueſtrum ab omnibus prædicetur. ut ita etiam in ſua, hoc eſt legis profeſ-
ſione, hypocriſim eorum accuſet & malitiã: qua dum Chriſtum audire nolebant,
procũtur nec ſua ſancte aut recta intentione ſeruare, nõ quod ſua probaret. Vt
ſi monachus mihi obprobret, quod minus caſte uiuam: ego idem in hũc modum
obprobrem, Tute arctius caſtimoniã promiſiſti, uerum ut ſerues palàm eſt. ſic eo
dem cap. de templo & auro eius, de ara & hoſtia. nõ adſerit illic hoſtias Chriſtus,
aut templorũ magnificentiã: ſed quod ne in ſuis quidem rem recte gererent. Si-
militer facit Paulus, 1. Corinth. 10. Hi qui in ſacrario operantur, &c. ad ſtatum ſer
uatæ legis loquens, ac primã ſimilitudinis partẽ ponens. quaſi diceret: Hi qui iux
ta legis ritũ hoſtias offerunt, ex hoſtijs participant, id quod aliquando iuſtũ erat
ac licitum: ſic (ecce aliam ſimilati partem) qui euangelium prædicant, de euange-
lio uiuũt, &c. Quod aũt Berchtolde petis ut locos quoſdã in Matth. exponam:
nõ eſt ꝑfecto nũc opportunitas præſtandi, quod ipſe tã uelim eſſe præſtitũ q̃ tu.
partim, quod ſupra uires noſtras eſt: partim, quod negotiorum ſtrepitus & eccle-
ſiarum curæ ita me undiq́ꝫ quatiũt, ut nuper Henricus Engelhardus Dec. doctor
diceret, ſeſe uehementer admirari, quod nondũ eſſem ad inſaniã redactus. Nam
D ut exempli cauſa dicã, plus decies ab hac epiſtola ſum auocatus. Scribunt ad nos
Sueui: exigunt quotidie, quod ipſe præſtare nequeo: tametſi pro uirili illis ſatisfa-
cio. Scribũt ex Heluetijs fermè omnes, qui propter Chriſtum præmũtur. Hæc ut
omnia boni conſulatis ſcripſi. Si uero quiddam occurret, in quo tibi uſui eſſe pote
ro, ne parcas: nam maiori tranquillitati breui reſtituar. Locum iſtum Matth. 6. de
eo qui in neruos coniectus, cogitꝰ omne debitum reddere: caue de purgatorio in-
Locus apud telligas. ſed de hoc, quod Chriſtus noluit, ut ſui ſeſe mutuis litib. attererent, pericu
Matthaeum. loſum enim eſſe, litigare. ſæpe enim compertum eſſe, eum qui ſe uictorem ſpera-
bat futurum apud iudicem, uictũ eſſe, ac in neruos & uincula coniectum, donec,
&c. Omnia oro æqui boniq́ꝫ conſulatis, nec noſtrũ hoc blandimentum oraculi
loco ducatis: anſam enim cogitandi ſolã tradidi uobis. Veſtrarum uirium erit, lon
ge præſtantiora aliquando in uulgũ dare. Reliqua omnia narrabit Fabianus no
ſter, cuius memoria epiſtolã ſuperat. Salui ſint, Vadiuillius, Lupulus, Trempi-
us, Epiſcopus Hoeſtetterhiz: omnes. Ex Tiguro, 4. Decem. 1521.

AD FRIDOLINVM LINDOVERVM BREMGARTENSIVM *Concionatorem, ſuper publica de Gratia per Chriſtum halluci natione, Expoſtulatio Huldrichi Zuinglij.*

GRATIA & pax à Deo patre, & filio eius unigenito, Domino noſtro
Ieſu Chriſto. Frater in Domino dilecte, ſi modo Domini es: tu qui-
dem hactenus & multa & grauia, ſiue per imprudentiã, ſiue per au-
daciam, in puram euangelij doctrinam, in Tigurinorum, & qui illic
uerbum prædicamus, contumeliam effudiſti. ad quæ nos hac potiſſi
mum conniuimus cauſa, quod ſperaremus te cum ſententia ſermonem quoque
mutaturum: ad quæ tam abeſt ut alioqui tacuiſſemus, ut iam olim conſiliũ fuerit
per epiſto-

A per epiſtolam te amice conueniendi: & eam ſi minus audiſſes, paulatim inſtandi, tum adhortando, tum arguendo, donec deſerta Aegypio, cõtemptis carnium o lis & peponibus, cœleſtis uerbi manna non ſolum tuum, ſed etiam populi ueſtri palatum reficeres. At poſtea quàm animus tibi cœpit in diem magis ac magis fe-rocire, mutaueram conſilium: melius eſſe ratus, ſi tibi ſatis ſuperq; tua ſponte inſa nienti deferuere potius bilem ſinerem, quàm ſcriptis meis extimularem. ſic enim & imprudentia & furore agitari uidebaris, ut nullæ prorſus anticyræ quicquam tibi prodeſſe poſſent. Et ſic prorſus cõticui: iſtud interim ſolacij habens, quod & ſi Mænades inſoleſcendo uinceres, haud multum tamen herbeſcenti Chriſto no cere, & minus Antichriſtõ prodeſſe poſſes. Nũc uero, quaſi parum ſit in quibuſ-dam uerbi locis diſſenſiſſe, & in homines genuinũ exercuiſſe, quum uniuerſam Chriſti religionis ſummã euertere conari, & Chriſtũ ipſum blaſphemare te non pudet: rumpendũ eſſe conſtans hactenus ſilentiũ duximus, ne ad cõtumeliam Dei conniuentes, proditionis rei agamur: & quod olim populo Iſraëlitico, nobis quoq; eueniat: qui dum conſtanter gentes, quas iuſſerat Dominus expellere ceſ-ſaret, ita iram Dei ſuper ſe prouocauit, ut crebro hoſtibus ſuis ſit ſubiugatus, qui-bus imperare debebat, ne ſic inquam nobis eueniat, ut iſtis, quod ſcilicet falſitas & mendacium ueritatem ſubijciant, tua iſta in cœleſtem doctrinã & in Chriſtum Dei uirginiſq; filium cõtumelia, nullo diſſimilari pacto debet. Ea autem eſt, ut ad cauſam ipſam deſcendamus. Quum proximo Auguſto apud Heluetiorum no-ſtrorum thermas ad eccleſiã, quæ illic eſt, ſermonem feciſti, palàm aſſeueraſti: pri-mum, Chriſtũ ſolummodo pro eorum delictis eſſe paſſum, qui ante ſe fuerint: de inde, per Chriſtum nobis non alia delicta cõdonari, quàm quæ baptiſmo abluun tur. nam quæ poſtmodum perpetrauerimus, ſacramentis eccleſiæ elui oportere.

B Quod ad primum attinet, breuioribus quidem, ſed claris tibi ante oculos expo-nam, quàm fœde hic ſis hallucinatus. Abrahamo promittitur Gen. 15. In ſemine *Chriſtus non* tuo benedicent omnes tribus terræ. Quod ſi eccleſia, quæ ex gentib. uocata eſt, *pro maiorum* & circum plateas, per uicos, apud extra urbem ſepta collecta, in ſemine Abraha-*tantum pecca-* mi, quod Chriſtus eſt, non eſt benedicta: quomodo omnes tribus terræ in eo erũt *tis paßus.* benedictæ? Et contrà, ſi omnes benedictæ ſunt per Chriſtum, cur tu eum poſteris ipſius uiolenter aufers? Ad hũc modum omnem poſteritatem Abrahæ percurre, & inuenies perpetua ſerie cũ uerbis prædici, tum figuris adumbrationibuſq; præ ſagiri, quod Chriſtus ſit omnibus gentibus ſalutaris futurus: & quod Iſraël Do-minum ꝑditurus, gentes uero eum ſint amplexuræ. quid enim putas Iſmaëlis & *Iſmaëlis &* Eſau repulſam, aliud figuraſſe, quàm ueterũ colonorũ eiectionem, & quæ gen-*Eſau repul-* tibus facta eſt uineæ nouam locationem? Quid Iacob ex Meſopotamia uxoribus *ſa quid* duabus, ſed formoſiore aliquandiu ſterili, pulcherrima poſteritate & numeroſo *Iacob ex Me-* pecore diues, domũ rediens, aliud uel potuiſſet indicare quàm Chriſtum, qui o-*ſopotamia* ues tam ex Gentibus quàm Iudæis in unam eccleſiam coniunctas, iſtuc unde *reditus.* ipſe uenerat, reduxit? quod ipſum Iſaias pulcherrima ſimilitudine ſterilis aliquſq; ſeminę, ac poſtea fœcunditati redditæ, capite 54. expreſſit: quarum admodum multæ, ſed omnes ad hũc typũ fuerunt. ſic inquiens: Lauda ſterilis quæ nõ paris, decanta laudem & hinni, quæ non pariebas: quoniam plures filij deſertæ, quàm eius quæ uirũ habet. Quid ſanctiſſimi Baptiſtæ uerbum: Ecce agnus Dei, qui tol-lit peccata mundi: num falſum, aut uani alicuius paraſiti encomium fuit? Aut Iu-dæorum patres, qui ante Chriſtum uixerant, mundus ſunt, & nos mundus non ſumus? Si uero Chriſtus noſtra quoq; uulnera ſanauit, qui factũ eſt, ut nobis eam ſalutem inuideas? Et quum quidam gentiles aliquando cuperent Ieſum conueni re, Ioan. 12. ſenſit præ foribus eſſe, ut ſalutis uerbum Gentibus quoq; annunciare

tur: dixitq;

C tur: dixitq́, Veniſſe horã, ut filius hominis clarus fiat: hoc eſt, ut morte ſuperatã, ſalus in eius nomine omnibus gentibus promitteretur. An & hoc fruſtraneũ eſſe putas? Poſtea uero quàm à mortuis reſurrexit, et diſcipulis præcepit: Ite, inquiens, docete omnes gentes, baptiſantes eos, &c. & prædicate euangelium omni creaturæ: Nũ & hoc inane tibi uidetur? Abſit. Niſi, ut eſt quorundam audacia, hoc dictum uelis, ut gentes non ſint gentes, aut humanum genus deſierit creatura Dei eſſe. Num Iudæorum Deus tantum eſt? nònne & Gentium? Certe & Gentiũ eſt: Romanorum .3. Sed de hoc ſatis. nam ipſe hic non obſtinate conſtitiſti, ut audio: ſed rhetorum more, iniquum petiuiſti, ut æquum (ſi modo æquum eſſet quod adferis) tolleres, hoc eſt, ſalutem per Chriſtum patribus tantum promiſiſti, ut qui uerè Chriſti ſunt, grati eſſent & contenti, ſi uel hoc auferrent, quod Chriſtus eis ſemel fuiſſet ſalutaris: quo deinde fieret, ut ſacramentorum ſignis, quæ uulgus ſacerdotum non niſi magno uendit, conducto murmure etiã frigido ac ſomniculoſo, redemptisq́ preculis populus Chriſtianus cõmiſſa ſua expiare cõtenderet. Quod iſtæ uoces tuæ prodiderunt: Bona res eſt offerre, Offerte pro uiuis & defunctis: Nolite eos audire, qui docent, Nõ offerendũ eſſe: & conſimiles. Acu planè rem tetigiſti: hinc lachrymæ iſtæ ueſtræ. Sed in uiam redeo. In hac opinione non admodum pertinaciter conſtitiſti: non ignarus quàm impiũ eſſet, quamq́ iudaicum & blaſphemũ, eam adſerere. Sic ergo ab ea diſceſſiſti, ut tergiuerſationis effugium tibi relinqueres: & ad ſecundam ſic gladiatorio animo properaſti, tanquã eam non modo ſecuribus, ſed & palmis & plãtis defendere cõſtitueris: uidelicet, per Chriſtum nobis nõ alia delicta cõdonari, quàm quæ baptiſmo abluantur: & quæ pòſt admiſerimus, expiari ſacramentis oportere. Quæ opinio quàm ſit impia, & Chriſtiano homine, nedum uerbi miniſtro, indigna, facile dici non poteſt. Quid enim

Sacramentis an delicta expientur.

D eſt Chriſtum conculcare, ſi hoc non eſt? præſertim cum tot tamq́ manifeſtos ſcripturæ locos habeas, quibus uidere licet Chriſtum pro omnibus omnium cõmiſſis ἀπολύτρωσιν, hoc eſt, redemptionem ac precium eſſe. Iterum ergo præcurſoris uerbum conſidera: Ecce agnus Dei, Ecce qui tollit peccata mundi. Vt quid dicit peccata mundi, ſi unum originale peccatum tulit? an peccatum aliud non eſt, quàm originale? ut cum dicat peccata, nihil aliud intelligere debeamus, quàm originale, quod ſcilicet omnia peccata ſint originale peccatum tantum? Quorum utrunq́ quàm ſit abſurdũ, omnibus eſt manifeſtũ. Ioan. 3. ſic legere poteras: Non miſit Deus filium ſuum in mundum, ut iudicet mundum, ſed ut ſaluetur mũdus per ipſum. Qui credit in eum, non iudicatur. Ecce mundũ ſaluari per Chriſtum: non tantum originale, aut etiam baptiſmum præcedens peccatum ſanari. Deinde quod ſequitur: Qui credit in eum, non iudicatur: te manuducere potuit in fidei cognitionem, quod fide in Deum per Chriſtum omnia peccata deleantur, ita ut ne iudicentur quidem qui Chriſto fidunt. De qua re non eſt hic ad ſufficientiam dicendi locus, ne librum potius uideamur quàm expoſtulationem ſcripſiſſe. Ibidem 1. cap. Lex per Moſen data eſt, gratia & ueritas per Ieſum Chriſtũ facta eſt. Quod ſi per Chriſtũ non niſi originale, & præcedentia baptiſmũ peccata delenẽ: quod nam diſcrimen erit Moſeos & Chriſti? præſertim quum iuxta ueſtrã opinionem circuncisio apud priſcos hoc potuerit, quod apud nos baptiſmus: quanquam illa in uenturo Chriſto, hic in iam accepto. Aut quæ nam eſſet gratia, ſemel abluiſſe eum, quem ſcias mundum eſſe nulla ratione poſſe? Gratia ſic per Chriſtum facta eſt, ut perpetua ſit, perpetuò ditet, perpetuò expiet. Nã omne quod Pater Chriſto dederit, ad eum ueniet: & quod ad eum uenerit, non eijciet foras: Ioan. 6. Veruntamen ad luculenta ueniamus. Chriſtus ſic pronũciat, Ioan. 14. Ego ſum uia, ueritas, & uita. Quandoquidem ergo uia eſt, per eum ingredi oportet in uitam.

Chriſtus pro omnib. omniũ delictis ἀπολύτρωσις.

Circũciſio Baptiſmus Gratia per Chriſtum

Nam

A nã qui alia ingrediũť, fures ſunt & latrones. Ibidẽ rurſum inqt: Nemo uenit ad patrem niſi per me. Nõ ergo per ſacramẽta, non per aliud preciũ itur ad patrẽ, ꝙ per Chriſtũ. Ipſe dixit, qui & ueritas eſt. Nulla igiť prorſus uenit ad patrẽ uia, ꝙ Chriſto. Iſtic: Ego ad patrẽ uado, Et quicquid petieritis in nomine meo, hoc faciã. Hoc ſcipſum facturum recipit Chriſtus, quod in eius nomine petierimus. Si ergo iniquitates noſtræ ſicut onus graue nos premunt, per Chriſtum leuari orabimus: & ipſe faciet, quod orabimus. non enim dixit, Sacramentorum ui liberabimini, nec alia quacunq; re, ſed me: cum enim petieritis in nomine meo, faciam. Cap. 16. ſic inquit: Amen Amen dico uobis, quæcunq; petieritis à patre in nomine meo, dabit uobis. Hic patrem daturum pollicetur, quod paulo antè ipſe promiſerat, indiſcriminatim ſibi & patri, quod nobis diuinitus datur, attribuens. Deinde ſi nobis à patre, quæcũq; tandem oramus in nomine Chriſti donantur, quur non delictorum ueniam in eius nomine petemus? aut cur alia uia quàm per Chriſtũ eam quæremus? Lucæ 24. apertè legis, Chriſtum Apoſtolis & qui cum eis erant, mentem ſic illuſtraſſe, ut ſcripturas caperent: ac mox ex ipſis oſtendit, ut ſe pati oportuerit, & reſurgere tertia die, & in nomine ipſius prædicari pœnitentiam & remiſſionem peccatorum in omnes gentes. Habes hic ſole clarius, pœnitentiam & remiſſionem peccatorum oportere in Chriſti nomine prædicari: nec eſt ut hic de originali & baptiſmum præcedentibus cauſeris. nam in genere dixit, pœnitentiã & remiſſionem peccatorum. Iccirco fieri nequit, ut reſipiſcentibus Chriſtum ſemel modò poſſis ſalutarem eſſe dicere, ſed pœnitentiam & remiſſionem peccatorum in nullo alio ualere confiteri cogeris, quàm in nomine Chriſti. oportuiſſe enim, inquit, in eius nomine pœnitentiam & remiſſionem peccatorum in omnes gentes prædicari. Actor. 4. perhibet Petrus, non aliud eſſe nomen ſub ſole, in quo nos oporB teat ſaluos fieri, quàm nomẽ Ieſu. Quomodo igiť tu audes aſſeuerare, ſacramentis abſtergi uulnera noſtra, quæ ſolius Chriſti ſanguine curãtur? Sanguis enim teſtamenti eſt, qui pro totius multitudinis ſalute fuſus eſt. Verum quid lõgius rem iſtam perſcrutor? Cum nouum teſtamentum ideo ſancitum ſit, ut æterni filij Dei æterno ſanguine, perpetuò acceſſionem habeamus ad Deum, & non Iudæorum ritu cogamur uaccarum & caprorũ cruore pollui potius quàm luſtrari: ſed quotieſcunq; uulnus accepimus, ad patrem clamemus, ut filij ſui precio mederi, hoc eſt, ignoſcere dignetur. Veritas eſt, qui in ſuo nomine poſtulare iuſſit: impetrabimus ergo, nemo enim eſt qui negare poſſit. idem enim eſt qui hãc uiam oſtendit, quod & pater: unde & ſeipſum quoq; facturum ſpondet, quod alio loco de patre promittit. Iam quid Apoſtolorum teſtimonia profero? qui toti in hoc ſunt, ut Chriſtum omnibus gentibus, omnibus animi morbis, omnibus conſcientiæ uulneribus comprobent eſſe ſalutarem. At, inquies, omnia quæ adducta ſunt, non equidem inficior: Chriſtus agnus eſt, qui peccata mundi tollit, ſed ſemel cuiq; tollit. Quis uero hoc unquã dixit? ſemel tollit. Nam quod ſemel tantũ mortuus eſt, nõ iſtud continuo ſequitur, quod ſemel tantum reconciliet. ut enim æterni Dei filius eſt, ita precium ſanguinis eius in perpetuum durat, ad omnium omnia exhaurienda peccata: non ſemel, ſed ſemper. nam ad hoc ſemper uiuit, ſemper ad dexteram patris ſedet, ut ſemper placet iuſtã Dei iram. Neq; hoc noſtrum cõmentum eſt. Habes 1. Ioan. 2. Filioli, hæc ſcribo uobis ne peccetis. Et ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem, Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: non ſolum autem pro noſtris, ſed etiã pro totius mundi. Primum, quibus ſcribit hic Ioannes? nimirum fidelibus. ergo & fidelibus, qui iam baptiſati haud dubie erant, Chriſtum propiciationem promittit. Secundo loco, cum dicit, Et ſi quis peccauerit: manifeſtum eſt, eum nõ de originali morbo loqui. hũc

Noui teſtamenti ſanctio.

C enim nõ peccamus ipſi, ſed peccauit Adam. Poſtremo iterum audis Chriſtum ho-
ſtiam eſſe, quæ non ſolum gentis alicuius, ſed uniuerſi orbis uniuerſa delicta expi-
et. Quod & ipſe dulciſſima Samaritæ parabola docuit, quum ipſum eius quoque
quod ſupra duos denarios expenſum eſſet, prædem facit. Porro quid aliud agit
Paulus per totã ad Hæbreos epiſtolã, quàm ut uim ingeniũq; mortis Chriſti ex-
plicet? Vt ſcilicet Chriſtus una quidẽ morte uel oblatione ſanctificatos, hoc eſt fi-
Chriſti oblatio. deles, in perpetuũ conſummauerit: eũ ueterũ hoſtijs opponens, quod illas cre-
bro iteratas oportuiſſet: ipſum uero tam ſanctam, tam diuitem, tam deniq; abſolu-
tam eſſe oblationem, ut qui ea freti ſint, perpetuò per ipſam ad Deum accedant.
Et propterea ſic inquit cap. 13. Chriſtus Ieſus heri & hodie, ipſe etiam in ſecula.
Non aliud proculdubio intendens, quàm quod Chriſtus adusq; mũdi cõſummatio-
nem tam ſalutaris eſt, quàm erat cum in cruce mactatus ſpiritum redderet. mox
enim adiungit: Doctrinis uarijs & peregrinis ne circunferimini. optimum enim
eſt, gratia ſtabiliri cor. Hinc ſalutem hominis pendere definiens, ſi ſola Dei gratia
per Chriſtum nitatur: quam uiam nouam nouiterq; inſtructam Chriſtus patefe-
cit, Heb. 10. Sola ergo Dei gratia felicitati reſtituimur. Porrò gratia Dei per Chri-
ſtum ſic firmata eſt, ut ferme iam debiti rationem induerit. Quomodo enim non
omnia nobis donauit, qui filio ſuo nõ pepercit? Hoc aũt poſtremũ, quod maxime
cõtra adſertionem tuã pugnat, uidelicet, ſola gratia Dei nos iuſtificari, non ſacra-
mentis (quæ tu libẽter magno uenderes) Paulus tam Romanis quàm Galatis ſcri-
bens, clariſſime adſerit. Nã ſi ſacramentis aboleri peccata potuiſſent, qui factum
eſſet ut Chriſtus carnem indueret, & nõ potius ſacramenta inſtitueret, quibus ex-
D piaremur? At dices, ſacramenta nõ ꝓpria, ſed paſſionis Chriſti uirtute repurgare
Sacramẽta quid ad peccatorum remiſſionem faciant. peccata. Quur igit̃ Ariſtotelicæ oblitus es maximæ? Propter quod unũ, quodq;
tale & ipſum magis. Si ſacramenta ideo purificant, quod Chriſti ſanguine ſunt im-
buta: ſanguinis igitur eſt, non ſacramentorum, criminum ablutio. Qui ergo Chri-
ſti ſanguine intrepide fidũt, peccatorũ remiſſionẽ impetrant. Quod ſi ſacramen-
tum accedat, exterioris potius hominis informatio eſt, quàm interioris. Vt enim
hic elementis nullis doceri aut fidelis reddi poteſt: ſic iſte quicquã capere nequit,
quod ſenſu non experitur. Vt ergo toti, hoc eſt, tam interiori quàm exteriori ho-
mini Deus ſatisfaceret (ut exempli cauſa dicamus,) eũ, qui iam crediſſet aqua
tingi iuſſit: non ut animum ablui hac ratione uoluerit (nam quî fieri poſſet, ut in-
corporea ſubſtantia elemento corporeo ablueretur?) ſed ut exterior homo uiſibili
ſigno initiaretũ, quo eius quoq; rei, quæ apud interiorẽ uel fidei lumine, uel mani-
feſto gratiæ Dei uerbo geritur, certior fieret. Quod Auguſtinus recte uidit, quũ di-
Auguſtini ſententia de ſacramento et fide. xit, etiam quum uerbum accedat ad elementum, fide tamen omnia cõfici. Sed le-
ue ſit tam Auguſtini teſtimonium quàm noſtrum, niſi uerbo Dei clare idem habe-
atur. Prima Petri cap. tertio, ſic ſcriptum eſt: Cuius figuram referens baptiſ-
mus, nos quoque nunc ſaluos reddit, non depoſitio ſordium carnis, ſed con-
ſcientiæ bonæ reſponſio ad Deum per reſurrectionem Ieſu Chriſti. Vides hic
primum baptiſmum pro fide accipi: nam ea ſola nos ſaluos reddit. Nec mirum
Baptiſmus pro fide. hoc eſt, aut inuſitatum Apoſtolis, ut ſcilicet ſignum pro ſignato accipiant: Pau-
lus enim cum crebro id faciat, apertiſſime tamen in Romanorum epiſtola. Se-
cundo, Quod & Petrus ipſe continuò adiunctis ſequentibus uerbis idem ma-
nifeſtum facit: Non depoſitio ſordium carnis, inquiens. quibus aperte liquet, ba-
ptiſmum nos non ſaluos reddere, quatenus corporis ſuperficiem ſordesq; abluit:
ſed quatenus conſcientia noſtra ſibi probè reſpondet & conſtat, cum ſeſe ex-
cutit, quomodo ad Deũ habeat: ac uitæ in Chriſto certa eſt, quoniã ipſe ex mor-
tuis reſurrexerit. Quid multis opus eſt? Caput hoc eſto: Sola gratia Dei nos ſaluos
fieri

Digitized by Google

A fieri;id aũt, cũ ea fidimus. Ocius ergo cũ tua iſta in gratiã De cõtumelioſa opinio
ne faceſſe, qua ſacramentis adſeueraſti admiſſa deleri, nõ alia ratiõe, oportere. Et
quãdoquidẽ hactenus palàm ſic docuiſti, nõ citra iniuriã filij Dei: per eũ te oro, ut
reſipiſcas, mentẽ ab errore reuoces, & in obſequiũ Dei mãcipes, ita ut nullius uer
bũ apud te tantũ ualere ſinas, quantũ Dei. Quod ſi feceris, iã nouus homo fies: &
quod prius ex hominũ ſomnijs cõſtanter adſeruiſti, dãnabis: cadentq́ de oculis
tuis ſquamæ, quib. ablatis uerũ ꝓpius cõſtantiusq́ intuebere. cuius faciẽ ſi recte
cõtemplatus eris, pudebit ſupioris audaciæ, qua tã glorioſe abſq́ uerbi Dei autori
tate nõ modo iſtũ, ſed & multos alios errores adfirmaſti. Reddet̃ & animus tuus
paulo humanior ac moderatior, ne more quorũdã quotidie noua excites incẽdia:
nũc hæreticos q Dei uerbo nitunt̃, nunc uero eoſdẽ indicta cauſa trucidãdos, uo-
ciferans: quorũ furorẽ et fremitũ Dominus aliquãdo diſſipabit. Quin potius hoc
age, ut ſi quãdo audias quod à ſententia tua abhorreat: cõtine pauliſper iudiciũ,
ac interim uerbũ Dei cõſule. neq́ id in lacunis, ſed in ipſo fonte & ſcaturigine, ſi-
mulq́ ora, ut qui te liberaliter ad hauriendũ inuitauit, donet, ut cœleſtẽ, aquã hoc
eſt, ſcientiã pure haurias. Hic mihi haud dubie aliter pronũciabis, quàm quũ car
nem & ſanguinem conſuluiſti. omnis enim caro fœnum. Quod ſi contrà in con-
tumelioſo errore contumaciter perſtiteris, gratiam Dei conculcando, & carnis &
ſanguinis audaces opiniones adſeuerando: erimus & nos in te confutando con-
ſtantes: neq́ ſolum te, ſed & alios quoſdã indoctos doctorculos, quib. plus æquo
hactenus indulſimus, non alia, quàm propter arrogantem illorũ ſtultitiam, cauſa.
Te uero fama tantum, tametſi uicina, notum, quũ tanto faſtu turgere negent, ami
ce primum conuenire placuit: ut ſi per Dei gratiã liceat, fratrem lucrifaciã: in nul-
lum alium uſum, quàm ut Dei uerbo poſthac fideliter hæreat: hominis laqueum
B remittat, quo deinde ueram Dei gloriam contemplatus, miſeris mortalium cõſci-
entijs non alia cataplaſmata obtinet, quàm quæ ex cœleſtis medici apotheca ſint
deprompta. Faxit Deus optimus maximus, Amen. Boni conſule amicam hanc
Expoſtulationem noſtram, ſerius per occupationes miſſam atq́ ſtatueramus.
Vale. Ex Tiguro. xx. die Octobris. Anno 1524. Huldrichus Zuinglius ex
animo tuus, ſi tu Chriſti potius eſſe uelis quàm hominis.

ORATIO HABITA VERNACVLO SERMONE CORAM
Senatu Baſilienſi, Anno 1530. de reducenda Excommunicatione
Apoſtolica, Ioannis Oecolampadij.

MALLEMVS, Viri honeſtiſſimi & Prudentiſſimi, alterum ex dominis noſtris patronis, quos Deputatos uocant, de noſtra re ſermonem habere: poſſent enim copioſe, & facerent nimirum diligenter. Sed quoniam nos ipſos noſtram cauſam agentes, ueſtra honeſtas audire cupit: prompte ac alacriter, quid nobis ac fratrib. hac in re utile uideat̃, non ut neceſſariũ dogma impioſe pſcribentes, ſed ut iuſſui ueſtro libẽter obtemperãtes, deliberandũ ueſtræ prudentiæ proponemus: & amplexabimur ut gratũ & gratiſſimũ, quicquid diuino uerbo conforme, ueſtra in ea re decreuerit autoritas. Monſtrabimus igitur tria ordine. Primum, quod eccleſijs cenſura, & cura quædam, ſiue per pœnitentiæ impoſitionem, ſiue per excommunicationis cauſticen neceſſaria ſit. Deinde quod excõmunicationem, olim à Chriſto inſtitutã, etiam hodie obſeruare difficile non ſit. Poſtremum, quanam ratione illa cum fructu & laude ſeruari poſſit. Primum, excommunicationis neceſſitatem ſic docemus. Palàm eſt hac noſtra tempeſtate, in populo ferè ubiq́ gentium, pietati multum decreſcere, timorem diuinũ imminui, nouas & peſtiferas ſectas irrepere, ſa

C cramenta contemni:ita ut periculum ſit, eccleſiã Chriſti propediem hic in arctum
redigi,ſi non omnino,ut in exteris regionibus quibuſdam,deſituram eſſe.Proin-
de conſilio tẽpeſtiuo opus : quod nõ defuturũ eſt, ſi Domino noſtro Ieſu Chriſto
obediatur.Is enim ſcite docuit,& diſtincte præſcripſit,qua ratione eccleſia ſua ſer
uetur.Cuius doctrina ſi negligitur, iam nõ illius, ſed noſtra culpa imminutior ſit:
exigeturq; à nobis pœna,nũ unius duntaxat animæ, pro qua Chriſtus paſſus eſt,
ſed multarum milium,quæ noſtra incuria pereunt : eiuſq; rei neglectæ poſteri-
tatis, quæ in præcedentium ſeculorũ ignauiã,quaſi in legem reſpicere ſolet. Itaq;

Excommunicationis neceſſitas.

quum ex præſcripto Chriſti ſit excommunicationis rigor,& ad mores emendan-
dos ab illo inſtitutus;utiq; non eſt quare intermittatur, & euidens erit eius neceſſi
tas. Audite igitur quid de illa docemur. Initio non contentus erat Chriſtus,religi
onis noſtræ autor, ſapientia & ſcientia diſcipulos ſuos illuſtrare, & ꝓdigioſorum
miraculorum operatione admirabiles facere: ſed dedit illis etiam claues, ac pote-
ſtatem cum ligandi tum ſoluendi,eijciendi ex eccleſijs,& iterum recipiendi. Neq;
hoc ſimpliciter: ſed illorum facta approbaturum ſe promiſit,& approbat,perinde
ac ſi ipſe liget ac ſoluat. ſoluta enim per illos in terris, ſoluta etiã eſſe in cœlis teſta
tur. Similiter & ligata. Satim etiam ille idem Magiſter noſter impios ac peccato-
res,ſimul ac iterum adhibitis teſtibus monitos,eccleſiamq; cõtemnentes,pro pu-

Charitas eccleſiaſtica.

blicanis ac ethnicis habendos. Charitati quoq; eccleſiaſticæ,per quam ſacramen-
torũ uſu fideles omnes conglutinantur,tantũ tribuit,ut extra illã non ſit ſalus : ſed
certus, quaſi in diluuio extra arcã, interitus. Hæc indubitata ſint apud Chriſtia-
nos omnes,qui in hiſce & excõmunicandi ſeueritatem,& eccleſiæ autoritatem,li
quido uident. Magna profecto illius eſt dignitas,à qua tanto cum damno recedi-
tur. Quanta enim incõmoda ſecum trahit,non haberi pro fratre;ſed ethnico: hoc

D

Cur inſtituta excommunicatio.

eſt,excõmunicari?Porrò iuſtam & neceſſariã eſſe hanc auſteritatem,facilius quis
cognoſcet,ſi quã ob cauſam inſtituta ſit,animaduerterit. Eſt autem hæc. In agro
eccleſiæ uaria ſeges eſt,tritici & zizaniorũ. In ſagena euangelica cõpræhenduntur
boni & mali piſces. In conuiuiũ nuptiale ingrediuntur bene & male amicti. In do
mo magna ſerui ſunt ac filij: & fieri poteſt,ut ex ſeruis fiant filij. utroſq; ſuo modo

Filij.

regere cõgruit. Filij, utpote ſpiritu ſancto adflati,ſuapte ingenio eccleſiã maximi

Serui.

faciunt: illiq; ut ornamẽto ſint,curãt. Serui autem ac pueri adhuc, quãuis etiã ipſi
ſcintillã ſpiritus ſeruent,timoris tamen calcare opus habent,quo ab ignauia deter
reantur. Vbi enim nullus timor,ibi ignauia incrementum ſumit : ubi ignauia in-
ualuerit,actum eſt de uirtutibus omnibus: ubi uirtutũ cõtemptus,ſerpit ſicut can
cer pernicioſa contagio :ubi contagio locũ inuenit, graſſatur & populatur quic-
quid apprehendit. Corrũpunt enim bonos mores colloquia praua. Et ut iterum
eſt apud Paulũ: Parũ fermenti magnã maſſam corrũpit. Et arguẽdi ſunt peccãtes
corã omnibus, ut exteri timorẽ habeant. Et quoniã excõmunicationis diſciplina

Excommunicatio efficaciſſimum cenſuræ genus.

ſola eſt, quę huius timorem acuit & conſeruat, apparet quàm prudenter inſtitu-
ta, & neceſſario obſeruanda. Eſt autem cenſuræ hoc genus ut efficaciſſimum,
etiam & innocentiſſimum, & ab omni tyrannide ſemotum maxime. Efficaciſſi-
mum inquam, nam militibus ignominia, qua gladium & baltheũ amittunt,pla-
gis grauior eſt, & maximarum uirtutum imitatrix : Ita apud nõ omnino perfrictę
frontis Chriſtianos, magnum ad honeſtatem calcar addit excõmunicationis me-
tus. Mulctã pecuniarũ & carceres pleriq; facile cõtemnunt, qui tamen hãc notã
intolerabilem putant. Sciunt enim tam fœdam excõmunicatorũ defectionem,
quàm glorioſa & honeſta eſt ſanctorum ſocietas. Et quis peſſimus haberi uelit?
Quis apoſtata dici nõ erubeſceret? Quis ut aridus palmes à generoſa uite, quam
pater cœleſtis colit, exectus, & à corpore Chriſti auulſum membrum haberi non
pertime

A pertimeſceret? Innocentiſſimum quoq; inquam, & nihil tyrannidis præ ſe ferre: *Excommunicatio innocentiſſimum cenſuræ genus.*
tum quod intra hos limites ſe continet eccleſia, & ſufficit ei illorũ conſortio non
grauari: tum quod ij, qui ita ſuggillantur ac uitãtur, ſibijpſis deſunt, ſe ipſos uel fi-
dei adulterio, uel uitæ diſſimilis deformitate abſtrahunt, & ſponte præcipitãt, nul-
lis admonitionibus reuocabiles. Quid quæſo aliud faceret eccleſia? nunquid con
niuendo alienis peccatis ſe coinquinare, & pariter præcipitare deberet? Sed quid
hac amentia inſanius? Non ſinit eſſe leniorem proximi charitas, nec permittit eſſe
auſteriorem genuina mititas. Quod ſuũ igitur eſt facit: & illis, ſiquidem uellent
recipere pharmacum, parans ſalubre: & cauens interim, ne alij contagione pollu
antur, de quibus poſtea ſimiliter deſperare cogeretur. Quis tyrannidem diceret,
incurabilib. illis relictis accurrere ad reliquias, ſaluas quidẽ adhuc, ſed periculo
uicinas? an nõ eſſet immiſericordia ac tyrannis, deploratis parcere, & ſaluos per
dere? Quid igitur innocua eccleſiæ manſuetudine manifeſtius? Quãuis autem *Eccleſiæ auſtera lenitas.*
eccleſia tam innocenter, tamq; integre iuſta ſit ac lenis: uerũtamen cœleſtis pater
mira diſpenſatione ob lenitatem illam, qua excluſione contenta eſt, autoritatem
eius nequaquã cõtemptibiliorem fieri permiſit. Nam ſtatim in naſcentis eccleſiæ
exordio, quũ adhuc miraculis diuinitas Chriſti orbi innoteſceret, auſteriotis zeli
ſpiritus in Apoſtolis contra pernitioſos illos excitabat: in illis oſtendens, quàm
metuenda eſſet, quæ morum ſuorum ſuauitatem alioqui ſeruans tantũ poſſet.
Proſternebat Ananiam & Sapphiram Petrus. Excæcabat Elymam magum Pau
lus. Idem impurum hominem Sathanæ tradebat. Contemptæ eccleſiæ pœnam
morbis & peſtilitate Corinthij luebant. Sic quamuis ſpiritu ſuo filios gubernaret
Chriſtus, promiſcuam tamen confluentium turbam, timoris etiam retinaculo
B in officio ſeruabat, qui oportuno tempore etiam ipſi ex ſeruis fierent filij, & cru-
ce purgati multum fructus afferrent. Euecta itaque tunc metuente populo in ſu-
blime faſtigium eccleſia. Vbi autem ſtupenda illa ceſſauerunt miracula, totusq;
orbis credere cœpit: ne in pace & ſignorum ſilentio ſpendor eius obſcureratur,
etiam ſummorũ principum animos illi inflexit, qui, ne illam innociuam & agni
nam in ferendis malis patientiam ubiq; præ ſeferentem impiorũ importunitas ul
tra modum conculcaret, eam ſuo gladio protegendam ſuſceperunt: & ut maior fa
uor accederet, priuilegijs, opibus, patrocinio, hoſtium perſequutionibus, idq; ac-
cedente magno populi conſenſu, deuotiſſimos declararũt. Fungentes enim mu
nere ſuo, etiã nõ inuocati, contemnentibus illã magna ui ſe oppoſuerũt: & quan
tum obſeruanda ſit, omni mũdo indicarunt. Contemptiſſima autem fuiſſet, & eſ-
ſet, niſi timore uel diuino uel humano ſaxea quorũdam pectora domita eſſent, ac
compeſcantur. Quid igitur ad emendandos mores excommunicatione, quæ ter- *Excommunicationis uſus.*
ret & autoriatẽ eccleſiæ ſeruat, efficacius? Quid etiam ad ſanctificandos, adiuuan
dosq; populos magis idoneũ? Hinc factum, quod omnium ſeculorum decurſu
uſq; in hunc diem, ubiq; linguarum, apud Græcos & Barbaros, omnes ſanctæ ec
cleſiæ inuigilarunt, ne hominũ noxiorũ cõſuetudine deſpicabiles factæ contami-
narentur: excõmunicationemq;, mortem, gladium ac fulmen appellarunt. Neq;
id ſub Apoſtolis & Chriſtianis regibus ſolum obſeruatum: poſſent enim ex Mo-
ſe leges produci, quibus templo interdictum, qui è caſtris ſemouendi, quiq; & à
populi conſortio prorſus abijciendi. Sed illa longiorẽ expoſitionem requirerent,
quàm ut de illis nunc dicendi locus ſit. Ecce & ærũnoſæ illæ, quæ ſub immaniſſi-
mo Turca uel tributariæ ſunt, uel totæ ſeruiunt eccleſiæ, hãc tamen diſciplinã ſer-
uandam eſſe memores ſunt. Et qui in papiſtica tyrannide, & in monachorum fa-
ctionibus, & in Catabaptiſtarum latibulis, uel ſpeciem eccleſiæ ſimulant, laruam
ſuæ hypocriſeus, rejecto excommunicationis freno cuſtodire nõ poſſe intelligũt.

C Quantum igitur ſanctis eccleſijs Chriſti commendatam eſſe oportet? Iam ſatis opinamur liquet, excommunicationem prudentiſſime à Chriſto inſtitutam, & lenitate ſeueram, & ſeueritate lenem, utilem ac neceſſariam eſſe eccleſijs: niſi illas peſtilentibus hominibus infames, & omni autoritate deſtitutas amemus. Accedimus nũc ad id, quod ſecundo loco dicturos nos promiſimus. Itaq; minime dubitandum eſt, hanc inſtitutionem etiam noſtris congregationibus temporibusq; congruam, poſſibilem: & nõ admodũ ſeruatu, ſi uoluntas aſſit, difficilem. Quod propter argutulos quoſdam aſſeueramus, qui nodũ in ſcirpo quærentes, ut aiunt, & optima quæq; impediendi ſtudio, nugari audent: alia hodie ſecula, alios hodie requirere mores: lenitate parũ, auſteritate minus profici: plebem freni impatientem, ſacerdotiũ ſuperſtitionũ faſtidio factũ abominabile: pleroſq; nõ expectata excõmunicatione ſponte ab eccleſia abſceſſuros. Quid aiũt boni illi uiri? Nihilne ad nos, quæ à Chriſto tradita? aut ad ſolam condemnationem poſita ſunt? aut blaſphemia caret, dicere, Chriſtũ præcepiſſe nobis externa, ad quæ implenda uires ſufficere nolit? Quis talia de terreno legiſlatore ſuſpicaretũ? Quanto minus de æternæ ſapientiæ hoc cogitandũ legiſlatore? An non ſic & omnia alia, quæ Chriſtus uel dixit, uel oſtendit contemptiſſima forent? Quid adeò à noſtra religione abſterreret uniuerſum hominũ genus, quod ab omnibus reſilit, ad quæ fruſtra & ſine ſpe enititur? Abſit, ut prudentiæ ueſtræ tale quiddam in mentem ueniat, etiam ſi uulgus habeat tam indigna Chriſto, & eius eccleſia. Eblaterãtes audimus, prò dolor, tam abominandas uoces, & propterea uerbũ Chriſti nõ erit otioſum. Quæ enim iſti obſeruari uolunt, omnibus ſeculis congruum. Præuiderat longe clarius quàm nos uidemus, quid nouiſſimis ſeculis iſtis euenturum, quàm effœta fides, quàm rara charitas, quàm effrenis licentia futura. At nihilominus eccleſiam uſq; ad conſumationẽ ſeculi duraturã teſtatus eſt, tametſi nunc contractiorem. Quantulacunq; tamen futura, ad eam tamen pertinebit uerbum Domini, & uocem paſtoris audiet. Quin potius, quia in tam morbida tempora incidimus, nunc pluribus & magis opus eſt remedijs. Eſt autem cenſura eccleſiaſtica, non tam pœna quàm remedium. Glorietur Apoſtolorum ætas, & eccleſiæ adoleſcentia glorietur miraculis, eius ualetudinaria ſenecta nũc gratias agat de remedijs. Et ut illis etiã ad cætera reſpondeamus, nondum ita deplorati ſunt greges, quin illis ſubueniri poſſe ſpes ſit. Abſcedant interim quotquot retineri nequeũt: modò reliquiæ propter pereuntes non negligantur. Semen ac ſpem gregis nobis non defuturũ confidimus, quod nec frenum abijciet: nec ſacerdotium, per quod Dominum ſibi loqui nouit, aſpernabitur. Nihil non tentandum, quamdiu pœnitentiæ tempus non præterijt. Sæpe & deplorati reuixerunt, neglecta pereunt ſana, diligenti uero cura refloreſcunt & languida. Atqui non eſt obſcurũ, unde huius difficultatis ſuſpicio. Malis animarum medicis hanc calamitatem debemus, quorum inſcitia, incuria, & perfidia factum eſt, multis pereũtibus, ut omnis ars reputetur inutilis, omnis uigilantia ſuſpecta. Declamauimus & nos nõ raro aduerſus abuſus excommunicationis, & eos qui perdũt quos curare debebãt: & ſecant ac urunt, quibus uel ſubamara potiuncula mederi poterant. Sed ualeãt ij. Si idonea in rem pore afferantur remedia, poterunt etiamnum uigilantia & ſolicitudine inſtaurari, quæ ſocordia & oſcitãtia perierãt. Id quo pacto fieri poſſit, arbitramur Senatores grauiſſimi auida expectatione audituros uos: iam olim ſatis perſuaſos, eccleſiæ ſuam cenſuram ex inſtituto Chriſti iure deberi, poſſeq; commode reduci. Vt igitur diſſuta reſarciri ualeãt, audite. Omnia plana futura ſunt nobis, ſi diuerſa ab illis quos excommunicatione abuſos diximus, uia ingrediamur. Quod illi parũ profecerunt, non eſt mirum, aberrarunt enim à diuinarum ſcripturarũ ſemita: nos meliora

Excommunicatio etiam noſtro tempori congrua.

D

Cenſura eccleſiaſtica.

liora

A liora ſperamus, in eandem regreſſi. In tribus tyrannis illorũ depræhenditur. Primum, quod ſibi ſolis autoritatem uſurparunt, quam cum alijs communem habebant. Deinde ſeueri erant, ubi nullo opus ſupercilio, & innocentib. moleſti erant. Adhæc intempeſtiuum zelum exercebant, neglecto diuini iuris ordine, & charitatis ratione. Omnia illa peſtifera erant, & à Chriſti regula abludentia. quare nos planè cõtraria ſectamur. *Exconmunicationis abuſus triplex hactenus.* Principio, Paulus ſcortatorẽ Sathanæ traditurus, non eſt auſus ſibi ſoli uindicare ius cõdemnãdi illũ: ſed ſciens eccleſiæ, cuius miniſter erat, traditas claues: *Eiuſdem legitimus uſus.* Congregatis, inquit uobis & ſpiritui meo, decreui tanquam præſens, ut is qui ſic hoc patrauit, unà cũ poteſtate Domini noſtri Ieſu Chriſti tradatur ſathanæ. Quæ Paulus agit, nõ ſolus agit: ſed agit in poteſtate Domini Ieſu, & agit ſuffragantibus Corinthijs, qui eodem ſpiritu prędití etiã ipſi, inceſti hominis fœditatem execrabantur. At nõ ſic pſeudo Epiſcopi agebant: ſed contempto ſpiritus eccleſiæ iudicio, in unius uel archidiaconi, uel officialis, quamuis auari, ſimoniaci, impuri, & flagitioſi arbitrium, negotium omne conijciebant: qui pro ſua libidine nonnunquam ab eccleſia expellebant eos, qui & Chriſti, & eccleſiæ propter innocentiã uerè multo chariſſimi erant. Hos tamẽ nequaquam taxaremus, ſi eodem quo ſancta eccleſia acti ſpiritu, illam nõ cõtemnerent. Fieri enim poteſt, ut unus quiſpiam, & ſolus, recte ac utiliter eccleſiæ nomine facinoroſum cõdemnet: ſed is quamuis corpore unus & ſolus ſit, ei tamen eccleſia ſpiritu ſeiũcta non eſt. ſicut Paulus Corinthijs ſpiritu præſens, corpore abſens erat. Nos aũt nihil tale nobis arrogamus. Quãuis enim, Viri clariſſimi, iuxta ueſtrã ſuperioris ãni conſtitutionem, quicquid id eſt oneris in nos & diaconos coniectũ ſit, ut poſt unam aut alteram fraternas admonitiones excommunicemus reos: tamẽ quia eccleſia abhorrere uidetur, timens ne priſtina tyrannis redeat, quæ propediem iterum

B ſui ſpiritus calculo abiecto, plectat eos quos pro bonis Chriſtianis habeat: noluimus uel ſpeciem tyrannidis inducere, & oblata poteſtate uti: qua libenter fungeremur, maiori cõſenſu eccleſiæ habito. non formidantes etiam pro eccleſia periclitari, ſi uſus poſcat: ut periculo nõ caret, potentes ac impudentes à peccatis auocari, ab ijs, quorũ nõ eſt tanta autoritas, quæ ab auſibus ſuis illos terreat. Sed eſto maior, & idonea ſit nobis autoritas, ut hodie non eſt: alienus tamẽ & nobis eſt faſtus ille priſtinus. Miniſtri ſumus eccleſiæ in Chriſto, miniſtros nos eſſe meminerimus. in miniſtrorum ordine manere cogitamus, non noſtram, ſed eccleſiæ autoritatem quærimus: etiam licita ac oblatam poteſtatem reſignare, quàm tyrannidi fores aperire malumus. Eant nũc maleuoli, & traducant nos, quaſi priſtinam tyrannidẽ ambiamus, & poſtliminio reducere ſtudeamus. Optaremus ſanè nos totos hoc onere leuari poſſe, niſi miniſterio noſtro coniunctius eſſet, quàm ut ſeparari queat. De paſtorum enim manibus ſubditorum animæ exquirentur. Non eſt tam ouium, quàm paſtoris, cõpaſcuas iudicare pecudes. Qui miniſtrãt ſacramenta, ſolliciti ſint, ne alienis participent peccatis, & indignis temere manus imponant. Prępoſtero ordine, oues à paſtoribus non iudicandæ paſtorum uitã condemnant. Multa etiam occurrunt, quæ à ſolis doctis paſtoribus cõfutari queunt. Itaq; non uidemus, quo modo ſaluo ordine eccleſiarum poſſimus has clitellas à noſtris humeris excutere. At interim cauendũ, ne prior tyrãnis redeat. Hac enim de cauſa potiſſimum Amplitudini ueſtræ ſupplicatum uenimus. Videtur aũt nobis patere uia, qua & ueri ſacerdotij, quod eſt miniſtrorum dignitas, non offuſcetur: & eccleſia nullius tyrannidis ui pulſetur, ac uexetũ. nempe, ſi ſacerdotes cum eccleſia, in his quæ eccleſiæ ſunt, ſimul iudicẽt, & excõmunicent. Nõ quod propterea ab omnibus qui in eccleſia ſunt, petenda ſuffragia; magna enim ex parte populus affectibus uehitur, & iudicio deſtituitur. & quis non uidet quantam

confuſio-

C confuſionem pareret, ſi audire oporteat ſententias omnium mulierum ac puerorum, bonaq́ꝫ partis uulgi, quæ illis nō raro imprudētior eſt?) Sed quod deſignetur, ſicut Apoſtolorum temporibus ſeniores quidam, qui olim πρεσβύτεροι dicti, quorum ſententia, utpote prudentiorū, totius quoq́ꝫ eccleſiæ mens eſſe conſtet. Tales enim eſſe decet, quos ob bonum teſtimonium nemo contemnere queat. Conſultum itaq́ꝫ nobis uidetur, ut quoties de rebus eccleſiaſticis aliquid cōmuniter decernendum, adſint parochis aliquot à ſenatorio ordine, quo cuncta maiore cum autoritate gerantur: & addantur aliquot ex plebe, ne illa ſe contemptam conqueratur, & præter ſententiam eccleſiæ pleraq́ꝫ definiri ægreferat. unde ortum eſt murmur Græcorū aduerſus Hebræos, Acto. 6. Si igitur ad quatuor parochos urbicos allegantur ex parochijs quatuor, ſenatores quatuor, & plebeij quatuor, honeſtus ille XII cenſorum conſeſſus magna cum grauitate rebus præeſſe poſſet. Liceret etiam plebeis ac ſenatoribus de rebus eccleſiaſticis portio deſignare, ſi officiorum frequentia rei familiari illorum prædicaret. Parochis enim prouiſum eſt ſat liberaliter. Sic tyrannidi occurri, ne quid præter eccleſiæ ſententiam geraſ: & dignitati eccleſiaſticæ ſubueniri, ne ſuum uero ſacerdotio, nō cōmenticio illo papiſticæ uncto, ſed miniſtranti, & populi curam ſollite gerenti, ius, ſuus honor interiret rationibus etiā; alijs, quas nunc præterimus, admoniti cenſemus. Hæc quidem de his dicta ſint, penes quos poteſtas eccleſiaſtica. Nunc cōſiderandum, quos, quas ob cauſas eijcere licere putemus: ne iterū grauatam ſe conqueri poſſit eccleſia. nihil enim ad illos omnia occulta, quæ ad ſolius Dei tribunal pertinent. manifeſta ſint pluribus, ea, de quib. illi iudicent: nec paſſim & temere, quæ ſuperciliosioribus diſplicent, cenſuram merentur. Non enim propter humanarum traditionum præuaricationem, quas phariſæi conſcientiarum dilaniatores inuexerūt,

Presbyteri cenſores quales eſſe debeāt.

Quos excommunicare liceat.

D uel propter ea per quæ nulla eccleſiæ labes inuritur, nullúmue gregi incōmodum peruenit, iudicia eccleſiaſtica erūt. feret enim libētèr Chriſtiani alter alterius onera: id quod haud ita pridem Pontificum ſæuitiā nō curauit. qui quoties in ſe dictum eſſet uerbum aſperius, tametſi iuſte, quoties nouis dogmatum ſuorum doctrinis contradictum, quoties debita ob inopiam creditoribus non dinumerata, quoties uel minimum quiddam in ceremonijs ſuis neglectum, ſuæ ſæuitatis fulmina uibrabāt, & in coniugatos clericos, bonaq́ꝫ conſcientia ciborum ac dierū delectum iudaicum negligentes, magis quàm in ſimoniacos & uſurarios ac adulteros debachabantur. Quæ res nō parū dolebat oppreſſis plebibus, uidentib. culices liquari, camelos deglubi. Atqui Chriſti inſtitutio non ſic habet. Profligate, inquit Paulus, iſtum qui malus eſt ex uobis ipſis: πονηρόν, hoc eſt malitia ſua moleſtū. quales ſunt, ut enumerat, ſcortatores, auari, idololatræ, ebrioſi, rapaces. & q́ eiuſmodi ebrioſum non tolerat, ebrium Lot, uel Noah, uti infirmum nō excinderet. & nos quoq́ꝫ, quibus omnis tyrannis diſplicet in eccleſia, eos duntaxat ex illa proſcriptos uellemus, quos ut putrida membra ferre oneroſum eſt, quos ut publicas peſtes omnis honeſtas auerſatur. quibus eiectis, corpus Chriſti uti purulento ulcere alleuiatum ſuauius habet: quos uel doctrinæ peruerſitas, uel uitæ impuritas prius à regno Chriſti excluſos coarguit. Non enim niſi uerbo Dei, quotquot uel ligantur, uel ſoluuntur, ſolui ligariq́ꝫ didicimus. Iam uerbum Dei nequaquam crudelitatē docet, ſicut nec effrenē licentiā approbat. Quis hanc igitur, non noſtram, ſed diuinā ſententiā improbaret? quis impediret? quis dānaret? niſi flagitiorū ac turpitudinū manifeſtarius patronus, & uirtutū totiusq́ꝫ honeſtatis hoſtis publicus. Adeò nobis nil petiſ uel quæriſ aliud, q́ꝫ uirtutū plantatio, & uitiorū extirpatio, q́ꝫ quod diuintius agere iuſſi ſumus, quàm ne ira Dei ꝓpter paucos in totam congregationem deſæuiat. Hic obiecerit quiſpiam: An nō in republica bene inſtituta,

A ſtituta, qualis eſt hæc ueſtra, pacatè & piè ciuilibus legibus abſq; excommunicatione uiuere poterūt? Nō ignoramus, Patres optimi, æquiſſimas uobis eſſe leges, quæ ad reipublicæ moderationem ſufficiant: Sed eccleſiaſtica hactenus ad tribunal ueſtrum minus actitata ſunt. Vnde licet Chriſtianus ſit magiſtratus ueſter, ſæpe tamen ob ſecularium occupationum uarietatem, contingit cauſas eccleſiaſticas uel minus mature, uel parum exacte tractari poſſe. Multa enim ſunt quæ ſecularis magiſtratus, tametſi Chriſtianus, nūc ſeuerius, nūc mitius punit, quàm eccleſiæ honeſtas exigit. Multa etiam præterit & recte diſſimulat, præſertim in magnis ciuitatibus. Ferre poteſt ethnicos & Iudæos & excommunicatos, reipublicę tamen pacem non perturbantes, ſeque in ſuo ordine continentes. At eccleſia illos in ſui conſortium non admittit. Punit magiſtratus ſecularis tametſi Chriſtianus, etiam eos qui uera pœnitudine ducuntur, quibus tamen eccleſia miſericordiam impartitur. Adulter ciuiliter mulctatus, nihil peius propterea habet. Is autem non declarata pœnitentia, quomodo ſine ignominia eccleſiæ, mox dominicæ cœnæ particeps eſſe poterit. Catabaptiſta heri intinctus, etiam ſi magiſtratui ſeculari de mulcta reſponderit, quomodo ſine offendiculo ſanctorum ſocietati ſe hodie iunget? Idem & de alijs dicere licet. Quis enim à tam recenti fœtore in eccleſia non offenderetur? nulla adhuc conciliatione præuia, ubi crimen quidem in propatulo, pœnitentia autem incerta: an nō per hoc apud exteros nomen Dei blaſphematur? Fatemur quod optima quæque ſibi polliceatur charitas, minime ſuſpicax. At quid clamat aliud facinoroſi impudentia, ſe populo ſanctorum iungentis, quàm nullum eſſe tribunal Chriſti? Aliæ igitur ad tribunal ueſtrū, aliæ ad tribunal eccleſiæ actiones ſunt, multùmq; diſiuncta fora. Et ſit non raro, ut unus & idem præuaricator, in eadem cauſa, in utroq; foro, reus fiat ac plecti mereatur: & B apud uos, ut pacis honeſtatiſq; publicæ interturbator, apud eccleſiam uero ut religionis prophanator condemnetur. Vos bonos ac pacificos ciues datis, eccleſia pios & inculpatos Chriſtianos producit. Igitur neq; ob hanc cauſam eccleſia iuriſdictione ſua fraudari debet. Pergamus nunc ad id quod reliquum. nam de culpa, propter quam quis puniri debeat in eccleſia, nunc in genere ſatis dictum. Reſtat poſtremum, ut de modo, quo rei cōueniendi ſint, agamus: nam & ab alijs, & in hoc multa per tyrannidem geſta ſunt. Sæpe ſine præuia admonitione ſæuitum eſt, & nunquam auditi de hæreſeos crimine condemnati ſunt. Sunt interim adhibitæ admonitiones, ſed minaces, abſq; omni charitatis ſuauitate, & emendationis ſtudio. Vectigalis enim & argumentoſa erat Officialibus, Notarijs, & Procuratoribus, frequens contumaciæ intentatio: ubi [illegible] obediebatur, dolendum, quot artibus ac technis pauperum peculiolis inſidiatum, quanto ſumptu impetratæ ſententiæ, quanta difficultate confecta negocia? Atqui Chriſtus dicit: Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipſum ſolum: ſi te audierit, lucratus es fratrem tuum: ſin te non audierit, adhibe tecum adhuc unum aut duos, ut in ore duorum uel trium teſtium conſiſtat omne uerbum. quod ſi non audierit eos, dic eccleſiæ. quod ſi eccleſiam non audierit, ſit tibi uelut ethnicus & publicanus. Et hæc quidem Chriſtus, omnibus modis amice cum præoccupato in peccatis agere inſtruens. Eſt enim correptio illa non amarulenta repræhenſio, uel hypocriticum ſupercilium: ſed cū ſpirituali admonitione inſtauratio, ut Paulus Galatis præcipit. Nam id ſoli ſpirituales præſtabūt, qui agunt omnia ad ædificationem. Quamuis autem idem Paulus apud Corinthios hunc morem ſemel atq; iterum præmonendi non ſeruaſſe uideatur, ſed citra admonitiones ſcortatorem ſatanæ tradidiſſe: nequaquam tamen legem Chriſti præuaricatus eſſe cenſetur. Eſt igitur in hiſce diuerſitas quædam. Sunt enim qui tanta impudentia pec-

Magiſtratui ſeculari cum eccleſiaſtico quatenus conueniat.

Digitized by Google

C cant,ut nullum monitorem ferant:ita ut non ferat eccleſiæ ratio,multum cum tali bus iudicio cõtendere. Talis certe nullam pœnitentiæ ſpem præ ſe ferens,mox ut diuulgatum erit crimen eius, excludi quidem ut ille Corinthius poſſet, etiã abſq; iſtis admonitionibus, donec reſipiſcat. At nos ab omni, quamuis parua tyrannidis ſpecie abhorrẽtes, maluimus regulam Chriſti, quàm Pauli exemplum ſequi: & propterea etiam grauiter peccãtes (licet à pœnitentia ſuſcipienda abſoluere nõ debemus) non mox cum paganis & extraneis connumerari, uel excommunicatos declarari uellemus,niſi illos aliter lucrifieri poſſe deſperemus. Arbitramur autem hanc rationẽ,quã nunc proponimus, menti Chriſti & eccleſiæ modis omnibus conformẽ:nempe ubi inſtituti fuerint XII cenſores in urbe,& pagatim tres: hoc eſt,parochus,ſenior ex iudicibus, & ſenior è plebe. Si unus uel plures iuxta Chriſti inſtitutum fraternis admonitionibus delinquentem à peccato auocarint, & nihil poterint illius contumaciam XII cenſoribus intra mœnia, uel tribus cenſoribus in pago,in quo habitant iudicare:tunc Cenſores qui in pagis,ſi & ipſi nihil perſuaſerint,ad XII urbicos Cenſores cauſam remittãt,qui urbici iterum admoneant nomine eccleſiæ, obtemperantiq; pœnitentiam, qua eccleſiæ ſatis fieri cenſent,præſcribant. Qui ſi à crimine nec deſiſtere, nec pœnitentiæ aliquod ſpecimen præbere uoluerit, excommunicet: & tamdiu à fidelium conſortio alienus ſit,donec ueniam ab illis XII aſſequat,quos in danda uenia nequaquam difficiles eſſe uelimus; licet etiam nolimus abſq; iudicio certo credulos. At ſi nemo ex fratribus fraterna admonitione publice infamem dehortetur, uel eccleſiæ de illo conqueratur:duodecim illi Cenſores ubi conuenerint,inquirant primũ,quinam emendandi ſint, & ſi quis frater (nam de cæteris poſſunt prout eccleſiæ uſus poſtulat agere)grauis criminis infamia laboret, deligãt Cenſores ex duodenario numero ſuo unum,fide,eloquio, autoritate apud reum plurimum ualentem: qui illum primo admoneat,ut fratrem decet: & ſiquidem illum audierit, proq; ratione delicti præſcriptam pœnitentiam nõ detractarit, nequaquam publice excommunicet. Quod ſi adhuc in errore ſuo perſiſtat,mittantur duo uel tres:etſi nihil etiam illi effecerint, admoneat ab omnibus XII. qui nomine totius eccleſiæ illum lucrifacere querant.quos ſi contempſerit,certum eſt in illis XII totam eccleſiã contemptum iri. Quid igitur reliquum, quàm ut tam obſtinatus, omnis manſuetudinis & gratiæ contemptor, in nomine Domini excõmunicatus promulgetur? Ab excommunicatione ſi ueniam petierit, ab iiſdem memoratis cenſoribus liberet, congrua ſuſcepta pœnitentia. Nec eſt quod reus cõqueratur: nam quum palàm ſit peccatum eius, quare in illo magis gloriari quàm humiliari ſtudet? quare nõ ad tempus abſtineret à cœna dominica, aliudq; leuiculum pœnitẽtiæ ſpecimen præ ſe ferret? quare non publice confunderet, qui publice pernitioſus eſt? Porrò quibus diebus,quo loco cenſores cõuenire deceat; & quæ pœnitentiæ iniungendæ, ne tyrannis irrepat: & quo modo agendum cum his, qui poſt publicam pœnitentiam & excommunicationem reconciliari relabuntur: haud nunc opus fuerit noſtro conſilio. Charitas in eccleſiam, zelus gloriæ Dei, & ædificatio proximi probe omnia docturi ſunt: nos nũc dicendi finem facimus. Audiſtis Senatores optimi, quàm ſancta, quamq; neceſſaria quæ petimus: quæ neglecta uix nobis Chriſtianæ eccleſiæ nomen ſinent reliquum, & certo iram Dei in nos prouocabũt:ſin diligenter ſuſcepta & impleta, mire profutura ſunt. Audiuiſtis omnem tyrannidem in Cenſoribus, in culpis puniendis, inq; ipſo modo puniendi abfuturam. Quoniam autem & uos pura eccleſiæ puræ membra eſtis, ſatagetis, ne res maxime utilis in eccleſia Chriſti negligatur. Veſtro iam pridem nutu exulat à templis idololatria, ueſtro imperio ſublata eſt falſorum prophetarum impudentia, ueſtris auſpiciis

Excommunicãdi ratio qualis eccleſie conueniens.

D

A ſpicijs reſtituta eſt libertas Chriſtiana, ceciditq́ſ emijudaica ſuperſtitio in cibis diebusq́ obſeruādis ueſtra prudentia, & multa alia quotidie emendatiora. Accedat oramus & hoc laudibus ueſtris, ut ſuam uenuſtatem & puritatem totam recuperet eccleſia; fiatq́ populus ueſter peculiaris Dei, fidei ſinceritate ac morum ſanctimonia in totam mundo ad gloriam Dei celebris. Neq; admittatis, ut quorundam uaniloquis & inſidioſis ueſutijs præmium uobis maximæ rei apud Deum interuertatur. Diximus.

HVLDRICHVS ZVINGLIVS IOANNI OECOLAMPADIO S.

GRATIAM & pacem à Domino. Expoſuit mihi Leo noſter ſententiam tuam de uerbis Pauli. Et ea prorſus nō eſt alia, quàm noſ tenemus. Dijudicare corpus Domini intelligimus, pro dignitate ſancire de humanitate, morte, & reſurrectione Chriſti: hoc eſt, ſentire de Chriſto, quod de illo ſentiendum eſt. Corpus autem Chriſti poni pro functione, quam in humanitate geſſit, non eſt alienum in ſcripturis ſanctis. Nam in Hebr. epiſtola habeť, ὃς ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ: pro, Qui dum hac uita fungeretur aut moreretur. Vbi carnem omnino pro humana functione ponit. Sic & hic loci: Corpus Chriſti dijudicat, qui humanitatem quam adſumpſit, & diuinitatem qua pollet, ita nouit unum ſaluatorem & Chriſtum eſſe, ut maius ac precioſius mundo nunquam ſit datum, quàm hic redemptor. Porrò deinde uidetur mihi Paulus ſemper, quo ab idolothytis auellat, huc ſpectare, ut neget eccleſiam digne æſtimari, dum qui eius eſſe uideri uolebant, in idolothytis quoq; acquieſcebant. Qui enim Chriſti humanam functionem non ſatis digne æſtimant, facile eccleſiam eius contemnunt. Quid enim omnes ſiue libris, ſiue epiſtolis agi

Dijudicare corpus Domini.

Corpus Chriſti pro eius humanitatis functione.

B mus, quàm ut à quibus deterrere uolumus, perpetuò inculcemus? Cura tenebat Paulum de contempto Chriſto (en tibi nunc corpus:) idcirco ubiq; inculcat eius amplificationem & cohoneſtationem. Communio ſanguinis Chriſti eccleſia nobis eſt, ſanguine Chriſti fidens, ſanguinem Chriſti bibens: ſed ſpiritu, nō rictu, niſi ſacramentaliter. Nunc alienum non arbitror, ſi ſanguinis Chriſti eccleſiā uocemus: nam quæ ſanguinem Chriſti ſpiritu haurit, quæ ſanguine Chriſti expiatā ſe credit, quæ ſanguine Chriſti fidit. Quod ſi alienior uidetur hæc locutio, certe tamen Paulus ſic inq̄t: Vnus eñ panis, & unū corpus tota multitudo ſumus. Qua προσαποδόσει cauſam reddit, cur ſocietatem ſanguinis Chriſti appellauerit, &c. De Caroloſtadio arbitror te nunc & à nobis, & ab illo accepiſſe literas. Mihi magis uidetur, ut Argentorati maneat. Si N. N. communicabunt tibi conſilium noſtrum de rebus Gallicis, diligenter lege: ſunt enim multa, quæ ſatis cauent corruptionem, largitionemq́ regis. Vale, & bene age. Tiguri 12. die Martij 1530.

Communio ſanguinis Chriſti.

IOANNES OECOLAMPADIVS BERCHTOLDO HALLERO
Eccleſiaſtæ Bernenſi, Suo chariſſimo fratri.

GRATIA & pax à Chriſto. Mi Berchtolde: Chriſtus nullā aliam diuortij cauſam, quàm adulterium docens, ſuam doctrinā moſaica ſublimiorē oſtendit: quam nō duri cordis homines, ſed plane carnei, recepturi eſſent, parati ad crucem magis quàm ad delitias ſpectantes. Itaq; ſi repudiū permiſerimus aliā ob cauſam, quàm eam quæ à noſtro legiſlatore præſcripta eſt; ad duritiē cordis reſpiciemus; ubi uere cōiugalis affectus, coniux coniugis morbos & onera fert, & ſua eſſe arbitrať: fideq́ in Deum ac charitate proximi, ſiquidem loco cedere cogitur, indiuulſus tamen manet affectus ſinceritate; continentiamq́ à Domino, quem tentare non uult, fa-

Diuortij cauſa ſolum adulterium.

C cile impetrat. Aliorũ ipſe dicta nõ moror. Nam ſi feneſtram diuortijs aperuimus, uerendum, ne priſcis Iudæis plerique plures uxores ſortituri ſint. Illa contentioſior, hæc ſumptuoſior, alia luſca, alia fœtidi anhelitus: & quid non in crimen obijciet? Habes quæ nunc mea ſententia ſit. At contagium, & infantuli periculum cauſa bere in leproſis, ſi iungantur. Equidem Chriſtianis meliora polliceor, ſi cõtinentiam non obtineant. Vale, Baſileæ. 22. Ianua. 1 5 2 9.

BERCHTOLDO ET FRANCISCO FRATRIBVS
Bernæ Euangelium prædicantibus, Huld. Zuinglius.

Miſſarum red ditus in pauperum uſum redigendæ.

GRATIAM & pacem à Domino. Ad Benedicti quæſtiones duas ſic habete. Nobis omnino ea ſententia probatur, quæ putat redditus ad miſſandum pro defunctis inſtitutos, in ærarium pauperum redigi æquiſſimum eſſe. Pauperes enim Chriſtus nobis nunquam defore dixit, in quos beneficia noſtra conferamus. Hoc autem oportuniſſimum uidetur, ad declinandum tum diſſidium, tum inuidiam. Sic autem lex ſtatui poteſt, ut quicquid iam manucaptũ ſit in miſſandi uſum, iſtuc quo diximus referatur: quicquid autem nondum manucaptum ſit, retineri poſſit ab his, qui propediem amandatum erant in manũ ſacerdotũ. Apud nos nũc fermè 1 3 0 0 floreni quottannis pauperibus, ex ſacerdotijs & anniuerſarijs cedunt. Secundo apparet mihi, cœnam non ſubito eſſe incipiendam: ſed continue interim deſiderium eius incendendum, quo pij magis ac magis urgeant. Ibi nobis præbebitur anſa & obſequendi, & negandi: obſequendi, quum dicetis paratos eſſe ad celebrandum cœnam: negandi, quum dicetis nefas eſſe in una eademque eccleſia duplicem ſeruari uſum: alterum apoſtolicum, alterũ autem antichriſtianicũ. fieri enim poſſet, ut ſi miſſa primum nõ eſſet abolita, & nihilominus uos cum eccleſia celebraretis
D cœnam, ut paucis in angulũ aliquem conglobatis, permitteret in ſacello aliquo miſſa. Iam quemadmodum in Bohemia educarent diuerſæ familiæ. Sed ſi miſſa in ſolidum exautoretur, nihil huiuſmodi metuendum erit. Hoc conſilium Dominus nobis olim reuelabat, cum apud nos eſſet miſſa abroganda. Et niſi ad hunc modũ egiſſemus, pars aduerſa obtinuiſſet, ut in receſſu aliquo liceret eis miſſare. Quum autem publica eſſet autoritate antiquata, iam nemini licuit eiuſmodi quicquam moliri. Valete, XI Die octobris, anno 1 5 2 7.

APOLOGIAE SACRIFICII EVCHARISTIAE, QVAM PElargus factionis S. Dominici, Senatui Baſilienſium obtulit, Repulſa per Ioannem Oecolampadium.

SI tibi tam pacis ſtudioſus, tamque abhorrens à contentionibus eſt animus, Pelarge, ut in peroratione tua narras: mirum profecto, quod clamantibus nobis perpetuo ad populum, paratos & expoſitos nos, ad reddendam rationem fidei noſtræ, obteſtantibusque te, ac alios aduerſarios, per ſacra, ſummaque omnia, ut de ſcripturis conferre non dedignemini, ſi forte ſic controuerſiarum finis aliquando fiat: tu nullam concordiæ occaſionem obtulens unquam, imò multas ob facilitatem uiciniamque noſtram obuias tantũ non reieceris, atque adeo nunquam periculum feceris, qui nam ſimus, num pacis ſectatores uel contemptores. Eſt autem & Apologia tua amarulentior, quàm ut de te tale quiddam polliceatur, potuiſſet enim multa conuitia, quæ abſque cauſa in nos effutijt, ſilentio præterire. Vnde uereor, pacem non adeo tibi cordi eſſe, nec tantopere à te deſideratam. Nihilominus perſuaſum eſto, eius apud te magnam eſſe reuerentiam. Age, nos qualeſcunque anſam tibi præbebimus, qua (ſiquidem is es,

quem

Digitized by Google

A quem te haberi uis) deſiderio tuo conſulas, & uel tandem quæ charitatis ſunt, mediteris. Diſces fortaſſis melius de nobis ſentire, minusq́ue ſuccenſebis, ſi quanta fide ac religione in ſcripturis ambulemus, animaduerteris. Oportebat ſanè, litiũ noſtrarum diremptricem, ac amicitiæ conciliatricem eſſe diuinam ſcripturam: ſed tibi quid acciderit ignoro, quod Eccleſiæ autoritatem maioris facias, minusq́ue ſuſpectam cenſeas, ratus hanc potiorem ad pacem uiam oſtenſuram. Videamus igitur principio, quónam illa tua Eccleſia ducat? Dic ſodes: quam tu nobis Eccleſiam præſtituis, quæ in re fidei neq; fallit, neq; fallitur? Aliám ne dices multitudinem, quàm ouium uocem paſtoris audientium, & ſpiritu Chriſti directam, ueram ſcilicet eius ſponſam? Illam certe & nos non reijcimus: quandoquidem nihil approbat, quod ſponſum improbare cognoſcit. Porrò unde illam ab adultera dinoſcemus? Fit enim non raro, ut ſynagoga ſatanæ pro Eccleſia Chriſti ſeſe uenditet: & dum ea, quæ per ſanctos Prophetas ac Apoſtolos ſpiritus Dei locutus eſt, condemnat, iactitet ſeſe in ſpiritu ſancto legitime coactam. Sæpe concilia diſcrepant, & diuerſa decernunt. Alibi definitum eſt, Papam concilio ſuperiorem: alibi ſecus decretum eſt, reſciſſumq́ue quod anteà ſancitum. Alibi imagines è delubris tolli, alibi conſeruari iuſſæ ſunt. Alibi corpus Chriſti negatum eſt eſſentialiter in eucha riſtia, alibi affirmatũ eſt. Alibi patres homouſion filium Dei receperunt, alibi exploſerunt. Alibi permiſſa ſunt ſacerdotibus coniugia, alibi interdicta. Alibi hæretici rebaptiſari uetiti, alibi iuſſi ſunt. Et nonnunquam minor conuentus magis pia ſanxit. Quomodo nunc conſulemus conſcientijs? utri congregationũ credemus? Nunquid numeroſiori? at congregarat etiam Ahab contra unum Heliã aliquantos? Haud ignoras, quid toties prophetæ cõqueruntur de קשר הנביאים. An nõ totum concilium ſacerdotum & prophetarum condemnauit Chriſtum? Certá ne

Eccleſiæ iudicium.

Concilia ſæpe diſcrepant.

B erunt, quæ in concilijs definita ſunt, & nullo egent iudice, ut an fidei conſentanea ſint, explorentur? Non licebit etiam illorum ſpiritus examinare? An fortaſſis periculo caret, tam diu hæſitare uacillabundas conſcientias, donec cõcilij oraculo certiores reddantur? Putásne Chriſtum ſponſæ ſuæ tam infidum, ut ſpiritu ſuo interim eam deſtituat, donec ex omnibus mundi partibus conuenientes patres illuſtret? Tametſi nec illis, ſi Chriſti ſunt, & quæ uere Chriſti ſunt ſectent, defore ſpiritum ſanctum dixerimus. Neq; enim hæc in præiudicium eorũ, qui ſpiritu Dei congregantur, ſcribimus: ſed in omnibus prudentiam requirimus. Quo igitur indice ſpiritus probabimus? Alió ne quàm ſacrarum ſcripturarum? quæ idcirco κανονικοὶ & regulares, ut his pro regula utamur. Quare ergo nõ ducis nos primum ad certam & cõpendiariam uiam? An tu minus ſatis rheſinæ in Gilead, minusq́ue remediorum in diuinis uoluminibus, ad conuellendas aduerſariorum offutias, & obturanda hæreticorum ora? Vbi igitur gloriatio noſtra, ſi ex hoc armamentario arma nõ ſufficiunt? Quid igitur eſt, quod Paulus tam fidenter ſcribit Timotheo: Omnis doctrina diuinitus inſpirata, eſt utilis ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad inſtitutionem, quæ eſt in iuſtitia, ut integer ſit homo Dei ad omne opus bonum apparatus. Cur Petrus lucernam uocat, loco obſcuro fulgentem, propheticum ſermonem? Cur Ieſaias uocat ad legem & teſtimonium, ſi non dixerint iuxta uerbum, hoc non erit ei diluculum, &c? Vacillant'ne apud te tam indubitatæ fidei ſcripturæ? Dicis, te non iniquum ſcripturis: ſed eas maximi facere, & fateri collatione earum plerophorian fieri. uerum hac ratione nihil conſultum eſſe uel publicæ paci, uel animarum ſaluti, ut res maxime agatur ſcripturis, quas alius aliò perinde atq; cereum naſum deflectit. Meliora precamur ſacris, quàm ut ob quorundam licentiam procaciſſimam inutiles fiant: alioqui fruſtra ſcriptæ forent, uerum non patiuntur ubiq; eam tyrannidem, ut conferantur iure

m 3 ima

Digitized by Google

C imagini omnes prætereuntes ex æquo ſpectanti, uel carbaſis pro flatu uenti ſe ſi-
nuantibus, uel cothurno utriſq; pedibus idoneo. Vindicant id adulterij ſtrenue
ij, quibus ſpiritus prophetiæ, & ſinceriter enarrandi ſcripturas cõcreditus eſt. Et
tuum fuerit, ſi uim facimus ſcripturis, ut nos hoc agere ſcripturis coarguas: tuum
fuerit, ſi ſancta Prophetarum monumenta diruimus, id per Analogiã fidei, & in-
dubitatam gloriam patris oſtendere. Habet apud fideles characterem ſcripturæ
ueritas, qui cancellari nequit: id quod uerißimum eſſe experieris, ubi in te recide
rint tela, quæ in nos iaculatus es. Satius igitur fuerit, penitius ſcrutari ſcripturas, q̃
indubitatam eius fidem labefactare: quę ſi ſemel in ſuſpitionem uenerit, iacturam
uobis grauißimam relinquet. Occurrunt etiam in liminari epiſtola, in amœ-
ni quidam hæreticarum technarum floſculi, quibus nonnunquam obſoleſcit ſcri
pturæ candor. attingã & illos, teq; iniuria nobis eas obijcere oſtendam. Erras igi-
tur plane, quod nos cuniculos & latebras, in quas nos recipiamus, ſi ſcripturis ur-
geamur, inquirere ſuſpicaris. Alijs hæc obijcienda memento. Clarißimis enim te
ſtimonijs res agitur, & aperto in campo cõfligimus, nec uidebis terga noſtra. De-
inde non pudet nos delectum habere in ſcripturis, & apocrypha à canonicis ſecer
Apocrypha. nere. Non eſt recens id genus ſtratagematis. Suſpitione non caret, ad apocrypha,
ubi de dogmatis agitur, ſe cõuertere: ad quæ ſi confugeremus, recte inſultaretis.
at dum hiſce libenter nitimur, quæ nullus uel hæreticus Momus reijcere potuit:
iure à fraudibus & inſidijs alieni exiſtimamur. Nomenclaturam canonicorum li-
brorum, ſpirituales uiri multis retro ſeculis, poſteritati luporum rictibus exponen
dæ cõſulturi, tradiderunt. Si non ſtant pro nobis Hieronymus, Euſebius, & quot
quot inter ſacrum & prophanum tanquam ueri ſacerdotes dignoſcunt, peccatũ
noſtrum fatebimur: ſin à parte noſtra conſpicui ſunt, cur factum tam ſiniſtre inter-
D pretaris? Quare etiam rapitur in calumniam, quod Hebræorum Græcorumq;
librorum ueritatem conſulimus, num ſententiæ noſtræ accedant nec ne: quos ci-
tra periculum ſuſpitionis aſpernari non licet. probare potius debebas, infideliter
& contra analogiam fidei, uſpiam illos à nobis male tractatos. Quid ad nos aliorũ
perfidia? quamuis certum, ſemper infelicius ſcripturas tractaſſe eos, qui bonas ar-
tes & linguarum ſtudia contempſerunt. atq; adeo affirmare auſim, nullos, niſi ſpi
ritu Dei afflati, uel inſignite impudentes ſint, abſq; idiomatum notitia, illis nõ con
ſultis, certi quippiam pronũtiaturos. Parcendum erat uel adoleſcentum ingenijs,
quæ calumnijs id genus à ſanctis ſtudijs abſterrentur. Cæterum hæc te minus de
cent. affirmant enim quidã, quod Græca Hebræaq; in hoc libro citata alius ſup-
peditarit: tu uero parum Græce, nihil autem Hebraice calleas: atq; ita alienis ue-
ſtiare plumis. id quod ego non magnifacio, etiamſi totam lucubratiunculam ab
alieno mutuaris. De exemplarium uarietate, typographorumq; oſcitantia, nun
quàm ne putas iuſte poſſe queri? non es utiq; tã inexercitatus, qui id dicas. Quid
ergo nobis tanquam crimen intentas, cauſari nos exemplarium uarietatem: cum
nunquam probaturus ſis, id nos prætexere, niſi exploratiſſimum habeamus. Sed
uideo quem pungas clanculo his aculeis: nimirum doctißimũ quendam, de lin-
guis optime meritum, & in hoc ſudantem, ut pura conſtent exemplaria. aut for-
taſſe id te docuit, maledicentißimus Roffenſis quiſpiam, qui talia impotenter in
nos debachans eblatterat: cui fidem neq; tu, neq; alius habere debebatis, niſi ita
eſſe certiores facti eſſetis. Fortaßis autem & ab alio uanißimo autore didiciſti,
ſupremum noſtrum effugium eſſe, OMNIA SEMEL ſannis, ſcõmatis, & dicte
rijs diluere, ridere, exibilare, carpere, uellicare, calumniari, condemnare, atq; anili
ter agere. Bona uerba quæſumus: ſecus enim teſtanĩ noſtri commentarij, noſtrę
apologiæ, noſtræ conciones, noſtraq; omnia: tametſi nõnunquam ab aduerſarijs

tam

A tam ſtulta affirmantur, tam delira docentur, tam inepta prædicantur, ut haud mirum ſit, ſi ex Heraclitis Democriti, uel ex Democritis Heracliti efficeremur. Philautiam demum in arrogando nobis ſolis omni iudicio, immerito & parum amice obijcis. Coram tanto Senatu, imò coram orbe, non niſi ueriſſima certiſſimaq́ proferenda erãt. Nullius enim libertati noſtro iudicio præſcripſimus unquã, neq; tam pertinaciter alicui aſſertioni adhæſimus, quin à ſententia noſtra ceſſuri eramus & ſimus, ſi certiora ſcripturis diuinis nobis oſtendantur. Interim non placet, hypocritas agere, & aliud corde ſentire, aliud ore confiteri: non enim uidemus, quo pacto id corã Deo excuſare ualeamus. Neq; propterea ſanctæ Eccleſiæ iudidicium reiectum eſt, etiamſi non cuiuſuis cõiurationis amplectamur ſententiam. Dum agimus, quod Eccleſia ſolet, eam non contemnimus. Audit autem illa uocem Chriſti: à qua & nos, quantum Dominus dedit, pendemus. Contemneretur uero, ſi uel unum puellum eius, diuino ſpiritu loquentem, non audiremus: etiamſi illi totus orbis reclamet. Verum ne fruſtra diu quiritemur, dum tu Eccleſiã pro te, nos uero pro nobis facere cõtendimus: quin potius ad ipſa argumenta tua pergamus, ut uideatur, cui uerbũ Dei ſuffragetur manifeſtius: & inde ad ueritatem, & ut decet, pacem, perueniatur. Sequemur autem partitionem tuam. Nam ut tu primo loco teſtimonia quædam ſcripturæ pro te adducis, ita nos illa euanida, & nihil conducibilia ad ſtabiliendum errorem tuum oſtendemus. Deinde, paucula etiam nos de uſu cœnæ apud Apoſtolos, ſubtexemus. Poſtremum noſtra teſtimonia ex arcanis literis, quæ tu confutata putas, euincemus adhuc ſolida, & à tuis arietibus inconcuſſa.

Eccleſiæ contemptus.

Reſponſio ad argumenta Miſſariorum.

B SI primũ argumentũ tuum, baſis & fundamentũ eſt; ruet profecto totum lucubrationis tuæ ædificiũ. quouis enim ſomnio uanius eſt. Aut cur ea quæ ſcripturis non ſtabiliuntur, ſed nudis uerbis aguntur, dormientium phantaſmatis non conferremus? Eſt autem illud argumentum, quod primum in aciem prodit Chriſtus, dicens, Hoc facite in meam commemorationem: hoc ipſum facere nos uoluit, quod tum inter cœnandũ fecerat ipſe. At immolauerat ille corpus & ſanguinem ſuum, panis & uini ſpeciebus contectum. Quo conſectaneum eſt, nos omnes hoc facere, qui ad hanc ſacerdotij functionem ex hominibus delecti ſumus. Addis, hoc facile animaduerti poſſe, ipſo loquendi uſu Hebræorũ, quibus facere eſt immolare. Reſpondemus: Poſteriorem præmiſſarum, nempe Quod Chriſtus in cœna immolarit corpus ſuum, neutiquam recipimus. ſcriptura enim repugnat, dicens: Vnica oblatione perfectos effecit in perpetuũ, eos qui ſanctificantur. Vnica illa oblatio in cruce, alteram in cœna excludit: quam ſi probare uoles, caue, ne principium petas. Verbis ſolis non credimus. Illatio quoq; anguſtior & reſtrictior eſt, quàm prior præmiſſa poſtulat. Etenim cum illa ſic habeat, Chriſtus hoc nos facere uoluit, quod ipſe inter cœnandum fecit: id quod ad omnem congregationem fidelium pertinet, tu ſolorum miniſtrorum, quos libenter patior ſacerdotes dici, facis: iterum abſq; ſcriptura. Et uide quàm deceat id arrogantiæ miniſtrorum modeſtiam. Equidem neſcio, cui flagitio poſtponã, audacem illam humanæ fragilitatis temeritatem. Mirum eſt, ſi Lucifer ipſe, quem uocant, faſtuoſam illam uocem non horreat: ſed ut acceſſoriam, eam nunc non urgeo. Iam q̃d Hebræorum idioma hoc habere dicis, deceptus nimirum ab Eccio, aut alio quopiam Hebraicaſtro hoc aſſeris. Require diligenter, excute totum diuinum uolumen: & profer uel unum locum, in quo facere ſine adiectione, immolare ſignificet. Etenim quæ tu nobis teſtimonia oggeris, 3. Reg. 8. & Iudic. 13. ut ſunt & innumera eius farinæ, omnia cũ additamento dicta ſunt: ut facere holocauſtum, facere

Chriſti unica tantum oblatio in cruce.

Facere quatenus imolare ſignificet.

C cere hircum pro peccato. Hic uero adiectio illa deſideratur: proinde hic tu cuniculum quætis, te non recipientem. Generale uerbum eſt, quod ex adiectis ſignificationē uariat. dicimus facere iter, facere ſordes: pro ambulare, ſordeſcere. & Heb. facere bellum. Iuxta tuam ratiocinationem colligere poſſemus nos, bellandũ eſſe in cœna: nã & facere hoc ſignificat. uel ambulandũ, uel, ut ruſtice loquar, meiendum. Quod ſi dixeris, aliã rationem eſſe hoc loco: nempe, Chriſtus antea immolarit. ſed hoc eſt, quod tibi incumbet probandum. Poſſent hac ratione nulla nõ inferri, & Chriſtum feciſſe, & ſacrificis licere. Quæſiuimus, quid nam apud Hebr. עשה præter generalē acceptionem in ſcripturis ſignificet: nec inuenimus aliam, quam quod nonnunquã, ut eſt apud Ra. Iſaac, exprimere & contundere & frangere ſignificet. ut Ezech. 23. Fractæ ſunt mammæ, pubertatis eorũ. & iuxta Kimhi, Ezech. 28. pro multiplicare: Feciſti tibi diuitias, ubi nos legimus. Feciſti tibi fortitudinē. Et ita quidē apud Hebræos res habet. Verũ tibi ſatisfacere debuiſſet Diui Pauli expoſitio, ita enarrantis: Quotieſcunq; enim comederitis panem hunc, & de poculo biberitis, mortem Domini annuntiatis, donec ueniat. Quod Lucas dicit, Parentes puerum intuliſſe in templum, ut facerent pro eo iuxta legis præſcriptum: tibi non ſuffragatur. Quid enim egerint, perſpicuũ eſt ex his, quæ Euangeliſta narrat: nimirum, quod ſtatuerunt puerum Domino, & dederunt hoſtiam, turtures ſcilicet, uel columbas. Parentum erat ſiſtere puerum, & dare donum: nõ autem offerre, uel immolare puerum. Abſit. fortaſſis hinc prodit illud repreſentationis ueſtræ ſomnium, quod in panis ſpecie ſiſtatis Chriſtum Domino, qui iam uultui patris aſſiſtit, pro nobis interpellans. Sed ubi Chriſtus iuſſit corpus ſuũ patri ſiſti in cœna, cũ ſeipſum, ut in ſacramento, ſpiritualem nobis cibum exhibuit: & panem diſcipulis porrexiſſe, non patri obtuliſſe legitur. Moneo igitur Pelarge, ne quid extraneum ſcripturis inuehas. Cæterum uidebo, quibus rationibus Chri-
D ſtum immolantem in cœna facturus ſis.

De ſacerdotio ſecundum ordinem Melchiſedek.

Sic igitũ argumentaris: Chriſtus factus eſt pontifex ſecundũ ordinem Melchiſedec: eoq; neceſſe habuit id offerre, ſecundũ ordinem Melchiſedec, in ueritate, quod ille obtulerat in figura. Atqui Melchiſedec Chriſtum obtulerat in figura, quatenus panis & uini ſacrificio ſacrificium adumbrauerat corporis & ſanguinis Chriſti. Proinde oportuit magnũ illum ſacerdotem Chriſtum, ueritatem corporis & ſanguinis ſui offerre, ſecundum ordinem Melchiſedec, id eſt, ſub ſpeciebus panis & uini. Hic eſt Syllogiſmus tuus. Atqui expectabã ego, ex nouo inſtrumento hiſtoriam, uel ex uetere promiſſionem, in medium per te proferendã. Porrò tu neutrum facis, ſed figuram proponis. Sciunt omnes, qui uel mediocriter ſacra deguſtarunt, nihil probari figuris & allegorijs, ubi ueritas non antea fuerit præſtructa. Res ſeria eſt, tenuibuſq; coniecturis non conficitur. Sanè ſi ſic agere liceret, longe alium Chriſtum breui inducturi eſſemus, ac alterum ex eo, quamuis pacifico, facturi Mauortem & Mercurium. Dixit Chriſtus: Qui habet ſacculum, tollat, ſimiliter & peram: & qui non habet, uendat tunicam ſuam, & emat gladium. Ecce Chriſtus hic emere iubet gladios. licebit ergo Epiſcopis belligerari, tametſi hoc dogma lex Chriſti nuſquam doceat: ſed audimus gladium, & tale quiddam occurrit. Nunc ſtabiliemus quod imaginari cœpimus, longe firmius quàm tu. Adeſt promiſſio, Ezech. 34. Et ſuſcitabo ſuper ea paſtorem unum, qui paſcat ea ſeruum meũ Dauid: ipſe paſcit ea, & ipſe erit eis in paſtorem. Item apud Lucam inquit Gabriel: Dabit illi dominus Deus ſedem Dauid patris ſui. Iam feliciter cõfectum eſt, cum promiſſione & exhibitione Dauidem eſſe typum Chriſti. Nunc pergamus ad ea quæ geſſit Dauid, & inueniemus eum multa prælia tractaſſe, &

Figuræ non probant.

effu-

A effudiſſe ſanguinem; inde colligemus, Chriſtum quoq; ſanguinariū, & ita Mar-
tem quendā. Talis utiq;, & nō tam firma eſt argumentatio tua, ſi in pane & uino
fundari uoles ſacrificiū corporis & ſanguinis, eò quod Melchiſedec panem & ui-
num protulerit, etiamſi obtulerit. Proba igitur in gladijs duobus iuſſas cædes, &
confirma Chriſtum in ſanguinario Dauide præfiguratum, & neceſſe habuiſſe, ut
ita figurā expleret. Ridebis nos forſitan ita rationantes. Itaq; ſimilis tua ratio, neq;
nos multum turbabit, uel anxios reddet: tantum abeſt, ut ad diuerticula propere-
mus, quantùmuis glorioſius omnem elabendi uiam te præcluſurū mineris, quum
ſecuris nobis nulla opus eſt fuga. Aſſumo autem obiecto pectore argumentum
tuum. Chriſtus, inquis, factus eſt pontifex ſecundum ordinem Melchiſedec: id
ex cōfeſſo eſt, procedis ac dicis, Neceſſe habuit id offerre, ſecundū ordinem Mel-
chiſedec in ueritate, quod ille obtulerat in figura. In hoc ſermone proſpectat quip
piam, quo ſubapparet, quomodo intellecturus ſis pontificatum ſecundum ordi-
nem Melchiſedec. Vnde mox in poſteriore præmiſſa mentem aperis, ſubijciens:
Atqui Melchiſedec Chriſtum obtulerat in figura, quatenus panis & uini ſacrifi-
cio, ſacrificium adumbrauerat corporis & ſanguinis Chriſti. Hanc minorem uel-
lem Pelarge probaſſes: ſed non probabis, & propterea ſomnium erit. Nos enim
cōſtanter negamus, eatenus gerere typum Chriſti Melchiſedecem, quod panem *Melchiſedec*
uel uinum obtulerit: ſed in eo potius, quod perpetuus & in æternum ſacerdos: & *quatenus Chri*
quod non legitur uictimas cruentas obtuliſſe, ſed à ceremonijs liber, Aarone præ *ſti typus.*
ſtantior fuerit. Dignitas illa à Pſalte dicta eſt, Tu es in æternum ſacerdos: & hoc
eſt eſſe ſecundum ordinem Melchiſedec. Hoc Paulus ex eo colligit, quod intro-
ducitur Melchiſedec, neq; initiū dierū, neq; uitæ finem habens: Heb. 7. Nequaq̄
autem perpetuus pōtificatus eò ſpectat, ut perpetuo offerat: id quod in ueſtris do
B gmatis eſt. Derogaret eñ hoc primarij pontificis autoritati, cuius eſt ſemel & uni
ca oblatione opus ſuum perficere, quod uel ex ſumma dignitate eius equidē eſſe
debebat: certe Paulus hoc palàm affirmat. Vbi igitur tam imbecilla, imò ægra præ
mittuntur, nihil ſolidi uel ſani ſubſumi poterit. Nec gloria Chriſti ſalua erit, maio
ra enim nobis in Melchiſedece promiſſa ſunt. Quoniam non legimus ullas cere
monias diuini cultus Melchiſedecis: utiq; non erit opus, ut in ullis ceremonijs il-
las adimpleat imitatrix ueritas. Vides quàm inutilis eſt armatura tua. Probandū
tibi reſtat in oblatione panis, Melchiſedecem præfigurare ſacrificiū ueſtrum, alio-
qui ruet ratio tua: imò ut conſpecta eſt, ruit. Hic tu colligis infantilia quædā ar-
gumenta & diuerticula, quæ & nos ridemus, nec approbamus: & quia à nobis
profecta non ſunt, nolumus illa ſtabilire. qualia ſunt, quod כהן ab Hebræis in-
terdū præfectus dicitur. ſed Melchiſedec ſacerdos eſt: id enim nec nos negamus.
etiam nos quoq; non ſic arguimus, Melchiſedec panem obtulit, ergo Chriſtū ne-
ceſſe erat purum panem offerre: & Aaron hircum obtulit, ergo & Chriſtus ſe in
ſpecie hirci in cruce offerre debuit. Abſit. Non enim nos latet, quantum ex ſimili
tudinibus & figuris elicere licet. Cæterum non imus inficias, ſed libenter aſſe-
rimus, quod Melchiſedec panem & uinum protulerit, nō obtulerit: idq; nō Deo,
ſed Abrahæ, & eius comitibus. Hoc enim quod nos aſſerimus, habet ſcriptura:
quod uero à te defenditur, prorſus ignorat. Quid igitur fugeremus mi Pelarge?
Ipſe teſtis es, ſcriptum eſſe, Protulit. Ioſephus quoq; & Chryſoſtomus xenia exer
citui Abrahæ data fatentur, imò claritas contextus non ſinit aliter ſentire. Tu au
tem magna licentia addis, à Melchiſedece panem datum in ſolatium delaſſatis ex
itinere, & in ſacrificium: confiſus frigidiſſimis quibuſdam coniecturis, quarū una
eſt, Bonam ſacrificiorum partem in eſum ceſſiſſe Iudæorum. Bene eſt, Pelarge: ita
enim iſthic legemus, ſed ubi apud Melchiſedecem, utrunq; reperies? ſomnium

ſgitur eſt coniectura tua. Et iam ſi non diceremus, impoſſibile idem eſſe ſacrificiū & edulium: at non propterea probauero, omne ſacrificium edi, neq; omne edulium ſacrificari. Iam periculoſum eſt, & damnoſum, plus uelle ſapere, quàm ex ſcripturis habemus. Secunda coniectura: Sacerdotis præcipua functio eſt, hoſtias & ſacrificia offerre, Heb. 5. & 8. Melchiſedec igitur ſacerdos cum eſſet, obtulit utiq; ſacrificium aliquod. Porrò non obtulit Moſaica lege pręſcriptas, proinde propius eſt uero panem hunc obtuliſſe, & uinum in ſacrificium. Vides ipſe nimirum, & hanc ratiunculam inualidam, dum dicis, propius eſſe uero: & nō audes dicere, uerius. Profecto contrarium uerum eſt, multoq; probabilius, quod imitatus ſit Noë & Abelem, & Abraham, obtuleritq;, quando offerendi fuit occaſio, pecudem aliquando: tametſi nec hoc citra ſcripturam aſſeruerimus, eo quod non ſine myſterio Moſes hoc præterire uoluerit, ſicut etiam parentes eius commemorare ſpiritus ſanctus noluit. Malumus quod ille de eo prædicat, & nos annunciare: nempe q̄d ſacrificium laudis Deo perſoluerit. Tu uide, ut conſtet tua ratio. Licebit'ne ita argumentando à genere ad ſpeciem, cū affirmatione deſcendere? Pelargus eſt auis, ergo Pelargus eſt citta: Sacerdos offert hoſtias, ergo offert panem. talis eſt hæc tua coniectura. Nō multo firmior eſt tertia, quod interiecta parentheſis, Erat enim ſacerdos dei, facti cauſam reddat, quare uinum & panem obtulerit: alioquin quid ad ſacerdotij rationem magnopere attinebat, panem & uinū proferre in refectionem, quod facere poterat nō ſacerdos. Sunt quæ hic tibi licet opponere, & tu ipſe male tibi conſcius prodis. Principio, quod mauis ſequi incerta, quàm certa & pura. Sciens enim ab Hebræorum & Græcorum exemplaribus recedis, etiam tunc cum latina exemplaria uariare ipſe uides, ubi ad tollendam cōtentionem iſta conſulere oportebat. Hoc erat ſinceri interpretis. Quo pacto autem ſuſpitione caret, eam lectionem deligere, quæ cum exemplaribus pugnat: & illam repudiare, quæ cōſona eſt. ut de analogia fidei interim taceamus, quæ uel apicem in myſterijs immutari uetat. Itaq; non eſt parentheſis, neq; cauſæ redditio, ſed pergens oratio, & nouæ dignitatis oſtenſio. Habet enim ſic textus: Et Melchiſedec, rex Salem, protulit panem & uinum, & erat ſacerdos Dei altiſſimi, & benedixit eum, & dixit: Benedictus Abraham, &c. Ponit enim geminam illius dignitatem, quibus ſua opera adiungit. Regem enim & ſacerdotem fuiſſe oſtendit. Et quoniam rex erat, munificentiam declarabat: quoniam autem ſacerdos, gratiarum actioni & diuinę laudi uacabat. Hæc plana & genuina eſſe, perſpicuum eſt contendere nolenti. Vrget apud Hebræos cōiunctio ו, id eſt, ut legamus Et, uel Etiā: quod pro enim olim fortaſſis lectum eſt. Vrget præpoſitio δὲ apud Græcos, quæ nonnunq; pro porrò accipitur, & ſententiæ coniunctiua eſt. tu eam uis ancipitem eſſe, & interdum ἀμφιλογικὴν: idq; dicis, cuiuis puero Græcis initiato cōſtare. Dic oro, quis te grammaticus ſic inſtituit? lege Chryſolorā, lege Theodorū, lege alios quoſq;: & oſtende nobis plus quàm pueris, tu ſcilicet Atticæ linguæ uindex, tale quippiam in cōmuni idiomate præcipi. At tu longe quæſitam, & poëticam magis quàm obuiam interpretationem rapis. Vides iterum, qua ſimplicitate tu & doctores tui ad linguas confugitis, quantoq; periculo ſe uobis ſimpliciores concredunt. Miſereatur ueſtri Deus, & concedat, ne ex ſimplicibus ſpiritus ſancti hoſtes efficiamini. Ecce & hoc tibi nō patrocinatur, quod & Ioannis 11. cap. aſſumis, dicens ueterem interpretem uertiſſe: Nondum uenerat enim Ieſus in caſtellum. Iterum enim magis tibi arridet error ueterum, quàm nouorum interpretum exactiſſima diligentia. Qui profecto male egiſſent, cōiunctionem Enim auferendo, & ſubſtituendo Autem, ſi hic δὲ eſſet cauſalis. Vident utiq; qui uolunt, quomodo abſq; cauſa, cauſalem quæras. Certitudinem facti oſtenſurus Euangeliſta, annotandum cenſuit per

Melchiſedecis duplex dignitas.

copula

A copulatiuam ꝟ, ubi ea uerba Chriſtus locutus ſit, & antequàm ueniret ad uiciniorem ſepulchro locũ. Non erat enim cauſa uocationis, quod nondũ ueniſſet in caſtellum: ſed quod illam præſentem miraculo eſſe uolebat. Hic cũ aliquanto clarius à nobis Moſe uerba recitantur & diſtinguuntur, ſubdis: Quis non uidet inuerſum ordinem? Mos eſt ſcripturæ, ut cauſam facto, nõ factum cauſæ ſubijciat. Nihil minus fatemur, quàm hic inuerſum ordinem, ut audiſti. nõ admittere poſſumus, Enim eſſe cauſalem particulã, quam Hebræi rariſſime ſic enuntiant: ſed altera Melchiſedecis dignitas ponitur, quã & ipſam ſuũ ſequitur opus. Quæ hic ordinis inuerſio, ubi tam ęqua munerũ diſtributio? Quid magis rege dignũ, ꝙ fame laborantem paſcere? Quid item ſacerdoti magis congruum, quàm in diuinis laudibus uerſari? Et hic tibi uidetur inuerſus ordo? Porrò uulgatum exemplũ habe: è quo cognoſcito, quid inuertamus. Ioannes præfectus xenodochij, pauperes paſcit pane, & eſt doctor, ac admonet illos, & dicit: Grati eſtote Deo, patienter ferentes crucem, à Deo uobis impoſitam, &c. Quis hic non uideat, quod utriꝗ dignitati opus ſuum reſpondeat, & xenodochij pauperes paſcit, & doctor admonet. Sed in tam manifeſtarijs abeſſe contentiones decebat. Vnicum tuum fundamentum eſt, coniunctio Enim. quæ neꝗ in Græcis, neꝗ Hebræis uoluminibus reperta eſt, neꝗ eam phraſeos dignitas admittit. Nos autem & idiomatum proprietate fulti, & re ipſa confirmati ſumus. Interim tu nos ad reſtim adactos, inquis: & ſubinde uarijs cõuitijs oneras, quæ prætereo. Nihilo minus ita eſt, ut obiecimus. Etiamſi maxime panem & uinum obtuliſſet Melchiſedec, nõdum tamen inde euictum eſt, ea oblatione typum Melchiſedec prætuliſſe, ut etiam Chriſtus ſic offerre debuerit in panis ſpecie corpus ſuum. Verum enimuero ordo ille aliter cõſtat. In hoc enim imitatur Melchiſedecem, quod æternus eſt ſacerdos. Vnde & ſine patre & matre eſſe, etiam ad ſacerdotij dignitatem attinet, quæ in Chriſto præcipue fulget: quod tu contra mentem Pauli negaſti. Quin & bene precari, Deumꝗ collaudare, magis ſacerdotum quàm regum eſt. Etſi dixeris hoc eſſe omnium Chriſtianorum, gratias habemus. Ita enim & omnes Chriſtiani precũ oblationes, & laudum offerunt ſuffragia. Vnde non eſt quod aliud requiramus, in quo Melchiſedecem, ut ſacerdotẽ, Chriſtus ſacerdos exprimat: quàm quod æternus ſacerdos eſt, & à ceremonijs liber. Alia autem ſunt, in quibus Aaron eius typus fuit: nempe quod ſemel in anno ingreſſus eſt in ſancta ſanctorum, & Chriſtus unica oblatione corporis ſe patri pro nobis obtulit. Oblationem igitur ſacerdotis Chriſti ab Aaronis figura, dignitatem uero à Melchiſedec diſcernimus. æternus eſt ſacerdos, iuxta ordinẽ Melchiſedec, ſemel iuxta ordinem Aaron ſeſe obtulit. Aparet itaꝗ quid ubi impoſuerit: nempe quod non animaduertis, in quo Chriſtum Melchiſedec figurarit, quod Paulus ſatis explanaſſet tibi, ſiquidem animaduertiſſes: neꝗ præterijſſet, ſi alia eſſet oblatio. Libenter autem tibi ridiculi & inepti erimus, quàm ut aliquid præter autoritatem ſcripturæ afferamus. Sacrificium tuum nulla ſcriptura prædicat, è qua ſola erudiri uolumus. Certe Hebræi, ad quos Paulus ſcribit, non tam rudes erant, quin hæc quæ longe rudiora hodie male docentur, capere potuiſſent. Profecerant ſanè nonnihil, & ſolidioris cibi capaces erant. Vnde & teſtatur Paulus, ſe omiſſurum ſermonem qui rudes inchoat. Cauillum igitur eſt, quod ais, hanc ob cauſam intactum in ea epiſtola iuxta Melchiſedecis dignitatem hoc ſacrificium. Tantum nunc de Melchiſedece dixiſſe ſufficiat: quæ nihil tibi patrocinãtur, ut inde colligas, Chriſtũ in cœna ſub panis ſpecie corpus ſuum immolaſſe.

Melchiſedecẽ quo referat Chriſtus.

Aaron Chriſti typus.

De dicto Pauli, Quod omnis ſacerdos dona offerat.

Alia ratione oſtendere niteris, Chriſtũ in Miſſa Deo patri offerri, ad expian-

C da hominum peccata, dicens iuxta Paulum: Omnis pontifex ad offerenda mune
ra & hoſtias conſtituitur. At Chriſtus in æternum, etiam cũ ad dextram patris reſi
det, λειτουργὸς ſeu ſacerdos eſt, ac pontifex ueri illius tabernaculi, nempe Eccle-
ſiæ. Proinde neceſſe eſt, & eum hoſtiam aliquam habere quam offerat. Hoc ſyllo
giſmo, uis iuge illud ſacrificium Chriſti in eccleſia deliniari: tacito interim myſte-
rio ipſo, ne imbecilles auditores non offendantur. Verum unde hanc tuam conſe
quentiam & deliniationem probabis? Cur ſemper tua uerba nuda profers? Vni-
uerſalis iſta maior, à Paulo reſtricta eſt ad ſacerdotes Aaronicos & legales, id quod
liquet ex eo quod ſubdit: Dum ſuper terram offerunt donaria iuxta LEGEM. &
ſupra cap. 5. idem aſſerens: Nemo ſibiipſi uſurpat honorem, ſed qui uocatur etiã
à Deo, quemadmodum & Aaron. Nunc expende, an ad aliã oblationem, quàm
ad eam quam Paulus ipſe ponit, Chriſti ſacrificium trahere poſſis. Dicis Paulum
ipſum ſic argumẽtari. Etiam: ſed Chriſtum legalibus iſtis opponit uti præſtantio
rem dignitate, poſtea quid obtulerit aperiens. Et tantum nõ ſic ratiocinatur: Chri-
ſtus ſacerdotum eſt præſtantiſſimus, unde & præſtantius obtulit ſacrificium. id au
tem factum eſt unica oblatione. Præſtantior enim is eſt, qui unico opere & impe-
tu negocium abſoluit, quàm qui ſubinde & multis conatibus. Tu uero in hunc
modum colligis: Sacerdos æternus eſt, igitur & hoſtiam habet, quam iugiter offe
rat. Quod ſi quotidie ſacrificantem feceris, dignitati eius quam ſupra poſuit, dero
gabis. Non enim unica illa oblatione cõſummaſſet, quod toties reiterandum eſt,
non ſola commemoratione & gratiarumactione, ſed ut fingitis, quadam repręſen
tatione corporali: quam uocatis myſterium tam ſublime, ut cæteri imbecilles au-
ditores capere non potuerint, quod uos præſtantis minimeq́ꝫ craſſi ingenij docto
res: offenderenturq́ꝫ tanta ſublimitate ij, quos uerbum crucis nõ offendit. Hac uia
D omnes ſcripturæ quiduis tibi probabũt. dices enim, ſubintelligendum, tacitumq́ꝫ

Euaſiuncula, Scripturam tacere propter infirmiores.

myſterium propter infirmiores. O beatum latibulum, ô pręclaram uictoriã, quam
argutiæ illæ uobis reportant. Eſt ne hoc ſcripturã afferre? Quibus arietibus opus,
ut hæc tua demoliamur? Conquereris, quod ſatis nobis ſit, corrugato naſo ſemel
omnia ridere. Et quid tu faceres, ſi noſtra ſic probaremus? Diuites ſcilicet dimitti-
mur, dum probas per ea, quæ apoſtoli tacuerunt. Et quis ſpiritus illa arcana uo-
bis reuelauit? Porrò non uideo, quid te iuuet hic uox Græca λειτουργὸς τῶν ἁγίων,
quam uertis, miniſtrum ſanctorum: hoc eſt, ſacerdotem. Quis enim negat Chri-

Chriſtus miniſter ſanctorum

ſtum eſſe ſacerdotem? quis negat eum & miniſtrũ ſanctorum, qui ſunt uerũ Dei
tabernaculum? Explicare oportebat, quomodo nũc miniſtret. Sanè Apoſtolus ex
propheta Hieremia ſeipſum, ſed non iuxta mentem tuam declarat, quæ nam ſa-
cra in eccleſia ſua diſpenſet Chriſtus. Ab ipſo enim eſt, quod corda fidelium noua
lege ſcribantur, & ubertate gratiæ ſpiritus locupletentur. Vt interim tranſeamus,
quomodo interpellando apud patrem, ſua dignitate eccleſiæ omnia quibus opus
habet impetrat. Porrò non inuenis quod quæris, ut iniungere propterea poſſis
Chriſto quotidianam illam ſacrificãdi corpus ſuum functionem, ita ut aliter reno
uetur ac refricetur memoria paſſionis, quàm in mentibus noſtris per gratiarum
actionem. Dignitas ac meritum Chriſti crucifixi, coram oculis Patris nunquã ita
E ſeneſcunt: neq́ꝫ ſanguis ille nobilis & innoxius unquam ita ceſſat clamare pro no

Corporis Chriſti per ſacrificulos repræſentatione nihil opus.

bis, & contra impios, ut corpus illud ſanctiſſimum hoc modo per tales miniſtros
ante faciem patris omnia perpetuo uidentis redhibendum ac ſiſtendum ſit. Vel
licas & hoc quod dicimus: Si Chriſtus ſacerdos in æternum, neceſſe eſt, ut iugiter
offerat in eccleſia. Quomodo iugiter offert ſecundum uos, regnante Antichriſto,
ſub quo iuge hoc ſacrificium auferendũ dicitis? Idonei, ſcilicet, Danielis interpre-
tes. Et tu libello tuo faciem hoc uerſu inſcribens commaculas: Impij auferent iu-

ge

A ge ſacrificium, populus autem ſciens, Deum ſuum obtinebit & faciet. Vetū nos hæc haud fruſtra obijcimus. Quod enim iuge eſt, interruptionem dierum non recipit: id quod ἐνδελεχισμῶ uox teſtatur. Iam cum miſſam dicitis iuge ſacrificium, Chriſtumq; iugiter oblaturum: nullo igitur die munere hoc ſuo non fungetur. Quod ſi dixeritis citra indignitatem Chriſti intermitti aliquot diebus: multo nos Chriſto dignius, ſecundum ſcripturam loquemur, quod unica oblatione in cruce id miniſterij conſummarit, cuius beneficij memoriam nunc repetito quotidie ſacro cœnæ dominicæ ritu grati ſeruamus. Animaduertis nunc, quod nobis nihil præter ſomnia nudaq; uerba obtrudas. Iuge. Ἐνδελεχισμός.

De antitheſi menſæ & calicis dæmoniorum, ad menſam & calicem Domini.

MIre cauſam tuam iuuari putas, ex antitheſi menſæ & calicis dæmoniorum, ad menſam & calicem Domini. nam ſi in menſa dæmoniorum non deerat ſacrificium, neq; in menſa Domini. Falleris autem, & teipſum male accommodata ſimilitudine lactas. Non ignoras, omnes ſimilitudines claudicātes, nullasq; per omnia reſpondentes. Alioquin ex hac antitheſi ac collatione recte colligeremus. Contaminabant menſæ dæmoniorum, contaminabit igitur & menſa Domini: ut conſtet per omnia antitheſis. Quin potius ſpectandum, quorſum ipſe Apoſtolus mentem intenderit: nempe huc. Iudæis & gentibus ſuæ panegyres ac ceremoniæ erant, in quibus conſortium ſuum indicabant. Ita Iſraëlitæ omnes, qui edunt uictimas, ſocietatem ac ius quoddam iuxta idem altare teſtantur. Ita ethnici in cōuentu apud idola, quibus ſacrificant, communionem ſuam oſtendunt. Ita & nos noſtra panegyri, quam cœnam, non immolationem dicit, ſocios eſſe declarat. Ad ſimilitudinem pertinent cōmunes epulæ, communis gratiarumactio, & ſocietas, non par utrobiq; ſacrificium, quod illis cruentum, nobis incruentum: hoc eſt ipſa
B gratiarumactio. Vides & hinc tibi nihil præſidij ſupereſſe, & ſcripturam tibi nequaquam ſeruire. Certe ſi Paulus pro menſa Domini hoc loco altare, & pro pane ſacrificium poneret, herbam utiq; porrigeremus: nunc autem nodū in ſcyrpo promittis, dum quod diſſimile pro ſimili introducis.

An ſemper iungantur, lex, ſacerdotium, & ſacrificium.

REceptiſſimum apud te eſt, indiuulſe cohærere legem, ſacerdotium, & ſacrificium: unde etiam in non lege eſſe neceſſarium eſt ſacrificiū externum, quo nobis quotidie peccantibus Deum propitium facimus. Verum hęc iterum abſq; autoritate ſcripturæ ſcribis, imò nec uerba tua expendis. Neq; enim lege naturæ iunctum fuit ſacrificium: quamuis ij qui ſub lege naturæ pie ſacrificabant, non legis, ſed ſpiritus imperio. Quod ſi legi iunctum fuiſſet, ea etiam imperaſſet hodie, neq; abolita illa eſſent. ceſſauit & ſub lege Moſaica 70. annis ſacrificium, captis in Babylone Iudæis, & iterum ſub Antiocho pluſquàm tribus annis. Nunc uero ſub noua lege, quæ lex ſpiritus ac fidei, teſtatur ſatisfactū pro peccatis noſtris ſanguine Chriſti ſacerdotis, ita munere ſuo perfuncti: quare in contumeliam unici ſacrificij, externum illud reduceretur ſacerdotium, in ſacrificijs ſeſe occupans? Si omnino & poſt plenitudinem temporum requiritis iuxta ſcripturam ſacrificia, ecce poſt oblatum in cruce Chriſtum habetis ſacrificia laudum, habetis thymiamata ſanctarum precum, habetis oblationes orationum, & fructus labiorum. connumerate, ſi libet, & beneficentiam ac cōmunionem inter ſacrificia. Deniq; quod ad noſtros ſacerdotes, hoc eſt, epiſcopos & doctores attinet: admittimus iubētes, quod & illi ſua doctrina Domino adducant & offerant hoſtias ſed ſanctas & rationales, ſicut & Malachiæ dictū exponendū cenſemus: De quo nunc dicendū.

De dicto Malachiæ.

VBi Malachias dicit: Ab ortu ſolis uſq; ad occaſum, magnum nomen meum

C in gentibus, & in omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda.
Reijcis non ſolum meam, ſed & Tertulliani & Hieronymi interpretationem, &
omnes alias, modo commentitium tuum ſacrificium fundes. ſed mentem Pro-
phetæ non aſſequeris. Nihil me moratur, quod tu & alij ſecus quàm nos expona
tis: Certi ſumus, nullas alias expoſitiones quadrare, atq; noſtram: & noſtra ex ſcri
pturis deprompta eſt, tua uero ſine illis allata. Meremur autem & nos, ſi ſcripturã
ſcriptura bene illuſtrauerimus, maiorem fidem: quâm hi qui alioqui columnæ ui
dentur eccleſiæ, ſi abſq; ſacrarum literarum teſtimonio opinionem ſuam dicant.
Obijcis obſtare mihi uerborum ſeriem, nec pateris uocem ſacrificij in uaria ſigni
ficata diſtrahi. Cum igitur in ſuperioribus uerbis Malachiæ accipiatur pro eo quod
pro alijs offerebatur, res poſtulat, ut in ſubiectis quoq; uerbis ſimiliter accipiatur.
Gentes autem ſua conuerſione Deo reconciliatæ, qui poſſunt eſſe propitiationis
ſacrificium? Age mihi Pelarge, uideamus utra expoſitio, noſtra an tua germanior
ſit. Nónne reijcit Malachias ſacerdotes Iudaicos, offerentes panem pollutum, &
cæca claudaq; animalia: pro quibus introducit alios, oblationem mundam ſacrifi
caturos: Apoſtolos uidelicet, ac illorum ſucceſſores. Probandũ igitur tibi erit, ubi
corpus Chriſti in pane obtulerint. Equidẽ ex Epiſt. ad Rom. cap. 15. probauimus,
Gentium oblatio ab Apoſtolis facta. eos feciſſe oblationem gentium. Tu uero in hoc expoſitionem noſtram reijcere
uis, quia ſuperius dicat, ſacrificia pro alijs offerre. Bone Pelarge, ne ſis tam inconſi
derans. Malachias hoc neq; dixit, neque ſpectauit: ſed in hoc totus eſt, ut nomen
Dei glorificetur: pane autem polluto, cæciſq; & claudis oſtijs magis contaminet.
Quod ſi prophetię ſpiritum ſpiritalibus oculis contueri ualeres, nec eſſes tam ad-
D dictus inueterato tuo errori, uideres utiq; de bobus Deo non eſſe curæ, neq; farra-
Panis pro populo. ceum illũ panem eſurire: ſed populũ ipſum eſſe panem, ut 1. Corinth. 10. Vnus
panis, & unum corpus multi ſumus. Afferebant tunc indocti ſacerdotes panem,
hoc eſt, populum pollutum, ceremonijs quidem deditum, fidei uero expertem,
cæcum ad diuina cognoſcenda, ac claudicantem in uia mandatorum Dei. Illis er
go abiectis excitandi erant theodidacti, qui Deo oblationem mundam ſacrificatu
ri erant: Apoſtoli ſcilicet, mũdum inquam & liberum à ceremonijs, fide uero pu
rificatum populum, fragrantiſſimum coram Domino. Abludere ne adhuc uiden
tur poſteriora poſterioribus? Sic ex ueteribus theologis pleriq; dixerunt, ſacerdo-
tes Deo offerre panem, qui eſt corpus Chriſti myſticum. Et quos doctrina addu-
xerant, orando & gratias agendo, eos in ſynaxi Deo commendabant: id quod
Chriſtianis omnibus licebat. Iam non eſt quod doleas inconſtantiam meam,
Malachiæ locus alius. Sacerdotium Aaron & Melchiſedec. quod in diſputatione Badenſi hæc Malachiæ uerba: Et placebit deo ſacrificiũ Iu-
da & Ieruſalem, ſicut dies ſeculi; interpretatus ſim, Sublato ſacerdotio Aaronico,
rediturum ſacerdotium Melchiſedec: & iam non admittam ſacrificium Euchari-
ſtiæ. Bono ſis animo: res enim ſalua eſt. tu uero non intellexiſti quid dixerim. In-
telligebam per ſacerdotium Aaron, id quod ſacrificijs addictum erat: per ſacerdo
tium autem Melchiſedec, quod à ceremonijs legis liberum. Et quid pugnãt hæc
cum his quæ antea dicta ſunt? Pœnitebit tandem Miſſarios tam infelicium patro
norum, qui ne unum quidem ſcripturæ dictum pro ſuo ſacrificio ſtabiliendo pro
ferre poterunt. Nihil probaſti cũ uerbo Facite. Fruſtra introduxiſti Melchiſede-
cem cum coniunctione Enim. Inutile tibi eſt, quod omnis ſacerdos dona & ho-
ſtias afferat. Nihil te iuuat, antitheſis menſæ dæmoniorum & Chriſti. Euanida ra
tio eſt, indiuulſa eſſe legem, ſacerdotiũ, & ſacrificiũ. Malachias planè aliud quid
dam uult, quàm tu fingis. Et in ſumma, nihil præter ſomnia comminiſceris.

De uſu cœnæ dominicæ, ab ipſis Apoſtolorum temporibus.

HIs igitur ſic ſe habentibus, nihilq; de ſacris literis te afferente, fruſtra nobis

Eccleſiæ

A Eccleſiæ autoritatem & uſum proponis, quæ nihil approbatum uult, quod ſponſi ſui uerbis minus conſentaneum eſt, uel quod ſpiritus ſanctus non docuit. Notior illa nobis eſt, quam ut ob tuos, uel quorumcunq; ſophiſtarum & tyrannorũ impetus, alienum quoddam dogma recipiamus. Agnoſcimus uſum ſacroſanctæ cœnæ à Chriſto in memoriam paſſionis ſuæ, & fœdus ueræ amicitiæ inſtitutum: ab Apoſtolis commendatum, & in toto orbe receptum, quocunq; tandem uocabulo, ſiue ſacrificij, ſiue ſynaxeos, ſiue Miſſæ, quod recẽtius, appellare libet. Nos ſanè de nominibus contendere nolumus, ubi de re cõſtiterit. Lecti olim Prophetæ, & interpretationem habuerunt, dictæ preces, habitæ ſunt admonitiones, pauperes curati, gratiarumactiones dictæ ſunt Chriſto communiter, & fractus eſt in memoriam paſſionis panis, & calix gratiarumactionis diſtributus eſt. Hæc ubiq; recipit Eccleſia, & non poteſt non approbare. Verum nihil minus receptum eſt in fidelium cordibus, quàm impium illud, de corpore Chriſti ſub panis ſpecie quotidie immolando ſomniũ: imò toto corde dolent omnia electa membra, dum cognoſcunt capiti ſuo Chriſto tantã iniuriam fieri. Fruſtra autem nobis ante oculos ponis Ignatium, Irenæum, Tertullianum, Cyprianum, Athanaſium, & longũ illum catalogum patrum: quorum loquendi morem nouimus, tu autem à tropo eorum abhorres. Etenim Chryſoſtomus & Auguſtinus, & alij ſatis indicarunt, quomodo intelligi uelint ac debeant: tametſi multum impuritatis, in dogmatis & ceremonijs ſtatim poſt Apoſtolorum tempora paulatim irrepſerit. Nec mirum, cum & Apoſtolorum temporibus Antichriſti multi fuerint. Solebant autem illi commemorationem unici ſacrificij, ſacrificium appellare. Sæpenumero teſtati ſumus, nos nõ tam à nomine ſacrificij, quàm ab errore, qui abuſu nominis inuectus eſt, abhorrere. Securum olim erat, & abſq; periculo, etiam nonnihil ludere in ſcriptura, & figuras ſuo propoſito accommodare, quamdiu à canone fidei non recedebatur. Hodie autem execrabile fuerit, ſacris teſtimonijs, & his quæ ab illis ſimpliciter dicta ſunt, impio errori prætextum quærere. Fides catholica clamat: SEMEL IN CRVCE PRO ELECTORVM PECCATIS, A CHRISTO PATRI DEO SATISFACTVM. Contra quam ſinceriſſimam & catholicam ueritatem erigit ſeſe blaſphemia iſta, quæ dominicam cœnam non tam commemoratiuum, quàm ſatisfactiuum ſacrificium facit. Tantæ ſcilicet impietatis orthodoxi patres fuere patroni? Minime. Sed ij potius, qui minus oculati in rebus fidei diſpiciendis, ſuæ fortaſſis gloriæ, ſuiq; uentris commodo ſtuduerũt. Neq; plura reſponderim ad doctores, quorum pleriq; pro nobis magis faciunt, ſi cum iudicio legantur. Eſto poſteriores nonnihil deſipuerint. Dionyſium mox adiungis Apoſtolis, ut antiquitatem referat: ſed ſi non decepiſſent falſi tituli, & ficti patroni, ad quos ſcribit, & quos commemorat, ſentires utiq; non fuiſſe Ariopagitam illum: ſed calidiſſimum quempiam, qui artificioſo uerborum ſententiarumq; fuco, immodicam ceremoniarum farraginem excolere ſtuduit, & monaſticen, cuius ne mentio quidem, poſt multa Apoſtolorũ luſtra, Chryſoſtomo teſte, prædicauit, & ſuperſtitione onerauit. Habet tamen & ille, quæ tibi contradicunt. Verum ualeant illi: ad utiliora enim nos conuertimur.

De nomine non contendendum, ubi de re conſtat.

Quid ueteres Sacrificium dixerint.

B

Dionyſius nõ Ariopagita ille.

DE DICTIONE λειτουργούντων.

APprehendis mordicus ex Actis uerbulum λειτουργούντων, quod facis iure tuo, nimirum Græce doctus. Quod ſi maxime concedamus tibi, cœnã appellatam, ut hodie ſolent Græci, λειτουργίαν, ſicut noſtri quidem appellant officium: quid momenti impendetur, ut immolationem tuam euincas? Sunt & angeli & præſides λειτουργοί, & quid inde euinces? Nunquid Lucas dicit θυόντων αὐτῶν, ut ſacrificium aſtruas? Sed ignoraſſemus græcitatem tuam, niſi λειτουργίαν decli-

C declinare nos doceres, citata hinc inde ea uocula. Sed ERASMI, inquis, uerſio ſic habet. At ego affirmare non auſim, quod ſua ſic uoluerit intelligere. Sentit tandem, quorſum fidelis ipſius opera rapiatur. Quin potius expende, quid antea Lucas præmiſerit: Erant, inquit Prophetæ ac doctores in Antiochia: non dicit, ſacerdotes & immolantes. Subijciens autem λειτουργούντων αὐτῶν, hoc eſt, fungentibus illis ſuo officio. quid aliud dicit, quàm quod præcedentia requirunt? nempe, quod populũ ad fidem cohortati fuerint, & ſcripturas interpretati: quod & ipſum maxime ſacrum ac pium opus eſt, neq; inferius eo quod ſymbolis agitur. Dabimus interim, quod cum cæteris panem dominicum fregerint & diſpẽſarint, mortisq; dominicæ beneficium annunciarint, num tu propterea eos ſacrificantes dixeris? Ecce & hic nihil habes, quo uel glorieris, uel fidas. Accedimus nunc ad teſtimonia, quæ nos attulimus, quæ minime fabellis tuis cedunt.

Noſtrorum argumentorum corroboratio, de dicto Pauli, Quod Chriſtus ſemel oblatus eſt.

FIdeliſſime cõmendat nobis Diuus Paulus unicam illam oblationem, ſemel factam & conſummatam, ad exhaurienda peccata noſtra: cuius crebra teſtimonia hic repetere intempeſtiuum. Quid enim attinet bonam partem Epiſtolæ ad Hebræos huc tranſſcribere? At tu totam eius uim uno uerbo eludere conaris, dicens: In hoc itaq; ſemel eſt error, omnisq; adeò ſtultitia aduerſariorũ, quod inter crucem & myſterium non diſcernunt, atq; in tantam proficiũt inſaniam, ut dicant per nos mactari filium Dei, quoties in ſacramento immoletur. Sic à te exibilamur. ſed Paulo ſic nõ ſatisfit, dum dicis: Vnica quidem oblatio eſt, ſed ſæpe offertur in myſterio, uel ſacramento. Nõ ignoramus enim, quid erroris lateat in uerbis illis: qui niſi ſubeſſet, cõniueremus ad ea. Arbitramur enim & nos ſcire, & ſcimus quid inter crucem & myſterium interſit. Et quoniam nouimus, uobis audacter contradicimus. Dicis: Offerimus in myſterio. Verum oſtende, unde recipis hoc gloſſema? ubi ſcriptura ſacra ſic loquitur? Dic hæc ignorantibus, & inſanis elleboron porrige, ut ſermonem tuũ recte capiamus, & poſthac doceamus & nos caſtius. Explica quid dicas in myſterio offerri, oſtende nobis rationem ſacramenti. Notæ ſunt nobis ſcholæ ueſtræ. Offerri in myſterio, non recipitis pro commemorare ſimpliciter ſub aliquo ſacramentario ſymbolo: quo modo ſatis caſte ueteres locuti ſunt. Amplius quiddam requiritis: nempe, quod ſicut olim ſacerdotes altaribus mactatas pecudes inferebant, tanquam diuino aſpectui præſentandas, ut externas maculas expient, quo conteſtentur ablutas eſſe internas: ita nunc corporalis Chriſti, nõ tamen mactati præſentia ante oculos diuinæ maieſtatis in altario, ſub ſpeciebus panis & uini contenta ſtatuatur, quo peccatoribus uenia impetretur. Hæc nimirum eſt arcana illa theologia tua, ad quam ſtupida noſtra tarditas pertingere nequit. Et ita uos dicitis, offerri in myſterio, id quod multis nominibus cum Paulo pugnat. Gratias agimus & nos ſub hiſce ſymbolis ſacris, pro beneficijs, quorum illa memoriam refricant, nec reclamat Paulus. Sed corporaliter facere præſentem, item repræſentare patri, adde iam ueniã impetrare, & omnia: repugnat utiq; dignitati Chriſti, & ipſiſſimæ noſtræ fidei, quæ corpore Chriſtum nunc abſentem credit, adq; dextram Patris, & olim pro peccatis noſtris eum ſatis feciſſe. Hæc tanta, cum per myſterij uocem obtrudi non ignoremus, haud iniuria offerri corpus Chriſti in myſterio, pro ſuſpecta uoce habemus. Auſimq; fidenter loqui, uel ignorare te, quid ſit inter crucem & myſterium: uel ſentire nobiſcũ. Inuiſibilis gratia eſt, participem eſſe meriti obedientiæ Chriſti. Viſibile ſignũ nobis eam gratiam annũtiat, & nobis ante ſpirituales oculos ponit, admonens nos inuiſibilis gratiæ: neq; præter noſtram gratiarum actionem nouum aliquid opus Chriſti requirit. Fateris abunde ſatis fuiſſe oblationẽ Chriſti per mortẽ; ad omnis

Crucis & myſterij diſcrimẽ.

D

Offerri in myſterio.

culpæ

A culpas expiandas: nunc autẽ addere audes, & ſacramentis aboleri peccata, & uis præterea nullam eſſe pugnantiam. Quò rapitur mens tua? An non pugnat, dinumeratum æs debitum creditori, & dinumerandum adhuc aliquid æris debiti? Nõ autem pugnaret, ſi quis gratiarumactionem, dinumerationem uocaret, & gratiu dinis ſymbolum adhibendũ cenſeret. Sed quod addis, facit ut pugnantia ſit. Certe pugnant, omne non omne, conſummatum non conſummatũ, unicum & plura, ſemel duntaxat & ad hoc aliquid, condonata peccata non condonata, abunde factum ſatis minus factum ſatis: aut ſi hæc non pugnant, quæ tandem pugnant? Quod ſi myſterium ſineres eſſe myſterium, & nihil erroris explicares, quare uoculam iſtam ægre ferrem Offerri in myſterio? Facit credita crucis ampla uirtus, ut ſummam ſalutis noſtræ in ea collocemus, ſubſidiaria alia auxilia nõ requiramus, fide & diuites & iuſti, adq; facienda bona opera prompti. Ita nos infatuauit ſtultum uerbum crucis: tua autem ſapientia nouit amplius quiddã, præter Ieſum crucifixum: & tantæ autoritatis eſt, ut illi etiã abſq; ſcripturis fidem haberi uelit. Neq; enim probat id quod per myſterium intelligi uult. At dum non probat, ſaluum eſt argumentum noſtrum.

Myſtico ſacrificio non eſſe proprie tribuendam peccatorum remiſſionem.

TVas, atq; adeò omnium uires cõtemnet etiam ſecunda ratio, quæ ſic habet. Vbi eſt remiſſio peccatorum, nõ opus eſt liberatione pro peccato: Heb. 10. Morte Chriſti facta eſt omnium peccatorum remiſſio, quare igitur ea myſtico ſacrificio tribuitur? Tantum abeſt, ne id argumenti diluas, ut potius in caſtra noſtra manifeſte conceſſurus ſis, dum dicis, non pugnare cum iſtis, quæ poſuimus, ſi dixerimus ſacrificium eſſe laudis & gratiarumactionis, quo omnia quæ per Chriſtum indepti ſumus bona, Deo feramus accepta. Hæc ſanè noſtra eſt aſſertio: uide igitur quid admiſeris. Hoc facit tota eccleſia uirorum ac mulierum, tempore ſynaxeos. Communiter enim gratias agimus. Interim ruit error tuus: & utinam in corde quoq; tuo ruat, modo ſit uera gratiarũactio. Sed ex his quæ defendis, diſco quid tu gratiarumactionem putes, & quantum tibi cõſtes. Fatemur ergo, Omnia bona à Deo nobis per Chriſtum dari, & meritum illius in cruce ab æterno patri tam acceptum, ut propter illud, quicquid contingit nobis boni, præordinarit. Vnde peccatis noſtris miſereſ Deus, unde & dedit nos illi in populum peculiarem, tanto ſanguinis precio redemptos: & ſic efficimur principio participes tanti meriti, membra corporis Chriſti, ſanctorum fratres, ciues Hieruſalem cœleſtis, ac hæredes Chriſti, omniumq; bonorum eius. Quod quia credimus, gratias agimus, gratamq; mentem teſtamur. Qualis autem eſt illa ueſtra gratiarũactio, qui nondum confiditis peccata ueſtra dimiſſa, ſed peccatorum remiſſionem & cætera bona recepturos uos in perceptione ſacramentorum aſſeritis? quo fit, ut gloria operi noſtro & elemento magis cedat, quàm ad Deũ redeat. O frigidam gratiarũactionem. Suſpectũ tibi eſt dicere: Morte Chriſti omnia peccata cõdonata eſſe, ut nulla iam re opus ſit delendis male admiſſis, quàm fide: Quid hoc aliud fuerit dicere, quàm iuſtificationis uim non eſſe ex gratia, ſed ex operibus? qua re quid cõtumelioſius, & à gratiarumactione alienius? & tu alia ſcribis, nimirum & ſentis, ſed ſufficiat nũc obiter indicaſſe. Nos credimus, reſpexiſſe Deum in fragrantiſſimum holocauſtum, obedientiſſimi in cruce unigeniti. Vos ſalutem noſtrã in quotidiano illo ſacrificio ponitis, neutiquam ob nouum aliquod opus Chriſti, qui opus ſuum in cruce conſummauit, ſed ob ueſtrum. Repetimus argumentum. Vbi eſt remiſſio peccatorum, ibi non eſt opus liberatione pro peccato. Vbicũq; eſt fides in Chriſtum crucifixum, ibi eſt peccatorũ remiſſio. Quod ſi negas, euacuabis gloriam crucis: imò Chriſtum ipſum tollis. Chriſto autem negato, negata erit & reſur

o rectio.

C rectio. Quid igitur reliquum ſpei? Fermentū eſt incredulitatis, uim quidem eſſe A ad abolenda peccata in paſſione Chriſti, ſed eam fruſtra ſperaueris tibi obuenturam, niſi per fidem & ſacramenta. Quaſi ſcilicet remiſſio peccatorum, hoc eſt, gratia, ſit ex operibus. Hic non aduerſarij ſumus ſacramentorum, nec deterremus ab illis recipiendis, nec quenquam cōtemptorem probamus: ſed quod Dei eſt, creaturæ non tribuimus. Eos qui ſacramenta percipiūt adulti, iam antea credere oportet, ſibi dimiſſa peccata omnia: uel ob incredulitatem iudicium ſibi manducāt & bibunt, non dijudicantes corpus Domini. Quo circa uanæ ſunt pollicitationes tuæ, intolerandaq; gloriatio: tunc impetrari ueniam, quando ut pro impetrata uenia, gratiæ aguntur. Impetratio enim in cruce, Chriſti ſanguine: conſcientiæ uero pax, fide: at tantorum bonorum conteſtatio coram proximo, ſacramentis parata ſunt. Sacrificium igitur quo fatemur iam abolitum peccatum in conſcientia, non eſt ipſum quod abolet: neq; ẽm illo opus eſt, ſicut nec nix dealbatione eget. Alioquin conſectaneum foret, remiſſionem peccatorum nō eſſe remiſſionem: & Chriſtus impetrans ueniam peccatorum, nō impetraſſet. Oro autem, ut de his diligentius cogites: ne ſis ex eorum numero, qui neſciunt, de quibus annunciant.

Quod Dei eſt, non tribuendum creaturæ.

Miſſam eſſe imaginem ſacrificij, non ipſum ſacrificium.

ET ab ipſa inſtitutione ſua, ſat præſidij cauſa noſtra habet. Inſtituta eſt enim cœna dominica in commemorationem & annuntiationem mortis Chriſti, non in ſacrificium. Si fidem non meremur, cōſulantur in hoc Euangeliſtæ & Pau- D lus. Quod ſi ſignum eſt, iam non eſt res ipſa. Signum aūt eſſe, & non ipſam rem, Auguſtinus & Chryſoſtomus ipſi probant, qui planè nobiſcum ſentiunt. Quapropter quod olim ad Hedionem meum, Theologum tunc præcipuæ Maguntinæ, nunc Argentoratenſis eccleſiæ concionatorem, ne uerbis certarem, ſcripſi in hunc modū. Quid mali, ſi cū maioribus noſtris, tam occidentalibus quàm orientalibus, tanti ſacrificij recordationem uocemus immolationem: modo abſint aliæ pernicioſæ opiniones. Natus eſt ſemel Chriſtus, & tamen in Genethlijs egregij concionatores declamare ſolent: Naſcitur hodie Chriſtus. Hæc inquam innocenter ſcripta, quid hic merenter uellicari, niſi undecunq; genuino exercendo materiam quæreres. Imitatus ſum in hoc patrum ſententiam, quos in hoc redarguere non potes: & me perſtringis? Coniuncta tibi uidentur ſacrificium & imago ſacrificij. Quid hoc fuerit dicere? Num corpus Chriſti per ſe eſt ſacrificium? minime: ſed quatenus mactatum eſt. Iam ſi imaginem ſacrificij eſſe ſacrificium dices, ſequetur & hic mori, & mactari Chriſtum, quia eſt imago paſſionis. Nūquid adhuc inſania: ſacrificantem dici filij Dei mactatorem? Addis ad hæc: Nemo dicit periclitari ueterum ſacrificiorum rationem, quamuis & ipſa eſſent cōmemorationes beneficiorum. Non negamus: ſed commemora quorum erant ſigna, præſentiū uel abſentium, & uidebis quomodo coniuncta fuerint. Preterea quomodo fuerint umbra futurorum, ex ſcripturis perſpicuum eſt. Oſtende idipſum uel ex ſcripturis de euchariſtia. Poteſt item unaqueq; res aſſumi ad ſignificandum id cuius ſimilitudinem refert, ut res ſit ſimul ac ſignum: ſed non contrà quoduis ſignum in ſe habet, ut ſit iſtuc ipſum quod ſignat. Signa igitur tamdiu pro ſignis rerū tantum habenda ſunt, quamdiu nō edocemur per ſcripturas, ſimul etiam eſſe res quas ſignant. Hinc magna diuerſitas inter ſacramenta ueteris & nouæ legis. illa ẽm erāt iam conſtituta ſacrificia, & acceſſit eis ut ſigna futurorum eſſent: non enim prius ſigna erant, quàm ſacrificia. At panis dominicus aſſumptus eſt in ſacramentum, & non ut ſit res ipſa quam ſignat. Præcauet enim Paulus, inquiens, Semel duntaxat Chriſtum offerri.

Ad Hedionem olim ſcripta.

Corpus Chriſti quatenus ſacrificium.

Miſſam

A Miſſam eſſe promiſſionem & teſtamentum, recipi non offerri.

POſtremum attendentes uerba cœnæ, promiſſionem teſtamenti Chriſti continentia, eam appellamus promiſſionem & teſtamentum. Et dum fide uerba amplectimur, bona eorundem recipere nos dicimus. Quod opinor multo exactius, & ut decet, dignius loquimur, quàm ſi nos offerre gloriemur. Et adhuc non uideo, cur tota aberrem uia, & ſtultus tibi ſim, quod Hedioni meo chariſſimo fratri & maiori ſcripſi. Nūc è tenebris ereptus, alius ad aras prodeo, nihil habens q̃d retribuam, & inueniens calicem quem accipiam. Hæc ſunt ſtultitiæ meæ uerba, & ego arbitrabar te decuiſſe gratulari, priſtinam arrogantiam confitenti, quod aliquid operi meo, quod Deo offerebam, tribuendū cenſuerim, ut tunc ſuperſtitio erat. Sed flagellare mauis, tantum non uerba Pſaltis referentem: Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Stultus ego mihi blandior, quod nihil mihi arrogare debeo, ſicut Phariſæus. Negare non potes, quod miſſæ tanquā operi noſtro, plus quàm par fuerit, uulgo tributum ſit: indeq; factam nundinationem non uulgarem. Enimuero ſi pro pura gratiarumactione illam habuiſſemus, neutiquam uenalis facta: neq; noſtra euchariſtia, iuſtioris cuiuſpiam gratiarumactioni prælata fuiſſet. Neq; hic quæritur, an aliquid quod Dei eſt, Deo poſſit offerri: ſed hoc uertitur in dubium, an hoc quod offertur, datum ſit ut offeratur. Hoc adhuc probandum reſtat. nos hic oſtendimus ita datum, ut recipiatur: non ut aliter, quàm per puram gratiarumactionem offeratur. Quid aperimus feneſtram ſuperbiæ, applaudentes nobis oblationis nomine? Palàm quidem eſt, etiam ſpiritū precandi, & gratias agendi, ut bona omnia, à Deo eſſe: at dum latentior cordis adhuc impij, Deumq; minus agnoſcentis phariſaiſmus id negat, fit ut interim nobis placeamus, & aliquid operi noſtro Deum debere arbitremur: dumq; uidemur uer-
B bis gratias agere, pectore inflari ſolemus, quaſi bona illa à nobis ſint, bonas in hoc afferente ſuppetias impia liberi arbitrij fiducia. Quid eſt, quod omnia Dei ſunt? at non omnes omnia Deo accepta ferimus: maxime ij qui aliquid ſuis operibus, uiribus, ac meritis arrogant. Superbiæ initium dum emendamus, gratiarum actionem non abijcimus, ſed ſtabilimus. Quam qui ea qua decet pietate faciunt, etiamſi ſe offerre dicant, tamen ipſam nō tanti faciūt, ut ſi uel maxime gratias egerint, aliquid ſe egiſſe glorientur: quin potius in omnibus fatentur ſe nihili ſeruos. *Liberum arbitrium.*

Vnum oro, finito miſſam eſſe puram gratiarumactionem, & pax fiet. At craſſa illa, quam aſſeritis, corporis & ſanguinis coram patre, ad impetrāda quæ alioqui ſacerdos Chriſtus non impetraſſet, nec ſecundum ordinem Melchiſedec, ut dicitis, ſuo munere fungeretur, repræſentatio, neutiquam pura gratiarumactio fuerit. De hoc ſi libet, legere poteris quæ nos Senatui ſcripſimus: & reperies quàm nō congruat, ut pro dantibus nos habeamus: multo minus pro ſatisfacientibus pro aliorum peccatis, id quod fit, ſi Miſſam ſatisfactiuum ſacrificium dicamus. Nequit hic recipi friuola excuſatio eorum, qui aiunt ſe id ſibi non tribuere, ſed Chriſto, qui ſacerdos eſt & ſacrificium. Nam hi ſacerdotium Chriſti magis extenuant, quem in hoc præſtantiſſimum eſſe oportebat, quod unica oblatione effecerit perfectiſſime, quicquid ad conciliandum patrem attinebat: quiq; ob dignitatem eius per ipſum electis ſpiritum ſuum diſtribueret. Nunc quantumuis clametur, corporis Chriſti oblatione pro peccatis quidem mūdi factum ſatis, rurſum tamen reclamatur, dum dicitur, Chriſtum non fore ſacerdotem ſecundum ordinem Melchiſedec, niſi quotidie pro ſalute uiuorum & mortuorum offeratur: idq; nōnunquā tam arrogantibus uerbis, ut impoſſibile fuerit, plebi dignitatem & uirtutem crucifixi innoteſcere. Tolerabilis ſane, ut ſæpe diximus, fuiſſet & eſſet nobis ſacrificij uel oblationis uox, ſi myſterij nomen adijciatur, ſanuſq; ſenſus non adulteretur.

Eccleſia Chriſti.

C Cæterum cũ tanta abominatione, idololatria, & blaſphemia, nomen illud abhorrebit omnis eccleſia, quæ Chriſti dicitur: & uere eſt, cui uox & dignitas ſpiritus ſancti adeò curæ eſt, ut nihil minus quàm tam pernicioſum dogma approbet, quamuis mundus hypocritis plenus, & ſynagogis ſatanæ illud ſtatuat & confirmet, ac ſanctũ eſſe iubeat. Qui Chriſti eſt, ſatius exiſtimabit habitare in domo Domini, quàm habitare in tabernaculis peccatorum; & mauult ferre cum Moſe & filijs Dei opprobrium crucis, quàm multorum calculo in Aegyptijs thronis reſidere, & uentatis, quæ in Chriſti agnitione, uera illa promiſſionis terra fraudari. Pauca hęc tuis obiter reſponſa ſunr Ambroſi. Quod ſi de his amplius & ſolidius edoceri cupis, coràm, ſi libet, cõuenire me poteris. Sin mihi uel ſcribẽdo uel declamãdo oblatrare pergere malueris, oro, ne hoc argutijs & cauillis, ſed quàm puriſſime ex ſcripturis agas. Nunc Chriſti non ſolum uberiorem, ſed & ubertimam cognitionem, & utriꝗ noſtrum, & fidelibus omnibus precor.

DE PECCATO ORIGINALI DECLARATIO HVLDRYCHI *Zuinglij, ad Vrbanum Rhegium.*

GRATIAM & pacem per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrũ. Cum admodum nuper epiſtolam ad nos dares non ſatis longam, etiamſi longiſſima eſſet, Vrbane doctiſſime: eo quod & tam erudita nouitate exuberaret, & nihil obſcure demonſtraret, quàm nihil ſis offenſus Epiſtola noſtra, quàm ei coniugauimus, in qua cum Billicano de euchariſtia non inamice puto agimus; non potui tamen interim, etiamſi nunquam non anxie cupiuerim, ad ea reſpondere, quæ ſilentio prætereunda nullatenus duco: tam improbe urgent occupationes, imò Erymni iſti, qui diſſidiũ ubiꝗ incendendo, dignas Dioſcuris aliquando pœnas dabunt. Nunc uero pauxillum ſucciſiui temporis nactus, aut ſi uerum dicere non pudeat, furatus: pro uirili, ſi nõ ſatis, at aliquid ſaltem facere annitar ad eam quæſtionem, quã in epiſtola uerſas. Nec enim ſolus inſolite nos putas de humanæ generationis contagione tum ſentire, tum ſcribere: ſunt enim & alia magna nomina, qui idem exiſtimant. Ipſe uidi certorum epiſtolas tam ad nos, quàm ad alios miſſas, quorum alij ſententiam noſtram dilucidius exponam oranr: alij amicis cauent, ne in ruinam ſe à nobis trahi patiantur. Nimis ramen prudenter utriꝗ, ne dicã curioſe. Quibus enim hæc quæſtio tam perſpecta eſt, ut nobis declaratione opus eſſe putent, iſta ſua tam luculenta protinus in medium adferre debebant. diſſentimus enim nõnihil ab his, qui hactenus uidentur rem iſtam acu tetigiſſe. Quibus autem rurſus tam periculoſa uidetur noſtra ſententia, ut amicis ab ea ut caueant monendum ducãt, omnes monere, aut ſaltem nos ad expoſitionem, quemadmodum priores, adducere. Efficiã ergo Chriſti ope, ut omnes liquidò uideanr, quæ nos de hac re breuiter quidem, ſed clare diximus, non temere, neꝗ citra ſacrarum literarum autoritatem dixerimus. è diuerſo autem multis multa in hac re dicta eſſe, quæ parum firmitudinis in ſcriptura uere ſacra habeant. Quid enim breuius aut clarius dici potuit, quàm Originale peccatum non eſſe peccatum, ſed morbum: & Chriſtianorum liberos propter morbum iſtum non addici æterno ſupplicio? Contrà uero, quid imbecillius dici potuit, & à canonica ſcriptura alienius, quàm Baptiſmi lauacro hãc calamitatem leuari, penuria uero illius intentari: & non tantum eſſe morbum, ſed etiã reatum? Sic ergo Vrbane mi, credito nos ideo conciſe ac perfunctorie in libro de Baptiſmo & catabaptiſmo iſtud argumentũ tractauiſſe, quod alioqui liber in immenſum creſceret. Conſtitueramus enim iam tunc, ſi uſus poſtularet, prolixius & exactius omnia retractare. Spes enim erat paucis iſtis debellatũ iri, ſunt enim hac

Originale peccatum aſt morbus tantum.

D

tempeſtate

Digitized by Google

A tempeſtate ingenia uſqȝ adeò felicia, ut ſi leuem occaſionem præbeas aut anſam,
ſubitò ad ipſum faſtigium peruaſerũt: ſed ſunt interim animi candidioris alij alijs.
Negamus ſępenumero nos capere, quæ nolumus. Pudet ignorantem fuiſſe uide
ri. Obliuiſcimur nonnunquam tam Dei, quàm noſtri. Illũ, impoſſibile eſſe quic
quam latere: Nos, omnia noſſe. Tu uero ueritatis myſta candidiſſime, ad hũc mo
dum nos, ut ad rem tandem ueniamus, accipito. Cõueniemus ante omnia de no
minibus iſtis, Peccatum & Morbus. Deinde morbum ipſum finiemus, conabi-
murqȝ ei nomen proprium inuenire, ac oſtendere quomodo & quos damnet. Ter
tio loco oſtendemus, ei non alio pharmaco ſuccurri poſſe, quâm ſanguine Chriſti
filij Dei: tam abeſt, ut Chriſtum euacuemus. Iſthic quoqȝ perueſtigabimus, num
aliqua re alia, quàm iſto ſanguine, puta baptiſmi lauacro, malum aueruncari poſ-
ſit. Peccatum proprie accipi, neminem fugit arbitror, aut pro admiſſo, ſiue per *Peccatum.*
negligentiam, ſiue per incogitantiam: quod Græci παράπτωμα ἀπὸ τοῦ πίπτειν, La- *Παράπτωμα*
tini Theologi delictũ à delinquendo uel negligendo, Hebræi אשם uocãt. qua- *Delictum.*
lia ferè iſta ſunt, à quibus neminẽ perhibet immunẽ eſſe diuus Ioannes: & Chri-
ſtus aſſiduis precibus expiare iubet ac dicere, Dimitte nobis debita noſtra. quoti-
diana enim cum ſint, uelut aſſidui ſtimuli urgent pium hominem, & ad ſui deie-
ctionem & culpæ deprecationem. Aut pro eo facinore, quod quis poſt maturam
deliberationem atqȝ conſilium ſciens uidenſqȝ commiſit, incurritqȝ: quod Græci
ἁμαρτίαν, eo quod contra conſcientiam, ſi Origeni credimus, fit: Latini autem ſce *Ἁμαρτία.*
lus uocant, crimen aut flagitium. Qua ſpecie latrocinium, homicidiũ, bellum, uo-
luntaria quidem iſta: proditio patriæ, inuſitata libido, uenale iudicium, oppreſſio
innocentium, & id genus portenta malorum continentur: qualia fuerunt pecca-
ta Dauid, Ahab, Iudæ. Morbi autem uocabulo hic non utimur ad iuris conſul- *Morbus.*
B torum normam, qui eum, teſte Gellio, à uitio hoc interuallo diſcriminant, quod
hic temporarius ſit, illud perpetuum: ſed quatenus cum uitio coniunctus eſt, eoqȝ *Vitium.*
perpetuo, ut cum genti alicui tranſlatitium eſt balbutire, cæcutire, podagra labo-
rare: quod malum naturalem defectum ſolemus, Germanice *ein natürlichen präſten*
appellare, quo nemo uel peior, uel ſceleratior exiſtimatur. nõ enim poſſunt in cri
men aut culpam rapi, quæ natura adſunt. Sic ergo diximus Originalem conta- *Originalis con*
gionem morbum eſſe, non peccatum: quod peccatum cum culpa coniunctũ eſt, *tagio morbus*
culpa uero ex commiſſo uel admiſſo eius naſcitur, qui facinus deſignauit. Exem- *potius quàm*
plum do: Seruum naſci, miſera conditio eſt, non culpa eius qui ſic naſcitur, neqȝ *peccatum.*
crimen: qui enim naſcitur, nondum quicquam admiſit aut commiſit. Si ergo dicat
quis, at maior[illegible]s eius commiſerunt, ut in ſeruitutem redigerentur tam ipſi, quàm
ex ſeſe prognati: Ergo crimen fuit, ex quo culpa, quam deinde ſeruitus ceu mul-
cta ſiue pœna ſecuta eſt. Recte ſanè. hoc ipſum uolo: culpam Originalem nõ ue-
re, ſed metonymice à primi parentis admiſſo culpam uocari: eſſe autẽ nihil aliud
quàm conditionem, miſeram quidem illam, at multo leuiorem quàm crimen me
ruerat. Sicut enim bello capti, trucidari impune cum potuiſſent, per gratiam ac mi
ſericordiam hac lege ſeruati ſunt, ut ſeruiant cum tota poſteritate: ſic humani ge-
neris autor πανωλεθρίαν, hoc eſt, internecionem meritus, Dei bonitate in exilium
relegatus, mortiqȝ addictus eſt: quo nõ modo ab amœniſſimo exularet horto, ſed
etiam à iucundiſſimo diuini uultus aſpectu, angelorum quoqȝ lætiſſimo cõtuber-
nio. Quę deinde calamitas poſteritatem quoqȝ inuaſit. Nequit enim aut mortuus
uiuum parere, aut ingenuum ſeruus. Adam igitur, cum ex æquo mortuus eſſet ac
exul, de ſe generare non potuit, qui uel uiuus in conſpectu Dei eſſet, uel ciuis aut
hæres rerum cœleſtium, à quibus penitus exciderat. Iam Pauli teſtimonio, quod
dicimus, confirmabitur. Qui Rom. cap. 5. ſic ait: Regnauit mors ab Adam uſque

C ad Moſen, in eos quoq;, qui nõ peccauerant, ad eum modum tranſgreſſionis qua Adam. His uerbis manifeſte apparet, Adam quidem patraſſe crimen, cui mortis tam latæ mulcta infligeretur, ut toti poſteritati adhęreſceret: ſed eos qui ex hoc natiuo uitio poſtea moriebantur, non eo modo peccaſſe quo Adam. Morbus ergo iſte ac uitium primi parentis culpa inflictus infecit ſobolem, non ſoboles ſe ipſam. Cum ergo peccatum appellatur in ſcripturis, per denominationẽ hoc fieri cõſtare iam ſatis arbitror. Vnde cum tu quoq; doctiſs. Vrbane, Pauli teſtimoniũ adducis, Rom. 7. Iam non ego operor illud, ſed inhabitans in me peccatum: atq; oſtendis Paulum quoq; morbum iſtum plus quàm ſonticum peccatum appellauiſſe: quæriſq; mox, cur non ipſe quoq; peccatum uocari patiar, quod Paulus, q̃d omnes ſic uocauerunt: meritò quidem tunc interrogabas, at nunc, ſpero, planè uides, nos non de nomine contendere, ſed rem ipſam uoluiſſe paulo clarius ac ſignificantius producere. Permitte igitur tibi ac omnibus, ut ſi quibus ſatis nõ ſit, hanc calamitatem peccatum uocauiſſe, ſcelus quoq; crimen ac flagitium appellent: uerum hac lege, ut morbum, uitium, aut conditionem moriendi eis uocibus intelligant, ac immodicam iſtam ad ſe amandum propenſionem, de qua poſtea. Neq; obſtat, quod diuus Paulus iterum Rom. 3. ait: Omnes peccauerunt. eodem enim modo peccandi uerbum metonymice ponitur. ut ſit ſenſus: omnes in hac miſera conditione ſunt, ut primi parentis culpa, gloria Dei deſtituti ſint. Hactenus arbitror inter nos eſſe tranſactum, aut ſi mauis pactum, ut ipſe uitium hoc humanæ generationis, peccatum uocari patiar. Tu uero eo uocabulo, conditionem ac mulctam intelligas, uitiatæq; naturæ calamitatem ac miſeriam: non crimen aut culpã eorum, qui peccandi moriendiq; conditione procreantur. Iam huc uentum eſt,

D ut morbum ipſum finiamus, ac ex finitione nomen imponamus: quod ſecũdo loco dictur ũ recepimus. Fontem ergo mali huius ſi inueniemus, iam & finitionem & nomen, uno eodemq; ſaltu attigimus. Fons ergo ab ouo, quod dicitur, ad hũc modum habet. Cum rerum omnium conditor, hominem, quem regem animantibus cunctis præfecerat, in paradiſum, tanquam in Alcinoi regiam induceret, hac ſibi lege deuinxit: De omni ligno horti edes intrepide, ueruntamen de ligno ſciendi bonum & malum non edes: quo enim die de ipſo ederis, intermoriens. Quam repente legem ſic præuaricatus eſt. Aedificauerat ſummus ille artifex fœminã ex una ſtertentis Adami coſta, infelici nimium auſpicio. Quid enim non audebit fœmina ſpe fallendi maritum atq; latendi, poſtea quàm nata uidit eum tam altũ dormiſſe, ut conuelli latus non ſentiret, coſtamq; eximi: Huius ingenium nactus dæmon, per eam ſtatuit adoriri uirum. Et quamuis callidam crederet, audacemq; ad omnia, recens tamen genitam, uidit adhuc artium rudiuſculam. Vnde & uerſutus orator, nominis ambiguitate miſerã circumuenit. Cum enim Deus uetuiſſet, ne de ligno ſciendi bonum ac malum ederent: hoc ſenſu, ne unquam quicquam ſcire ex ſeſe tentarent, ſed per cogitationes omnes, per deliberationes atq; conſilia à ſe uno penderent: aliò detorſit nominis rationem, hũc ſcilicet, ut arbor inde nomen ſciendi bonum atq; malum inuenerit, quod qui ex ea ederit, iam boni maliq; periti ſſimus fiat. Deum quoq; perfidię inſimulauit, quod dixiſſet, Edentibus mortem præſentiſſimã imminere. Confeſtim ergo cœpit ſtulta Deum in ſuſpitionem uocare, quaſi parũ candide uetuiſſet, ex quo tantũ emolumenti naſcereẽ, quaſiq; imperio timeret. Ienocinabatur ad hæc rara ligni ſpecies, ciebat appetitũ fructus, trahebat boni maliq; ſciendi deſiderium: ac ſimul contumax, læta, ſpebuſq; plena magnis, irruit in pomum: ſimulq; maritũ perſuadet, ut experiatur quò ſpes iſtę exeant, fauſta nimirum omnia pollicita. Qui ubi non tam fœminæ blanditijs, q̃ cupiditate, cum malum bonumq; ſciendi, tum Deo parem fiendi, ſuperatus, fatali pomo

Peccati originalis fons.

De ligno ſciendi bonum & malum edere quid.

A li pomo dentem admolitus eſt, confeſtim oculos recepit: non eos quidem quos ſperauerat, ſed quibus malorum omnium turbam, quæ ſe manebant, unico aſpectu intuebatur, ac protinus concidit. Quam ergo tandem cauſam tam imprudentis facti aliam eſſe putemus, quàm amorem ſui? Admirabatͬ ſe Adam, æſtimabatq́ non indignum eſſe maiore, quàm quod tenebat, in beluas ſcilicet, imperio. Mentem perluſtrabat, inueniebatq́ pluriū quàm quæ hactenus noſſet, capacem. Imò tranſcenſis ac ſuperatis omnibus, iudicem quendam imaginādo ſe faciebat, ac dictatorem boni ac mali. His epiphonematis captæ ſunt aures eius. his epichirematis concuſſa eſt de non edendo lex. his arietibus ſolo æquata eſt arx innocentiæ: euenitq́ ter quaterq́ miſero, quod Dominus prædixerat. funditus enim periit, ultima quæq́ meritus: atq́ ut Hebræi loquuntur, morte mortuus eſt. niſi quod Dominus mediocre quid pro ſua potius benignitate, quàm iſtius merito inuenit, quo lapſas res fulſit: de quo in tertia parte dicetur. Habemus nunc præuaricationis fontem, φιλαυτίαν uidelicet, hoc eſt, ſui ipſius amorē: ex hac manauit quicquid uſpiam eſt malorū inter mortales. Hac mortuus iam homo, filios degeneres procreauiſſe neutiquam cogitandus eſt: non magis quàm quod ouem lupus, aut coruus cygnum pariat. Sic enim Gen̄. 5. ſcriptum eſt: Et genuit Adam ad ſimilitudinem ſuam, ſecundum imaginem ſuam, &c. Non ergo fuerunt liberi primorū parentum præſtantiore conditione, quàm ipſi. Sic neq́ tota poſteritas. Adam autem peccati mancipium factus eſt, legem diuinam tranſgrediendo: qui enim facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Eadem ergo conditione omnes ex eo nati ſumus. Vnde etiam fit, ut quicquid cogitemus, noſtra cauſa cogitemus, rebus noſtris conſulamus: ac prorſus per omnia ſic incedamus, ut omnia noſtra eſſe, nobis ſeruire, nos autem ſuper omnia eſſe cupiamus. Hinc iterum Dominus Gen̄. 6. Non di-

Adami philautia.

Natura hominis quomodo in primo parente uiciata.

B gladiabor ſpiritu meo cum homine perpetuò, eſt enim caro. Caro ergo Dei contemnens, ac ſui amans eſt. Ac paulo poſt: Et omnis cogitatio conſiliorum cordis humani uana eſt, & mala per omnem uitam eius. Iterum eadem inculcat Deus Gen̄. cap. 8. Non execrabor ultrà terram propter hominem: mens enim, ſiue cogitatio humani cordis mala eſt ab ineunte ætate eius. Tendunt hæc omnia ad huius unius probationem, quod natura uitiata ſit in primo parente: quæ nihil quàm ſe amando in omnibus peccet: nihil, ſi eam ſibi ipſi relinquat Deus, ingenuum aut liberale cogitet, æque ac fugitiua mancipia. Eſt ergo iſta ad peccandum, amore ſui, propenſio, peccatum originale: quæ quidem propenſio nō eſt proprie peccatum, ſed fons quidam ac ingenium. Exemplum dedimus de lupo adhuc catulo. is per omnia lupus eſt, quod ad ingeniū pertinet, atq́ is qui ferocia ſua omnia mactat: at tamen rapinam adhuc nullam, quia per ætatem non potuit, auertit. Venatores ergo haud plus illi parcunt, quàm ei è cuius faucibus prædam eripiunt: eo quod natura, tametſi teneri, etiamnum eouſq́ eis perſpecta eſt, ut cum maturuerit, gentis ſuæ mores ſit indubie imitaturus. Ingenium ergo eſt peccatum ſiue uitium originale: rapina uero peccatum, quod ex ingenio dimanat: id ipſum peccatum actu eſt, quod recentiores actuale uocant, quod & proprie peccatū eſt. Quod omniū clariſſime Paulus Rom. 7. pauciſſimis explicat: Ego, inquiens, carnalis ſum (en tibi carnem ex Geneſi, ac lupi teneri ingenium:) uenundatus ſub peccatum (en ſerui conditionem, naturam corruptam, ad peccandum propenſionem: & quid multa, uitium ſiue morbum:) Quod enim operor, non probo (cognoſcendi enim uerbo impenſe utuntur Hebræi pro uerbo probandi, ut Pſal. 1. Nouit, id eſt, probat Dominus uiam iuſtorum. & Pſal. 36. Nouit Dominus dies immaculatorum. & Nume. 14. Et probabunt terram quam uos ſpreuiſtis, ubi nos legimus, Et uidebunt: ſed perperam, eſt enim ubiq́ idem uerbum ידע) Non enim quod uolo id

Peccatum originale.

Peccatum actuale.

Cognoſco, Probo.

C facio,ſed id facio quod nolo. Cũ ergo quod nolo, id facio, adſentior legi quod iu-
ſta ſit:at nõ ego operor illud(quod ſcilicet nolo, ſecundum internum hominem,)
ſed inhabitans in me peccatum. Scio enim quod non habitat in me,hoc eſt,in car

Peccatum in nobis inhabitans.

ne mea,bonum:&c.Peccatum autem in nobis inhabitans,aliud nõ eſt,quàm ui-
tium corruptæ carnis,quæ amore ſui perpetuò cõcupiſcit aduerſus ſpiritum.Spi-
ritus enim reipublicæ ſtudet,caro priuatæ. non enim cõſulit ſibi Deus, ſed à ſe cõ
ditis:cum ipſe nullius egeat,eius omnia. Sic omnis caro, quantumcunqꝫ ſe bonã
ſimulet,quatenus caro eſt , ad ſe omnia refert:ſi uero aliter habere apud ſe ſentiat,
iam gratiam Deo acceptumqꝫ referat. Manifeſta ſunt enim opera carnis. caro er-

Caro.
Carnis opus.

go aliud eſt,aliud opus ipſius. Nõ autem eſt peccatũ caro,ſed hoc quod caro per-
petrat,peccatum eſt.Caro ergo, ingenium hominis, uitium, ſiue peccatum origi-
nale,propenſio iſta ſunt,quæ concupiſcit aduerſus ſpiritum.Iſta uero cõcupiſcen
tia abſqꝫ cauſa nõ eſt.Cum autem nemo quicquam,niſi ſua cauſa concupiſcat:re
linquit quod iſta propenſio ex φιλαυτίας, hoc eſt, amore ſui ipſius eſt. Cum enĩ

φιλαυτία.

Catilina ſua prodigit, liberalitatis titulum ambit. Cum rapit aliena, idem quærit.
Vide quàm diuerſa ratione uitium hoc ad concupiſcentias ſuas penetret. At bre-
uiter,amor ſui hæc omnia inuenit atqꝫ cõcinnat:ipſe ergo morbus aut uitium eſt,
ex quo tot mala uelut ex equo Troiano prodeunt. Poſtquàm itaqꝫ malorũ fon
tem,ac morbi uitij'ue nomen indagauimus:proximum eſt, ut quod ad iugum hu
ius ſecundę partis attinet,inquiramus.ánne morb. iſte mortales omnes diris æter
næ mortis addicat.Ad quam quæſtionem hoc pręmittendum arbitror:Salus ęter
næ uitæ, & contrà , æternæ mortis ærumnæ , cum prorſus ſit liberæ uel electionis
uel abiectionis diuini iudicij : uidentur quotquot de hac quæſtione unquam diſ-
D ſeruerunt, paulo incautius definiuiſſe: nunc quidem infantes omnes, qui uel cir-
cumciſi,uel tincti baptiſmi lauacro non eſſent: nunc uero adultos iidem omnes,
damnando . Quid enim aliud agit Paulus ad Romanos à nono uſqꝫ ad duodeci-
mum caput,quàm ut oſtendat electis à Deo:non hoc aut iſtud operantibus,felici
tatem euenire:ipſum enim Iacob dilexerit, Eſau uero iuxta prophetæ ſermonem
odio habuerit , cum adhuc in penetralibus uteri materni fingerentur? Cum ergo
uita æterna horum ſit, qui ad eam electi ſunt à Deo,cur nos temere iudicamus de
quibuſuis, cum electio Dei nos lateat? num enim eius fuimus à conſilijs cum eli-
geret , ne temere imprudens ſcilicet in indignum incideret? Rurſus quod ad eos
attinet , qui ad maturam ætatem adoleuerunt : cur eos imprudentes damnamus,
qui externo ſigno initiati non ſunt?Cum iterum Paulus Rom.2.eum, cuius inta-

ἀκροβυστία.

ctum eſt præputium(hunc enim ἀκροβυστίαν, hoc eſt, præputium appellat) ſupe-
rare dicat atqꝫ præſtare (ſi modo,quod lex monet, faciat:)ei q inciſo præputio glo
riatur : oſtendat enim legis opus ſcriptum eſſe in corde ſuo , cum id facit quod lex
monet.Quis autem in cor humanum quicquam ſcribit Deo dignum , niſi is qui
ipſum condidit? quemadmodũ teſtatur Hieremias 31. Cum ergo uidemus præ-
putium facere,quod lex præcipit:cur non ex fructu arborem cognoſcimus?Quid
nõ ſentimus Deum legis opus in cor eius exarauiſſe? Si ergo impulſore Deo Dei
opus facit,cur nos eum damnamus,quod tinctus aut reciſus non ſit?Pręſertim cũ
iterum Apoſtolus tribuat eiſdem conſcientiæ accuſationem,uel abſolutionem in
die iudicij:neqꝫ uſpiam ſcriptum ſit,qui non tingitur,damnatus eſt. & iſtud Geñ.
17.Mas cuius præputiũ non fuerit reciſum,excindetur anima iſta de populo ſuo.
Genti Iſraëliticæ ideo dictum ſit , ut ſignum iſtud nemo præteriret, non ut (quo-
cunqꝫ tandem caſu acceptum non eſſet)hominem perderet:neqꝫ ut ſignũ aliquid
poſſet.ſed contingebant illis omnia in figura,imponebatqꝫ Deus huiuſmodi ceri
monias,ut rerũ ſpiritalium quouis momento admonerentur. Requirebat ille cor-

dis

A dis circumciſionem,ideo præcipit hoc membrum incidi, quod commodiſſimum affectuum ſymbolum eſſet,ne unquam non monerentur circunciſionis internæ. Volebat legem ſemper ob oculos in omni tum conſilio, tum actione uerſari: & ideo φυλακτήρια facere mandat. Huic ergo tantũmodo genti, quæ ex Abraham naſcebatur,aut cum ea uictitabat, unamq; cum ipſa fidem eandem confitendo ecclesiam conflabat,interdicebatur ne fœderis ſignum obmitterent:non quod miſericors Deus gratiam,ſpiritum,aut electionem ſic iſti ſigno alligaſſet, ut neminem ad ſe traheret,quàm qui iſto ſigno inſignis eſſet. Cum inquã (ut in uiam redeam) æterna uita nuſquam ſit hac lege promiſſa, ut niſi quis circunciſus ſit aut tinctus, nullatenus ſit eam indepturus:non eſt cur temere inferis adiudicemus, qui ſignis iſtis initiati non ſunt. Hæc omnia ex Pauli Rom. epiſtola cap.2. colligũtur. Neq; Chriſtus dixit: Qui baptizatus non fuerit,ſaluus nõ erit. Iſta in hunc uſum argumentati ſumus,ut oſtenderemus toto errare cœlo, etiam ſi ſint nõ modo magna, ſed uetera quoq; nomina, qui damnationi æternæ ſolent adiudicare nũc Chriſtianorum infantes,cum non ſint baptiſmo tincti:nunc uero eos omneis, quos gentiles uocamus. Quî enim ſcimus, quid fidei quiſq; in corde ſuo Dei manu ſcriptũ teneat?Senecæ uiri ſanctiſſimi fidem,quam Epiſtola ad Lucilium 34. prodit,quis non admiretur?cum ait:Sic certe uiuendum eſt,tanquam in conſpectu uiuamus: ſic cogitandum, tanquam aliquis in pectus intimum proſpicere poſſit, & poteſt. Quid enim prodeſt ab homine aliquid eſſe ſecretum?Nihil Deo clauſum eſt. Intereſt animis noſtris,& cogitationibus medijs interuenit. Sic interuenit dico,non tanquam aliquando diſcedat.Hæc Seneca.Quis quæſo hanc fidem in cor hominis huius ſcripſit? Neq; quiſquam putet iſta in euacuationem Chriſti tendere, ut quidam nos inſimulant:amplificant enim illius gloriam.Per Chriſtum enim acce-

B dere oportet,quicunq; ad Deum ueniunt:de qua re paulo poſt. Vnde ſocerũ Moſis ne ſuſpicamur quidem alia uĩa,quàm quę dicit,Ego ſum uia,ueritas,& uita,ad Deum perueniſſe:qua & Moſes,& omnes uenerunt. Hoc enim, Qui non crediderit,condemnabitur:nullatenus eſt abſolute intelligendum.ſed de his,qui audito Euangelio credere noluerunt. Vnde infantes, & qui non audierunt Euangelium,hac lege nõ tenentur:ſed adulti iſta,an lex Dei ſit cordibus eorum inſcripta, nec ne:ſic enim iterum ſtant aut cadunt Domino, per Chriſtum Ieſum unicam ad ſalutem uiam:Iſta quoq; lege tenentur,qui non audierunt cum infantibus,Rom. 9. Vt propoſitum, πρόθεσις, ſiue conſtitutum Dei,quod eſt ſecundũ electionem, firmum maneat. &: Miſerebor eius cui miſericors ero. & : Non eſt uolentis, neque currentis,ſed miſerentis Dei.Chriſtus enim ipſe ait:Si non ueniſſem, & locutus eis non fuiſſem,peccatum non haberent. Non ergo imputetur ignoratio his, ad quos nemo uenit,ut myſteriũ Chriſti prædicet:Domino ſtant & cadunt.Idem agit Paulus Rom.10.Neq; obſtat,ſed à nobis ſtat iſtud, Num non audierũt? Imò in omnem terram exiuit ſonus eorum. Nam iſtud ἀυλητικὸν in Iudæos torquet Apoſtolus,per ipſum enim adimit eis reſpondendi occaſionem, qua ignorãtiam prætexere poſſent:Non audiuimus,nõ nouimus. Iam orbis uniuerſus, inquiens, reſonat Euangelium,& uos non audiuiſtis?Breuiter, inconcuſſa eſt electio,& lex in hominum mentibus ſcripta:ſic tamen ut qui electi ſunt,& qui legis opus faciũt ex lege in cor ſcripta, per ſolum Chriſtum ad Deum ueniant. Hic eſt enim filius, cui paterfamilias nuptias apparauit,multitudinemq; uocauit.Quod ſi quis me roget, an de his pronunciandum non ſit, de quibus oraculi diuini uerba habemus? Reſpondeo:Maxime. At ubi habemus hoc uerbum : Omnis infans, imò mortalis omnis,qui circunciſus olim,nunc autem baptiſmi aqua lotus nõ eſt,inferis adiudicetur? Sed damnat hac conditione natum eſſe. Ad iſtud ergo diſſoluendum

p iam

Circunciſionis ſymbolum.

φυλακτήρια

Senecæ fides.

Qui non crediderit,cõdemnabitur quomodo intelligẽdũ.

πρόθεσις.

Obiectio.

C iam conuertimur (fuit enim huius iugi pars altera:) an ingenita cõtagio mortales omnes diris æternæ mortis addicat. Ad hanc quæſtionem facillime reſpondemus, primum ipſius Domini uerbis, quibus prædixit moriturum protinus hominem, ut de uetito fructu ediſſet: Edit, ergo mortuus eſt. Vt enim peccati mancipiũ factus eſt tranſgrediendo, meliore conditione liberos generare nõ potuit. Ex peccatore, peccatores nati ſumus omnes: ſi peccatores, ergo inimici Dei: ſi inimici, ergo & damnati ſumus. Deinde prophetarum quoq; teſtimonijs damnamur, è quibus uno contenti erimus, Pſal. 13. Deus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum, ut uideat num ſit ſapiens, qui Deum quærat. Omnes declinauerũt, ſimul inutiles facti ſunt: &c. Poſtremo Paulus multis tum locis tum uerbis hanc quæſtionẽ declarat, in Rhomanorum epiſtola maxime. Sit uerò Deus uerax, omnis autem homo mendax. Omnes peccauerunt, id eſt, peccati mancipia, mortisq; primi parentis culpa facti ſunt. Quemadmodum per unum hominem peccatum in mundum introiuit, & per peccatum mors: ſic & in omnes homines mors peruenit, eo quod omnes peccauerũt, id eſt, in peccato nati ſunt: ſiue, ut alio loco dicit, ſub peccatũ, generationis cõtaminatione uenundati ſunt. Peccauiſſe autem ac mortuum eſſe, pro damnari Paulo accipi, ipſe docet, cap. 5. Iudicium enim, inquiens, ex uno, peccato ſcilicet, ad cõdemnationẽ: gratia uero ex multis peccatis, ad iuſtificationem. Et paulo poſt: Vt igit̃ ex unius peccato in omnes homines cõdemnatio, ſic etiam per unius iuſtificationem in omnes homines uitę iuſtificatio uenit. Quod ergo ad peccati uim adtinet, damnatus eſt ea primus homo, & qui ex eo nati ſunt.

An originali morbo omnes homines dãnationi obnoxij.

Peccaſſe & mortuum eſſe, pro damnari.

Obiectiones.

Ex hac reſponſione, qua concedimus peccato Originali damnari quicquid co adfectum naſcitur, duplex oritur nobis obiectio. Vna: Cur paulo ante dixerimus

D non temere eſſe damnandos, qui circũciſi aut tincti non ſint, cum aut teneri ſunt, aut operibus oſtendunt legem Dei in corde ſuo ſcriptam eſſe: at nunc ipſi, omnes in uniuerſum ſimul damnemus. Altera uero, cur dixerimus in lib. de Baptiſmo, Peccatum Originale nõ damnare. Ad priorem ſic reſpondemus: Nos hactenus de ingenio atq; ui peccati Originalis ſic locutos eſſe, ut quid nam eſſet, unde eſſet, quæq; potentia eius, pro noſtra paruitate adperiremus, quo ſcilicet probe cognoſceremus iſtud, de quo agitur. De remedio uero, quo morbo iſti occurritur, nondum dici cœptum eſt. Non immerito autem damnamus, qui nec morbum, nec remedium pœnitus cognitos habentes, damnant quæ ignorant. Damnat quidem peccatum Originale, quod ad uim ingeniũq; eius attinet: ſed ſeruat ac fulcit præſentiſſimum remedium, quod non ſero nimis, ſed tempeſtiue eſt adhibitum. Originali morbo perdimur omnes: remedio uero quod contra ipſum inuenit Deus, incolumitati reſtituimur. Carni pmiſſi, nihil quàm carnalia cogitamus: ſpiritu diuino perfuſi, ad cœleſtia erigimur. Cum de natura carnis loquimur, amiſſa perditaq; ſunt omnia, imò deplorata & deſperata: cum de ſpiritus gratia & luce, iam læta certis ſpebus florent omnia. Non eſt ergo mirum, ſi diximus, quod ad peccati Originalis uim attinet, damnari ipſo omnes: Dato autem remedio quod omnia reſtituit, errare eos, qui temere damnent omnes. Oſtendemus enim remediũ hoc tam abunde reſtituiſſe omnia, quàm late morbus graſſatus fuiſſet, ſi cohibitus nõ eſſet. De iſto igitur nũc primum auditio noſtram ſententiam, imò ueritatis uocem.

Reſponſio ad primã obiectionem.

Sic dixerat Deus ad hominem: Quocunq; die ederis, morte morieris. Sic locutus eſt uerus ille ζῶν, cuius iuſſa omnia quæ ſunt, ſic propenſe implent, ut perdi ſeſe malint, quàm non adtingi. Mortuus eſt igit̃ homo: ſequi enim oportuit quod ille prædixerat. Pedetentim ergo indagemus, quomodo mortuus ſit: non fatali ſiue carnali morte, quod impius aliquis, ſed uehemens orator, forſan diceret auſpicatius fuiſſe, quàm genus adeò calamitoſum propagari. Vixit enim poſtea annos

plus

A plus noningentos. Aeterna igitur mors ſecuta eſt, quod ad factum ipſum & cul-
pam attinet: hoc eſt, non modo fatalem, ſed æternam quoq; mortem commeruit.
quod timor & nuditatis prætextus docent. Cum enim diceret Adam: Timui, au
dita uoce tua, quod nudus eſſem: timendo cõſcientiam prodit, quæ ſeipſam pro
ditionis redarguebat, ac mortem qua ſe dignam ipſa iudicabat, amore ſui metue-
bat: adhuc tamen audet nouum prætextum fingere, ut eum fallat ſcilicet, qui hoc
facturum ſciebat antequã cõderet, & Nudus ſum ait. Quid uero iſtud? Nudum
creauerat, nudũ ſpectet, dicere cogitaret: ſed ſunt hæc omnia deſperantis conſcien
tiæ argumenta, quæ ſe iuſte damnari cõfitebatur, metu, ac nequicquam quæſito
perfugio. Habemus ergo præuaricatorem ac fugitiuum, qui ſuo ipſius iudicio da-
mnatus eſt. Niſi enim apud ſe fuiſſet damnatus, fugam non cepiſſet. Ibi bonitas
ac miſericordia conditoris, quod prouiderat remediũ, antequam incideret homo,
profert. Meritus erat iſte iuſto Dei iudicio æternam mortem peccando: ſtatuerat il
le iuſtitiam ſuam placare morte filij ſui, qui peccare non poteſt ut: ſimul iuſtitiam,
ſimul miſericordiam eius clariſſime diſceremus. miſericordiam, cum proprium fi
lium pro collapſo dependeret homine: iuſtitiam, cum tanto precio redimit: uilius
enim iſtam placari non potuiſſe oſtendit. Manſuetudinis ergo uiã, ut nobis exem
plum nihil temere, aut ex commotione agendi præberet, ſic ingreditur: Subitam
mortem uertit in diutinam calamitatem: Paradiſo, ubi ἄσπαρτα omnia naſce-
bantur, in contumacem ac immorigeram humum relegat, ut quod uno momen-
to ſubeundum erat, longo labore hauriret. Hoc enim ad diſciplinam attinebat.
Aeternam autem mortem, cum non inueniret quo redimeret (quæ enim in uiſibi
li mundo, erant inferiora homine: quæ in inuiſibili, inferiora erant eo precio, quod
requirebat ſacroſancta iuſtitia:) ꝓprio filio eam redemit. Id aũt tempeſtiue, quod
B quidam olim propheta (an enim Chriſtianus poëta propheta non eſt?) Propheta,
inquam, cecinit: Ipſe lignum tunc notauit, damna ligni ut ſolueret. Mox, ut ſum-
ma ſapientia uidit hominem ligno naufragaturum, ligno quoq; obiecto, cui nite-
retur, ſtatuit in littus reducere. promitit q; ex fœmina naſciturum, qui publici ho
ſtis caput conterat: huius enim inſidijs imprudentes perierant. Quod parum fide
liter promiſiſſet Deus, ſi eius uictoriæ fructi nihil ad Adamum rediturum fuiſſet.
Quid enim quàm dolorem augere uiro potuiſſet, ſcire uenturũ eſſe liberatorem,
ſeſe autem non fruiturum? Intellexit ergo Adam, ſemen hoc non poſteritati tan
tum, ſed ſibi quoq; ſalutare futurum: attamen temporis articulum, quo uenturum
erat, ignorabat. Quod utrũq; his teſtimonijs probatur Geñ. 4. Cum Heua Cain
genuiſſet, dedit ei hoc nominis, ſic fata: Poſſedi hominem ſiue uirum cũ Deo, ſiue
per Deum. In quibus uerbis tanquam in ſpeculo uidentur fœminę uota. Poſſedi,
inquit, hoc eſt, inueni, nacta ſum, aut acquiſiui: id eñ ualent Hebraica. nacta ſum
inquã uirum, iſtum ſcilicet, quem Deus ſub nomine ſeminis promiſerat: cũ Deo,
ſiue per Deum, hoc eſt Dei bonitate. En tibi ſententiam, quam habebant de pro-
miſſione Dei. En ſimul momenti ignorantiam. putabant iam tum adeſſe, qui poſt
annorum tantum curriculum uix tandem uenit. Eodem libro cap. 5. uidemus in
Lamech uota eadem. Cum enim natus eſſet ei Noë, ait: Hic præſtabit nobis re-
quiem operum ac laborum manuum noſtrarum. Identidem arbitratus eum eſſe,
qui promiſſus erat: eo quod & decimus eſſet, & mille iam anni à condito mundo
præterijſſent. Hic pius homo bis, attamen innocue, falſus eſt. nõ enim aderat tem
pus, neq; is erat qui promittebatur, ſed eius tantũmodo typus, ut Petrus teſtatur.
His omnibus hoc unum agimus, ut oſtendamus promiſſionem primis mortalib.
factam, ab eis obſeruatam fuiſſe, etiamſi breuibus uerbis hoc expeditũ ſit: & eam
ſpem aut fiduciam, quam in ſemen hoc habebant, eos non eſſe fruſtratã. De qua

C re tertio loco dicemus paulo clarius. Hic eatenus horũ guſtum præbuimus, quatenus excuſandum fuit, quod alijs à iudicando cum interdicamus, ipſi pronuntiemus. Nõ enim negamus, damnationem ſecuturam fuiſſe omnium, qui ex tam contaminato fonte prodijſſent, niſi Dei bonitas malo occurriſſet. Id autem ubi factum eſt, ſic nimirum decidenda erit quæſtio, ut quantum peccatum potuiſſet in damnationem, cõfiteamur: ac quantũ ei uirium ademptum ſit remedio iſto, quod Deus præbuit, itidem agnoſcamus. Ad alteram obiectionem ſic reſpondemus: Nos nunquam abſolute dixiſſe, peccatũ Originale nõ poſſe damnare. Sic enim in libro de baptiſmo teſtatus ſum, me ſolummodo de Chriſtianorum natis loqui, quod iſtos culpa Originalis damnare non poſſit: quod liber ipſe duobus locis palàm teſtatur. Vnde non parũ admirabar tragiea iſta: Videtis, quò ZVINGLIVS eat in quæſtione peccati Originalis: & : Quid is, niſi Chriſtum euacuat: Id autem non alia cauſa adiecimus, quàm quod de Chriſtianorũ natis certi ſumus, eos peccato Originali non damnari: de aliorum non itidem. quamuis, ut ingenue fatear, nobis probabilior uidetur ſententia quam docuimus, non temere pronunciandũ eſſe de gentilium quoq; natis, & eis qui opus legis faciũt ex lege intus digito Dei ſcripta. Hanc ergo concluſionem, Chriſtianorum natos Originali non damnari morbo, ad hunc modum confirmamus. Eorum qui ex Chriſtianis generanĩ parentibus, æqua eſt conditio cum his, qui ex Abraham prognati ſunt: ſed iſtos non perdebat Originalis morbus: Ergo nec illos, noſtros dico, perdet morbus iſte.

Originale peccatum an damnare poſſit.

Chriſtianorũ liberos originali morbo non dãnari.

Primam propoſitionem ſic probamus. Quorum eadem eſt Eccleſia, horum eadem eſt conditio: non aliter, quàm qui eiuſdem ſunt reipublicæ, fortuna quoq; eadem eſt. Vna autem atq; eadem eſt Eccleſia, quæ ex gentibus Iudæisq; compingi
D tur. Vna igitur eademq; conditio eſt. Horum teſtimonia paſſim in ſcripturis, atq; adeò ubertim inuenies, ut diutius in eis exponendis immorandum non ſit. Chriſtus ipſe teſtaĩ, ſe lapidem angularem eſſe, qui utrũq; parietem cõiungat, Matth. 21. Iterum dicit: Vnum paſtorem eſſe, & unum ouile, Iterum: eandem uineam, paremq; cultoribus mercedem definit, etiamſi bona pars eorum ſerius ueniſſent. Iterum ait: Venient ab oriente & occidente, & recumbent cum Deo Abrahã, Iſaac, & Iacob. Ergo nos iſtis coniuncti ſumus, non ipſi nobis. Iterum dicit: Pacem domui Zachei ueniſſe, eo quod ſit filius Abrahæ. Paulus in Romanorum Epiſtola cap. 11. perhibet iſtos ideo exectos, ut nos inſereremur. Ad Galatas cap. 3. Qui ex fide ſunt, inquit, hi ſunt filij Abrahæ. Ibidem: Igitur qui ex fide ſunt, benedicentur cum fideli Abraham. Petrus idem docet 1. cap. 2. Si ergo una eſt fides Abrahæ & noſtra: perinde enim ille fidebat Deo, per ſemẽ quod ei promiſſum erat, atq; nos: quàm quod nunc præſtitus eſt, cui iſti promiſſo tantum fidebant. Vnde clarũ ſit, quod una eſt amborũ Eccleſia. Erit ergo Eccleſia huius eadem quoq; ſors & conditio. Secundam autem propoſitionem, uidelicet quod Originale peccatũ non addixerit æternæ damnationi eos, qui ſecundũ promiſſionem nati erant ex Abraham, ſic firmamus. Iacob erat dilectus à Deo antequàm naſceretur, non ergo potuit eum Originale peccatum damnare. Sic Hieremias, ſic Ioannes, alij. Si dicas hoc nihil ad hanc rem facere, ſed ad electionem pertinere, ac prædeſtinationem: Recte ſanè. ergo ex electione eſt beatitudo & gratia: ſimiliter abiectio, non ex ſignorum ſiue ſacramentorum initiatione. Sed feſtinemus ad appertiora. Geñ. 17. cap. ſic alloquitur Deus Abraham: Statuam pactum meum inter me & te, & inter ſemen tuum poſt te, in generationes eorũ, fœdere ſempiterno, ut ſim Deus tuus, & ſeminis tui poſt te. Si ergo ſeminis Abrahæ Deum ſe pollicetur futurum, iam ſemen damnari non potuit propter culpam Originalem: loquitur autem de ſemine, quod ei ſecundum promiſſionem naſcebatur, Nam quorum Deus eſt, inter hos

Abrahæ filios originali peccato non damnari.

A hos & ipſum conſtat amicitia: ſi conſtat amicitia, nulla intercucnit propter naſcen
di conditionem damnatio. Quicquid autem de ſemine ſecundum promiſſionem
dicitur, idem de nobis, qui Chriſtianis parentibus nati ſumus, intelligendum eſt.
Nos enim ſecundũ Iſaac promiſſionis filij ſumus, ad Galatas capite quarto. Iam
ex ſigni initiatione patet, infantes Hebræorum nõ fuiſſe damnatos propter pec-
catum Originale: Signum enim circumciſionis, ſignum fœderis fuit. ſic enim ha-
betur iſtic, Geneſis decimoſeptimo: Hoc eſt pactum meum, quod obſeruabitis.
inter me & uos, & ſemen tuum poſt te. Circumcidetur ex uobis omne maſculi-
num, & circumcidetis carnem præputij ueſtri, ut ſit in ſignum fœderis, quod eſt
inter me & uos. Infans octo dierum circumcidetur in uobis. Omnis mas in ge-
nerationibus ueſtris, tam uernaculus quàm empticius, circumcidetur, &c. Hæc
uerba paulo uberius poſui, quod multa in eis contineantur utilia, non tantum ad
præſens argumentum, ſed ad præſentem quoq; tempeſtatem: quæ omnia breui-
bus oſtendam. Primo uidemus hîc pactum ſiue teſtamentum appellari, ſym- *Circũciſio, pactum ſiue teſtamentum.*
bolum teſtamenti, circumciſionem. Cur ergo tantopere digladiamur de poculo
cœnæ gratiarum actionis, quod ſit teſtamentum: cum Chriſtus nõ alia ratione uo
cauerit teſtamentum, quàm hic circumciſio teſtamentum appellatur? Metonymi
côs ſcilicet. transfertur enim ſignati nomen ad ſignum: ſic panis corpus, uinum
ſanguis per denominationem appellantur, quod ſymbola ſint harum rerum. Eſt
autem Hebræis ante alios mos, creberrimis uti tropis. eſt enim lingua eorum ut *Hebræorum lingua tropis referta.*
anguſta, ita troporum denſitate auguſta: uelut enim cogit linguæ parſimonia ad
troporum uim conuerti. Quid operam damus linguis, cũ denuo hûc reuertimur,
unde pontificios deturbauimus? Iſti tropos non admittebant, cum tu diceres tro-
pum eſſe, Qui manducat meam carnem: &, Caro mea uere eſt cibus. ſed ſic im-
B portunabantur: Verba ſunt clara, ſunt ſimplicia, ſunt ſacramentis Eccleſiæ confor
mia. Si nunc ipſi ad eum modum de his uerbis, Hic panis eſt corpus meum, uoci
feremus: Tropũ nolumus, uerba ſunt ſimplicia, plana, ſacroſancta, dilucida: nón-
ne ſimiles horum reddimur? Imò cur tãtis uiribus obſtitimus, ne iſta longe clario-
ra, Caro mea uere eſt cibus (habet enim notam Vere) ad literam exigerent: cum
nos iſto loco, Hoc eſt corpus meum, idem agamus, quod ipſi pontificij? Sed de
hoc aliâs. Neq; eñ hic locus eſt uberius, quàm antea fecimus, de iſto metonymia
rum Hebraicarum genere dicendi. Secundo uidemus idem ſignũ, uocari ſignũ
fœderis, quod iam iam pactum appellatum erat. Tertio eſt ſignum eius fœderis,
quod erat inter Deum & Abraham. Ergo infantes quoq; erãt in fœdere: dabatur
enim eis ſignum, ut eſſet indicio, eos perinde eſſe in fœdere atq; Abrahamum. Igi
tur & noſtri non minus ſunt in fœdere, quàm iſti: nos enim ſumus promiſſionis fi
lij, ut ex Galatis paulo ante diximus. Quarto circumciduntur etiã uernaculi, atq;
empticij. unde familiam quoque uidemus adnumerari patrono ſiue domino:
quod uehementer Catabaptiſtas male habet. Sed nõ ſpectant liberã electionem
Dei, & ſalutem putant cum pontificijs alligatã eſſe ſymbolis. Paulus ſic habet
Galat. 4. Superna uero Hieruſalem libera eſt, quę eſt mater omniũ noſtrorum.
Hæc mater alia non eſt, quàm Chriſti liberatio. Sic enim paulò poſt ait: In ea liber
tate, qua nos Chriſtus liberauit, ſtare. Si ergo à peccato originali liberi non reddi-
mur, naſcendo à Chriſtianis parentibus: deterior eſt conditio eorum, qui poſt ad-
uentum Chriſti in Chriſto ſunt, quàm priorum: quod non tam ſtultum eſt, quàm im-
pium. Nõ loquitur enim Paulus de libertate carnali, ſed legis: Quod ſi à lege libe
rati ſumus, nõ poterit nos damnare originale peccatum: iſtud enim ui legis tranſ-
greſſæ damnaret. Item Rom. 11. alludit ad hanc ſententiã adeò aperte Paulus, ut
aliud agẽs, nempe de electione Iudæorũ & Gentiũ: clariſſime tamẽ uideat in hac

C. noſtra ſententia fuiſſe, cum ait: Si primitiæ ſanctæ, ergo & tota conſperſio. Etſi ra-
dix ſancta, ęque & rami ſancti ſunt. Neq; hic infantium à peccato originali immu
nitatem ad parentū ſanctitatem alligo, ſed ad eligentis Dei: quo modo neq; apud
ueteres, pueri propter maſſæ ſiue conſperſionis ſanctitatem propriam, immunes
fuerunt ab eo, attamen teſtamenti conſortes: ſed ex bonitate eligentis & uocantis
Dei. Idem agit Rom. 5. Sed manifeſtiſſime omnium, cū poſt multa quę ad hanc
ſententiam faciunt, ſic tandem inquit: Sicut enim per inobedientiam unius homi
nis tota multitudo peccatores conſtituti ſumus, ſic etiam per obedientiam unius
iuſti, tota multitudo iuſti ſumus conſtituti. Vbi enim abundauit peccatum, ſuper-
abundauit gratia: ut quemadmodum regnauit peccatū in morte, ſic & gratia per
iuſtitiam regnet ad uitam æternam per Ieſum Chriſtum. Hic quæro, an peccatū
Originale ex Adam profectum ſit, nec ne? Si nō, cur damnatur Pelagius? Sed me
rito damnatur ex hoc teſtimonio, alijsq; de quibus ſuprà dictum eſt. ſi etiam, er-
go quicquid mali Adam peccando dedit, hoc per gratiam Chriſti curatum eſt.

Infantium ab originali peccato immunitas.

οἱ πολλοί, multitudo, populus, plebs.

Factus enim erat prior Adam in animam uiuam, ſecundus autem in ſpiritū ui-
uificantem. Breuiter, ſicut Adami peccatū generationem ſic corrupit, ut nihil niſi
uitiatum naſcatur: ſic iuſtitia Chriſti ipſam reſtituit, ut corruptio nō noceat, niſi ubi
adoleuimus contra legem faciendo, denuo noſtra culpa pereamus perfidi. Nam
qui Chriſto fidunt, non damnantur, etiam ſi contra legem uenerunt: quanto mi-
nus damnantur qui in Chriſto ſunt, nec quicquā admiſerunt? Originale & actua
le peccatum perinde oportet per Chriſtum curatum eſſe confiteri, atq; cōfitemur
D ab Adam eſſe datum. Verba ſeipſis adeò ſunt manifeſta, ut multam tractationem
refugiant. Atq; hic non immerito queritur, an uero Chriſtus genus uniuerſum
reſtituerit, an fidelium eccleſiam tantum? Quamuis ergo ad hanc quæſtionē pau
cis reſpondere potuiſſemus, Chriſtum prorſus ſanando tantum profuiſſe, quan-
tum nocuit Adam peccando: Porrò Adam infecit uniuerſam conſperſionem pec
cato originali, ergo Chriſtus uniuerſam reſtituit: Noluimus tamen ſententiā iſtā
proferre, cum quod nonnulla uidentur obſtare: tum quod non uideam, an aliqui
eam tenuerint. ſed hoc modo dixi, Chriſtianorum liberos damnare non poſſe pec
catum Originale, hac ex cauſa, quod etſi peccatum ſecundum legem quidem da
mnaret, ſed propter remedium per Chriſtū exhibitum, damnare non poteſt: hos
præſertim, qui in eo teſtamento ſunt, quod cum Abraham pepigit. nā de his alia
quoq; firma & clara teſtimonia habemus: de alijs, qui ſunt extra eccleſiā nati, nō
habemus aliud quàm præſens teſtimonium, quod ego ſciam, & ſimilia hoc quin
to Rom. capite, quo probari poſſit eos, qui extra eccleſiam naſcuntur, mūdos eſſe
ab Originali contaminatione. Quod ſi quis de his quoq; dicet probabilius eſſe, ut
gentilium liberi per Chriſtum ſeruentur, quàm ut damnentur: iam certe minus
euacuabit Chriſtum, quàm hi, qui intra eccleſiam natos damnant, ſi citra lauacrū
baptiſmi moriantur: & plus autoritatis ac fundamenti habebit in ſcripturis, quàm
hi qui hoc negant. Nam is nihil aliud adſereret, quàm gentilium quoq; liberos,
dum teneri ſunt, propter uitium originale non damnari: id autem beneficio Chri
ſti. adultis autem nihil gratiæ reliquum eſſe, eo quod non fiderent Chriſto. Si ue-
ro operibus oſtenderent legem in cordibus ſuis eſſe ſcriptam, neq; falleret hypo-
criſis: iam ſatis auditum eſt, eos inter circumciſos cōputandos eſſe. Vbi enim ope
ra fiunt Deo digna, iſthic dudum fuit in Deum religio. Probant hoc Ietro, cuius
pectus ſic cœleſtis ſapientia imbuerat, ut etiam Moſi, qui coràm cum Deo loque-
batur, in condendis legibus eſſet auxilio: & Cornelius Centurio, cuius Deus elee
moſynas orationesq; reſpexit, antequàm Euangelium ei eſſet expoſitum. Diceret
igitur aliquis, per Chriſtum naturam eſſe reſtitutam, iam ea ſequerentur quæ dixi
mus.

Vniuerſumne genus reſtituerit Chriſtus, an fideles tantum.

A mus. Si uero Eccleſiam ſuam tantum, iam ſequeretur non tam late patere ſalu
tem per Chriſtum, quàm late graſſatur morbus ex Adam. Nemo enim eſt, arbi-
tror, qui neget gentilium liberos perinde naſci cum propenſione ad peccandum,
atq; noſtros. Veruntamen utcunque res habeat de gentilium liberis: poſſet enim
quis, nec fortaſſe iniuria, iſtos Pauli ſermones, Vbi abundauit peccatum, ſuper-
abundauit gratia. &: Quemadmodum regnauit peccatum in morte, ſic & gratia
regnat ad uitam æternam per Ieſum Chriſtum: & ſimiles, ſynecdochicos dictos
eſſe contendere, neq; de alijs quàm fidelibus, eorumq; liberis eſſe intelligendos:
ideo nos quoq; liberationem ab Originali peccato iſtis tantū tribuimus, alijs Dei
iudicio relictis. Eſto enim audaces homunculi quoſdam æternæ morti adiudice-
mus, de quibus uerbum Dei appertum non habemus, nūquid ideo uere damna-
ti ſunt? Occurrit & iſtud: Si Gentilis oſtendit operibus legis legem in corde ſuo
eſſe ſcriptam, & Paulus eum uere præfert circunciſo: Ergo iam euacuatur fides,
& recidit res omnis ad opera. Ad hoc ſic reſpondemus: Paulum præſupponere,
quod qui opus legis facit, ex fide faciat. in hoc enim argumento ſudat, quod mul
ti iactabant fidem Abrahæ, iſto, quod circunciſi eſſent, hos probat fidem non ha-
bere, ſi fidei opera non faciant: quomodo Iacobus quoq; intelligendus eſt. Con-
tra uero, incircumciſum, ſi ex fide ſcilicet (quis enim probaret, quæ ex hypocriſi
fiunt?) id opus faciat quod lex iubet, iam palàm oſtendat, timorem Dei in corde
ipſius eſſe ſcriptum. Requirit ergo fidem ante omnia. Eam autem perhibet nō uo
lentis neq; currentis, ſed miſerantis Dei eſſe. Non ergo eſt ſignis alligata religio,
pietas, ὁσιότης, ſanctitas. quanquam à ſignis abeſſe non decet eos, qui iam docti
ſunt: ut experimentū dent reliquis, cui nomen dederint, ac eccleſiæ unitati accen-
ſeantur. Sed neq; iſtud prætereundum eſt, ſiue noſtros, ſiue gentilium liberos, ſi
B modo uinceret ſententia, quod natura eſſet in uniuerſum per Chriſtum, quod ad
hanc maculam pertinet, reſtituta: quam diu legis capaces nō ſunt, in ſtatu eſſe in-
nocētiæ: quod nos incūctanter de noſtris aſſeruimus, fulti autoritate Pauli ad Ro
manos 4. Vbi enim non eſt lex, ibi nec præuaricatio. Sunt autem teneri, inexper-
ti, legumq; rudes, non minus ſine lege quàm Paulus: ergo non tranſgrediuntur,
perindeq; nec damnantur. Perhibet autem Paulus, ſe aliquando ſine lege uixiſſe,
Rom. 7. id autem de nulla ætatis ipſius parte, quàm infantia pueritiáue intelligen
dum eſt. peccatum ergo tum ei mortuum fuerit. At ubi lex uixerit, iam ſe mortuū
eſſe teſtatur. Eodem modo nos, quàm diu ſumus per ætatem rudes legis, non pec
camus ipſi: ubi uero lux legis adfulſit, iam rei reddimur. Ac ſi fides adſit, non ceſſa
mus eniti quod lex iubet: ac ſimul in omni opera ſuccumbentes, clamamus, Re-
mitte nobis debita noſtra: fiduciaq; certa Domino adhæremus, qui per filium ſuū
omnia condonat. Nunc ad poſtremam partem accedemus, in qua iſtud iugum
ſuſcepimus probandum, quod uitium Originale ſolo ſanguine Chriſti tollitur: &
quod lauacro baptiſmi tolli nequit. Priorem partem ſic præſtamus. Contigerunt
priſcis omnia in figura, maxime tamen omniū fuit uarius iſte oblationis pecuinæ
ritus, myſterium & figura uniuerſalis oblationis, quæ perfectione ſua ueteres o-
mnes ſiſteret, quod præ alijs luculenter prædicat Daniel cap. 9. & 12. At in iſtis
inter prima requirebantur integritas ac mundicia. Cum ergo Deus manifeſte ne
get ſe his hoſtijs delectari, paſſim apud prophetas, conſtat beluinam mundiciam
non aliud ſignificaſſe, quàm oblationem, quæ conſcientias eſſet mūdatura, mun-
diſſimā eſſe oportere. At quæ creatura tam munda erat, ut oblatio fieri pro immun
dis poſſit coram ſummo bono? aut quæ non fuiſſet uel hoc ipſo immunda facta, ſi
ſeſe obtuliſſet in ſacrificium pro peccatoribus? Oportuit enim uoluntariam ac li-
beram oblationem eſſe, quod uota libera olim portendebant. & Paulus Heb. 10.
docet:

Signa quid faciant ad pietatem.

Originale peccatum ſolo ſanguine Chriſti tolli.

C docet: Voluntarie quoq; peccauerat Adam. Cum ergo creatura nulla potuerit citra arrogantiam hoc ſumere, fit manifeſtum, nulla re potuiſſe conciliari diuinam iuſtitiam, quàm Dei filio, per quem conditus erat homo: ut per eum reſtitueretur, per quem creatus erat. Medico ante omnia neceſſaria eſt morbi cognitio, id q̃d nemo negat. Cum ergo animus hominis ægrotaret, nemo ei potuit medelam præſtare, quàm qui morbum examuſſim cognoſceret. Id autem nemo potuit quàm is, qui Deus eſt: ipſe enim ſolus nouit cor filiorum hominum. 3. Reg. 8. Nõ potuit ergo ſaluti humana mens reſtitui alio, ſiue medico, ſiue pharmaco, q̃ Deo.

Homo à ſolo Dei filio redimi potuit.

Cum diuus Baptiſta inquiebat: Ecce agnus, qui tollit peccatum mundi: planè oſtendit, nihil omnium eſſe quod poſſit mũdum expiare, niſi hũc agnum ſolum. hûc enim tendit. Poſtremo teſtatur ueritas ipſa, quoniam ipſum oportuerit mori. Cum ergo ipſum mori oportuit, nõ potuit alius alia quacunq; re huic malo mederi. Sic autem ait Matth. 26. Filius hominis uadit ſicut ſcriptum eſt de illo. Ibidem: Sic oportet fieri. Lucæ 24. Nónne iſta oportuit Chriſtum pati, & ſic intrare in gloriam ſuam? Marci 8. Oportet filium hominis pati. Io. 3. Exaltari oportet filiũ hominis, ut omnis qui fidit ipſo, non pereat, ſed habeat uitam æternam. Conſtituit igit̃ diuina prouidentia filio ſuo mundum ſibi reconciliare. Nefas ergo eſto, uel inquirere, an alia ratione, aliõue autore negotium perfici potuerit. Ex his facile probatur, quod baptiſmi lauacro nullũ prorſus peccatum tollitur. Agnus enĩ Chriſtus tollit peccatum mundi. Et Ioan. 1. cap. 2. ſic intonat: Ipſe eſt propiciatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi. Ibidem cap. 1. Sanguis Ieſu Chriſti filij eius emundat nos ab omni peccato. Qui ab omni dixit, nihil obmiſit. Sanguis ergo mundat etiam ab Originali peccato, nõ lauacrum baptiſmi. Cuius ſi diuina teſtimonia nõ haberemus, iam teſtarentur ſpi-

Baptiſmo peccatum nullum tolli.

D ritus, aqua, & ſanguis: de quibus 1. Ioan. 5. ſic loquit̃: Qui eſt qui uincit mundũ, niſi qui credit quod Ieſus eſt filius Dei? Hic eſt, qui uenit per aquam & ſanguinẽ Ieſus Chriſtus: non in aqua ſolum, ſed in aqua & ſanguine. ſpiritus quoq; teſtat̃; nam ſpiritus ueritas eſt. Tres ſunt enim qui teſtimoniũ dant, ſpiritus, aqua, & ſanguis: & hi tres unum uel ſimul ſunt. Aqua igitur, hoc eſt, cœleſtis doctrina, quam ſpiritus in cordibus noſtris uegetat, ut ſanguini Chriſti fidamus, ſatis docet externa iſta conſcientiam non poſſe mundare: alioqui ſuperuacanea eſſet mors Chriſti, ſi rebus corporeis incorporea ſubſtantia animæ purificari poſſet. Cuius ſententiæ teſtimonium apud Paulum habemus Heb. 9. Quæ res parabola fuit iſto tempore, quod tum erat, quo dona & ſacrificia offerebantur: quæ non poſſunt conſcientiam perficere eius, qui ipſa facit. tantum enim in cibis & potibus ac uarijs ablutionibus, carniſq; iuſticijs uſq; ad tempus correctionis poſita fuerãt. Quibus uerbis Apoſtoli liquidò uidemus, externa iſta nihil pollere ad perficiendam conſcientiam. Hoc tamen ſimul annotandum eſt, Baptiſmum nonnunquam accipi pro ſanguine aut paſſione Chriſti. Id autem iterum per metonymiam, cum ſcilicet nomen ſigni ad ſignatum transfertur: eſt enim metonymia nominum translatio. Vt cum Petrus 1. cap. 3. docet, nos per Baptiſmum eodem modo ſeruari, quo ſeruabantur olim in arca: non hercle intelligit lauacrum baptiſmi, ſed Chriſtum ipſum, aut ſanguinem eius, ac mortem. his enim redempti ſumus: quemadmodum Apoſtolus ipſe è ueſtigio exponit. Videmus hic obiter, iterum ſignum accipi pro eo, cuius eſt ſignum. Quàm ſtultus ergo uideretur, qui propter uerba contenderet, nos aqua baptiſmi à peccatis ablui? Sic ergo, quæ ad Epheſios cap. 5. de lauacro aquæ, quod uerbo fit, dicta ſunt: & Rom. 6. nõ ſunt ad literam exigenda, ſed figuratarum locutionum uis per fidem, cœleſtiumq; rerum ſcientiam expendenda nobis eſt. Iam & hoc excidere pati nõ debemus, quod Baptiſmus Ec-

Aqua.

Baptiſmus p ſanguine et paſſione Chriſti.

Baptiſmus eccleſiæ Chriſti ſignum.

cleſię

Baptiſmus quale ſignum ecclesiae ſit.

A cleſiæ Chriſti ſignum eſt, non aliter quàm exercitus aliquis ſignatur: non quod ſignum hoc coniungat Eccleſiæ, ſed qui ei iam coniunctus eſt, publicam teſſeram accipit. ſicut nemo in exercitum ſcribitur, eo quod ſignum induit (alioquin & hoſtes & proditores, qui nõnunquam ſigna per inſidias uariant, de exerciiu eſſent:) ſed is, qui in exercitum iam ſcriptus eſt, ſigno publico dignus ducitur, quo omnibus manifeſtus fiat, nomẽ dediſſe duci ei, ſub quo militaturum promiſit. Huius ſententiæ nobile argumentum habemus in Actis Apoſtolicis cap. 2. Omnes autem qui credebant, erãt ſimul, & habebant omnia communia: & poſſeſſiones ac res uendebãt, & diuidebant ea omnibus, pro ut quiſq; opus habebat, &c. At qui ad hunc modum ſimul erant, iam antea ſermonem receperant ac baptizati erant. Inter iſtos indubitatum eſt: liberos quoq; ipſorum fuiſſe: alioquin enim feris fuiſſent primitiæ iſtæ fidelium immaniores. Quæ res duplex nobis argumentum præbet: unum, quod infantes iſti non minus ſunt in Eccleſiam cenſi, quàm parentes ipſorum: ſecundum, quod æque baptizati ſunt atq; parentes, de qua re aliâs plura. Iam & iſtud efficax teſtimonium eſt, baptiſmo nihil fieri, quàm cõſignationem eius, qui Eccleſiæ connumeratur. quod 1. Corinth. 10. ſcribit Paulus; Patres noſtri omnes ſub nubem fuerunt, & omnes per mare tranſierunt, & omnes in Moſen baptizati ſunt in nube & in mari, & omnes eandem eſcam ſpiritualem ederũt, & omnes idem poculum ſpiritale biberunt, &c. Conſtat autem quod non eo ritu baptiſmi, quo nos utimur, initiati ſunt. Cum ergo dicit eos nube & mari baptizatos, iam fit manifeſtum, Baptiſmum non plus poſſe ad iuſtificationem noſtrã, quàm apud iſtos mare ac nebula. His autem humectabãtur, qui Aegypto exierant, ac in Synagoga populi Dei erant: ſic qui ex ſeruitute diaboli per Chriſtum exierũt, baptiſmi lauacro perfundunt. Probat enim Diuus Auguſtinus, ſigna diuerſa fuiſſe

Signa.

Fides.

B illis atq; nobis, ſed eandem fidem. Signa igitur nihil quàm externæ res ſunt, quibus nihil in conſcientia efficitur: fides autem ſola eſt qua beamur. ea uero fides, quæ Dei promiſſis ueraciter ac firmiter hæret. Symbola igitur ſunt externa iſta rerum ſpiritualium, & ipſa minime ſunt ſpiritualia, nec quicquam ſpirituale in nobis perficiunt: ſed ſunt eorum, qui ſpirituales ſunt, ueluti teſſeræ. Statueram omnia diligẽtius componere, quàm permiſerit tempus. feſtinare enim coëgit nundinarum propinquitas & procraſtinatio, qua occupationes innumeræ uniuerſa noſtra uſq; in breuem aliquem articulum contrudunt: quo deinde ſubito pręſtanda ſunt, quæ promiſeris. Per epilogum ergo breuibus omnium ſummam expediam.

Epilogus, & ſumma de originali peccato ſententia.

Hæc noſtra eſt de Originali peccato ſententia: Vitium eſſe ac morbum, qui ceu mulcta primis parentibus inflictus eſt: quorũ propagatio ſic uitiata eſt tranſgreſſione, ut quicquid inde naſcatur, ad peccãdum propendeat: ac niſi diuina clementia mature de remedio efficaci prouidiſſet, perijſſent quotquot ex hoc fonte nati fuerunt. Dei ergo bonitas per filij ſui mortem huic cladi occurrit, ut tametſi reliquiæ peccati Originalis, puta φιλαυτίας, ingenium tenaciter adhereſcat: non tamen nocere poſſit his, qui ſunt in Chriſto Ieſu. haud enim aliter poteſt damnare peccatũ Originale, quàm lex: quæ ultra damnare non poteſt, etiamſi nunquã non peccemus. nihil enim damnationis ſupereſt his, qui ſunt in Chriſto Ieſu: Romano. 8. Contaminatur quidem generatio noſtra propenſione ad peccãdum, at non nocet contaminatio: uenenum enim ademptum eſt ei per Chriſtum. In Chriſto autem ſunt nõ modo parentes, quos miſericordia diuina in fidei lucem ac gratiam induxit: ſed eorum quoq; liberi non minus, quàm qui ex Abraham ſecundum promiſſionem nati ſunt. Eadem enim eſt fides, ac idem teſtamentum ſiue fœdus, quantum ad interiorem hominem attinet. Perinde enim priſci illi miſericordia Dei nitebantur per promiſſum Chriſtum, atq; nos per exhibitum. Is ergo ſuo

C ſanguine ſic, quicquid damnare potuit, expiauit, ut nihil ſuperſit quod tyrannidē ſuam in nos exercere poſſit: non caro, non lex, non diabolus princeps mundi huius: ſic quoq; apud patrē morte ſua omnia impetrauit, ut quicquid in nomine eius petamus, detur. Vnde creatura nulla ſic coli, aut in hoc precio haberi debet, quaſi quid poſſit, ſiue ad conſcientiarum noſtrarum emundationem, ſiue animæ ſalutem. Atq; hæc omnia ſic ſentio, ut ſi quis nos manifeſti erroris ſcripturæ ueræ ſacræ teſtimonijs arguerit, non modo ab errore auelli, ſed ei qui auellit, gratiam habere ſtatuerim. Hæc ſunt Vrbane doctiſſime, quæ apud nos de peccato Originali aliquandiu reputauimus. Vidimus & ueteres aliquando in hac re, ſed quàm obſcurā ſint atq; inuoluta, ne dicā humana potius, quàm cœleſti doctrina fulta, ipſe quoq; arbitror dices, ubi ad eos denuò redieris: nobis enim ad eos redeundi ociū non fuit, atq; hoc ex annis aliquot. Quo enim quæſo ſcripturæ teſtimonio nititur, Baptiſmo tolli peccatum Originale, aut gratiam eo conferri: niſi baptiſmi ſigno Chriſtum, qui eo ſignatur, intelligas? in illo enim ſunt nobis omnia ſeruata. Quanto durius definitur, Chriſtianorum liberos, ſi tincti non ſint, æternæ damnationi alligari? atq; hoc citra omnem ſcripturam. quæ enim hûc torquentur, quàm quæſo abhorrent ab eorum iſta ſententia? Nos ergo in hoc oro ſimus, ut pietatem Chriſtianam & anxie & pure deprædicemus: non ſimus ante tempus anxij, quo modo miſſa aboleatur, aut imagines exautorentur: ſed in hoc ſudemus, ut pectora mundo dedita, creatori ſuo teſtituantur. iam cecidit miſſa, ſtatuæ ſua puto ſponte aufugient: fruſtra enim exterminabimus tam hæc quàm alia, niſi publica pietas releget. Quod ubi factum erit, iam nequicquam tentabunt reſtituere omnes mundi principes: nihil enim prædæ aſportabunt, niſi maceria occurrat aliqua, quemadmodum Balaā, quæ pedem acrius abſtergat. Non enim mentitur, qui dixit, lapidem iſtum aut offendentem confracturum, aut in quem ceciderit comminuturum.

Huc facit parabola uulnerati & Samaritæ Lucæ 10.

D Nobis ſic tutis, Dei præſidio, uiuendum eſt ac intrepidis: ut ſi fractus illabatur orbis, impauidos feriant ruinæ. Quot uides gentilium, morte (quā omnes dum omnia ſunt ſecunda, fugimus: cōtraria dum ſunt, uocamus:) glorioſos ac honoratos eſſe factos? bene enim uſi ſunt re, iuxta uulgi opinionem, omniū acerbiſſima. Et nos tā fidi tamq; noſtri amantes Imperatoris, ut ſe ante nos periculo obiecerit, milites cunctatemur? Præſertim cum noſtræ ſpes nō ſpectent inane lucrum comparandi nominis, ſed poſſeſſionem æternæ hæreditatis, non hercle uulgaris: niſi tenuia ſunt, quæ Deus filio ſuo unigenito dedit, eius enim cohæredes ſumus. Pugnemus ergo ex æquo acriter & prudenter: cauſam enim iuſtiſſimam tuemur, in qua non dubitamus quicquām ſubeſſe fraudis. Iactent in nos de aduerſariorū exercitu militares iſtas cōtumelias, proditores, fures, imbelles. Nihil iſta curemus cauſæ confiſi. Hûc pro dolor audaciæ uentum eſt, ut cuius ipſi maxime ſumus rei, alios accuſemus: bella uidelicet ἀιδυπφορᾷ præuenientes, quod in nos meritò iactari poſſet, ut aduerſarius occupetur in procurando uulnere, nec ei momentum ullum referiendi detur. Sed acuta iſta licet ſint, non tamen magis penetrant quàm ariſtæ: quibus nihil eſt acutius, at ſimul nihil inefficatius. Tu omnia chariſſime in Domino frater æqui boniq; conſule. Oremus Dominum pro nobis mutuo, ut opus ſuum, quod cœpit, perficiat: & corda noſtra ſic firmet, ut eius gloriæ nuſquam deſimus. Vale, ac ſaluos iube Ranam & Agricolam: quibus tam abeſt, ut male cupiam, ut anxijs uotis à Domino petam, ut fidum eorum in Euangelio miniſterium & faciat & fulciat. Tiguri quintadecima die Auguſti. Anno M. D. XXVI.

ORATIO

A ORATIO OECOLAMPADII, DE EXPOSTVLATIONE CHRISTI
cum Petro, pedum ablutionem recuſante, habita ad Clerum Auguſtenſem.

QVANQVAM multa ſint, domini, patresq; obſeruandiſſimi, quæ in
hac decentiſſima corona ueſtra dici & poſſent & debeāt. (Quem enī
non iuuaret audire, uel de charitate non ficta, uel de humilitate, uel
de mutuis obſequijs, quæ nobis iam euangelica lectione, anniuerſa-
rioq; hoc ſpectaculo inſinuantur, imò ante oculos proponuntur,) at
uerba inter Chriſtum & Petrum ultro citroq; habita, tantam præ ſe ferunt genero
ſitatem, tantis turgent myſterijs, tantū pollicentur commodi, tantum oſtentant ſa
pientiæ, ut iure ſibi totam depoſcant orationem. Neq; enim ſolius Petri perſonam *Petri perſona.*
agit Petrus, ſed omnium qui aut cum pietate ſcientiam non iungunt, aut in ſuis ui
ribus ſpem collocant. Neq; Petrum ſolum Chriſtus arguit, ſed in Petro omnes di
ctis ſuis minus obaudientes, roboriq; carnis ſuæ innitentes percellit. Et quotuſ-
quiſq; per omnia paret Chriſto, & non obluctatur interdum cum Petro? Et quo-
tuſquiſq; ita ſe totum abijcit, totusq; Chriſto cedit, & non aliqua ex parte cum Pe
tro, nullo ſibi opus Chriſti lauacro autumet? Pauci equidem, & forte uix unus &
alter. Proinde de re tam utili neceſſariaq; dicturo, fauete queſo auribus, imò audi-
te cordibus: utq; recte meas agam partes, & ſtipate me precibus. Maximi quiq;
etiam apud gentiles, præclaras grauesq; ſententias breuibus uerbis olim comple
xi ſunt. Cum autem & Petrus & Chriſtus parce admodum loquantur, ſermones
eorū non uerborū numero, ſed pondere, adeoq; reipſa expendere oportet. Quo-
circa ad declarandos eos duas orationes inſtituemus, quarum altera: nempe prio
ri, uerba Petri: altera poſteriori, uerba Chriſti explicare conabimur. Petrus igi- *Petri uerba ad Chriſtum.*
tur ubi ante ſe magiſtrum prociduum curuari uidet, animoaduertitq; ſecum, quis
B nam? quantus? qualis? noua inopinaq; re attonitus, quid ſuſpicandum? quid lo-
quendum? haud ſatis gnarus: animi ſententiam uerbis, ut uidetur, minus pruden
tibus quàm modeſtis, re autem ipſa minus modeſtis quàm imprudentibus magi
ſtrū à cepto repellere tentabat, dicens: Domine tu mihi lauas pedes? & dein, Non
lauabis mihi pedes in æternum. Quibus uerbis dicebat: Quid hoc portenti eſt?
Domine. Ego relictis ſagena, nauicula, amicis, & omnibus, tuo magiſterio nomē
dedi, ut te ſequerer, tibi parerem, tibi miniſtrarem, nullumq; in te prætermitterem
officium. Nam quod cæteros, neq; caro, neq; ſanguis, neq; ſi quid aliud ſapientiæ
opinionem præſtat, docere potuit: id mihi ſpiritus patris, certe & tuus reuelauit:
locutusq; eſt in pectore meo, eſſe te filium Dei uiui, quem ſibi ab æterno coæter-
num æternus Pater genuit, cuiq; omnem ſubſtantiam ſuam communicauit, ita ut
nihil ſit patris, quod non item filij: & cū omnia ſint filij, nihilo tamen minus abun
dans ſit pater, omnipotens pater, omnipotens & tu. Nouit pater omnia, & à te ni
hil eſt occultum. Aeternus ille, nec tibi temporum curriculis fluxerunt anni: miſe
ricordiarum ille pater, & miſericordiæ tuæ innumeræ ſunt. Iuſtus ille, ſed te iudi-
cem omnibus præfecit: ab eo rerum omnium ſcaturigo ebullijt creando, ſed in te
principio. Operatur pater etiamnum, ſed te cooperario. Pater fons eſt luminum,
at in tuo lumine uidemus lumen. Pater uitæ beatæ pelagus eſt inexhauſtum, ha-
bes & tu uerba uitæ æternæ. Tantus quidē es apud patrem, imò per omnia æqua
lis illi es. Quātus quantus ergo habendus apud nos? Patriarchæ, prophetæq; no
ſtri, ut uiderent diem tuum, gauiſi ſunt: magnam etiam felicitatis partem aſſecu-
tos ſe credebant, ſi aut poſteriora tua, aut alia tenuia diuinitatis liniamenta uidere
illis dabatur. Quod ſi nunc liceret eis aſpicere nobiſcū quæ uidemus, audire quæ
audimus, quàm ſe beatos putarent? quàm ſe demitterent? quàm genicularentur?
quàm exultarent? Non foret graue centenario Abrahamo tranſeuntem te indu-

C cere, & hoſpitis lauare pedes. Non puderet Dauidem ante te cum lyra & cithara
præſultantem myſticum agere hiſtrionem, quantumuis ſuperba Micol irrideat.
Vidimus ipſi in monte Itabyrio, cum ſeſe nobis maieſtas tua fulgidius aperiret,
quod tibi teſtimonium, quem honorem, quam uenerationem præcipui illi pro-
phetarum, patriarcharumꝗ uertices exhiberent. Et quis ego? aut quæ domus pa
tris mei, ut melior uidear mihi patriarchis & prophetis? Abſit à me, ne hoc Phari-
ſæorum adulterer fermento, ut aut de te minus quàm ſis, ſentiã: aut minus quàm
par ſit, in te ſim officioſus, imò ruſticiſſimus ſimul ac ingratiſſimus habear, ſi admi
ſero, quod ante diſcipulum magiſter, ante tenebras ſol, ante hominem Deus pro
cumbas. Terret me patris cœleſtis reuerentia, ne hac te afficiam contumelia. Ter
rent patriarchæ & prophetæ, quibus tantum tui deſyderium. Terret deniꝗ con-
ſcientia tot beneficiorum, quæ à te accepimus. In diſcipulos ſegregati, arcanis ad-
miſſi, autoritate decorati ſumus. Fugiunt ad imperium noſtrum morbi. Fugiunt
& dæmones: non audent nos accuſare phariſæi, non audent nobis ſe æquare Io-
annis diſcipuli. Sileo uberrimam illam doctrinæ tuæ dulcedinem, dulciſſimamꝗ
ubertatem. Tranſeo miraculorum tuorũ incomparabilem poteſtatem, prætereo
innumera. Iam quid reliquum ſpei? ſi tam ruſtici fuerimus. Indigni profecto, qui
duodecim illas ſedes occupemus, tecum futuri & reges & iudices orbis terrarũ.
Minus fortaſſis hæc aliorum mentibus inſident, qui id ante me ſimpliciter magis
quàm arroganter permiſerũt. Ego autem quî feram? quomodo diſſimulabo? Plus
accepi, plus debeo. Nam quãtum illud honoris? quod ſocrũ curaſti, quod ſupra
petram confeſſionis meæ fundaturum te eccleſiam pollicitus es, mihiꝗ tradide-
ris claues regni cœlorum. Helias cœlum aperuit, & pluit: clauſit, & ſiccitatem in-
D duxit. Moyſes flumina ex petra elicuit. At nouũ & excellentius cœlum hoc eſt,
quod ego tuis aperiam. Noua & feracior tellus eſt, quæ uberrimis & perennibus
mihi manabit aquis. Nulla item inferorum poteſtas aduerſus me præualitura eſt.
Et quid multa? Horreo, horreo totus mecũ, diſſidensꝗ ſecum mens pugnat, imò
ſeipſam refugit, neꝗ ullis uel exemplorum, uel rationum præſidijs nititur: quibus
tametſi uellet maxime, diſſimulare poſſit conſcientiam. Seruiunt tibi angeli, cœli
cœlorumꝗ uirtutes te tremunt, Angelorum principes te uenerantur. pedum tuo
rum ueſtigia reges adorabunt, In nomine tuo genu omne flectetur, Te adorabit
omnis terra, Confitebuntur te omnes populi: Ioannes etiam, nimirum ſi uerticem
tuum tangere formidarit. Et ego quis? ad Ioannẽ popularis, ad reges piſcator, ad
angelos puluis: ut immundos hoſce pedores, ne dicam pedes, ablui ſinam? Scio,
& ſat ſcio, cui me rectius adiungã: Centurioni, quippe conſcius, quàm indignus
ſim, cuius tecta ſubeas. iam & publicani & meretrices nos multo præcedunt. Ma
gdalena illa attulit pro aqua lachrymas, pro lintheo capillos, pro ſcabello caput,
lauit, unxit, refrigerauit. Quid nos talium egimus? Quin ſocordes idipſum mini-
ſterij uellicabamus, perinde atꝗ pauperum cura diligentior nobis quàm Chriſti
habenda eſſet. Iure cum ſupercilioſo Simone reprehendimur, imò magis quàm il
le, qui domo ſemel te excepit, & male audijt ob intermiſſum officium. At qui nos
dediticij tui, & uernaculi, & domeſtici, & amici uocati, quid talium egimus? Prò
pudor. Mulierum lachrymas, pœnitentiam, pietatem, modeſtiam, liberalitatem,
cæterasꝗ uirtutes amplecti depudeſcimus? At luxum, delitias, ignauiam, ſuper-
biam, & faſtum, nullaꝗ non uitia, imitari gaudemus? Abigail ſeruorũ Dauid pe-
des ut abluere poſſet, orabat. Nos uero Dauid filio, uere pacifico, uere dilecto, ue
ro regi Hieruſalem, è cuius pedum digitis ſtacte & balſamum ſtillant, quid officio
rum impendimus? Sequimur beatos illos pedes, quoquò tendunt: cur non & la-
uamus? cur non & dulcia infigimus oſcula? Ego ut ſemel dicam, quicquid id eſt

myſterij,

A myſterij, quicquid latentis cauſæ, eo animo confirmatus ſum, ne ulla ratione ad id ruſticitatis adducar, ut diſcipulus à magiſtro, & peccator à filio Dei lauer. Tale quiddam uerba Petri ſonant: quibus condiſcipulorum animos non parum con cuſſiſſet, niſi zelum & pietatem, iudicio ſcientiaq́ carentem, Chriſtus ſapientiſſimus minaciq́ repreſſiſſet eloquio. Ait enim: Niſi te lauero, non habebis mecum partem in regno. Quis hæc pro maieſtate ſua ſatis meditabitur? Quis dignum his dictis typum afferet? Verum nos uel balbutientes, de ijs aliquid loquemur, finga mus itaq́ in hunc modum Petro reſpondentem Chriſtũ. Si eius qui in me ope ratur patris maieſtatem rectè honorares, tuum'ue ſpectares commodũ, Petre, non recalcitrares, nihil detrectares modò. Nam quæ pater agit, quia patris ſunt opera, bona ſint neceſſe eſt. Quæ ſi & ſecus agit, iterum cum patris ſint, bona ſint neceſſe eſt. Et ego dum te lauo, ſerui licet opus facere uideor, patris tamen munere fun gor, nullius criminis ero reus: ſin illotum te relinquam, patris imperium executurus, ne tum quidem teſta figulum reprehændere poteris. At te multo magis animo aduertere oportebat, quid tibi conducibile, quid te accipere conueniat. Non tam officij tui rationem habes, quàm putas. Alius eſt, cui maior tui cura. Speras te ingreſſurum regni mei ianuas, at nihil coinquinatum illuc ingreditur. Nec uos tam mundi, quin baptiſmo pedes ueſtri indigeant. Porrò qui abluat præter me nõ eſt alius. Quod ſi attentet etiam alius, multo fœdiores poſt lauacrum abibitis, q̃ acceſſuri eſtis. non Iordanis flumina, non piſcinæ aquæ, nõ æneum mare, nõ Heliſæus, non deniq́ Moſes ipſe emundabit: ſed fons qui patet domui Iacob, peccatoriq́ & menſtruatæ. Planè ſperas regnũ, quin & principatus te manet: quid obluctaris igitur? Num te mundum putas? uerum uel ob id unum immundior, proculq́ regno arceri dignus, quod mundum te putas. Vectes obdet uel ſola pertina

Chriſti ad Petrum uerba.

Pertinacia.

B cia: qua labe nihil damnoſius. Quò nemo citra fidem, modeſtiamq́ ingreditur, tú ne pertinacia irrumpes? tú ne uiribus proprijs exultans irrues? ſiquidem lauanæ refugis. Nónne ſi rem grandem tibi iniunxiſſem, parendum erat? Quid, ſi quod breui futurum, totum mundum ſanguine copioſo lauabo, ſolus ne obſiſtes? Ante diem occupas cathedram, cum diſcipulum agis, certabis'ne cum magiſtro humilitatis de humilitate? Siticuloſa harena fontem ne inſtigabis? pix atra ſolem ne il luſtrabis? Reſipiſce, reſipiſce, dum licet. Humilitatem tuam obedientia, non rebel lio commendet. Nemo à me longius abeſt ſuperbis, nemo proximius incedit humilibus. Magnum humilitatis indicium in præceptore, ad uſq́ pedum ablutionẽ ſeſe demittere. Magnum ſuperbiæ argumentum in diſcipulo, præceptori probato non per omnia obedire. Diſcipulorũ eſt diſcere, non docere. Heus tu, ubi olim diſcipulorum tuorum loturus es pedes, baptiſmo ſalutarium præceptionũ, quem pro abluendis affectuum pedibus ſpirituſſanctus ſuppeditabit: quàm boni cõſules, ſi ingrati pedes retrahent, imò pedibus protrudent? ſi pacem & diſciplinã abo minentur, ſi in ſynagogis cedent, ſi è ſynagogis eijcient, ſi extremis affligent ſupplicijs? Nunquid puluerem de pedibus excuties, in iudicium illis? Nónne indignos regno meo pronunciabis, quòd alieni illi te ſeruum meum non audierint? Nónne totum orbem olim cõuocabis, ut tecum hos accuſent, quod labores tuos peſſum dederint? Contrà, nónne ingens tibi ſuborietur gaudium, ſi illorum expu gnatis mentibus in ſanguine peccatoris occiſi & cõuerſi lauabis manus? Nec mirum: ſiquidem angeli quoq́ cõgratulabuntur, & ego miro deſiderio hoc paſcha manducare deſideraui. Atqui tu, diſcipulus meus, impône credis, ſi lauacro obſiſtas. nihil'ne ſuccenſiturũ me cogitas, ſi tanto me fruſtreris gaudio? Vide in quod te barathrum conijcias: uide quàm grauiter impingas. uide quantum rebellione, ut tu putas, religione tua proficias? Iam non referr, exempla præceſſerint an mi-

C nus. Noua res agit̄, exempla ne quærant̄. Ambiendū frugi diſcipulis, ſine exemplis parere: quamuis nec hic exēpla deſint. Et ſi nullum aliud, nónne ego patri per omnia obedio? noua incedendum uia, ducem ne quæras, dux ipſe alijs eſto. Cauſa etiam in promptu eſt: illotis cœlum non patet, immundos regnum Dei non capit. Accende nūc lucernam animi, ſcrutare diligentius intima pectoris, & tum uel dicto obaudi, uel reluctare. Attamen moleſtus tibi eſſe nolim, ut renitentem cogam. Voluntarios hilaróſque animos beneficijs proſequor. Quos manſuetudo mea, quos humilitas mea, quos dulces amoris funiculi non trahunt, putás ne pater trahet? Et, ut ego quoq; finiam, ſi tibi tam grata pertinacia tua, nihil uel mihi tecum, uel tibi cum regno meo. Vtrum mauis amplectere: uel lotus mecū regna, uel illotus regno ſimul careas & cōſortio. Hæc ad Chriſti uerba utcunq; declamata ſint. At quis tum Petro animus, quis rubor, quæ alacritas, quis feruor, quis timor, ne à Domino ſeparetur: ſubita docet mutatio. Qui dudum pedes lauari detrectabat, protendit manus, offert caput, totusq; lauari cupit, obſecrat, poſcit. Verum hæc prolixiorem ſermonem requirerēt: at nos tempuſculi anguſtia, receptui canere iubet. Supereſt igitur, ut & nos totis ad Chriſtum pectoribus clamemus, pedes animorum noſtrorū lauet: ut immaculati ambulantes in uia Domini, conſummato tandem miniſterij noſtri curſu cū Chriſto regnemus in æternū, Amen.

D

SCOPI IN IOB PER IOANNEM OECOLAMPADIVM.

Deum regere mundum, regimine, quod diſſimile humano.
Deum rarius in hoc ſeculo iudicare, ſed futuro.
Deum occultare ſapientiam ſuam, ut timeatur.
Nequaquam cedere aduerſarijs, male ſentientibus.
Taxare illorum immiſericordiam.
Non licere nobis iudicare.
Quod in parabolis agit, Cap. 27.
Quod infirmi perſonam pro decoro aſſumit, ut eliciat.
Sæpe loquitur iuxta ſententiam aduerſariorum.

SCOPVS ADVERSARIORVM.

Deum hic ob peccata & uirtutes iudicare & retribuere.
Condemnare beatum Iob, & illi non miſereri.
Gloriari.
Obturare aures, & mentem eius nolle capere.
Quod decorum non intelligunt.
Gloriantur à patribus & reuelationibus.
Hortantur ad pœnitentiam tanquam impium.
Obijciunt, quod neget prouidentiam diuinam.

LIBRI PRIMI FINIS.

Digitized by Google

A

DD. IOANNIS OECOLAMPADII

ET HVLDRICHI ZVINGLII EPISTOLARVM Liber Secundus: ueri & falſi Baptiſmi Epiſtolas, & Catabaptiſtarum errores uarios complectens.

BALDASARVS PACIMONTANVS *Paſtor in Vualdtzhuot, Ioanni Oecolampadio* S.

GRATIAM & pacem in Chriſto Ieſu ſeruatore noſtro. Nihil me offendiſti, OECOLAMPADI Frater in Chriſto chariſſime: imò immodice profuiſti nobis Demegorijs tuis, pro quibus tibi agimus gratiam nunquam intermorituram. Sed hoc unum optaui ſemper, ut de ſpiritus, aquæ, & ſanguinis teſtimonio ſcripſiſſes auguſtius. Quod uero tibi non diſplicent li- 1. Ioan. 5
belli à Caroloſtadio ſuper Euchariſtia æditi, in primis placet, & omnium maxime: tametſi non ſit ſuo ſtylo aſſecutus quod uoluerit. Id tamen res eſt, quod ſcripſit. Hanc ſententiã iam pridem ex te libens euulſiſſem. ſciebam
B etenim, aut forte diuinabam, teq́ nobis nihil diſſidere. Verum tum ſemper reſpondebas mihi ſub quodam uelamine, & quidem non incircumſpectè: nam ita poſtulabat temporis opportunitas. Sed nunc eſt hora, qua palàm & ſuper tecta prædicamus, quæ ante hac muſſitabamus in penetralibus. Deus Opt. Max. ſit benedictus, qui hoc libertatis ſpiritu nos, atq; pariter auditores noſtros donauit. Timuiſſem profecto magnã turbelã, tragœdiamq́ ea de re in populo hucuſq; ter miſere ſeducto, excitatam: ſed Chriſtus imperauit uentis. Scripſimus de Euchariſtia uiginti concluſiones, item aliquot regulas de paranda menſa Domini: quas tibi nõ illibens miſiſſem, uerum iam nõ ſunt in meis manibus. Scribas igitur interim uel tribus uerbis ad me, quibus initijs aut ceremonijs, ſine quibus fieri nequit, hæc cœna ſit inſtauranda. Hoc die, qui in albo doctorum ſunt Tiguri, conueniunt de baptiſmate paruulorũ, ſcripturæ locos collaturi. Vbi ZVINGLIVS cum ſuo Leone per diapaſon diſſident à nobis. Palàm quippe docuimus iuxta Chriſti inſtitutionem, paruulos haudquaquam eſſe baptizandos. Enimuero quis inſtituit baptiſmum? Nimirũ Chriſtus. Vbi? Matthæi ultimo. Quibus uerbis? Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritusſancti. Recte quidem. Cur ergo baptiſamus paruulos? Baptiſmus, aiunt, ſignum nudũ eſt. quid tantopere digladiamur pro ſigno? Signum certe eſt, & ſymbolum prægnantibus ac auguſtiſſimis uerbis à Chriſto inſtitutũ: ſcilicet, in nomine patris & filij, & ſpiritusſancti. Qui nunc ſignum extenuat, aut eo abutitur, uerbis Chriſti ad ſignum inſtitutis iniuriam infert: quamuis ſignificatum illius ſigni ſymboliq; obſtrictio, qua quis ſe obſtringit Deo in mortem uſq; fidei cauſa, ſub ſpe reſurrectionis ad uitam futuram, diligentius expendenda ſit, quàm ſignum. Sed hæc ſignificantia nequit cõuenire paruulis: ideo baptiſmus paruulorum eſt hædera abſq; uino. Obligatio Deo fit in baptiſmate, quod hodie teſtatur ſymbolũ Apoſtolicũ, uere

Apoſtolicam

Digitized by Google

C Apoſtolicam maieſtatem præ ſe ferens, & renuntiatio quæ ſatanæ fit & omnibus pompis, uſq; in aquam, id eſt, in mortem. Obligatio in cœna Domini fit proximo, qua obſtringo me pro eo ponere corpus & ſanguinem, ſicuti Chriſtus fecit mihi. Et ſic habemus leges & prophetas. Vnde arbitror, imò ſcio, nunquam recte conſultum iri Chriſtianiſmo, niſi in ſuam natiuam ac germanam puritatem reuocentur baptiſmus & dominica cœna. Sed quid bubo luſciniæ? Chariſſime in Chriſto Frater, tenes planè ſententiā meam: ſi erro, fratris eſt reuocare aſinum errantem. Nihil enim malo ſub ſole, quàm recantare, palinodiā canere, & omnia facere, imò nihil prorſus recuſare: ubi aliter à te & tui ſimilibus, qui uerbo Dei inſtructi ueniunt, fuerim edoctus. Illuſtret nos Deus ſpiritu ſuo, ut id fiat ocyus. Alioqui in hac ſententia perſeuerabo, adiutus diuino fauore. Nam ad ſic ſentiendum me urget inſtitutio Chriſti, uerbum, fides, ueritas, iudicium, conſcientia. Adiuro igitur te, Chriſtiane Frater, ut ducas aut reducas ouem errantē, ac pro reductore indies magis atq; magis balantem: redde nobis rationē tuæ fidei, propter Deum, ac ſanctimoniam pacis Chriſtianæ. Veniat uerbū Domini, ueniat: & ſubmittemus illi ſexcēta (ſi nobis eſſent) colla. Succurre nobis itaq; Pie Frater uerbo Domini, ac palàm teſtare ueritatem: nihil prorſus me offendes, etiam ſi aduerſus me utriſq; buccis, id quod res eſt, edixeris. Homo ſum, labi poſſum, quod humanū eſt: reſurgere uero ex toto corde deſyderans. Vnum adhuc ſupereſt, in quo opera tua, rogo, ne deſis: ſcribaſq; mihi, an promiſſio Matthæi 19. Sinite paruulos uenire ad me, quoniā, &c. peculiariter ſpectet ad infantes. Quærendi anſam præſtitit mihi uerbum Chriſti, inquientis, Talium eſt enim regnum cœlorum: non, ILLORVM. Vale. Loco baptiſmatis ego curo conuenire Eccleſiam, inducens infantulum, ac lingua uernacula interpretor Euangelium: Oblati ſunt paruuli, Matth. 19. Subin
D de impoſito nomine orat tota Eccleſia flexis genibus pro paruulo, illum cōmendans in manus Chriſti, ut huic ſit propitius, & oret pro eo. Si uero ſunt parentes adhuc infirmi, qui uolunt omnibus neruis baptizari prolem: hāc baptizo, in opere infirmus ſum cum infirmiuſculis ad tempus, dum erudiant melius; ſed in Verbo non cedo illis in minimo apiculo. Iterum uale. 1525.

IOANNES OECOLAMPADIUS BALDASSARO PASTORI in Vualdtzhuot S.

GRATIAM & pacem à Domino. Dilecte frater, de baptiſmo paruulorum quid ſentiam, colligere ex præſentibus potes. Originale peccatum etiam in pueris eſt, quo nōdum dimiſſo per gratiam ſpiritus ſancti, quæ ex filiis iræ facit filios Dei, regnum cœlorū illis clauſum eſt. Scimus autem fidelium nonnullos pueros etiam in utero matris ſanctificatos, etiam in miniſterium Dei: & quos ab utero eligit, etiam ſui ſpiritus templa Deus facit nonnunquam. Confidimus autem in miſericordiſſimo, quod fidelium eccleſiæ paruulorum ſalutem petenti, preces nō auerſetur: & ex his qui erāt filij iræ, uaſa faciat miſericordiæ. Quod ſi minus, iam multo deterius haberēt pueri Chriſtianorum, quàm eorū qui olim ſub circunciſione: quos nemo die octauo circunciſos condemnat. Porrò ſi pueri ſanctificantur ad fideles fideliū parentū preces, quid prohibet baptizare illos, & ſancto lauacri ſymbolo noſtræ congregationi aſcribere? ut pro fratrib. habeamus, quos Chriſtus, ut fiducia noſtra habet, iam conſcripſit in cœlis? Cæterū parentū fidem prodeſſe pueris etiam, Exod. 20. habemus. Quod ſi fides prodeſt, ubi non abſunt peccata priuata; cur inutilis eſſet confeſſio, quos parentes per fidem non dubitant eſſe ex fideliū numero. cur nō & eccleſiæ atteſtarentur ſuam de pueris fidem? Iam dices: Sed uidemus pleroſque

Originale peccatum in pueris.

nondum

A nondum ſpiritu regeneratos. Id mihi perſuadetur nondum: ſiquidem fides parentum ficta nõ fuerit. tametſi puerorum fides nulla ac mortua uidetur, ſatis eſt quod fides eorum uiuat Deo. An non & nobis dormientibus, fides noſtra mortua non eſt? licet operibus modo careat: uiuit enim Deo. Quod ſi adulti parentibus inobedientes fuerint, & abhorruerint à religione uera: lex occidi tales præcipit, eritq́ sanguis eorũ ſuper illos, Leuit. 21. Nos autẽ uidentes illos indigne agere uitam, negata menſæ dominicæ participatione arcemus, ſcripturæ lapidibus profligentes. Vbi cõcluſiones tuas legero: fortaſſe de his pluribus. Sed neſcio an Typographi excuſuri eas ſint. Legem enim acceperunt à Senatu, ne quid cenſoribus incõſultis edat. Cenſores autem iniquiores forſitan erunt. De ritu cœnæ dominicæ, quomodo inſtituendum iudicem, rectius tacuero, qui tam parum in eccleſia mea promoueo. Dicã tamen, quid optem. Poſt confeſſionem & euangelizationem, precesq́ & hymnos, hoc eſt, dicto tryſagio, ordinari uelim ſilentiũ aliquantum: ut ſecum quiq; meditarentur paſſionem dominicam ardenter. Deinde aperte & cum intellectu legi uerba cænæ dominicæ, huic ritui ſeruiẽtia. quibus lectis, iterũ magno ſilentio eadem ruminari cum gratiarumactione. Poſtea orare dominicam orationem, & ea abſoluta uocari ad cænam communicaturos: interminando per diaconum, ut ſemetipſum homo probet ac dijudicet. Et ſi quis admonitus ſecundo & tertio iuxta dominicum præceptũ denuntiaretur eccleſiæ, illum tam diu repelli, donec ſpecimen reſipiſcentiæ certum præ ſe ferens reconcilietur. Deinde facta communione, cum pauperum & charitatis commendatione, conuentum in pace ſolui. Hæc nunc tumultuario. Vale.

De cœnæ dominicæ ritu inſtituendo.

IOANNES OECOLAMPADIVS HVLDRICHO *Zuinglio* S.

B GRATIAM & pacẽ à Domino: Frater dilecte, heri Baldaſſar Vualdtshudanus de baptiſmo paruulorum mentem ſuã mihi aperuit, quã & tibi ut fratri communicandam exiſtimo. Arguit, Quis inſtituit baptiſmum? Chriſtus. Vbi? Matthæi ultimo. Quibus uerbis? Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritusſancti. Recte quidem. Cur ergo baptizamus paruulos? Baptiſmus ſignum nudum eſt: quid tantopere digladiamur pro ſigno? Signũ certe eſt, & ſymbolũ prægnantibus & auguſtiſſimis uerbis à Chriſto inſtitutum: ſcilicet, in nomine patris & filij & ſpiritusſancti. Qui autem ſignum extenuat, & eo abutitur, uerbis Chriſti ad ſignum inſtitutis iniuriam infert. Quamuis ſignificatum illius ſigni, ſymboliſq́ obſtrictio, qua quis ſe obſtringat Deo in mortem uſq; fidei cauſa, ſub ſpe reſurrectionis ad uitam futuram, diligentius expendenda ſit, quàm ſignum. ſed hæc ſignificantia nequit conuenire paruulis: ideo baptiſmus paruulorum eſt hædera abſq; uino. Obligatio fit in baptiſmate, quod hodie teſtatur ſymbolum Apoſtolicum, & renunciatio quæ ſatanæ fit, & omnibus pompis, uſq; in aquã, id eſt, mortem. Obligatio in cæna Domini fit proximo, qua obſtringo me ponere pro eo corpus & ſanguinem, ſicuti Chriſtus fecit mihi. Et ſic habemus legem & prophetas. Vnde arbitror nunquam eſſe recte conſultum in Chriſtianiſmo, niſi in ſuam natiuam puritatẽ reuocetur baptiſmus & cæna dominica. Hæc ille. Illi ſic reſpõdendum opinor, ut tu monuiſti per literas. Non eſſe præceptum, ut ſcrupuloſe inquiramus de fide: ſed ut accurate adultos doceamus, moneamus, ac cohortemur. At uerba Chriſti ſunt, quæ arguant illum nõ religioſe formam illam præſcripſiſſe, ut alijs uerbis non liceat uti: modo ne quis ſacroſanctæ trinitatis fidem nõ explodat. Nam & Apoſtoli in nomine Chriſti ſimpliciter baptiſarunt: niſi forte, quod non

C uidetur, aliter baptiſarint, & Lucas hoc poſuerit ad diſcrimen baptiſmi Ioannis.
Neq; uero hoc dixerim, quod forma uerborum diſpliceat, aut quod aliam intro-
ductam uelim: ſed hoc unum arguerim, ne quam ſuperſtitionem in uerbis collo-
cemus. Sufficit enim coram Deo, nos eſſe nouam creaturã: coram eccleſia uero,
nos eſſe certo & ſancto ſymbolo in albũ fideliũ cõſcriptos. Neq; Chriſtus iniuriã
ſibi exiſtimabit: quandoquidem per tempus infantiæ ac pueritiæ in poteſtate pa-
rentum ſunt, & ſanguis illorum requiritur de parentibus. Igitur cũ illi fideles fue-
rint, & fideiuſſerint, cur exiſtimarẽ iniuria Deo fieri? Porrò ubi adoleuerint pue-
ri, & contumaces fuerint parentibus, maledicentes illis, quare me circumcidiſti,
aut ſimilibus, lex iubet occidi: Leuit. 21. Nos eos lapidibus ſcripturę profligamus,
& habentes cœnæ dominicæ ſymbolum, dignoſcemus, num iratam uelint pro-
miſſionem. Proinde non miror, ueteres tam grauem pœnitentiam iniunxiſſe pa-
rentibus, quorum incuria pueri perirent. Significãtiam ſatius opinor aſſequi, quã
de ea poſſe diſſerere. Pueris autem ſpiritum Dei aſſecutis, ut planè mihi perſua-
deo, ſignificantia non deeſt: mundi enim ſunt, & in filios Dei ac regni ex filijs iræ
tranſlati. Nam parentes benedicuntur in mille millia, ſi fideles fuerint. Et credo,
Abrahæ fidem omni innocuæ poſteritati ſuæ uſq; ad Chriſtum profuiſſe. Deniq;
ſemellis in lege abſq; ſigno profuit parentum fides. Vale in Domino.

IOANNES OECOLAMPADIVS BALDASSARO PACIMON-
tano, paſtori in Vualdſhuot S.

GRATIAM & pacem à Chriſto, Chariſſime frater. Quid ſentiam in
cauſa paruulorũ baptiſandorũ, cum ſcripſi, ignorans quæ te mane-
rent argumenta: tametſi ſuſpicari poteram, quanti apud te momenti
D dominica uerba, quibus difficile reſpondetur: Reſpõdemus tamen,
ut iterum tuis ſcriptis erudiamur, Chriſtum non tam ſpectaſſe ut ſu-
perſtitioſe uerba ſua præſcripta ſeruarentur, quam ut fidei αὐτπόκεντος eſſet cõ-
feſſio. Nam & Apoſtoli baptiſauerũt in nomine Chriſti. Et in uerbis quæ Eucha
riſtiæ ſeruiunt, nonnihil uariant Euangeliſtæ. Quod non dixerim, quod formam
uerborum uelim immutari: ſed ne religioſius ab ijs penderemus. Extra periculũ
erunt, quoſcunq; ſpiritus illuſtrarit & afflarit, etiamſi non baptizentur. Quæ au-
tem, & quando tandem uera illuſtratio ſpiritus futura, neq; in adultis cognoſce-
mus, etiam qualiacunq; ſigna per eos fiant. In multis enim & Apoſtoli falſi ſunt,
quos retrocedere non abſq; dolore uiderunt. Igitur quantum ad confeſſionem at
tinet, eccleſia libenter agnoſcet confeſſionem parentum & compatrum, quorum
& fides pueros ſanctificat, etiam tenebit illorum obligatio pro pueris: quandoqui
dem adhuc pars parentum cenſentur, & in parentum poteſtate ſunt: quorũ etiam
fuerit, illos in gloriam Dei educare. Iam ſi fideijuſſionem irritauerint pueri, digni
ſint qui excommunicentur, tamdiu quoad reſipiſcant. Cæterum Argentinenſes,
quantum ex illorum literis intelligo, à noſtra parte ſtant. Circumfertur Halberſta
diani libellus, qui de hac re tractat, ſed à me uiſus non eſt. Nulli adhuc adcurrunt
loci in ſcripturis, qui cogant ad aſſerendum baptiſmum illorum, quantum mea ui
det paruitas. Attamen nõ uideo, quid prohibeat. Et durum fuerit, illis negari ſa-
lutis ſubſidia. Locus apud Marcũ, Taliũ eſt regnũ cœlorũ: mea ſententia paruu-
lorum innocentiam à nobis exigit, interim tamẽ uideo, illos inter ſanctificatos ha
beri, & acceptos Domino. Erant autem ij nimirum ex innocua poſteritate Abra-
hæ, fidei priuilegio commendati. Placet ſupra modum ritus, quem ſeruas in eccle
ſia: utinam arrideret omnibus. Aiunt Lutherum de baptiſmo paruulorum & ſa-
cramento euchariſtiæ ſcripſiſſe: Cupimus uidere. Epiſtolã ſanè eius ad Argenti-
nenſes non uſqueadeò probamus. Vale, Baſileæ.

QVAESTIONES DE SACRAMENTO BAptiſmi, à docto quodam, Huldricho Zuinglio propoſitæ.

1 VTRVM Baptiſmus eccleſiæ Chriſti ſit externa tantum ceremonia: aut an habeat myſterium ſuum, perinde ut cœna, ut Euangelium Chriſti, & quale ſit illud myſterium?

2 Vtrum ſacramentum baptiſmi (quod Patres ſacramentum uiuificationis nuncuparunt) citra pœnitentiam & renaſcentiam (Ioannis tertio) uerum ſacramentum eſſe poſſit.

Signum ſine ſignato, ſymbolum gratiæ abſq; gratia, imago ſine ueritate Chriſto, uide quid ſit.

3 Vtrum iſthic uere baptiſetur, ubi baptiſandus ſe probare, adeoq; conſcientiam ſuam ſcrutari nequit: 1. Pet. 3. ubi inquam nomen patris, filij, & ſpiritus ſancti, in quod baptiſat̃, nō agnoſcit, non honorat, neq; profitet̃.

4 An uerus ſit baptiſmus, in quo Chriſtus non induitur: Gal. 3. Si induitur per baptiſmum ab infantibus carnis, qui fit (quæſo) ut effectus nō ſequatur, ut in nullo ſe exerat aliquando?

Sine iuuamento Chriſto, & ſine hauſtu ſpiritus: 1. Corinth. 12. non eſt Chriſtianus baptiſmus, autore Hieronymo ad Galat. 3.

5 Verum ſi Chriſtiano baptiſato induitur Chriſtus, quemadmodum Paulus aperte pronunciat, utiq; non in nuda ceremonia erit noſter baptiſmus.

Caueat igitur, ne opus legis faciat ex baptiſmo: ut reuera facit, qui dicit externam tantum ceremoniam baptiſmum eſſe.

Nihil minus errat, qui baptiſmum Chriſtianum ſcindit, qui myſterium auffert: quàm qui externæ lotioni ſanctitatem tribuit, quod fit in Papiſmo.

6 Quid ſibi illud uelit in Actis, cap. 22. Exurge & baptizare, & ablue peccata tua, inuocato nomine Domini.

7 Cum Paulus dicit, Rom. 6. Qui baptizati ſumus in Chriſtum: an nō uelit, quod qui baptizati ſunt, iam Chriſtum mortuum, cum ſepultum eſſe, reſurrexiſſe, & ante baptiſmum ſciuerint, & quod in hæc baptizentur, nouerint. Expendatur textus.

Baptiſmus non initiatio, ſed profeſſio eſt, & prædicatio beneficiorum Chriſti, acceptæq; benedictionis per Chriſtum.

Quomodo autem paruuli carnis Chriſto commoriantur, quomodo cum Chriſto per baptiſmum conſepeliant̃, & in Chriſto reſurgant: Ego ut Nicodemus interim libenter ſcire uelim, & nũ liceat cogitationes cordis potius quàm apertiſs. ſcripturam ſequi in tam magno myſterio.

Vbi manet abolitio corporis peccati? Paruulis? Sequitur cum uirginibus non oleum habentibus.

9 Hic quiſpiã mihi dicet: Hæc omnia de baptiſmo ſpiritus intelligi oportere. Quæro ego uiciſſim: Num alius in eccleſia Chriſti baptiſmus eſt, q̃ baptiſmus ſpiritus & gratiæ? Num aliud myſterium noui Teſtamenti, quàm myſteriũ ſpiritus eſſe poſſit? 2. Corinth. 3. Num aliud deniq; Euangelion ſit, quàm Chriſti & gratiæ Dei Euangeliũ; Act. 20. quod eſt in uir

tute, in ſpiritu ſancto, & certitudine multa. 1. Theſ. 1. An nō externa ſymbola ſecundarium locum occupant, ut commonefaciant eius quod ſpiritus intus in cordibus ſuorum uere operatur, beneficiorumq́ Chriſti publicam confeſſionem requirant?

Myſteria in ſacramentis ſymbola præcedunt: internus baptiſmus prior eſt externo. Vide quæ requirat baptiſmatis Chriſti ratio: Act. 1. Matth. 3. 1. Corinth. 12. Galat. 3. 1. Pet. 3.

10 Iam circumſpice, quid ſit lauacrum aquæ in uerbis uitæ, quo eccleſiæ Chriſti membra per Chriſtū ſanctificant, mūdantur, renouant: Ephe. 5. quibus contingat, & cum quibus pertractandum.

Hilar. ad Conſt. Regenerati per fidem, ad fidem docemur: quaſi regeneratio ulla ſine fide ſit. Chriſtum poſt baptiſmum diſcimus, quaſi baptiſmus aliquando poſſit eſſe ſine fide Chriſti.

11 An aliquid lauari poſſit, antequàm ſit autgeneretur: hoc eſt, an homo poſſit aut debeat baptizari, antequàm ex ſemine immortali regeneret, ac prioris uitæ pœnitudinem præſeferat, ſibiq́ peccata remiſſa per Chriſtū credat?

12 1. Corinth. 4. ait Paulus: In Chriſto Ieſu per Euangelium uos genui. Hic uide, an nō generatio ſpiritus, & Euangelij auditio, lotionem, id eſt, baptiſmum iuſto ordine præcedat, quomodo alioqui erit ſymbolum ueritatis baptiſmus exterior? cum nihil intus habeat quod repreſentet, & eius commonefaciat.

13 An nō paruulus natus & lotus illico cibari debeat, hoc eſt, ad menſam Domini admittendus ſit (quemadmodum Cyprianus de Bohem. cenſet) Si enim puerum recens natum laueris tantum, & nō etiam cibes, tum reuera fame & inedia tabeſcet. Porrò ſi cœna paruulis non conuenit, neque baptiſmus conuenire poteſt.

Man underſtot ſich im rych Chriſti (das iſt, in der Chriſtenlichē kilchen) die kinder zeuueſchen, und ſy ſollend erſt hernach durchs Euangelium geboren uuerdem. O prudentiam diſpenſatorum.

14 Igitur quemadmodum nihil profuit audiſſe ſermonem, qui non eſt cū fide cōiunctus, Heb. 4. ſic multo minus proderit recepiſſe baptiſmū, ſine ſpiritu ſancto & fide. Cur igitur in uanū nomen Dei & ſanctæ trinitatis aſſumimus? Cur in tam magno myſterio ſic corā Deo ludimus? Cur in quam Dominum prouocamus? Num fortiores illo ſumus?

Sine ſpiritu & fide omnia circa ſacramēta, ficta, uana, & peccata ſunt: Rom. 14. Probet ſeipſum homo.

SECVNDA CLASSIS, DE FILIIS DEI.

15 Quæritur, quibus ſint ſacramenta inſtituta: an non tantum filijs Dei? diſcipulis Chriſti? Chriſtianis, fidelibus? Pro his certe qui foris ſunt, qui nondum à patre tracti, nondum corde circumciſi, qui ad Chriſtum nondum uenerunt, neq; inſtituta, neq; eis ſacramenta ſunt: Id quod ex definitione & uocabulo Sacramenti omnibus ſit manifeſtum.

16 Iam quæro, qui ſecundū ſcripturā ueri dicant filij Dei? qui Chriſtiani? Nónne ij ſoli, qui ſunt regenerati? Ioā. 1. Qui nō ex ſanguine. Nónne filij pmiſſionis tantū, nō qui filij carnis: Rom. 9. Nónne qui ſunt ex fide & ſe

mine

mine benedictionis? Gal. 3. Ex carne Chriſti & oſſibus eius: Epheſ. 5.

Paruuli in Chriſto, Matth. 11. & 18. Pueri cœleſtis regni ex Deo naſcuntur: nō natiuitate carnis, ſed regeneratione fiunt Chriſtiani.

Ergo baptiſmus externus tantum illorum eſt ſacramentum, qui cre- 17
dunt: non primæ, carnalis inquam, ſed ſecundæ ſpiritualis natiuitatis eſt ſymbolum. non legale aut coactum, ſed ſpirituale & liberum (reſpectu baptiſandi) eſt ſacramentum.

Neq; ulla promiſſio eſt, quod pueri carnis ad Eccleſiam Chriſti pertineant.

Totus locus de pueris examinandus eſt per Euangeliſtas. ſic enim uidebitur, quod quemadmodum duplices ſunt patres, ita & duplices filij ſeu pueri. Et manifeſtum fiet, ad eos, qui in Chriſto credūt, regnum Dei tantum pertinere.

Natus ex Chriſtianis parentibus, planè coram Deo nihil habet priuilegij ab eo, qui ex gentibus naſcitur. filij iræ natiuitate ſumus omnes.

TERTIA CLASSIS, DE COLLATIONE CIRcunciſionis & baptiſmi Chriſtiani.

Argumentum primarium pædobaptiſtarū, Paruuli in ſynagogis Iudæorum olim legis conſtituto ſunt circumciſi, inquiunt: ergo paruuli hodie in eccleſia Chriſti ſunt baptiſandi. Nam iſta inter ſe cognationem habent, unum ſupplet uicem & locum alterius.

Vbi initium eſt & uelamen, quid aliud quàm nouus Iudaiſmus & ſecundus Moſes eſſe poteſt? Ergo falſa eſt iſta collatio. à Chriſto enim incipiendum. 1. Corinth. 3.

Hic tandem quero: Quo autore, quo ſpiritu, quibus promiſſionibus 18
aut ſcripturis, loco Iudaicæ circunciſionis (quæ in Chriſto completa eſt & abrogata) baptiſmus Chriſtianus ſit obſeruādus? aut quibus rationibus unum alterius locum ſupplere, aut ſi mauis; circunciſionem ſub typo baptiſmi etiamnum durare probabunt?

Sentiunt idem eſſe baptiſmum Chriſtianorum, quod eſt circunciſio Iudæorum. Sed ſic mutata eſt circunciſio plus quàm completa: ſic à Iudaiſmo potius, quàm à Chriſto eccleſiam Chriſti auguraremur.

An non hoc ſit per Moſen, non per ſolum Chriſtum in ſanctuarium 19
Dei ingredi uelle? à Moſe, non à ſpiritu ſancto in aſperſione ſanguinis Chriſti Chriſtianiſmum auſpicari? An non ſit ex legis imitatione, non ex fide in ſemen Abrahæ (qui eſt Chriſtus) gentium benedictionem ſtatuere? Summa: An non ſit, Iudaiſmum & ſeruitutem legis contra libertatem ſpiritus poſtliminio reducere?

Exodi quadrageſimoquarto: Non intret incircunciſus corde.

An non beatus Petrus huius collationis errorem manifeſte coarguit, 20
cum baptiſmum Chriſtianum non circūciſioni legali, ſed diluuio Noha confert? 1. Pet. 3. Et cur Paulus uolens myſteria noſtra patrum myſterijs conferre, non producit circunciſionem pro baptiſmi antitypo: ſed baptiſmum Moſis, & tranſitum maris rubri? 1. Corinth. 10.

Diſcrimen: Circunciſio ueritatem in Chriſto reuelandam ſignificatione præuenit, Baptiſmus reuela-

tam & impletam teſtatur ac rememorat appræhenſam. Circunciſio Chriſti beneficia purgata fide corda ſignificat & figurat, quæ eſt obturati cordis apertio: Baptiſmus prædicat, confitetur, crucifigitur, commoritur, innouaturq́; reſurgens.

21 An non diſcriminata inter ſe ſint circumciſionis & baptiſmi myſteria? An non diuerſorum Teſtamentorum ſymbola?

22 Cur non obſeruāt, quæ Paulus copioſe de baptiſmo Chriſtiano docet Rom. 6. 1. Corinth. 12. Gal. 3. Col. 2. inter circūciſionem & baptiſmū Chriſti quæ dicat, & quomodo tam accurate diſcernat, circunciſionem baptiſmo præponat, non conferat: ſi ſunt idem?

23 Cur deniq; non uelit nos pueros ſenſibus eſſe? 1. Corinth. 14. ſi conditio illorum tam bona ſit coram Deo, ſi illorum eſt regnum cœlorum, ut aliqui interpretantur, Chriſtus dixerit?

24 Si in Chriſto neq; circunciſio quicquam ualet, nec præputium, ſed fides quæ per dilectionem operatur, & noua creatura: An non ſequit̃, baptiſmum illum circunciſionalem, quo paruuli tinguntur, perinde nihil ualere? an non à fide & noua creatura potius, quàm à circunciſionis typo iacienda ſunt Chriſtianiſmi fundamenta?

Qui dicit circunciſionem ad exemplum baptiſmatis ualere inter gentes, & ad congregandam eccleſiam, is Paulo manifeſte reſiſtit, Gal. 5. 1. Corinth. 7.

25 Si loco circunciſionis eſſet nobis externus baptiſmus, ſi tam parum, (ut quidam putant) diſcriminis eſt inter populum noui & ueteris Teſtamenti, inter legem & Euangelium: aut, ſi uis, inter Moſen & Chriſtum: An non conſequetur, ut quemadmodum olim circunciſio cōſcientiam obſtrinxerit, ita nunc quoq; baptiſmus circunciſionalis idem faciet? Aut dicat mihi diuerſitatem quiſpiam Pædobaptiſtarum, qui cōtra Paulum circuncisionem ad exemplum baptiſmatis, quo eccleſia inter gentes congregetur, ualere dicit.

26 An non qui circunciditur, & qui loco circunciſionis baptiſmum habet, debitor eſt uniuerſæ legis faciendæ? Gal. 5. Gen. 17. Maſculus cuius præputij caro circunciſa nō fuerit, delendus, &c. Iam uide, an nō illa maledictio baptiſmum circunciſionalem iuſte ſequat̃. Id quod Papiſtæ hodie obſeruant, qui externo baptiſmo gratiam & uim ſaluificam tribuūt.

Et tantum in præſentiarum, circa collationem Iudaicæ circunciſionis & baptiſmi Chriſtiani. Nam tinctionem illam paruulorum & circunciſionem idem eſſe, id eſt, utraq; nihil eſſe, apud me interim nullum eſt dubium, donec quæſtionibus iſtis meis ſatisfiat.

Si dicat quiſpiã, baptiſmũ Chriſtianũ, id eſt, quo eccleſia Chriſti donata eſt, baptiſmo Ioãnis æquiualere: is nihil minus toto cœlo aberrabit.

Baptiſmus Ioannis in pœnitent. Chriſti, in remiſſionem peccatorũ. Hic nõ loquor de externa merſione ſola, ſed de toto negotio aut ſacramento. Non enim in externa pij & fideles reſpiciunt, ſed in myſteria, ut Paulus externa nihil, imò ſe nihil eſſe dicit. Sed quæram interim:

27 An nihil ſit diſcriminis myſterij baptiſmi Chriſti, à myſterio baptiſmi Ioãnis. Si nihil, fruſtra baptiſmus à Chriſto erit inſtitutus: fruſtra Paulus

cos

eos, qui baptiſmate Ioannis erãt tincti, cenſuit baptiſandos, Act.19. fru-
ſtra Petrus innuit abrogatum, Act.10. ſi nihil aliud ſit baptiſma Chriſti,
quàm erat Ioannis. Sin uero diſcrimen eſt myſteriorũ (ut certe eſt non
minimum) uideant illi, qua ratione baptiſmũ eccleſiæ Chriſti baptiſmo
Ioannis aſſimilare audeant: & num liceat, poſt datum ſpiritum ſanctum
Ioannem quærere cum ſuo baptiſmo, relicto interim baptiſmo Chriſti.

Locus Act.13. digne expendatur, ubi Paulus dicit: Huius, inquit, Dauidis è ſemine Deus, ut promiſerat, adduxit Iſraëli ſeruatorem Ieſum, cum antè prædicaſſet Ioannes ante faciem introitus eius baptiſmum pœnitentiæ Iſraëli.

Quæro præterea, quomodo Ioannes in eccleſiam Chriſti homines re 28
ceperit, cum tamen eccleſia Chriſti tum nondum fuerit ędificata? Non-
dum enim ſpiritus ſanctus (unicus eccleſiæ Chriſti ædificator) erat: Io.7.

Vtrum ille (quiſquis ſit) qui dicit ſe tantũ baptiſma Ioannis (non Chri 29
ſti) habere, conſcientia recta aſſerere poſſit, ſe Euangelium Chriſti, cœnã
Chriſti habere? adeoq; ſe diſpenſatorem myſteriorum Dei eſſe aſſeuera-
re audeat?

QVARTA CLASSIS, DE MINISTERIO NOVI
& ueteris Teſtamenti, & collatione eccleſiæ gentium.

Vtrum miniſteriũ noui Teſtamenti, ſit miniſteriũ literæ uel ſpiritus? 30
Si ſpiritus, utiq; à ſpiritu incipiat oportet (Gal.3. Spiritu incœpiſtis) &
non ab externis. Nemo enim uenit ad Chriſtum, niſi pater traxerit eum:
Ioannis ſexto.

Paulus miniſter ſancti ſpiritus 1. Cor. 4. ita ait: Sic nos exiſtimet ho- 31
mo, &c. Iã tu mihi reſpõde, num nõ fideli miniſtro Chriſti cumprimis
neceſſarium ſit, ut citra præſcriptũ Domini nihil agat, ut certo ſciat quid
agat, & cum quibus agat: præſertim in magnis illis myſterijs, quæ ſacra-
menta uocamus: ut nimirum teſtimonio conſcientiæ ſuæ ſciat, quod ſoli
Deo, cuius legatione fungitur, non autem hominibus ad placitum agat?

Ex prophetia ſpiritus & ſubſtantia fidei, non ex humanis cõiecturis in nouo Teſtamento docendum & agendũ eſt. Exẽplo eſt Paulus Rom.5. Is nihil audebat loqui eorũ, quæ nõ operabatur in eo Chriſtus.

Quæro deiñde, ubinam Chriſtus dominus & magiſter noſter iuſſe- 32
rit, ut in domo eius eccleſia (non enim hic de Moſis ſynagoga loquor)
poſt reuelatam Euangelij gratiam, poſt manifeſtatum illud magnũ my-
ſterium, cuipiam inſenſato myſteria ſua diſpenſentur: Imò cũ aliquo aga
tur, cum quo loqui non poſſis, & qui te quid agas non intelligat.

Maximum eſt diſcrimen inter domum Moſis, & domum Chriſti. Vide Heb.3. 33

Sed quis nã eſt fidelis diſpenſator ac prudens, quem conſtituit Domi-
nus, &c. Vtinã iſtã regulã Pædobaptiſtæ expenderẽt, quantũ ſatis eſſet.

An non infidelis & imprudens eſt diſpenſator, qui cibũ uult dare non 34
eſurienti, neq; manducare uolenti? qui myſterium Domini ante tempus
proſtituit, ne dicam prophanat? qui dat quod ipſe ſignarit aut cõſcripſe
rit, non quod Dominus curæ ipſius tradiderit? Taceo illum, quem non

Dominus,

Digitized by Google

Dominus, ſed qui ſeipſum diſpenſatorem fecit, qui neſcit præterea quid agat, neq; ullam facti ſui coram Deo certam rationem habet.

35 An non in incertum currat, & aërem feriat, qui paruulos baptiſat: ut interim de periculo taceam. An non citra omne imperium Domini agat, qui infantes Adam in regnum ſpiritus & fidei ſignare contendit, cum tales nihil iſthuc intelligant, cõfeſſionemq; ſalutis nullam habeant: Rom. 1.

Hoc uero eſt ſuper harenam ædificare, & ſuper nihilo niti, in iniuriam rectitudinis Euangelij Chriſti.

36 Quid ſit, homines recipere in eccleſiã & regnum cœlorũ. An noſtri ſit officij opus? An nos regni Dei domini, & non potius ſerui inutiles ſumus? Nũ non illi ſoli cõpetit, cuius eſt ſeminatio, ædificatio, agricultura?

Nota, eccleſiam externam & internam nullam, imò nihil eſſe: ne quis hic effugium quærat. Cœleſti uocatione uocamur in eccleſiam, Hebræorum tertio: non humanis conatibus. Et Chriſtus paſtor, oues in unum ouile congregat.

37 An non regnum Dei hoc modo cum obſeruatione ueniet, ſi pueri per baptiſmum in illud recipi poſſent, aut ingrederentur.

38 Quis ſit in nouo Teſtamento ordo & proceſſus ueniendi in eccleſiam Chriſti: & quid ſibi uelit Chriſtus, cum dicit, Omnes quotquot ante me, &c.

Oportet accedentem credere. Sine fide, impoſſibile eſt, &c. Heb 11.

39 An nõ is currat præter Chriſtum, ut ueniat ante Chriſtum, qui infantibus carnis, priuſquàm formet̃ in eis Chriſtus, myſteria diuina impertit: quiq; baptiſmo circuncisionali gentes in ſemine Abrahæ benedicendos, in Eccleſiam cõſcribere præſumit, iuſtumq; ordinem miniſterij apoſtolici (de quo Rom. 10) peruertit.

Alium ordinem conſtituunt Pædobaptizatores, quàm decreuit, & gentibus permiſit Deus: & aliter agunt, quàm conſummator omnium promiſſionum Chriſtus uoluit.

40 An eccleſia gentium àb elementis, an à gratia Dei potius incipiat: an ab externis, aut ab unitate ſpiritus, unius capitis, unius ſponſæ, unius fidei cenſeri debeat?

Chriſtus uia, non tinctio externa.

41 An non potius in miniſterio impletæ circunciſionis ſumat Chriſtianiſmus initium, adeò ut circunciſionis myſterium in his qui Chriſti baptiſmo tingendi ſunt, iuſte præcedat.

42 An non promiſſiones factæ ſunt præputiato Abrahæ: Geñ. 15. An non pactum Dei cum gentibus in ſemine Abrahæ benedicendis, præceſſit circunciſionem & legem? Quomodo igitur exemplo circunciſionis paruuli erunt baptizandi, aut in eccleſiam recipiendi?

Eccleſia Dei ante circunciſionem.

43 An non igitur pacto Dei cum gentibus iniurij ſunt, imò priuilegijs per Chriſtum enumeratis gentes ſpoliant, eaſq; in occultam ſeruitutem redigere ſatagunt, qui paruulos per circunciſionis ſymbolum Chriſto adducunt?

Hoc reuera eſt populũ gentiũ in ſeruitutem, & ſub elementa mundi redigere, contra Paulum Col.2. Gal.4. Eſt Iudaiſmũ reſtituere, & figuris in regno ueritatis primas tribuere, contra Chriſtũ glorificatũ.

Cur ita factũ ſit, ut parentes in docendis & corripiendis liberis (Ephe- 44
ſiorum ſexto) nõ inferius miniſteriũ habeant, quàm qui miniſterio alios docendi funguntur publicitus?

Cum Paulus commiſerit, ut in eccleſia ſingula decenter & cum ordi- 45
ne fiãt, ſimulq; ad ædificationem: quæritur, quis baptiſmo paruulorum coram Deo unquam ſit ædificatus? aut etiã hodie in Domino ædificet?

Eſt enim carne gloriari, non in cruce Chriſti.

Item, cur Paulus Epheſ. 4. cum dicit: Vnus Deus, una fides, unũ ba- 46
ptiſma: præponit Dominum, deinde fidem, tertio baptiſma, poſtea deũ Patrem. Cur quæſo iſthic loco baptiſmi non poſuit circunciſionem, ſi idem ſunt? cum nihil minus ad fideles patres ueteris Teſtamenti, quàm ad nos reſpiciant.

Dominus, fides, baptiſma. Vnde unitas, & eccleſiæ Chriſti ædificatio: quæ Dei, nõ hominũ ædificatio eſt.

Abraham pater credentium, id eſt, Chriſtianorum factus eſt præputio. Quid igitur ad gentes fiddes paruulorum circunciſio? Et Rom. 15. oblatio gentium fit acceptabilis & ſanctificata per ſpiritum ſanctum, nõ per externa. Et Act. 25. Deo placuit, ut in nomine ſuo ſumeret populum ex gentibus, non ex circunciſionario baptiſmo.

Expendamus igitur, num circa myſteria Dei quiſpiam citra iudicium uerſari poſſit, ſi non fuerit Chriſti diſcipulus, & prius fidelis factus. Solis enim illis datum eſt noſſe myſteria regni: Matth. 13. Act. 8. Si credis, licet nimirum ut baptizeris. Et Act. 16. Vt per os meum audirent gentes uerbum Euangelij, crederentq;: ait Petrus. Item, multi Corinth. credebant & baptizabantur. Vide reliqua. Expende præterea certiſſimam ſpiritus ſancti doctrinam in Petro, Act. 2. Pœnitentiã agite, & baptizetur unuſquiſq; ueſtrum in nomine Ieſu Chriſti, in remiſſionem peccatorũ, & accipietis donũ ſpiritus ſancti. Sed cur Chriſti præceptũ nõ cuſtoditur, qui dicit: Eũtes μαθητεύσατε, id eſt, diſcipulos colligite aut facite. An nõ diuerſa ſunt Chriſto μαθητεύειν & διδάσκειν? An non diſcipulatus ſemper præceſſerit in apoſtolico miniſterio? Quid autem ſit illud Pauli: Nõ miſit me baptiſare, &c. 1. Corinth. 1. iam nemo corde percipit. Sed etiam alio oraculo Chriſti Baptizatores iſti reuincunt̃, Luc. ult. Et prædicari in nomine eius pœnitentiam, & in omnes gentes. Iſta dum docent, non autẽ cuſtodiunt, ſed opere deſtruunt, à baptiſmo nimirũ paruulorum Chriſtianiſmum auſpicantes: quid aliud faciunt, quàm quod ſe præuaricatores manifeſte oſtendunt?

Ordo miniſterij apoſtolici.
Miſſio
Prædicatio
Fides
Baptiſmus.

Quæ de Catechiſmo Chriſtiano, & quomodo baptiſmus in primitiua eccleſia præceſſerit, deq; ſententijs Patrum contra baptiſmum paruu-

s lorum,

lorũ, adeoq́ uniuerſo diſcrimine, origine, & ratione populi ueteris & noui Teſtamenti eſſent dicenda, omitto.

HAEC ſunt, & præterea innumera alia, quæ me mouent, ut (ſeu charitatem prætexant alij, ſeu libertatem) ego planè ſentiam, Pædobaptiſtarum deteſtandam abominationem eſſe, & deſtructionem eccleſiæ Chriſti, myſterij baptiſmi, ſimulq́ memoriæ profeſſionis Chriſti extinctionem: imò Chriſti & ueritatis, quæ in Chriſto eſt, expulſionem. contrà, uetuſtatis & Moſis reſtitutionẽ, Euangelij & legis, umbrarũ & corporis confuſionem, promiſſorum Dei eneruationem, gratiæ & initij populi Dei obſcurationem, maledictionis in qua naſcuntur pueri multiplicationẽ, catechiſmi Chriſtiani relegationẽ, inſtituti Chriſti (Matth. 28.) eneruationem, ordinis Dei in ſacramentis peruerſionem: fraternæ correctionis, excommunicationis, adeoq́ omnis ueræ ædificationis in Chriſto extinctionẽ, rebaptiſationis promotionẽ (æque nunc, ut antea tempore Auguſtini,) ſpiritusſancti ex officio detruſionem. In ſumma, baptiſmum paruulorũ cenſeo initium Papiſticæ, omniumq́ errorũ ac ignorantiæ fundamentũ in eccleſia Dei eſſe: atq; adeò omnis pietatis, ſimulq́ miniſterij apoſtolici deſtructionem. Id quod ſalua conſcientia mea aliter ſentire non poſſum, donec ſcripturis meliora fuero edoctus.

HVLDRICI ZVINGLII AD PRAECEDENTES *Quæſtiones reſponſ[illegible].*

D GRATIAM & pacẽ à Domino. Optimo iure tibi licuit, mi Leonarde, & tuas & publicas res ad me perſcribere: & non ſolũ nunc, ſed etiam perpetuo id tibi liceat. unam enim & eandem rem cum curemus, proderit nimirum unis eiſdemq́, aut ſaltem ſimilibus conſilijs uti, atq; eis ab uno ſpiritu dictatis. Quantumuis enim ad iſta contentioſa, in quibus gloriam quæri nõ ueritatem ſentio, male libenter reſpondeam, cum quod contentioſis, & quod dicitur, rixam quærentibus nemo ſatis poteſt facere: tum quod ad N. paralogiſmos dudum fuit reſponſum, ſi modo ille uoluiſſet recipere, aut noſtra legere. Morem tamẽ geram. Quid enim par faſtidiũ parere queat, a tq; actũ agere? præſertim cum aduerſus illum ſit agendum, qui ſuam, non Chriſti gloriam quærit. Sic autem agam. Primum ponam axiomata pauca, quæ non tantum huius quæſtionis, ſed omniũ ferè quæ in tota religione oriuntur, nodos omnes, uelut Tenedia bipennis, incident. Deinde, etiãſi paucis reſpondere potero, quibus ille inſtat: quia tamen ſcriptura niti ſibi undiq; uidetur, ad ſingula placita illius, quo ſcripturã ab eius ui liberemus, oſtendere tentabimus, rem Chriſtianam atq; adeo ſcripturam ipſam nõ recte perſpectã eſſe homini. Atq; utinam uel Chriſtiani, idololatræ pictoris ſententiam ſeruemus: Sutor ne ſupra crepidam. Pulchra res eſt, religioſe loqui: ſed pulchrior, religioſum eſſe. Cum autem loqui religioſe, faſtus potius ſit quàm pietas, ſi religioſus non ſis: iam qui uere pius eſt, facile uidet, ubinam hallucinentur gloriæ mancipia. Quis enim pius nõ uidet, quid nam requiratur ad ueram iuſticiam, quid ſit uera iuſticia, & quid uere iuſtificet? Cum igitur hoc hominum genus adeò in rebus externis aberret, ut ignorare uideatur Dei electionem, prouidentiam, gratiã, & indulgentiam (quid enim aliud dicere cogor, cum homi-

Digitized by Google

A nis audacem orationem uideo, qua dicit infantiũ baptiſmum pietatis eſſe uene-
num, religionis confuſionem, diuinorum oraculorũ contenebrationem) Iam eos
fontes oſtendere tentemus, etiam per axiomata, ut promiſimus, ut aliqua ſaltem
in parte ignorantiam ſuam agnoſcant. Nam aliâs ſi noſtrũ de Prouidentia librum
legiſſent, dudum (credo) in portu nauigarent. Sed ad promiſſa axiomata uenio. Axiomata.

Qui prouidentiã numinis agnoſcunt, eadem opera electionẽ agnoſcant opor 1
tet. Nam niſi prouidentia conſtitueret de ſumma cuiuſq; rei, nõ eſſet prouidentia
numinis; quia non proſpiceret omnibus.

Electio nihil aliud eſt, quàm ęterna præſensq; ſuper his qui ęterna beatitudine 2
uſuri ſunt, conſtitutio. Repudiatio, contrario modo.

Iaacob electus eſt, antequã in utero matris cõciperetur: ſic omnes filij Dei ele 3
cti ſunt, ante mundi conſtitutionem, ſed in Chriſto ſunt electi, hoc eſt, ſic electi ut Ephſ.1.
per Chriſtum accedant ad Deum. nemo enim uenit ad patrem, niſi per illum.

Electio igitẽ eſt quæ ſaluũ facit, ſed per Chriſtũ, hoc eſt, Deus liberè cõſtituens 4
omnia, quos uult beat, ſed per Chriſtũ: hoc eſt, per ſeipſum, per bonitatem & gra-
tiam ſuam. Chriſtus enim bonitatis pignus eſt, & peccatorum noſtrorum coram
diuina iuſtitia precium, quam ſacroſanctã eſſe oportet. Beat autem Deus ab ęter
na conſtitutione.

Porrò cum fidei tribuitur beatitudinis lucrum, quod ea fide impetretur aut ob 5
tineatur: iam manifeſtũ eſt, ſignum & poſteriori tribui, quod prioris ac fontis eſt.
nemo ẽm credit, niſi qui prius ad æternã uitã deſtinatus eſt & ordinatus: Act. 13.

Quot autem ſunt electi, qui fidem nõdum habent? imò ne uitam quidem. Sed 6
quid dico uitam? ne eſſentiam quidem. An enim Deipara uirgo, & latro, non fue
runt electi ante mundi conſtitutionẽ? quamuis ille ſero tandem fidem nactus ſit?

B Iudas & Cain æque ſunt ante conditum mundum repudiati ad perpetuas 7
ęrumnas, atq; ſuperiores electi.

Latro uero quod ad humanum iudicium attinet, cuinam eccleſiæ, Dei an dia- 8
boli accenſebatur? ſic & Iudas? Nónne ille perditorum, hic uero electorum? cum
apud Deum ille electus eſſet, & de eccleſia primitiuorũ: hic uero de eccleſia dam
natorum.

Ergo in eccleſiam uiſibilem, quæ & ipſa Chriſti eccleſia uocatur, quantumuis 9
non ſit iſta quæ ſine macula eſt, cenſentur hi quoq; qui apud Deũ repudiati ſunt,
dummodo noſtro iudicio ſatisfaciunt: & cõtrà, alieni ab eccleſia noſtra iudicanẽ,
qui tamen de eccleſia primitiuorũ ſunt. Teſtes ſunt uniuerſæ gentes, ut ne dicam
homines, quæ ad prædicationem Apoſtolorũ crediderũt. Eę enim antequam cre
derent, cum Apoſtoli nondum eſſent emiſſi extra pomeria Iudeæ, cuinam eccle-
ſiæ accenſebanẽ? nõ certe eccleſiæ Chriſti. nã plurimũ certãinis habebat eccleſia,
num gentibus annunciandus eſſet Chriſtus: tam abeſt, ut de ſorte eccleſiæ crede
rentur eſſe. At eæ gentes quæ crediderunt, an non ante mundi creationem, imò
antequam natæ eſſent, fuerunt electi Dei? Fuerunt ergo humano iudicio repudia
ti, & eccleſiæ exortes: ſed apud Deum electi, ut de iſtius eccleſiæ ſorte, quæ nõ ha
bet rugam aut maculã: quantumuis fidem nõ haberent. ſed tandem cum adeſſet
tempus à Deo conſtitutum, iam fidei beneficiũ à Deo adepti, ſciebant ſe eſſe Dei
electos: quod quidem prius erant, ſed ignorauerant.

Fides enim eſt ſubſtantialis iſta & uiua uirtus adflati animi, qua certè ac incon 10
cuſſè fidit inuiſibili Deo. Heb. 11.

Conſtat igitur, electionem eſſe, & immutabilem etiam eſſe. nam firma eſt ele-
ctio. Rom. 11. ubi tamen fides nõ adeſt. Quæ ergo (malum) ratio, damnare quo- 11
rum iudicium ad nos attinere nõ poteſt? cum beatum fieri, ab electione pendeat:

C & nos tam abeſt ut eligere poſſimus (Non enim uos me elegiſtis, inquit ueritas:) ut etiam ignoremus qui nam ſint electi, etiam ex eis quos uidemus nomen dediſſe Chriſto.

12 Conſtat & hoc, quod iſtud uerbum Chriſti, Qui non crediderit, condemnabitur: &, Qui non credit, iam iudicatus, hoc eſt, damnatus eſt: de his tantum modo debet intelligi, qui ſalutarem prædicationem audierunt, ſed non crediderunt.

13 Conſtat deinde iſtud quoq;, quod ut hoc ipſum, Qui prędicato euãgelio non crediderit damnatus eſt: non eſt ſecundum tempus quodq; intelligendũ, ſed ad diem à Deo cõſtitutũ. Hoc modo me accipe. Hic ſermo, Qui non crediderit, &c. non eſt γνώμη, ſed χρεία, (quæ ut inter ſe differant, à Fabio petendũ eſt:) hoc eſt, non eſt perpetua ſententia (quo modo, Veritas odium parit, &: Regnum in ſe diuiſum, deſolabitur:) ſed uſus, ſiue uaticinium. Quo modo, Qui percutit gladio, gladio peribit: &, Qui patriam ſubinde mutat, non magis rem faciet, quàm lapis perpetuo uolutus muſcum. Vſuueniunt enim iſta plerunq;: unde & præſagiuntur, tanquam in uniuerſum ueræ ſententiæ. Sic ergo hæc chria, ſiue ſententia uera eſt, Qui ad adnuncitum euangelium uſque in finem perſtiterit in incredulitate, damnabitur. Et non ſic: Quocunq; tempore quis nobis depræhenditur non credere, eo tempore poſſumus de eo pronunciare, quod damnatus ſit. Probatio: Alij primi, alij tertia, alij nona, alij undecima hora in uineam ſunt uocati. Latro, exemplum tandem factus credidit: & filius ille qui ſe primum negabat iturum in uineam, & opus facturum: atq; è diuerſo filius qui promittebat ſe iturum, & non iuit, nec opus fecit: Thomas qui non credebat, donec uideret & ſentiret. Et omnino cuncti qui tam ex Iudæis quàm gentibus ſero crediderunt. Stat ergo hæc ſen-

Dies pro iudicio.

D tentia ad diem et iudicium Domini, non ad humanum diem, hoc eſt, iudicium.

14 Quod autem eccleſia, quæ humano diei, hoc eſt, humano iudicio ac ſenſui eſt ſubiecta, et reprobos et electos contineat: ſupra latronẽ et Iudã, irrefragabilia habet teſtimonia. Non omnis qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in regnum cœlorum. Qui dicunt autem Domine, hi nimirum qui nomen dant Domino: at iſti recipiuntur in eccleſiam, adhuc tamen non introibunt in regnũ Dei: ergo in eccleſia (iſta ſcilicet, quam nos uidemus) ſunt, qui repulſam patientur. Cũ omnes ex omnibus gentibus populi ſint ad regis filij conuiuiũ uocati, et liberaliter accepti: eſt tamen qui non ſplenderet ueſte nuptijs digna eiectus. Quo penicillo melius potuit uiſibilis eccleſia pingi? Decem uirgines, quarũ pars media ſtultæ erant, media prudentes, ferè pares faciunt repudiatos electis: cum in proximo teſtimonio unus modo indignus habitus ſit. Sed in uno, omnes qui repudiati ſunt. Infelix loliũ uetat paterfamilias euelli, ſed creſcere mitti iubet uſq; ad meſſem.

Eccleſiæ externæ typus.

15 Quibus omnino conſtat, Eccleſiam ſemel in ſcriptura poni pro ſolis electis: ut cum dicitur, nec maculam habere, nec rugam. Iterum uero pro omnibus, qui nomen dederũt Domino, qui noſtro iudicio intra eccleſiã cenſentur: ut cum dicitur. Vocate quotquot inuenitis, bonos & malos. Vt ſic ſit eccleſia ſenſibilis & ſpiritualis.

Eccleſia duplex.

16 Attendant igitur Catabaptiſtæ, quod hactenus ignorauiſſe conuincuntur: Hebræos hoc familiarius habere quàm alias linguas, ut uirtute ſynecdoches eis quæ ſpecie diſtant, at in genere conueniunt, pro ſe mutuo utantur, uti: ſed uirtute generis. Id exemplis patet. Quoties dicitur in prophetis, præſentes non colere Dominum, quemadmodum patres coluerint? Et contrà, quoties obprobatur illis quod ſemper fuerint contumaces, & deſciuerint ad deos alienos, ipſi & patres? Verum quomodo illa non ſunt inconſtantia? Patres obſeruauiſſe Dominum, filios autẽ degenerare; &, Patres olim prodidiſſe Dominum, æque ac tunc filij facerẽt? num

Hebræorum ſynecdoche.

enim

A enim deſierũt eſſe contraria, obſeruare & prodere? Genus eſt ergo, patres: genus
eſt, filij. Nunc patres mihi diuide æque & filios, in morigeros & contumaces. ta
les enim olim fuerunt, quemadmodum etiamnum homines. Cum ergo laudan-
tur patres, iam genus poteſtate ſynecdoches ponitur pro parte ſiue ſpecie: pro ijs *Genus pro ſpe*
ſcilicet, qui Dei amantes fuerunt, ac morigeri. Contrà, cum accuſantur proditio- *cie, & contrà*
nis, æque patres, genus ponuntur pro parte ſiue ſpecie: puta pro perduellibus ac
impijs. Sic Ioannes affatur concionem, ô uiperarum proſapia: cum tamen omnis
Iudæa & Hieroſolyma exirent ad illum, faterentur peccata ſua, ut baptizarentur.
Quos ergo notauit uiperarum nomine? Eos modo qui tales erant (quo modo per
petuo faciunt prophetæ, dum totam alloquuntur eccleſiam) Phariſęos & ſacerdo
tes, qui ad inſidiandum ac deferendum adueniebant. De Chriſto tradit Lucas, cũ
enarrauiſſet Iſaiæ locum in ſynagoga Nazaræ, quod omnes probauerint ac com-
mendauerint illum: hoc eſt enim ἐμαρτύρουν. Marcus de eadẽ re dicit, offenſos:
hoc eſt, contumelioſos fuiſſe in eum. Ac ne quid cauſari poſſint aduerſarij, Lucas
ipſe paulo poſt dicit: Replebantur autem omnes ira, qui in ſynagoga erant. An
hæc non ſunt contraria, Omnes commendabant illum, & omnes qui in ſynago-
ga erant iraſcebantur ei? præſertim cum addatur utrobiq; Omnes. Excuſant ergo
hæc & ſimilia non alia ratione, quàm ſynecdoches beneficio, qua dicunt, Omnes
probabãt illum in ſynagoga, & tamen eos ſolũ intelligunt, qui ſancto iudicio &
incorrupto pollerent: & contrà, Omnes irati erant ei, cum tantum contumaces ac
malignos intelligunt.

Sic & in eccleſia diuerſitate fit, ſpiritualis eccleſiæ munera ſenſibili quoq; tri- 17
buuntur, ſed dicta ratione, cum in eccleſia electi ſint ac reprobi (ut Gregorij uer-
bis utar) iam toti eccleſiæ tribuitur, quod melioris in ea partis tantum eſt. Confir-
B matio: Vos eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis. Hic dum ſupe-
rius tempus ſpectas, Iudas non permanſerat cum Chriſto in aduerſitatibus, ſem-
per enim perfidus erat, ut ſi corpore non recederet, animo tamen nunquam erat
præſens: ſed ad marſupium ſpectabat, ſi uero ſequens, iam omnes relinquebant il
lum. Quò ergo ſpectat? Huc: Cum de omnibus loquitur, cumq; nullum tempus
definit, adhuc tamen dum ſermonem ad uiuum expendis, fideles modò, nõ perfi
dos: deinde finalem perſeuerantiam, & non uniuerſalem intelligit. Interim enim
conſtabant, interim uero nutabant, imò aufugiebant. Librum componam, ſi tibi
Frater uoluero cũcta eius generis exempla proponere. Vos eſtis ſal terræ: Qua-
le, quæſo, Iudas ſal erat? Nos credimus, quod tu es Chriſtus: Quid credebat Iu-
das? Angeli ſeparabunt malos de medio iuſtorum: An uero inter electos erũt, qui
damnentur: Minime, ſed electorum nomen Petrus quoq; totis eccleſijs tribuit. 1.
Pet. 1. Electis conciuibus, qui paſſim per Pontũ, Galatiam, &c. & 2. cap. Vos
genus electum eſtis. Separabũt ergo angeli malos, qui adhuc in eccleſia ſunt: ſed
quod reprobi ſint, id noſtrum iudicium latet, quæ eccleſia electa aut electorum ap
pellatur, ſed hac qua diximus ratione, quod generi tribuitur, quod ſpeciei ſiue par
tis eſt: aut quod alteri, ſpeciei uirtute generis ſiue comprehenſionis (hoc eſt enim *Synecdoche.*
ſynecdoche, autore Tullio.) tribuitur, quod alterius eſt.

Quibus omnino conſtat (nam iudicio pollenti, pauca ſufficiunt) Primum: Nul 18
lius alterius electionem aut repudiationem, perſpectam eſſe humano iudicio. In-
iuria igitur pellunt ex eccleſiæ conſortio Catabaptiſtæ infantes Chriſtianorum,
quorum eſt promiſſio: ut infra patebit. Secundo: conſtat non protinus eſſe da-
mnatos, qui fidem non habent. nam aliâs Abraham, Iſaac, Moſes, fidei exem-
plaria, dum pueri erant, damnati fuiſſent: & fidem, nacti rurſus electi facti. Et
ſic penderet electio Dei à noſtra fide & incredulitate. Ex quo patet, fidem, fru-

C ctum ac pignus præſens electionis eſſe, ut iam qui fidem habet, ſciat ſe electum
eſſe, quod prius ignorabat, cum ad fidei plerophoriam nondum ueniſſet: quam-
uis non minus apud Deum electus ſit ante fidem, quàm poſt datam fidem. Quã
fidei lucem ac certitudinem, Apoſtolus arrabonẽ ſpiritus appellat. Tertio con-
ſtat, ſi nemo baptizari debeat, quàm qui fidem habeat, aut quem malefactorum
pœniteat, iam neminẽ baptizari poſſe. Aeque enim perfidus Simon, Ananias,
Alexander χαλκεὺς, & proditor Iudas baptizati ſunt: atq; Petrus, Paulus, reliqui,
imò Chriſtus ipſe. Quarto conſtat, eccleſiã iſtam, quæ Chriſti eccleſia eſt & uo-
catur, quæq; appellatur electa, complecti reprobos non tantum infantes, ſed etiã
adultos & electos, æque pueros & uiros. Complecti quoq; incredulos, quorum
pars credentes aliquando erunt, pars uero nunquam habebunt fidem.

19 Solent & hoc Hebræi, ſymbolis, ſignis, & ſacramentis nomina dare earum re-
rum, quarum ſacramenta, ſigna, aut ſymbola ſunt. Sic idola uocant deos: ſic circũ
ciſionem, teſtamentum: ſic agnum, tranſitum. Id autem uirtute metonymiæ, qua
non tantum res inuentæ aut inſtitutæ ab autoribus, ſed exempla quoq; ab archety
po, & imago à re uiua, nomen accipiunt.

20 Et rurſus ſolent ipſis ſacramẽtis & ſymbolis urgere, ad id quod ſymbolis ſigni
ficatur, hoc modo: Circunciſus es, legem ſerua. Quod tamen alia ratione ſermo-
nis efferunt, qua uocibus quidem ad circunciſionem ſiue ſacramentum ſpectant,
ſententia uero ad rem cuius eſt ſacramentũ, ſic: Circuncidite præputiũ cordis ue-
ſtri. Abluti eſtis, manete igitur noui ac mundi, ſic conditur: Qui baptizati eſtis,
Chriſtũ induiſtis. Cœnam Domini celebrauiſtis, ergo in ſocietatem coiuiſtis, ſic:
Calix quo in gratiarumactione utimur, quid ille aliud eſt, quàm noſtra coniun
ctio & ſocietas?

D His nunc uelut in fronte poſitis, hoſtem aggrediemur, contumacem magis q̃
fortem, minacem magis quàm cõſtantem, nihil inſtructum ad hoc genus pugnę:
ſpicula enim dudum fracta & conculcata in nos torquet, quæ iſthic loci collegit,
ubi iam pridem Catabaptiſtæ ſuperati ac fuſi ſunt. Quid enim audax homo aliud
adfert, quàm cui iam plus decies reſponſum eſt? Adde quod multas ueneno infe-
ctas iaculat̃ ſagittas, hoc eſt, impia dogmata ſerit: & quæ ad publicã eccleſiæ pa-
Ad primæ claſſis problemata reſpondet. cem faciunt, perhibet pacis eſſe toxicum. Sed iam tempus pugnæ adeſt, ubi uirtu
te, nõ uerbis res eſt gerenda. Veritate enim uelut infeſta cuſpide petemus homi-
nem, ac primo primæ claſſis problemata obiecto mucrone excipiemus.

1 Hoc perinde eſt, ac ſi quis quærat: Veſtis an ueſtis eſt, an ſolummodo pãnus,
aut tela. An enim cerimonia eſt, quæ nihil ſignificat? Porrò myſterium baptiſmi
eſt, Chriſtum ſanguine ſuo eccleſiam abluiſſe: & de iſta eccleſia, ſiue ſpirituali, ſi-
ue ſenſibili, membrum eſſe qui baptizatur.

2 Baptiſmus ſacramentũ eſt, eccleſiæ iudicio, etiam dum Iudas, Simon magus,
& omnes perfidi baptizant: Baptizato pernicioſum, ſed eccleſiæ iudicio ſalutare.

3 Non minus eſt, intra eccleſiam nato ſacramentum baptiſmus, etiam cum igno
rat Deum, quàm Iſaac fuerit circunciſio ſacramentũ puero. Quæ Petrus de con
ſcientiæ teſtimonio ſcribit, de eccleſiæ parte ſcribit, quæ iam intelligit, quæ ſpiri-
tualiter dicuntur. Sunt autem in eccleſia, quæ noſtro iudicio patet, non tantũ iſti,
ſed etiam increduli quidam.

Chriſtum omnes induunt, qui baptizantur, apud eccleſiæ iudicium: apud Deũ
4 non omnes, etiam qui ſuo ore fidem confitentur. At effectũ quem dedit Deipa-
ra uirgo, cum in cunis iaceret: cum tamen eſſet omnipotẽtis Dei patris ſponſa ele-
cta, uxor ſancti ſpiritus, & unigeniti filij Dei mater: Sunt igitur electi filij Dei, qui
tamen nihil operantur, nam ſi filium eſſe Dei ab opere pendet, iam ad opera redi-
tum

A tum eſt, & gratuita per Chriſtum electio euacuata eſt.

Nudus baptiſmus eſt, cum uos Catabaptiſtæ perhibetis, neminem eſſe bapti- 5
zandum, niſi qui fidem habeat. ſic enim nemo baptizabitur à uobis: de nullius
enim fide nobis conſtat. Sed eccleſia uera, quod ad ſe attinet, & quantum ſibi da-
tum eſt, Chriſto induit ſactamẽto & ſignificatione, omnia membra ſua. ſacramen
tum dat, NON REM Eccleſia: ſed rem ſignificat. Solus enim Chriſtus baptizat
ſpiritu ſancto & igni, quem Ioannes poſt ſe uenturum dicebat, cũ tamen ipſe iam
baptizaret. Eſt ergo baptiſmus externa ceremonia, quæ tamen rem ſignificat, nõ
præſtat. Et nemo dicit, baptiſmum tantum eſſe ceremoniam, quæ nihil ſignificet:
ſic enim nõ eſſet cerimonia. Sed magnũ eſt diſcrimẽ inter ſignificare, & præſtare.

Ablue peccata tua, inuocato nomine Domini, cum dicit Ananias, hoc dicit: Ba 6
ptizare, ut teſteris te credere, quod remiſſio peccatorum ſolius gratiæ Dei eſt, quã
proprio filio ſuo coëmit, ac nobis donauit. Baptizare, cum Chriſtum agnoſcis,
quem prius perſequebaris. Nam ſi peccatorũ remiſſio alicuius eſt, quàm gratiæ,
iam temerè ſunt externæ iuſtificationes legis abolitæ. Sed cum Paulus credidit cũ
baptizaretur, non tamen ſequitur, neque omnes qui baptizantur credere, neque
neminem eſſe baptizandum niſi qui credat. Ignorant ſtulti homines, à parte ad to
tum ſeſe arguere, cum dicũt: Paulus credidit, ergo nemo eſt baptizandus niſi qui
credit. Cũ ſimul uideant à Ioanne, ab apoſtolis, imò à Chriſto ipſo Apoſtolorum
& Prophetarũ autore multos eſſe baptizatos, qui fidem adeò non haberent, ut
ſuprà quàm paruuli etiam perfidi eſſent. Hoc ergo ſciant, in Eccleſic, quæ nobis
uocatᷓ eccleſia, cõtineri electos, incredulos, & perfidos. In eccleſia noſtra erant in-
fantes & increduli Iſaac, & Deipara uirgo. Erãt & Eſau & Iudas infantes & in-
creduli, imò reprobi. Erant in eccleſia omnes perfidi, qui à Chriſto deficiebant. In
B eccleſia ſpirituali, quæ ſoli Deo patet, ſunt omnes electi tantum. Sed nos non nos
tantum in eccleſiam recipimus: nam ſic neminem reciperemus, ut iam ſatis patet,
cum electio nos lateat. Plures ergo cõplectitur eccleſia, quæ nobis eſt eccleſia,
quàm in præſentia credentes & electos: omnes ſcilicet, quibus nos decernimus
eccleſiæ ius ac ciuitatem eſſe.

Quæ Paulus Rom. 6. ſancte diſſerit, de iſto ſunt genere, ubi à ſymbolis & ſigni 7
ficatione ad rem urgetur, quæ ſymbolis portenditᷓ. Deinde ad iſtos in eccleſia per-
tinent, qui iam intelligunt. At non ſequitur, omnes qui in eccleſia baptizantur,
oportere tunc ſcire iſta, quæ illa pars nouit, quæ eſt ad intelligendum iam apta &
accommoda. Quæ omnia facile expediuntur per inſtrumentum ſynecdoches.

Chriſto cõmoritᷓ & conſepelitᷓ eccleſia Chriſti. Id aũt cũ nõ ſit omniũ in eccleſia,
adhuc tamẽ de tota, & ad totã eccleſiã dicitᷓ. Et capiũt uerbũ hoc, quibus datũ eſt. 8

Quis ſit ſacramentalis & ſpiritualis baptiſmus, hic tertius Cato nondum nouit.
Audiat ergo Ioãnem, qui ab exordio baptiſmi Baptiſtæ nomen habet. Equidem 9
aqua baptizo, ſed aderit propediẽ autor ſiue maior meus, qui uos baptizabit ſpiri
tu ſancto, & eius igne inflãmabit. Fatemur & nos, in baptiſmo publicam cõfeſ-
ſionem requiri: ſed non quam baptizatus ipſe, ſi per ætatem non poteſt, faciat. Fa
cit enim os parentum: & ſi illorum quoque os mendax eſſet, facit os eccleſiæ, quæ
ſuo iudicio uotos recipit: & quos receperit, eis teſſeram ſuam credit.

Locus Epheſiorum quinto, totus noſter eſt. Primũ quod de toto loquitur, cum 10
dicit, Quemadmodũ Chriſtus amauit eccleſiam. Porrò quam amat? eam nimi-
rum, quæ electa eſt. Deinde cum dicit, Mundauit eam balneo aquæ cum uerbo:
aperte loquitur ſymbolicè. non enim alia re, quàm ſanguine ſuo nos abluit. ſed
huius ueræ ablutionis ſacramentum eſt baptiſmus. utitur ergo baptiſmi peri-
phraſi, pro re ipſa. Simul tamen, cum de ablutione eccleſiæ loquitur externa, quæ
ſacra-

C ſacramentalis baptiſmus eſt, ſermonem toti eccleſiæ accommodat, qui de electis tantummodo & fidelibus ſiue impræſentiarum ſiue in poſterum, ſi uiuum requiris, intelligi poteſt: hoc eſt, de ſpirituali tantũ eccleſia, cum dicit, Quæ rugam non habet aut maculam.

11 Iſaac circunciditur, regeneratus & non regeneratus ex ſemine ſpiritali. Apud Deum non tantum regeneratus erat, ſed electus etiam, ut Dei filius eſſet priuſquã in utero conciperetur. Apud ſe uero tam abeſt ut regeneratus eſſet, quomodo iſti loquuntur, ut neſciret quid naſci eſſet, nedum renaſci. Adhuc tamen recipit regenerationis ſacramentum circuncisionem. Quid enim cordis præputium reſcindere aliud eſt, quàm regenerari? Sic de omnibus ſanctis eſt intelligendum.

12.& Præcedit annunciatio, iſthic ubi nulla eſt eccleſia, nulla cõfeſſio. At ubi iam eſt
13 eccleſia, ſatis eſt annuntiationem habere eccleſiam, etiamſi non omnia membra ſint apta ad audiendum annunciationem, ut iam ſatis patet. An enim primordialis eccleſiæ pars & membra non erant credentiũ infantes? Si erant, cur tumultuantur iſti? Si non erant, ergo erant miſeriores circunciſis infantibus, qui intra eccleſiã cenſi ſunt: nam aliâs nõ recepiſſent eccleſiæ ſacramentum circunciſionem. Videtur hic autor probare Bohemorum errorem, quo infantes baptizatos euchariſtiæ cœna accipiunt: non expendentes quod ſcriptum eſt, Probet ſeſe homo. id quod in baptiſmo non requiritur. Et baptiſmus ueritatis eſt ſymbolum, non eius quę in baptizato impræſentiarum adferatur: ſed eius quòd Chriſtus uere ſanguine ſuo abluit eccleſiam, cuius rei fidem electi modo ſuo tempore habent. Verum quid attinet ſic loqui? quomodo alioqui erit ſymbolum ueritatis baptiſmus externus, cum fraude circumuenimus ueritatem? Symbolum ueritatis eſſe, nihil eſt aliud, quàm ſignificare rem ueram: hoc eſt, eam rem, quæ uere facta ſit. & ſymbolum ſemper

Bohemorum error.

Symbolum ueritatis eſſe qd.

D uerum ſignificat, ſed non præſtat, ut res ſignificata in eo iam adſit, qui ſymbolum accipit. Nam aliâs nemo poſſet indigne adire cœnam Domini. Recipiunt ergo & baptiſmum & euchariſtiam multi indigne, cum tamen ſacramentũ eam rem ueram, quæ uere geſta eſt, ſignificat.

14 Quàm elegans ſimile eſt hoc: Non prodeſt audiſſe ſermonem ſine fide, ergo nõ prodeſt baptiſmum accepiſſe ſine ſpiritu ſancto. Sic ſcriptum eſt, Qui nõ crediderit, prædicato Euangelio, damnatur. Sed nuſpiam ſcriptum eſt, qui baptizatur, & non credit, damnatus eſt. Circunciſus eſt enim Iſaac, & nõ credebat: ſic baptizantur electi infantes, & non credunt. Sed & Ioannes, ut dictum eſt, baptizabat in eum qui poſt ſe uenturus erat. Electio eſt, qua ſalui reddimur.

AD SECVNDAM CLASSEM.

15 Qui in eccleſia ſunt, nõ ſunt foris: ſunt ergo ſacramenta inſtituta eccleſiæ. neq; ijs tantum, qui iam circunciſo corde ſunt, ſed ijs qui ſunt in eccleſia: qui ſi non omnes habent fidem, qua electionem ſuam ſciant, ſunt tamen qui ſciunt. Sic ergo de tota eccleſia dicitur, quod partis eſt. Sic omnes eccleſiæ cõſignantur, qui eccle-
16 ſiæ confeſſionem faciunt, aut qui promiſſionẽ habent. Sed in ea eccleſia ſunt, quæ noſtro patet iudicio. Breuiter: hic autor dũ de filijs promiſſionis loquitur, eius dicti meminiſſe debet. Qui enim promiſſionẽ habent, in eccleſia Dei ſunt. Et hi uocantur filij Dei: quantumuis multi ſint, qui uocati quidem ſunt, nec tamen electi. Quò tota iſta parabola Chriſti de uocatis ad nuptias pertinet.

Filij Dei.

17 Sic baptiſmus eſt regenerationis ſymbolum, quod Chriſtus nos regenerauerit: quodq; nos uitam nouam renati uiuamus, ſi in eccleſia Chriſti ſumus. Sed non quod qui baptizati ſunt, ob id renati ſint: aut quod non debeat baptizari, niſi qui renatus ſit præſenti fide, quemadmodum ſatis eſt dictum.

AD

A AD TERTIAM CLASSEM.

Hinc probamus baptiſmum circunciſioni ſucceſſiſſe, unde patres omnes pro- 18
bauerunt. Circunciſionis ſacramento uniuerſi initiabantur, qui de eccleſia popu-
li Dei eſſent. Nunc cum ne aduerſarij quidem negent, baptiſmũ initiationem eſſe
eccleſiæ Dei; iam puto ſatis probauimus, baptiſmum circunciſioni ſucceſſiſſe. ni-
ſi negent, circunciſionem eſſe abolitã. Si ergo eſt abolita, & baptiſmus ſtat in eo lo
co in eccleſia, ubi olim erat circunciſio; iam eſt manifeſtũ, circunciſioni ſucceſſiſ-
ſe. Habemus & ſcripturã, de qua dicetur, cum ad locum ex Coloſſenſibus uen
tum erit: & exemplum, cum Chriſtus ipſe, qui circunciſus fuerat, baptizatus eſt,
ſed circunciſionem nuſpiam docuit eſſe accipiendam. Accepit ergo utriuſq; po-
puli ſacramentum, quia eccleſiæ ex utroq; congregatæ caput eſt.

Baptiſmũ circunciſioni ſucceſſiſſe.

Per Moſen in uitam ingrediuntur, qui operũ fiducia freti, beatitudinem ſibi de- 19
beri putant: nõ ij qui, dicunt baptiſmum ſucceſſiſſe circunciſioni. Vide mi frater,
ꝙ longe petitis utatur miſer homo argumentis. Moſes non minus eſt fidei exem-
plum, quàm Abraham. Non eſt autem circunciſio Moſis, ſed Abrahæ. At ſupra
hæc omnia, uideť mihi hic homo talem fiduciam habere in ſacramenta, quod bea
tum reddant. Nam niſi hoc ſentit, quid eſt quod dicit per Moſen ingredi? Quaſi
qui dicunt baptiſmum ſuccedere circunciſioni, negent fidem in ſemen Abrahæ
eſſe oſtiũ per quod introiť. Cum & electos à mundi cõſtitutione dicamus cũ Pau-
lo, in Chriſto electos eſſe. Quàm inepte argutať infelix malæ cauſæ patronus?

Per Moſen in uitam ingredi.

Quod Petrus diluuio, & Paulus nubi baptiſmum comparat, pro ſe rapit imperi 20
tus allegoriarum expoſitor. Nam ſi baptiſmus non debet circunciſioni cõferri, id-
circo quod Petrus diluuio comparauit: iam Paulus quoq; errauit, nubi cõparan-
do. Diſcat igitur ille, quiſquis eſt, allegorias iſtas liberè fieri. nihil enim ſunt allego
B riæ, quàm tectæ comparationes. Nouas ergo allegorias uoluerunt adducere Apo
ſtoli, & non ſacramenta ſacramentis conferre. Nam diluuium non erat eccleſiaſti
cum ſacramentum, neq; nubes. At circunciſio & baptiſmus ſacramenta ſunt. Nõ
ergo ſunt in iſto argumento Apoſtoli, de ſacramentorũ ſucceſſione, ſed ſacramen
tis res priſcas comparant.

Baptiſmus diluuio & nubi comparatus. Allegoriæ.

Myſteria (niſi ille nõ capiat, quid proprie myſterium ſignificet) omnino eadem 21
ſunt in circunciſione & baptiſmo. utrunq; enim ſacramentũ ſignificat, populum
aut eccleſiam Dei eſſe, qui circunciſi aut baptizati ſunt. Vtrunq; hoc requirit, ut
initiati corda circuncidant, & loti ac mundi noua creatura ſint. Quorum myſterio
rum prius iſtud eis etiam conuenit, qui per ætatem aut tempus à Deo cõſtitutum
poſterius nondum habent. Nobiſcũ ſentit Auguſtinus, qui in Ioannẽ Tract. 45.
ſacramenta ueteris ac nouæ legis omnino eadem facit. Eadem eſt eccleſia, & una:
quia una eſt fides tam eorum qui circunciſi, quàm qui loti ſunt baptiſmo. Nam
aliâs quî eſſemus filij Abrahæ, ſi Abraham nõ haberet eandem quam nos fidem?
Teſtamenta quoq; non ſunt diuerſa, quantum ad præcipua fidei ac religionis per
tinet: ſed quantum ad Chriſtum, & ea quæ Chriſtum portendebant, ac pædago
gi inſtar inducebant, hoc modo diuerſa ſunt. Chriſtus illis promiſſus eſt, nobis au
tem iam datus ac preſtitus. Significabant illius mortem ac ſanguinem olim pecui
ni cruores & hoſtiæ, cæteraq; myſteria: quæ omnia poſtquàm corpus adfuit, ue-
lut umbra euanuerunt.

Myſterium baptiſmi & circũciſionis idem

Nunc ad locum Pauli Col. 2. uentum eſt, quo planiſſime uideť, credentes ſem 22
per hoc ſenſiſſe, ut baptiſmo ſucceſſerit circunciſio, cũ baptizatos tam aperte per-
hibet circunciſos. Verum ut hic locus nonnihil lucis, quam nõ omnes uidemus,
habet: ſic non eſt temere tranſmittendus. ſic habet ſenſus Pauli. Eſtis enim eo ini-
tiati (ſic enim hoc loco πεπληρωμένοι uertendum eſt: quia Hebræi utunť implen-

Locus Pauli Coloſ. 2.

t di

C di uerbo, pro conſecrandi & initiandi uerbo. nec obſtat, quod prius Chriſtus ap-
pellatus eſt πλήρωμα, eſt enim metaſtaſis ualde elegans.) qui eſt caput (En quàm
belle ad ſummum ſacerdotiũ ſpectat) omnis primatus ac poteſtatis. In quo & cir-
cunciſi eſtis, circũciſione ἀχειροποιήτῳ, cum corpus ſcelerum carnalium depoſui
ſtis, per circunciſionem Chriſti: cum ſepulti eſtis cum illo in baptiſmo, cum quo
& ſurrexiſtis per fidem, in uirtutem & efficaciam Dei, qui illum ex mortuis excita
uit. Hic, ne nimis longus ſim, & ipſe moneo ut hunc locum expendant: & uide-
bunt Paulum in hoc eſſe, ut oſtendat ijs qui ex gentibus crediderãt, uero Deo ini-
tiatos eſſe. Cum autem, ut non tantũ in Actis, ſed per omnes fermè epiſtolas Pau
li eſt uidere, ab exordio prædicati per gentes Euangelij, ſemper eſſent qui circun-
ciſionẽ obtruderenr fratribus: iam αὐλεπολιτεύεται per omnia, hoc eſt, diuerſum
agit, ac docet circunciſos eſſe, hoc eſt, uice circunciſionis baptizatos eſſe, quo mi
nus circunciſionem deſiderent. Et ad huius rei teſtimonium appellat fidem illo-
rum, qua fidant diuina uirtute, & non cerimonijs, &c. Quod autem Catabaptiſtę
ad hæc dicturi ſunt: Vt pes autem, ut peccatorum depoſitio, ſepultura, & reſurre-
ctio requirantur? Sic reſpondendũ eſſe cenſemus: Hac claſſe hoc agi, ut circun-
ciſionis loco non ſit bapnſmus. eum errorem primum uidemus iam confutatum
eſſe. Deinde quærimus, quibúſnam aut prædicent aut ſcribant Apoſtoli? Dicent
nimirum, credentibus. Imò inquam eccleſijs, non tantum credentibus: id quod
in titulis Epiſtolarũ non paucis eſt uidere, quãtumuis ſanctos, electos, fratresq́
appellent. nam ſi ſolum credentibus ſcriberent, quis quæſo cui redderet epiſtolã?
Sermo igitur cum ad totam ſit eccleſiam, recipit cum pia mens tantum. cũ autem
in eccleſia ſint increduli, perfidiq́: adhuc tamen ſit ad illos ſermo, cum ſit ad eccle
ſiam uiſibilem. ſunt enim adhuc membra eius eccleſiæ. Cõſtat ergo, quod in axio
D matibus noſtris diximus, hæc in genere ad eccleſiam dicta, quæ noſtris ſenſibus
patet: quamuis ij tantum uerè fidant, qui electi filij Dei ſint, etiamſi nõ omnes pro
tempore. Conſtat deinde, quod Apoſtoli à ſacramentis epichiremata deſumunt,
quibus ad ea quæ ſacramentis ſignificantur uelut calcaribus agant: non quaſi ſa-
cramentum nemini dandum ſit, niſi qui iam impleuerit id quod ſacramentum ſi-
gnificat. nam hoc modo tam abeſt, ut cuiquã dari poſſit, ut uerear neminem eſſe
à quo non eſſent auferenda ſacramenta; adeò nemo habet, aut eſt, illud quod ſa-
cramentis ſignificatur.

23 Pueri non debemus eſſe ſenſibus, hoc eſt, ſtulti, & rerum mundanarum aman
tes. Sed contrà, pueri debemus eſſe: qua in re? malitia. Vt arrogans Catabaptiſta
ſibi placet paralogiſmis: Si puerorum conditio tam bona eſt, inquit, ut quidã per-
hibent, &c. cur uetat nos pueros eſſe ſenſibus? Quaſi uetet nos pueros eſſe inno-
centia: id uero tam apperte, ut dicat, nolite puerilia ſentire. id enim eſt pueros eſſe
ſenſibus. Sed ille omiſſa ſenſus uoce, pueros tantum aſſumit, quaſi dixerit, nolite
pueri eſſe. Poſtremo ipſe uideat, quàm ſplendida ſit conditio puerorum, cũ Chri-
ſtus neget quenquam in uitam ingreſſurum, niſi fuerit ſicut infans. En quàm im-
pium pectus, pietatis ſimulatione quam impietatem foueat. Chriſti ſermonem &
comparationem cõtemnit, quo Chriſtũ, ſed pro more Catabaptiſtarũ, explodit.

24 Et nos damus neq; circunciſionem, neq; baptiſmũ aliquid eſſe, quo modo iſte
ex Pauli ſententia arguit. Sed quomodo nihil, aut aliquid ſunt? ſi ad ſalutis effica-
ciam ſiue cauſam ſpectes, non reddit ſaluum, neq; circunciſio, neq; baptiſmus. ſo
la enim numinis gratia & liberalitas beat. Si uero ad myſterium quod ſacramen-
ta ſignificant, iam dicimus adeò neceſſaria eſſe, ut qui ea contempſerit, antca ca-
put religionis non teneat, quod eſt fidere uno Deo. Qui enim fidunt Deo, eius ſa-
cramentis gaudent; tam abeſt ut abijciant. Sunt enim ſigna ſanctæ unionis & cõ-

mercij

A mercij, cum Dei & hominum, tum hominum inter ſe. Eſt autem ſententia Pauli
explicanda ſicut prius: Si quis circuncisionem ſibi adeſſe gloriatur, at id quod ſpi-
rituale per uerba ſignificat, puta fidem non habeat, hic fruſtra ſeſe iactet. Sed quis
non uidet hoc eis, dici, qui in eccleſia ſe eſſe iactant, cum tamen nihil Deo dignũ
operentur: non eis qui intra eccleſiam cenſentur, & operandi aut ſentiendi uſum
nullum habent: ut iterum Paulus à ſacramentis ipſis fidei & confeſſionis, ad ope-
ra ipſa urgeat.

Qui baptizatus eſt, non minus eſt obnoxius omnibus legibus fœderis, quàm 25 &
qui circuncisus eſt. Niſi quod externa, quæ tantum in figura contigerunt, cum cir 26
cũciſione ſunt abolita. Imò anguſtius alligati ſumus ad legem, quàm prius. Nũc
enim nec iraſci licet, neq; uxorem proximi concupiſcere ad ſtuprum. Et Chriſtus
non uenit ad abrogandum legem, ſed ad perficiendum atq; implendũ. Hoc præ-
ſtant Papiſtæ Catabaptiſtis, quod illi ſemper dixerunt legem Decalogi non eſſe
abolitam: Iſti uero nunc abhorrent à lege propter circũciſionem, teneri homines:
nunc uero legem ita inculcant, ut nõnunquam dicãt ſeſe hærere, an circunciden
di potius ſimus, an baptizandi. Nos uero quãdoquidem lex ſpiritualis eſt, & hic
antagoniſta nos totos in ſpiritum transformari exigit, ſic legem dicimus eſſe aboli
tam, ut damnare nequeat: nihil enim damnationis ſupereſt ijs, qui ſunt in Chriſto
Ieſu. Non enim ſumus ſub lege, ſed ſub gratia: hoc eſt, non metu legis facimus ꝗd
lex monet, ſed animi fidelis ac religioſi propenſione. At ſimul diſcernendum eſt *Legũ diſcrimẽ*
inter leges. Sunt eñ quæ ſic ad externa pertinent, ut pro re nata mitti aut ſeruari
poſſint à fidelibus. Sunt deinde perpetuæ & immutabiles, eo quod nihil ꝙ ſpiri-
tuales: Diliges dominum Deum tuum, &c: Et proximum tuum ſicut teipſum. ta-
les ſunt ut aboleri nequeant: ex his enim lex & prophetę pendent. Quomodo igi
B tur poſſent ſine legis, prophetarum, ac Euangelij ipſius abrogatione auferri?
Sed de hac re aliâs ſatis diximus.

Baptiſmus Ioannis non minus eſt baptiſmus Chriſti, quàm baptiſmus Pauli. 27
Confirmatio. Prima, quia Ioannes non minus baptizabat in Chriſtum Ieſum, ꝙ
Paulus: Act. 19. Habemus eius rei teſtimonium à Paulo, qui ſic loquitur: Baptiza
uit planè Ioannes baptiſmum pœnitentiæ populo, intendens in eum qui poſt ſe
uenturus erat, ut crederent, hoc eſt, in Chriſtum Ieſum. Secũda, Quia Ioannes
non magis baptizauit in nomen Ioannis, quàm Paulus in nomen Pauli: Qui &
dicit, Num in nomen Pauli baptizati eſtis? Tertia, Quia cum baptiſmus Ioan-
nis præcipue illius doctrinam ſignificet, & doctrina illius nihil aliud eſt ꝙ ipſum
Euangelium (ut patet Ioan. 3. Qui credit in filium, habet uitam æternam: Qui ue-
ro non credit, &c) Conſtat, quod ad doctrinam pertinet, eundem eſſe Ioannis cũ
Chriſti baptiſmo. Quarta, Quod Chriſtus in Ioannis, hoc eſt, in ſuo baptiſmà-
te, ſed à Ioanne dato, baptizatus eſt. Nam ſi Ioannis baptiſmus fuit, non Chriſti,
iam hæc ſequentur abſurda: Tria eſſe Teſtamenta, Moſis, Ioannis, Chriſti. eſt eñ
baptiſmus non minus celebre & auguſtum ſacramentum, quàm circuncisio. Ec-
cleſiam Ioannis eſſe abolitam, ſi eius baptiſmus eſt abolitus. Baptiſmum Ioannis,
qui euanuerit cõſecratum eſſe trinitatis præſentia, quod de Chriſti baptiſmo aliâs
non legitur. Et quod intolerabile, impium, & contumelioſum eſt, Chriſtum cum
ueteribus circuncisum, cum eccleſia Ioannis baptizatum, quę antiquata ſit: & no
biſcum non eſſe baptizatum. Si iniquus iudex ille non pronunciauiſſet ante cau
ſæ cognitionem, & cauſam cognoſcendi animus illi fuiſſet: potuiſſet hæc omnia
diſcere ex his, quæ uel nos ſoli de hac re ſcripſimus, non ignari quid uel ueteres,
uel recentes Theologi de hac re tradant. Sed multi docent quod neſciunt. Quæ
uero ex ſcriptura credit ſe Aduerſarius cõtra nos adduxiſſe, in uniuerſum à nobis

C ſtant: Act. 19. hiſtoria dudum à nobis eſt expoſita, & noſtra expoſitio firmata, ut nemo non uideat ex ipſius Pauli uerbis, Ioannis baptiſmum Chriſti eſſe. Sed qui ſe in baptiſmo Ioannis dicebant eſſe baptizatos, errabant. non enim recte docti erant rem Chriſtianam, quod teſtantur, cum baptizantur: hoc eſt, planius docentur, Ioannem in Chriſtum duxiſſe: protinus Chriſtum recipiũt, quod ſpiritu ſancto fiebat, quem hactenus ignorauerant. Nemo enim poteſt dicere, Dominus Ieſus, niſi in ſpiritu ſancto. Sed de hoc ſatis. Petrum uero audiamus apud Corneliũ diſſerentem. Palàm nobis nimirum expoſita eſt res, quæ per totam Iudæam geſta eſt, quæ in Galilea initium cœpit, iam inde ab exordio baptiſmi quod prædicauit Ioannes. Hæc mi Frater naſuto homini talia uidentur, quæ inſinuent Ioannis baptiſmum abrogatum. Sed ignorauit imperitus homo, latinos quoq; à græcis mutuata locutione dicere, Poſt principia: hoc eſt, cum primis, cum protomachis, uirtute, μετά.

Μετὰ τὸ βάπτισμα ὃ ἐκήρυξεν ἰωάννης.

28 Miratur incircumſpectus homo, quomodo Ioannes in eccleſiam Chriſti receperit homines: nõ cogitans, quomodo receperint Apoſtoli. Sed obſtaculũ ponit, quo ſe iure oſtendat admirari. Cum ſpiritus ſanctus, inquit, nondum eſſet: Io. 7. Ergo nec Apoſtoli fuiſſent in eccleſiam Chriſti recepti. Neq; intelligit, Ioannẽ non dicere ſpiritũ ſanctũ nõ fuiſſe tum, ſic enim creatura eſſet: ſed nõ erat, inquit, ſic ſcilicet magnifice datus, ut in die Pentecoſtes. nam Chriſtus nondum reſurrexerat, & aſcenderat. Poſt iſta enim conſtitutum fuit à Deo, ſpiritum ducem ac curatorem mittere.

29 Argute quærit, An ille qui dixit ſe in Ioannis baptiſmate baptizatũ, uel alius aliquis, poſſit iactare ſe Euangelium Chriſti habere. Cui reſpondemus: Si de his quærit, qui hoc Epheſi adhuc ignorabant, quod ſumma rei erat, puta Chriſtum: C iam dicimus neq; Chriſtum, neq; Euangelium, imò nec baptiſmum Ioannis (ut donemus etiam nomen Baptiſmi Ioannis) tenere. Ioannes enim in Chriſtũ ducebat. Si uero de quoq;, qui baptiſmum Ioannis haberet perfecte, hoc eſt, qui recepiſſet Chriſtũ, ad quem ille mittebat & adducebat: iam dicimus, Quæ porrò eſt hæc interrogatio, an qui Chriſtum haberent, Euangelium haberent? aut quid iam eſt dubio dignũ in re? Quamuis hoc interim omnes fateri cogimur, uideri ex Ioannis diſcipulis paucos fuiſſe, qui Chriſtum receperint: nõ culpa Ioannis, ſed quod Chriſtum & Ioannem à uitæ ſanctimonia & duritia æſtimarent. Id quod gnauis obuium eſt, dum Andream Ioannis diſcipulum uident monitum à magiſtro trãſire ad Chriſtum: & Ioannem ad Chriſtum mittere diſcipulos, ad interrogandum, Tu quis nam es?

AD QVARTAM CLASSEM.

30 *Litera.* Habet nouum Teſtamentum non minus literam, quàm ſpiritum. Litera enim in ſcripturis interim legem, interim externa ſignificat. Habet ergo legem, habet et externa ſacramenta, ſcilicet Euangelium quoq;. Sed non habet fiduciã literæ, hoc eſt, non fidit factis aut externis, ſed ſola miſericordia Dei. Incipimus ergo ſpiritu non minus quàm olim, cum Chriſto fidimus. Incipiunt & liberi noſtri ſpiritu, cũ ex fœdere quod Deus nobiſcum iniȷt, ad eam eccleſiam ſe ſociant, quæ ſpiritu uegetatur & uiuit. Sed ſynecdochen imperiti homines non uident. Quid enim operum fiducia, quam Paulus in Galatis coarguit, aliud quàm ſignum eſt non probe intellecti Euangeliȷ? ſignum non plenè recepti Chriſti? ſignum ignoratæ gratiæ? Qui enim gratia per Chriſtum fidunt, nequeunt operibus fidere. Quomodo autem dicit Paulus, ſpiritu orſos eſſe? cum conſtet, impoſſibile eſſe eos qui illuſtrati ſunt, quiq; cœleſte donum deguſtarunt, & participes ſancti ſpiritus facti ſunt: qui ſuaue uerbum Dei deguſtarunt, & uirtutem uenturæ uitæ, ſi relabantur, denuo renouari:

A nouari: Heb. 6. Quam nos ſententiam ſic ueram aliâs oſtendimus, ut quicunq; ue-
ram fidem Dei munere nacti ſunt, non poſſint ab illa excidere. Qui enim uerã fi-
dem habent, per ſpiritum habent: ſpiritus autem ille non eſt proditor aut deſertor
ſpiritus, ſed fidei ac certitudinis. hoc eſt enĩ, ſpiritus ueritatis: quo modo eũ Chri
ſtus ipſe Hebraico more uocat, p, ſpiritus uerus, certus, firmus, fidelis אמון Ap-
paret itaq; multos in eccleſia Galatiæ fuiſſe, qui recte Chriſtum tenerent, multos
qui nõdum ad fidei, cognitionisq; certam, plenamq; menſuram ueniſſent: adhuc
tamen dicit ſpiritu cœpiſſe, cum planè non omnes accepiſſent quos affatur. Non
ergo poſſunt ex hoc loco euincere, ut iam ad faſtidiũ monuimus, quod in eccle-
ſia omnes ad quos fit ſermo, acceperint libertatis ſpiritum: aut quod nemo in eam
ſit recipiendus, niſi qui prius ſpiritum habeat. Variant enim diuini quoq; ſermo-
nes, cum ea quæ ad ſolos electos pertinent, dum proprie uis loqui, ad totam eccle
ſiam loquuntur, in qua ſunt reprobi cum electis.

Recte ſanè de fideli miniſtro diſſeruiſſet: hi enim fideles à Chriſto & Apoſtolo 31
iure uocantur, qui Domino fidem ſeruant, non ſibi. hoc enim eſt perfidia, niſi poſt
modũ perfidus homo ſua admiſcuiſſet, ac dixiſſet, Vt certo ſciat quid agat, & cũ
quibus agat. Quib. impius homo uult innuere, quod miniſter non debeat bapti-
zare, ni ſciat adeſſe fidem: deinde nec baptizari quenquam debere, niſi in præſen
tiarum credat. Id quod in adultis & extra eccleſiam natis obſeruandum eſſe ne-
mo negat, imò nos iſtud magis ſolide docemus. Sed redeo ad inſcij hominis ſcien
tiam, de qua tradit magno ſupercilio, miniſtrum non debere baptizare nimirum,
ni ſciat fidem habere eum, qui baptiſmum ambit. Ergo perfidi fuerunt Ioannes,
Petrus, Paulus, apoſtoli omnes. Quis enim iſtorum non queritur fratrum perfi-
diam? Adde quod nominatim Simon magus, Iudas, Zaphyra, Alexãder χαλκεὺς
B baptizati ſunt ab Apoſtolis, cum tamen perfidi eſſent.

Quærit ſcripturæ proditor & Catabaptiſticus transfuga, ubi nam Chriſtus do- 32
cuerit, ut cum aliquo agatur, quo cum loqui non poſſis, quiq; quod agas non in-
telligat. Audiat ergo auris adultera. Chriſtus amplexus eſt paruulos, qui ad ſe ue-
niebant: bene precatus eſt ſuper illos, & ad ſe uenire prohibentes increpat. Et hi
quidem uulgari affectu uidentur temerè à fidelibus, incredulisq; allati ad eum, ut
aliquid ſalutis corporalis auferrent. An hoc nos exemplũ nõ docet, quod & Chri
ſtianorum liberi ſint Chriſto in ulnas eccleſiæ offerendi? An non ipſe in templum
oblatus eſt? an non circuncisi infantes ὀκτήμεροι? An non in purificatione cũ ma
tribus allati? Et quid multis eſt opus: an non perpetuo eccleſiæ filij eodem nume-
ro, loco, exiſtimationeq; fuerũt quo parentes? Hic autem noſter, dum hæc omnia
ſe ignorare audaſter, dicit: quæ tamen ignorare non poteſt: quid aliud, q̃ ſcriptu
ram more Catabaptiſtarum ſeſe prodidiſſe prodit? qui illam, dum libet, recipiũt:
& rurſus abijciunt, dum libet.

Sunt fideles diſpenſatores in eccleſia, qui ſcite ac commode cibum apponunt, 33
reliquum autem miniſterium rerum externarum in diaconos reijciũt. Paulus enĩ
pauculos quoſdam baptizauit: non enim miſſus erat ad baptizandum, ſed ad ci-
bandum. Sũt & fideles diaconi, qui bene miniſtrant, & gradum, honoremq; ſuũ
in eccleſia habent, dum filios eccleſiæ Dei baptizant. Nam quod iſti παιδοβαπτι-
σμὸν per calumniam uocant, id eccleſiæ baptiſmus eſt, & Chriſtus ipſe. Propheta
Ioannes, Apoſtoli omnes, ne uerbo quidem unquam diuiſerunt infantiũ ab adul
torum baptiſmo. Quod irrefragabile argumentum eſt, ea uniformitate primitiuã
eccleſiam uſam eſſe in ſociandis eccleſiæ infantibus, qua patres uſi fuerant. Non
pauca enim ſunt etiam inferioris notæ, quę ſecum Apoſtoli in eccleſiam traxerũt.
Quanto magis uidemus, Hebraicam gentem cerimonijs plus ſatis gaudentem,

t 3 nunquã

C nunquam boni conſulturam fuiſſe, ſi liberis ſuis eccleſiæ ſocietas fuiſſet negata. Præſertim cum uideamus de circunciſione tam acriter certauiſſe, quam ſecum in eccleſiam traducere contendebant.

34 Non eſt infidelis diſpenſator, qui cibum proponit etiam non eſurienti: alioqui & Chriſtus ipſe infidelis fuiſſet, cum uolentibus & inuitis prædicauit. Neq; nos prædicamus infantibus: ſed cum tempus adeſt in eccleſia, cuius membra ſunt, docemus. Et non agimus quod neſciamus: ſed qui uerax eſt, docuit nos. Illi docent, quod ex Deo non didicerunt. Infantes ſcilicet Chriſtianorũ nõ eſſe eccleſiæ membra, quod uere eſt impium.

35 Nemo baptizat infantes carnis, neq; infantes Adam in regnum Chriſti intrudit: ſed eccleſiæ filios inducimus in regnum Chriſti. quod Chriſti regnum, quæq; Chriſti eccleſia non cõſtat ex ſolis electis, ſed ex uniuerſis uocatis, qui ad nuptias ueniunt, quantumuis non lato clauo omnes ſint induti. Et repulſa tum eueniet, cũ ſponſus conuiuas recognoſcet: non cum pertinax Catabapuſta expungit, uel acceuſet, pro ſua libidine.

36 Nos in eccleſiã recipimus, nõ autores aut domini, ſed miniſtri in eccleſiã Domini receptos, data teſſera uiſibiliter recipimus, qui aut ex ꝓmiſſione, aut ſpiritus illuſtratione uere antea ſunt accepti: haud aliter quàm cum Pontifex ueſtalem, quę prius ut ueſtalis fieret, electa erat, his uerb. ſuſciperet: Ego te Amâta capio. Quam quæſo Amatã uocabat? quæ, quod ad religionem pertinebat, propter quã amata uocabatur, nondum erat amata, quia nõdum ueſtalis. Vocatur ergo in ipſa initiatione, quod poſt initiationem futura erat. Hic uero cum promiſſio ſit in mani-
D bus, cur illam nobis conanť eripere Pædomaſtyges, quauis tigride crudeliores? Sacramento igitur recipimus, qui re ipſa dudum fuerunt recepti.

37 Regnum Dei non idcirco uenit cum obſeruatione, dum infantes baptizantur: nos enim electioni diuinæ bonitatis referendam ſcimus beatitudinem. Veſtro errore ueniret regnum Dei cum obſeruatione. nam ſi nemo baptizandus eſt, niſi qui fidem per ſpiritum ſanctum habet: & uos deinde quenq; confitentem baptizabitis, quaſi ex cõfeſſione certi ſitis de illius fide, cum tamen multi perfidioſe nomen dediſſe depræhendantur: iam fieret ſecundum uos, ut quicunq; baptizaretř, certo ſciretis eſſe electum Dei, quod tamen reipſa non eſt.

38 Hic eſt ordo adducẽdi & ueniendi ad eccleſiam Chriſti: Ite, docete omnes gentes: cumq; docti erunt (ſynecdoches hic beneficio utamini uolo) hi ſcilicet, qui doctrinæ capaces erunt, baptizate illos in nomen Patris, &c. atq; hoc modo amplificate mihi populum & eccleſiam meam (hic tam electam quàm ſenſibilem intelligite) quæ antea ex ſolis Iudęis conſtabat, ex gentibus uniuerſis: ut ſic dilatata eiſdem legibus, libertatibus ac donis gaudeat, qua ab exordio uſa eſt eccleſia mea. Ii nunc, male feriate homo (ſi modo non ſunt immanes beluæ, qui non iam uelut Herodes in corpuſcula, ſed in animulas infantiũ ſæuiunt) & Chriſtianorum liberos eccleſia pelle: cum ab ortu & occaſu ſimus recubituri cum Deo Abraham, Iſaac, & Iacob: cũ ſit unus paſtor, & una caula. Quotquot uenerunt ante me, fures ſunt, &c. Nõ intelligit rudis magiſter, πρὸ ἐμοῦ poſitũ, eſſe pro ἀντὶ ἐμοῦ, hoc eſt, pro me: hoc ſenſu, Omnes qui uenerũt pro me, qui ſeſe pro ſaluatoribus Chriſtis aut liberatoribus uendiderunt, fures ſunt & latrones. Quicquid enim omnes totius orbis gentes deificarũt, hoc eſt, pro diuina uirtute inaugurarunt, friuolũ fuit.

Locus Ioãnis. 10. explicatur.

39 & 40 Hi infantes, quibus facta eſt promiſſio, quiq; intra eccleſiã nati ſunt, cur uocantur ab eo infantes carnis? An enim non ſumus iuxta Iſaac filij? Ordinem, ut antea dictum eſt, ſic ſeruamus, ut ubi nulla eſt eccleſia, nulla ſunt membra Chriſti: non ſic facere tentemus, ut baptizando moliamur eccleſiam Chriſto, ſed docẽdo, dein

baptizan-

A baptizando. At credentium (quos iterum noſtro iudicio, hoc eſt, eccleſiæ ſic uoca
mus) liberos, nõ minus eccleſiæ accenſemus, quàm ipſos credentes & fideles: Ei
autem eccleſiæ, quæ nobis eſt & appellatur eccleſia. Id autem tandem, cum ad ec
cleſiam parentes acceſſerunt.

An non potius, inquit religioſus homo, à miniſterio impletæ circunciſionis ſu- 41
mat Chriſtianiſmus initium, &c. Hic uoluit dicere à myſterio potius, quàm mini-
ſterio. Sed de apicibus nihil cauſabimur. Mens amentis hominis eſt: an nõ requi-
ratur circũciſio cordis in eo qui baptizandus eſt? Quid autem hoc eſt aliud, quàm
cui iam ſæpe reſponſum eſt, an baptizari poſſit, qui nondum credit? Sic recoquit
cramben, alijs uerborum pigmentis, non iam δὶς καὶ τρὶς, ἀλλὰ πολλάκις.

Fœdus cum Abrahamo pactũ, an nõ ſit ante circunciſionem initum, quærit ma 42
le cautus orator. Annuimus enim: ſed ille nõ cogitauit, quod iſto telo tam abeſt
ut uulnus admittamus, ut etiam noſtris firmatis in ſe retorqueamus. Abrahã cre-
didit antequàm acciperet circunciſionẽ, Iſaac uero accepit cum nõ crederet: ſed
ideo accepit quod Abrahæ filius eſſet, qui fidem ante circunciſionem habuit. An
hic non liqueſcit noſter ordo, ſed non noſter, ſed ueritatis, magis quàm ut opus ſit
oſtendere?

Cum ſic inquit: An non igitur pacto Dei cum gentibus iniurij ſunt, &c. Equi- 43
dem ingenue fateor, quod ſi alium ſenſum teneat quàm iſtum, quaſi cum genti-
bus non ſit tale fœdus percuſſum, ut liberi eorum ad eccleſiam cenſeri debeant,
quomodo Hebræorum: quod non intelligam hominem. Sed ſi hoc intendit, iam
diuina promiſſa, prophetarum fidem, apoſtolorum ueritatem non modo eleuat,
ſed tollit. An enim non Chriſtus ipſe ad gentes propagandam eccleſiam eſſe aſſe
rit, cum dicit: Recumbent cum Deo Abraham, &c. &: Ite, docete omnes gentes.
B Ite ad uiarum capita, &c. An non prophetarum nullus eſt, qui non polliceaſ gen
tium uocationem? An nõ apoſtolorum præcipuus Petrus hoc multis teſtimonijs
& argumentis agit coram eccleſia? Sed leue eſt Catabaptiſtis, more Hebræorum
in eccleſia eſſe: idcirco quod ſua iuſtitia fidunt, nõ electione & gratia Dei, de qua
re mox uberius.

Paulo ſtultius deinde quærit, quomodo factũ ſit, ut parentes liberos doceant, 44
nõ minus ꝙ magiſtri aut præceptores publici? Ad quod planè nihil aliud poſſum
dicere, quàm, Quò nunc ſe proripit ille? Quid enim huius uult inſanũ caput? An
ignorat, quod qui circunciſi eſſent olim, lege iuberentur ſeptennali luſtro audire
uerba legis ac fœderis? quomodo Deut. 31. habetur.

Quæritur magiſtraliter, inquit prætor, quis baptiſmo paruulorum coram Deo 45
unquam ſit ædificatus? aut etiam hodie ædificatur? Primum hoc habeat. Niſi ipſe
teneretur baptiſmi, quo eccleſiæ unitus eſt, loris, iamdudũ Catabaptiſtarum hę
reſiarcha eſſet. Nõ enim audiam hac in re, ô Frater, cum negas eum qui hæc ſcri-
pſit eſſe Catabaptiſtam. Eſto enim non ſit retinctus: crede mihi, nihil uetat illum ꝗ
pudor. Quicunq; enim eo modo quo ille, baptiſmum paruulorum eleuant, & de
externis tam immaniter tumultuantur, negant ſeſe baptizatos eſſe, etiam cũ ſciũt:
proximũ ergo eſt, ut rebaptizentur. Secundo cum dicit: Quis nam eſt baptiſmo
paruulorum coram Deo ædificatus? Ego neceſſe habeo ut quæram, quid ſe ſpe-
ret hac interrogatione profecturum? An enim uel adultus coram Deo ædificatur,
cum baptizatur? Cum enim baptizare nõ liceat ſecundum te, niſi eum qui fidem
habeat: iam fide beatus eſt antequàm tingaſ, apud Deum. nemo enim credit, niſi
qui ad æternam uitam deſtinatus eſt. Aedificantur igitur, hoc eſt, iunguntur eccle
ſiæ iſti, quæ noſtro ſenſui patet, qui baptizantur. Si ergo nunc quærit, quid proſit
infanti, eccleſiæ connumeratum eſſe, dicam, Multo plurimũ. Semel, quod ad pa
rentes

Digitized by Google

C rentes attinet, coguntur iſti liberos ſuos ad magiſterium eccleſię educare, ut antea
ex Deut. 31. dictum eſt: ut ſic inter omnes Chriſtianos idem educandi, docendiq́;
mos ſeruetur. Quis enim non uidet, ut hoc ſeculo Catabaptiſtæ multos ſeducũt?
quod niſi magiſterium eccleſiæ obſtaret, multi liberos ſuos non offerrent publico
eccleſiæ magiſterio: & ſic tot diſſidia orirentur, quot eſſent contumaces ſcioli. Ite-
rum, quod ad ipſos infantes pertinet, ſumma res eſt et honos, eſſe de eccleſia Dei.
Primo, propter educationem uniformem, de qua iam eſt dictũ. Secũdo, propter
ſocietatis utilitatem & honeſtatē. Cum enim Dominus ſuo nomine gentē Iſraëli
ticam dignaretur, ut appellarenť populus Domini, exercitus Domini, cœtus uel
eccleſia Domini: multi tamen in ea gente fuerunt hoc nomine indigni, adhuc ta-
men præſtabat Dominus quicquid promiſiſſet, nihil cauſatus magnæ etiam par-
tis malitiam. Aeque Chriſtianæ eccleſiæ connumerari prima dignitas eſt, cũ pro-
pter diſciplinam ſiue educationem, ut illa uniformis omnibus cõtingat: tum pro-
pter ſummum honorem. quæ enim imagines æquare poſſunt hanc nobilitatem,
eſſe populum Dei, eccleſiam Dei, exercitum Dei, & eſſe Chriſti membrum?
Id autem ſunt noſtro iudicio omnes, qui eccleſiæ accenſenť. Haberemus ſexcen-
ta: ſed quouſq; tandem excreſceretur compendium, quod promiſimus?

Eccleſiæ membrum eſſe, ſummus honos.

46 Circuncisionis non commeminit Paulus Epheſ. 4. quia obliterata erat. Cũ au-
D tem baptiſmus nondum natus eſſet: neq; illius mentio, ſed circunciſionis eſt habi
ta. Inſtar Grylli interrogat, & cõtendit σκληροτράχηλος homo: quem iam miſſum
facimus.

HAEC nobis mi Frater extorſiſti, longe aliȷs occupato: ſed morē gerere uo-
lui, ne crederes te nullum apud nos pondus habere. Proinde diligenter ui-
gila, ne iſthuc luporum & Curionũ genus gregem tuum uaſtet. Iſtud quicquid
eſt, non excudes ulla ratione: quod tamen primo limine permiſerã. Sed ſi putas
excuſum aliquid fratribus profuturum, ego citra omnem iniuriam, calumniamq́;
eius contra quem agitur, uulgabo. Sæpe enim inter excudendum, in huiuſmodi
elencticis uerbulum aut ſententia lenitur aut mutatur. quamuis literatores iſti, ſi
nobis eſſent pro ſua dignitate, non noſtra modeſtia tractandi, longe acerbius acci
pi mererentur. Vale, & uigila mi Frater.

IOANNES OECOLAMPADIVS SEBASTIANO LEPVSCVLO *ſuo dilecto in Chriſto* S.

An fide aliena quis ſeruetur.

SALVE in Chriſto. Quæris mi Sebaſtiane, num aliena fide quis ſal-
uetur: quandoquidem ſcriptum eſt, Iuſtus fide ſua uiuet. Quæris au
tem propter infantulos. Verũ ſcias, quod dictum Habakuk, & ple-
raq; alia non propter puellos ſcripta ſunt: ſed propter eos, qui uerbũ
Dei audire poſſunt, & auditum credere, & creditum confiteri. Illis
autem ſatis fuerit, propitium Deum eſſe ſortitos in ſanguinem filiȷ (qui & pro pue
rorum reconciliatione paſſus eſt) reſpicientes, & electos in eccleſiam Dei, tum
apud Deum, ſua in Chriſto miſericordia: tum apud nos ſacramentorum exhibi-
tione, quæ non temere illis conferimus, quos Chriſtus amplexari uoluit. Ea no-
ſtra fides, noſtræq́; preces puello eatenus proſunt: adultis quoq;, ut Stephani ora
tio Paulo profuit. Diuina ordinatione clementer cõſtitutũ eſt, ne inutilia ſint ſtu
dia noſtra, quæ ex fide manant: ſic tamen, ut ȷ nõ ſeruentur, niſi ſpiritu ſancto af-
flati, & ipſi miſericordia fidant. Quin & de pueris non dubitarim, quod ſe illis
Chriſtus manifeſtet, & per ſe ad patrem inducat. Per illud enim oſtiũ & ipſi ad
Patrem uenient, qui ad ciuitatē Hieruſalem pertinent. Habes paucis aperte, quid
ego ſentiam. Iam quod ſcribis, te expectare Dominum in patientia, multum pro
bo.

Digitized by Google

A bo, uide ne reſpicias. Bonum enim eſt uere humiliari, & ſic diſcere iuſtificationes.
Vale, Baſileæ 16. Octob.

BERCHTOLDO ET FRANCISCO BERNAE *Chriſti Euangelium adnunciantibus, Huldrichus Zuinglius S.*

GRATIAM & pacem à Domino. Agimus gratias altiſſimo, ſuper
omnium tum incremento tum aduerſitate, quæ nobis ab illo inſe
runtur: ut non modo ſpem firmet, ſed pacientia quoque probet.
Videbitis iam primum quid ſit uere pugnare, quum non à fronte
ſolum adoritur hoſtis, ſed à tergo quoq;: imò à latere, imò à noſtro
contubernio. Faciat uos Dominus breui ſuperiores inſignibus huiuſmodi hypo
critis. Plus enim ſudauimus in hoc certamine, quàm in ullo alio. Paucis itaq; ad o-
mnia illorum reſpondebo. Vos interim memores eſtote iam eorum quæ nouiſſi-
me ad Balthaſſarem, Catabaptiſtarũ nunc aut ſummum, aut certe arrogantiſſi-
mum, tam eorum quæ de prædicandi officio prodidimus, quàm quæ ad Luthe-
rum nuper in exegeſi. Aduertite itaq; ad numeros. reſpõdebo enim ſecundũ illo-
rum ordinem. Quum primo dicunt eos ſolos eſſe baptiſandos, qui & docti &
actu fideles ſint, &c. Iubete ut huius legis quam de ſuo adferunt, teſtimonia ſcri-
pturæ dent: nuſquam enim per huiuſmodi interdictum ſtatutum eſt de baptiſmo.
Nolite quenquam baptiſare, ni doctus ſit & credat. Hic urgete, nec hoſtem hinc
relinquite, donec fateatur nuſquam tale excluſiuum præceptũ eſſe poſitũ. Cum
autem dicet, omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœleſtis, eradica-
bitur, &c. Reſpondete, Baptiſmum eſſe plantatum à Deo. Cum autem dicũt, ſed
baptiſmum paruulorũ non eſſe plantatum à Deo: Reſpõdete, Neq; apud Apo-
ſtolos diſtinctum eſſe baptiſmũ, in baptiſmum adultorum & paruulorũ. Quod
B ſi apud apoſtolos fuiſſet diſcrimen, aut controuerſia ulla de baptizandis infanti-
bus fidelium, Lucam nõ fuiſſe taciturum. Si uero Apoſtoli infantes non baptiza
uiſſent Hebræorum, iam omnino fuiſſe orituram contentionem, cum aliâs de cir
cunciſione tam acriter digladiarentur. Perinde enim contendiſſent Hebræi, infan
tes ſuos, qui iam circũciſi erant, baptizare: atq; cõtendebant, adultos, qui ex gen
tibus credidiſſent, circuncidere. Imò magis. Si enim fideles erant, iam ſummope
re oportebat eos ſitire ſalutaris myſterij atq; Teſtamenti nouum ſignum. Cataba-
ptiſtas ergo eſſe, qui nodũ in ſcyrpo quærant, & de baptiſmo aliter ſentiant quàm
ſenſerint Apoſtoli. Tantũ enim ualet locus ab autoritate negatiue, quo ipſi nitun
tur, & dicunt, Apoſtoli non legunt baptizauiſſe: cum reſpondetis, Apoſtoli nun
quam negarunt Hebræorum infantibus baptiſmum. Apoſtoli nunquam fecerũt
diſcrimen inter baptiſmum infantium & parentum eorum. Deinde à nobis ſtat,
quod Act. 2. ſcriptum eſt: Fideles autem omnes erant ſimul. Ecce in eccleſiã cen-
ſentur fidelium quoq; liberi. non enim expoſuerunt aut deſeruerunt eos. Si ergo
fuerunt in eccleſia, manifeſtum eſt, quod baptizati ſunt. Quod & Origines teſtat
in epiſtola ad Romanos, qui fuit uicinus hiſce temporibus, perhibens, quod mos
baptizandorum infantium, uſq; ad ſua tempora permanſerit in eccleſijs Ab apo-
ſtolis traditus. Nam ſi nõ fuiſſent baptizati, inde fuiſſet, quod de eccleſia nõ cen-
ſerentur eſſe. Cum autem circunciſi eſſent, non potuiſſent non eſſe de eccleſia Iu-
dæorum. connumerati ergo fuiſſent Iudæis Chriſtianorum pueri: quo quid abſur
dius, imò ſceleratius dici poteſt: Hiſce igitur argumentis & teſtimonijs liquet, ba
ptiſmum infantium nunquam fuiſſe alienum ab eccleſia, etiam apoſtolorum tem
pore. Fieri enim non potuiſſet, ut ſi circunciſis negaretur baptiſmus, quin aliqua
diſſenſio fuiſſet orta, &c. Hoc itidem docete: Quod ab aſcenſione Chriſti octo an

C ni fluxerunt, priuſquàm Matthæus Euangelium ſcriberet. Marcus, ſi rectè memini, duodecimo: deinde Luc. 16. Ioannes autẽ 20. tandem ſcripſit. Intra iſtos quæſo annos, quæ' nã erat autentica ſcriptura, ad quã recurreret? Nõnne uetus, legis & prophetarum? Quomodo igit miniſtrabant Apoſtoli uerbo? quomodo firmabant quæ docebant? quas ſcripturas indagabant? ad quas cõſilia ſua moderabantur? Ad eas nimirũ ſcripturas, ad quas Chriſtus ipſe: ibat ad legem & prophetas. Hæc autem tam abeſt, ut circuncisionem negent paruulis, quę tum eiuſdem fidei ſymbolum erat, cuius nunc eſt baptiſmus: ut etiam dari præcipiant. Cõtra ſcripturam ergo feciſſent, ſi infantibus negauiſſent baptiſmum. Deinde uidetis in iſto primo ipſorũ articulo, quod ſtolidi Catabaptiſtæ nondum uident, Rom. 6. Paulum nõ ſcribere legem, (iſthinc enim adferunt hæc uerba) quomodo debeamus uti baptiſmo: ſed ex ipſo uſu decerpere uirtutem & epichiremata, id eſt, conatus, quibus allegoricè doceat, nobis nouis eſſe uiuendũ. Qui enim abluti ſunt etiam corporali lauacro, non protinus abijciunt ſeipſos in cænũ & paludes: quanto magis qui baptiſmo merſi atq; emerſi Chriſti tum morti, tũ reſurrectioni ſimiles ſunt facti, non debent ad ea facta redire, in quibus olim erant mortui. Conſiderate locum attentius, & uidebitis me uerũ dicere. Sed de hoc ad Lutherum. Nihil ergo prorſus habent, quo primam iſtam audaciam aut ſtultitiã probent. Cum ergo ueneritis ad teſtamenti uirtutem, pro dignitate tractate eam. iſthic enim uerſatur cardo rei. Dicent autem Catabaptiſtæ, eſſe idem teſtamentum cũ Abraham, ſi fidem habuerimus ſicut Abraham, ut in Galatis habetur: (ſic enim cornicantũ iſti.) Reſpõdete, Hoc de adultis quidem uerũ eſſe, ſicut & in ueteri Teſtamento, iſti adulti modo erant intra Teſtamentum & eccleſiam Dei, qui fidem habebãt: ſed ſimul

D uerum eſſe, in ueteri Teſtamẽto infantes perinde fuiſſe, atq; parentes. accipiebãt enim ſignum: quod ſi fruſtra accepiſſent, iam feſelliſſet Deus ipſos, ſi ſignum inane iuſſiſſet dari. Nunc autem Deus uerax eſt, omnis autem homo mendax. Mentitur homo, ſi dicat rem eſſe negatam, ſed ſignum tantum datum. At non mentitur Deus, qui rem, cuius ſignum dat, præcipue dat. Franciſcum arbitror eſſe memorem huius, quod cum illo contuli, quid nam debeamus de canonica ſcriptura ſentire. Quomodo ſcilicet totum hoc quod nouum Teſtamentum uocamus, autoritatem habet ac fundamentũ in ueteri. Sic enim & Chriſtus ipſe monet: Scrutamini ſcripturas, & iſtæ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me. Ad ſecũdum articulum eorum de excommunicatione rectè ſentiunt aliquandiu, uſq; dum dicunt, excõmunicationem antecedere debere communionem. Cõmunio enim, hoc eſt, cœtus fidelium, gratias agit anteaquàm quiſquam excommunicetur. Sed ſi poſt gratiarum actionem enorme aliquid deſignauerit, poſtmodũ arcetur à communione, hoc eſt, eccleſia. Sed in hoc peccant omnes Catabaptiſtæ, quod nimis propenſi ſunt ad excommunicandum ob quamuis leuem cauſam, & ob cauſas etiam quæ magiſtratui relinquendæ ſunt. Apoſtolorum tempore unum legimus excommunicatum, qui nouercam imminuerat. Iſti fœneratorem, & eum qui annuos redditus de bonis aut prædijs accipit, excommunicare cupiunt: (huc enim ſpectat omnis eorũ mens) quæ cauſæ magiſtratui ſunt relinquendæ. Tertius articulus ferri poteſt, ſi nollent hypocriſim inducere, quam dudũ apud Pontificem Romanũ damnabamus. ea eſt, ſi uolunt uideri eſſe abſq; peccato: ſic enim iubebat Põtifex Rom. accedere, cũ nihil ſit ipſo cõſceleratius. De iſtis hęc pauca.

Excommunicatio an procedere communionem debeat.

In quarto magnum uenenum latet. Cum enim in ſumma iſtud docent, quod exuere debeamus ueterem hominem, & nouum induere, abhorrere à diabolo, ad hærere Domino: huc tandem deſcendunt, ut conciones honeſtas ſugillent: ſed in hoc, ut probent licere ſibi abeſſe à cœtu eccleſiarum, ſeditioſiſſimi homines: & nõ

cogantur

A cogantur infantes ſuos eccleſiæ offerre: matrimonia coram eâdem, ut ſcandalum tollatur, confiteri. Conuiuia taxant, cum Chriſtus cõuiua fuerit in paupertinis nuptijs: in quibus cũ uinum deeſſet, omnium corda liberalitate ſua exhilarauit. Prędem eſſe, aut ꝓmiſſorem (neſcio enim quid per *bürgſchafft* intelligant) ipſe nõ uideo, quomodo ſit contra Dominum: ſi mea fides fratri data, fratri poteſt prodeſſe. Quod ſi huc, ut uidetur, trahunt, quod fidelis homo non debeat accipere prædes aut fideiuſſores, iterum produnt ſeditioſos animos. Volũt ſibi citra fideiuſſionem credi, quo liberius fallant ac fraudent. En ſeditionem. reſcinderentur enim omnia debita hoc modo facile: nihil enim pudet Catabaptiſtas dare fidem, & frangere. Conuenire licet & cõuiuari: ſed modus ni ſeruetur, in deterius conuenimus. Videte 1. Corinth. 11. & patebit, cœnam dominicã epulas eſſe: quæ in feſto gratiarum actionis propter amicitiæ glutinum celebrabantur, quæ ubi in deterius uergeret, reciſſa eſt. De armis poſtea ueniet, cum de imperio agetur. Quinto recte ſentiunt de paſtore aut epiſcopo: ſed uidẽtur omnia uerba trahere ad ſuos epiſcopos, quos hæreſi ſuæ præficiũt. Quod autem hæc ſecta hæreſis ſit, hinc patet, quod initium ſumpſit citra eccleſiarum iudicium, imò hodie nõ docent in eccleſijs palàm, ſicut Chriſtus dicit: Ego palàm locutus ſum mũdo, &c. ſed in latibulis, uelut gallinæ excludunt oua, neq; hoc faciunt, niſi in his eccleſijs quæ iam Euangeliũ receperunt; nunquam ueniũt ad impias eccleſias ſunt. enim iſti, qui captiuas ducunt mulierculas, &c. Quid multa: uentres ſunt, & præſtigiatores. Sexto errãt toto cœlo, neq; ſolum errant, ſed ſeditioni ſuæ (quâm ut primum poterũt, mouebunt,) uiam ſternũt. Habetis apud Paulum Rom. 13. de gladio, & apud eundẽ Epheſ. 6. & 1. Timoth. 6. & multis alijs locis, quibus ꝓbabitis Chriſtiano licere geſtare magiſtratus non modo officium, ſed etiam dignitatem. Item ad Philemonem. Chri-

Catabaptiſtarum ſecta hæreſis.

Chriſtianum magiſtratu ſungi poſſe.

B ſtus autem iubet Cæſari dare quæ ſunt Cæſaris, & quæ Dei Deo. Cæſar eſt omnis poteſtas ſecularis, quæ ubi iubet (non debet autem iubere, niſi ubi uiolatur iuſtitia, ut in Moſaicis legibus cõtinetur) gladium arripere, ac ferro rem gerere, parendum eſt. Cum ergo Chriſtus pepercit adulteræ, perſonam & decorum ſuum ſeruauit: unde gladius potius probatur, quàm cõfutetur. perſonam enim prophetæ tulit, qui capitalia iudicia iudici relegat. Nõ erat unius hominis, neq; priuati, ſed eccleſiæ aliquem lapidare. A ſe ergo reijcit cauſam ad iudicẽ. Decebat & hoc, ut qui priore aduentu uenerat ad liberandũ humilis, nihil deſignaret quod eſſet alienum à miſericordia. Vnde & dicebat, ſe nõ ueniſſe ut iudicaret mundum, ſed ut mundus per ipſum ſeruaretẽ. Vos autem non ſic, ſcilicet regnabitis, ad ſolos Apoſtolos & Euangeliſtas pertinet. Sunt enim multa in ſacris literis, quę nõ pertinent ad omnem eccleſiam. Ite, prædicate, non pertinet niſi ad eos, qui ad prædicandũ mittuntur: tametſi Catabaptiſtæ ſeſe ubiq; faciant prædicatores. Faciam uos piſcatores hominum, ad eoſdem pertinet, non ad omnem populum Chriſtianum. Nolite ſacculũ, ferre, aut peram, itidem. Sic & iſte locus. Septimo non intelligunt Chriſtum uetare blaſphemiam, non iuramentũ, cum iurandi uerbum ſit amphibolum, ad quotidianã iurationem & iuſiurandũ. Blaſphemiam omnino debemus fugere, & iuramenta iſta, quæ propria libidine facimus: ubi quis ſe iurat hoc aut aliud facturum ſua autoritate, aut ad omnem confirmationem nomen Dei adſciſcit. Hæc omnia ſub blaſphemia continentur, quam tamẽ Chriſtus iurationem uocat: quemadmodũ & nos facimus in Germanica lingua. Sed iuſiurandũ non eſſe præſtandum docere, id eſt neruum atq; uim omnis magiſtratus tollere, obedientiam ſoluere, ac ſeditioni omnia obijcere. Quod autem liceat iuſiurandum in uſum proximi, publicæq; pacis præſtare: legite de iuramento quod ſibi mutuo dederunt Abraham & Abimelech; Geñ. 21. Et de muliere, quæ uiro adulterij ſuſpe

Cæſar.

Vos autem nõ ſic, &c.

Blaſphemia uetatur à Chriſto, non iuramentum.

C ɛta erat,& alijs in locis,&c. Hic pro dignitate tractate nebulones iſtos, qui abro-
gatione iuriſiurandi omnem tranquillitatem turbare pergunt: & docere eos, tum
iurandũ eſſe cum magiſtratus iubet. Cum autem dicunt, Neminem ſcire an poſ-
ſit ſeruare quod iurat, nec ne: reſpõdete, hoc pertinere ad temeraria iuramenta &
tyrannica iſta, quibus peſſimi homines iurant imprudentes quicquid libet, cũ ta-
men nihil poſſint, nec pilum quidẽ album nigrũ facere, &c. Sed ſecundũ hoc iu-
rare nos debere, ſiue publica pax & ius magiſtratus hoc exigat, ſiue teſtãdi neceſ-
ſitas: quemadmodũ ex lege paſſim patet. Sed hic ſimul habebitis occaſionẽ admo
nendi magiſtratus, ne temere iuſiurandum exigant in his, & ad hæc, ad quę ſubdi
ti non debent alligari: puto ad fœdera peſſimorum hominum artibus cõcinnata,
non pacis, ſed bellorum ſeminaria. Ad ordinationem ſuam: Dicite, hoc in publi
ca fieri debere eccleſia, non in angulis & conſpiraculis. Ipſi enim omnia trahunt
ad ganeas illas, in quibus ipſi conueniunt, & palàm non apparent. Alia quæ ferri
poſſunt, etiam in eccleſia noſtra non minus quàm in illorum cõuenticulis docen-
tur: cur ergo non iſthic conueniunt? Quinto loco legum ſuarum, coniungunt
duas leges in unum, ut alteram altera falſo colore cælent: puta iſtam de commu-
De communitate et ſubſidio pauperũ leges
nitate, ea quæ eſt de ſubſidio pauperum. Communitatem non poſſumus, nec de
bemus exigere. dicebat enim Petrus ad Ananiam: Nónne manens tibi manebat?
&c. quibus uerbis uult intendere: Cur ſimulauiſti te omnia in medium tuliſſe, cũ
nihil eſſet opus, in tua enim erat poteſtate, nemo cogebat in commune profunde
Atqui Catabaptiſtæ huc tendunt, ut ui exigant, ſi quis neget in commune daturum.
re. Sed lex de ſuppeditatione horum qui egent, non debet à nobis negligi. Vt cũ
deſit cõmunitas inter Chriſtianos, ſicuti & Apoſtolorum tempore nõ legitur niſi
Hieroſolymis fuiſſe: non deſit tamen laborantibus inopia fratribus, &c. Virili-
ter & conſtanter agite, ſic tamen, ut medium pulchre ſeruetis. Iſtorũ enim omnia
huc tendunt, ut iuſtitiæ menſuram iſtam ſummam doceant: quod & omnes face-
D re debemus. ſed ſimul per hypocriſis uim ipſi uideri cupiunt illi ipſi, qui tam iuſti
ſint atq; tam innocens eccleſia: cum ſint odio, inuidia, ira, arrogantia, ſeditione, cu
piditate, uanitate, omnibus qui etiã carni maxime addicti ſunt, longe deteriores.
Sunt tamen interim ſimplices quidam, qui iſtorum nebulonum ſimulatione ſedu
cuntur. Vtinam res aliquando huc deueniret, ut concilium indiceret Berna ſuper
hac re, ad ſuam urbem: utq; Argentoratum, Baſileam, quoquo uerſum nunciare-
tur Catabaptiſtis, dareturq; publica eò ueniendi fides, &c. Fiat uolũtas Domini.
Venirent enim Conſtantia, Scaphuſia, Sanctogallum, imò Vlma, Lindoium, &
omnes hinc inde urbes, Tiguri, 28. Aprilis. 1527.

BERCHTOLDO ECCLESIASTAE BERNENSI, SELECTO
myſteriorum Dei diſpenſatori, ſuo in Chriſto fratri, Ioannes Oecolampadius.

GRATIAM & pacem à Domino. Vbiq; uigilantia magna opus eſt,
Frater. Nondum res compoſitæ ſunt cum Papiſtis, & negotium fa-
cere incipiunt Anabaptiſtæ: quorum noua doctrina Catholicæ Ec-
cleſiæ hactenus fuit incognita, notamq; non mediocrem inureret
proſerpens. Porrò præſumptio eſt, non reuelatio. Teſtantur Orige-
nes, Cyprianus, & Auguſtinus, morem baptizandi paruulos ab Apoſtolis pro-
fluxiſſe. Commendat pueros ſanctimonia, ne temere à noſtro excludantur cõſor-
tio. Aſtipulaẽ nobis & circũciſio, baptiſmo noſtro reſpondens. Neq; eſt iuſtum,
ut denegeẽ ſymbolum ſanctimoniæ, quos pater cœleſtis ſpiritu ſuo ſanctificat. id
quod illi nõ eunt inficias, quãtumuis in aqua diſtribuẽda tenaces ſint. Vrgent in
hoc, quod Dominus fidẽ & prædicationẽ baptiſmo cõiunxerit: unde nolũt tingi
eos qui catechumeni non fuerint. Et fortaſſe nõ abſurde, ſi pueri nõ eſſent iuris pa

trij,

A trij, diuina ordinatione, atq; adeo pars parentū: & ita benedictionis maledictio-
niſq; participes, ſicut & in uetere lege. Nonne & Moſe olim, Deut. 31. legem præ
legit his qui ſe ſeruaturos ipſam aſtringere debebant? & aſtringebātur tum pueri
cum patribus: nam & in populum Dei accenſebantur, quamuis uerba legis non
intelligerent, nec Moſen audirent. Certum autem accepto ſignaculo, fuiſſe eos
legi ſubiectos. Quid igitur parentes non minus fideles, prolem ſuam Deo uetat
offerre? Cætera Zuinglius ubertim. Nunc me & eccleſiam noſtram, ueſtris com
mēdo precibus. Venerabili quoq; patrono meo D. Præpoſito data oportunitate
ſalutem meo nomine dicito. Vale, & animas multas Chriſto lucrifacere ſtude, ut
facis. Baſileæ, 8. Auguſti. Anno 1525.

DILECTIS IN CHRISTO FRATRIBVS N.

Huldrichus Zuinglius.

GRATIAM & pacem à Domino. Breuibus quædam uel diluā, uel
declarabo, Fratres chariſſimi: quæ uos eo diligentius cum Rellicano
expendatis, quo nos magis cogimur ab occupationibus paucis rem
agere.

Fidem requiri in baptiſmo.

Hic manifeſtum eſt, fidem intelligi oportere, quam eccleſia habet:
non quam habet qui baptizatur. etiā ſi requiramus à baptizando adulto, an ha-
beat eam fidem quā eccleſia habet. Ratio. Nam ſi neminem liceat baptizare, niſi
eum de cuius fide nobis conſtet: iam neminem audebimus in perpetuum bapti-
zare. nulli enim mortalium conſtat fides alterius: id enim ſolius Dei eſt, ut in Re-
gum hiſtoria cōtinetur, Tu ſolus noſti corda hominū, &c. Fit ergo manifeſtum,
quod cū dicimus fidem requiri in baptiſmo, fidem abſolute capi, nempe pro ipſa *Fides pro ipſa*
religione Chriſtiana: uidelicet quod is qui baptizandus eſt, religionem Chriſtia- *religione Chri*
B nam fateatur, & ei uelit inſeri externo ſigno. Quod autem oporteat quenq; ipſum *ſtiana.*
fateri, id nuſpiam eſt per exceptionem in ſcriptura cautū, hoc modo, Qui ipſe nō
poſtulat inter Chriſtianos inſeri, ne baptiſator. Quin potius dum exempla con-
ſideramus, uidelicet quoties fides ſit expreſſe poſtulata: iam uidebimus multo ſæ-
pius eccleſiæ inſertos eſſe per parentum cōfeſſionem, quàm per propriam. Iſaac
enim, Iacob, Ioannes, & Chriſtus ipſe, per parentum confeſſionem, externo mo-
do ſunt inſerti eccleſiæ, & omnes quotquot die octauo ſunt circuncisi. Externam *Externa inſer*
autem inſertionem uoco baptiſmum, quo modo homo dat baptiſmum. nam qui *tio per fidem*
hunc accipiunt, cenſentur inter Chriſtianos. Fieri tamen poteſt, ut etiam adultus *aliorum.*
(quo modo de Catabaptiſtis liquido patet) fidem & confiteatur, & poſtmodū ba-
ptizetur: attamen ſit filius diaboli. Nō ergo recipitur quiſquam baptiſmo ad iſtam
eccleſiam, quæ eſt ſine ruga & macula: ſed ad externam iſtam, quā nos uidemus.
Inuiſibilis eſt autem eccleſia uere credentium, ut iam patuit: quia ſolus Deus no- *Eccleſia*
uit corda. uiſibilis eſt autem ea ad quam nos recipimus. Conſtat igitur uiſibilem *duplex.*
quoq; eſſe noſtram receptionem, ad eccleſiam, puta quod eos recipimus uiſibili-
ter ad conſortium & ſodalitatem noſtram, qui uiſibiliter aut ſenſibiliter iudicantur
digni eſſe noſtro cōſortio: puta, ſi ipſi fatentur fidem, & ſignum exigunt: aut ſi pa-
rentes exigunt & fatentur. Nec obſtat, quod Catabaptiſtæ perhibent neminē de-
bere baptizari, niſi qui ipſe fateatur: & id probant Philippi ſermone, qui ad Eunu
chum dicit, Si credis, licet. Quicunq; enim adultus baptizari cupit, neceſſe habet
ut ipſe fateatur. Iure enim qui petit, cauſam cur petat ipſe quoq; addit. Infans autē
cum ipſe non poſſit petere, neq; fateri poteſt. Quemadmodum enim per aliū pe-
tit, ita & per alium fatetur. Nam quod ad fidei certitudinem attinet, nec de illo cer-
ti ſumus qui ipſe fatetur. Iudas, Simon magus, Alexander χαλκεὺς, & id genus

C falſorum fratrum confeſſi ſunt, ſed fidem non habuerunt. erat enim Iudas hoſtis
ac diabolus. Cur igitur baptizati fuerunt? cum non conſtaret de illorum fide. Sa-
tis ergo fuit Apoſtolis externa confeſſio. iudicium enim interni hominis, cum ſo-
lius Dei ſit, non poteſt à nobis alia ratione comprehendi, quàm externa confeſſio
ne, uel fructuum experimento. Hæc autem cũ per hypocriſim fieri, & idcirco nos
fallere poſſint, conſtat quod incerti ſumus de adultorum baptiſmo. Sed de infan-
tium, qui ex Chriſtianis nati ſunt, & eccleſiæ ad baptizandum oblati, certi, certi.
Id autem duplici nomine, uno quod peccare & diſſimulare non poſſunt. Peccare
intellige hic, pro contra legem facere. nam quod originalem morbum tenent, nõ
ipſi peccauerunt. Nõ poſſunt ergo infantes eccleſiam fallere, quo modo adultus.
Altero uero, quod per promiſſionis uim, Chriſtianorum liberi nõ minus ſunt de
eccleſia Dei, quàm filij Abrahæ, qui ſecundum carnem nati ſunt. Ex 10. recum-
bent cum Deo Abrahæ, Iſaac, & Iacob: Matth. 8. Quod autem infantes per alios
offeruntur, hoc male habet Catabaptiſtas: ſed ideo quod non conſiderant, cum
quod paraliticum aliquando cum offerrent Chriſto quidam, ipſe ad efferentium
Fides pro religione fidem reſpexit: tum quod non uident, fidem abſolute hic accipi pro ipſa religio-
ne, non pro cuiuſq; fide priuata. Si legiſſent Auguſtini epiſtolam ad Bonifacium,
iam melius de hac re & cognoſcerent, & pnunciarent. Legite chariſſimi Fratres,
(nam citra arrogantiam ad noſtra remitto) eum diuinæ electionis, uocationis, &
iuſtificationis ordinem, quem ex Pauli uerbis in elencho Catabaptiſtarum tracta
uimus, & iã uidebitis nos perpetuo nobis eſſe ſimiles, & ad hoc natos ut demus
gloriam Deo, ut ueritatem à quoq; perinde ac lucem accipiamus: modo uera ſint
quæ monet, modo non ille ſic ſeductus ſit male, ut in medio errore palpitans ue-
lit nos ſecum perdere. Hinc uidetis, neq; põtificibus nos adſenſum, neq; Cataba
D ptiſtis inſaniendi copiam ſuppeditauiſſe. Quamuis interim commonitos uos ue-
lim, locutiones quaſdam nos admiſiſſe, quod Apoſtoli & priſci autores eodẽ mo
do locuti ſint: quamuis alium intellectum habuerint, quàm uerba ipſa ſonent. Sa
cramentũ altaris ſæpe uocant ueteres, ideo quod & Paulus ait: Aram habemus,
de qua non licet edere ijs, qui, &c. Cætera Iodocus ipſe exponet. Nec ſollicitii ſitis
de hominis ingenio: fideliter tacet, quæ ex fide illi ſunt credita. Valete: & ſancte,
prudenter, ac fortiter agite, ad quod uocati eſtis. Tiguri. 9. die Decemb. 1 5 2 9

IOANNES OECOLAMPADIVS BERCHTOLDO ET FRANCI
ſco eccleſiaſtis Bernenſium, ſuis chariſſimis fratribus S.

GRATIAM & pacem à Chriſto. Dilecti fratres, ualde me & fratres
exhilararunt, quæ nunciaſtis. Gratiæ Deo, qui & in poſterum Eccle
ſiam ueſtram ſpiritualibus bonis locupletiorem faciat. Catabaptiſtis
ut nunc reſpondeam, non uacat. Lutherus enim mihi & Zuinglio
negocium facit, ſcripto libro & uirulento, & inepto: cui reſpondebi-
mus. A Catabaptiſtis quæro, ubi nam inſtituerit baptiſmũ Chriſtus: Reſpondent
Matth. ultimo, ut cum ſuo Balthaſare, præmittendam prędicationem & fidem ex
eo loco conuincant, quamuis nec ille locus urgeat. Errant autem. nam Ioan. 4. di
ſcipuli Chriſti baptizarunt externo baptiſmo Chriſti: nam interno ſolus Chriſtus
baptizat. Quæratur deinde, quæ ſit ratio baptiſmi, & ad quid inſtitutus? Illi lon-
gas finitiones afferent, ſed eas ſcripturis non approbabũt. Nam externus ille, ſym
bolum eſt eorum, qui numero fidelium adleguntur & aſcribuntur: etiamſi illi ue-
re nondum credant, ſpes tamen eſt, & ueriſimile, olim credituros. Itaq; ratio bapti
ſmi non excludet eos, qui actu non credunt: nam & diſcipuli quidam tunc nõ cre
debant in Chriſtum, imò neſciebãt quid eſſet ſpiritus ſanctus. Iam de pueris Chri

ſtianorum

A ſtianorum bona ſpes eſt, Chriſti doctrinam audituros: & ſunt illi in cura parentũ, qui poſſunt illos pro ſuo iure, cui uolunt ſectæ aſſcribere. Certe ſi pater filiũ ſuum det Iudæis, ut circuncidatᷓ octauo die, licet peccet, facit Iudæũ: & ſi is in iudaiſmo perſtiterit, uere Iudæus erit. Sic & Chriſtianus erit puer baptizatus, ſi uiuendo innocenter Chriſtianũ declararit. Aut dicemus, Iudæis plus iuris eſſe in ſuos liberos, quàm nobis in noſtros. Illi ſuos ſignaculo ſibi adiungunt, nobis hac re externa uti non licebit? Pendebimus igitur ab elementis? Et hæc erit libertas Chriſtianorum? An non puri & ſancti ſunt pueri? 1. Corinth. 7. an non illos amplexatus eſt Chriſtus? an non & pro illis mortuus eſt? Quare igiᷓ per ſignaculum inter fratres non agnoſcimus? Sed aiunt: Deeſt exemplũ Apoſtolorum, deeſt præceptũ tingendi pueros, nihil addendum ad uerba Chriſti. Atqui cogitare illos decebat, rem externam eſſe, quæ charitatis lege diſpenſabilis eſt, ad ædificationem proximi. Fatemur non eſſe legem baptizandi pueros, ſed etiam non eſt lex quæ arceat pueros, neq; ullam indicare poſſunt. Igitur nos legem non ponimus, quo die, uel quo anno puer ſit tingendus. Vnde etiam legem non patiemur, ut prohibeantur intra aliquos annos baptizari. Proinde ipſi legem dant, iuxta illud Col. 2. Ne tetigeris; &c. Scripturæ addũt, libertatem Chriſtianã adimunt: & quod peſſimum, charitatem ſupra modum offendũt. Quæ ſcribo Fratres, uera eſſe ſcio, & ſcripturis conſona: ipſi facile teſtabimini. Nũc pluribus agere nõ licet: orate pro me Dominum, ut potentiſſimorum aduerſariorum noſtrorũ ora uirtus Chriſti claudat. Valete, Baſileæ, 28. Aprilis.

HVLDRICHVS ZVINGLIVS FRATRIBVS
N. *dilectis* S.

B GRATIAM & pacem à Domino. Non poſſunt ea quæ Romanus Pontifex baptiſmo addidit, ipſum uitiare. Pleraq; enim ſunt piæ orationes: & Chriſtus ipſe bene precatus eſt pueris, ut apud Marc. habemus. Quæ autem ſtulta ſunt, adeò non poſſunt uitiare baptiſmum, ut neq; totam religionem Chriſtianam uitiarunt ceremonialia, nõ edere ſanguinem, non edere ſuffocatum. Nam etſi prorſus diabolica haberentur in baptiſmo Pontificis, tamẽ nõ poſſent uerba dominica, Baptizo te in nomen patris & filij & ſpiritus ſancti, uitiare: ſic ut nõ eſſet uerus baptiſmus, niſi uelimus dicere, diabolum aut Pont. Rom. eſſe fortiorem Domino. Summa, uobis bene precari licet pro paruulis. Vbi cuilibet eccleſiæ ſuum relinquimus orandi modum. Attamen id boni non debetis in Catabaptiſtis negligere. poteſtis enim illis cõcedere, quod ſi quid in baptiſmo Pont. ſit pietati contrarium, id plane ſit abolendum. etiamſi pleraq; feratis ad tempus. Sic etiã, quod te diu ſatis pepercisse aiũt infirmitati, iam excundum eſſe de medio malorum: luculentam tibi occaſionem præbent, acrius inſtandi atq; urgendi ueſtros, quo paulo liberius incedant in uia Domini. Si Dominus nobis erit propitius, proderũt ꝓuectui rei Chriſtianæ apud uos, æque atq; apud nos profuerunt. Nunquam enim abundantius hauſerũt pleriq; Chriſtum, quàm cum Catabaptiſtæ omnia morderent ac carperent. Nihilominus neq; tibi, neque Franciſco etiamnum cedendum erit, etiamſi iterum excidant ueſtri à fide. Sunt enim qui nõ excidant, etiamſi eccleſia magnatum excideret. Sic de anniuerſarijs cenſeo, inſtandum eſſe, ut obmitti primo quoq; tempore poſſint. De aliquo qui poſſit uobis linguarum eruditione prodeſſe, ſollicitus ero: ſi modo tempore monueritis. Thunum poſſumus legare, ubi uſus poſtulabit, egregium Euãgeliſtam: ſed mallemus Cunhardũ, qui iſtic eſt, à uobis ſubinde & admoneri & doceri, ꝗ & recte doceret alios, & ſibi Chriſtoq; recte uiueret. Valete: ſalui ſint fratres omnes.

Hic

C Hic legatus candidus eſt totus. Tiguri, 22. die Maij. 1527. Leonardum fo=
uebimus ad menſis ſpacium.

HVLDRICHVS ZVINGLIVS CHVNRADO SOMIO S.

GRATIAM & pacem à Domino. Nō potui uigilantiſs. Somi cōmittere,
ut cum poſſem, literas ad te non deſtinarem. Præſertim cum ex literis
Andreæ communis amici intellexerim, quid à Catabaptiſtis (impuriſſi
mo hominum genere) patiaris: quos nunc pauliſper dedolaui. puduit
enim omnem eorum audaciam prodere. Dolet mihi fideles ab his eſſe ſeductos.
ſed bono animo eſto, redibūt, ſi recte tractentur: nam apud nos multi cum eos au
diſſent, inter initia nonnihil patiebantur, nam & plurimos in acerbiſſimum odiū
noſtri traxerāt mendacijs, quiritationibus, & quæ ante omneis eis eſt propitia, hy
pocriſi. Nos autem cum ueritatis ſcuto tecti, omnes ipſorum ictus conſtanter aut
exciperemus, aut eluderemus: tandem apparuit, ubi nam eos calceus urgeret. Er=
rones ſunt: mulierculas, imò uiros quoq; circumueniunt, ut quicquid abſtruſiſſi=
me repoſuerint, depromant. Hinc illis nihil deeſt, qui nuſquam diu eſſe poſſunt:
nuſquam enim tuti ſunt. Vberrimus ergo hic quęſtus eſt, grandiloquētia uictum
parare. Suſpendūtur ſimplices eorum ſermone, haud aliter quàm Phæaces ad ua
fri Vlyſſis narrationem oſcitarunt. Hic iſti cœlum digito attingunt, albisq; ferun=
tur quadrigis. Vigilabis, ut ſoles, donec hypocriſis protrahatur. Gulielmus iſte de
quo ad Andream ſcripſiſti, impurus nebulo eſt. Viticonæ pago cuidam nomen
eſt, ubi aliquandiu Verbi miniſterio præfuit: nihil obſcure promiſit, qui iſthic de=
gunt agricolis, ſe effecturū quo ab annuis redditibus & decimis liberi fiant. Stul=
tus homo eſt, ſed audax, & qui loquacitatis plurimum habeat, ſapientiæ minimū.
D Efficient, ut aliquādiu rem Chriſtianam remorentur: at nihil ſolidi ad maturitatē
perducant. Perditi enim & nequiſſimi quiq; ad iſtos deſciſcunt, & ubi negotium
uident non ſuccedere, deficiunt à ſecta, & deinde uniuerſum Chriſti negotiū con
tendunt fabulam eſſe. Quid multa? nihil eſt iſtis unquam ſceleratius uiſum. Id cū
nos maxime mundo prodamus, in nos primam aciem educunt, & grauius nos
traducunt quàm dæmonem, cū iure nihil poſſint in nōs dicere. Perhibent nos do=
cere, ut magiſtratus animaduertat in ſontes: ſed interim reticēt, quod ipſi aliquan
do palàm ex Deut. 13. docuerunt lapidandos eſſe falſos prophetas: ac deinde fal=
ſos uolebant intelligere, omneis qui non ſentirent quod ipſi deblatterabant. Sciūt
pauci, quam ſpeciem nunc habeat Heluetiorum ciuitas. nam præter Tigurum &
Bernam, reliqui omnes fermè pagi ab Oligarchis tenent: qui dū apud nos idem
agunt quod alibi, iam quo & Euangelica & publica libertas nobis maneant, mo=
nemus tam atrocia flagitia tollenda eſſe. Pro Catabaptiſtis ipſe quoties coram Se
natu cū ipſis actum eſt, anxie oraui: & precibus noſtris factum eſt, ut Senatus tam
cunctanter cum eis egerit. Sed nihil aliud poteſt eis dolere, quàm quod prouincia
excedere iuſſi ſunt hæreſiarchæ ſiue coryphæi: ac dum retingunt alios, ipſi quoq;
retinguntur. quod ipſorum doli, fraudes, ac mendacia impetrarunt. Nam Sena=
tu noſtro ita nullus eſt clementior, ut creberrimæ ſint inter nos diſſenſiones, quod
ſceleratos quoſdam cunctantius plectunt: tam abeſt, ut quid temere præſumpſe=
rit. Obijciunt iſti, neminem occidendū eſſe. Quod perinde eſt, ac ſi dicerent, Nul
li obſtandum eſt uitio. Prophetas legamus, & uidebimus quomodo cū iudicibus
egerint. Nos quibus in periculis ſimus, dum huc incumbimus, ut malorum licen
tia premantur: iſti norūt, qui circum nos uerſantur. Nec eſt, ut Heluetiorum ciuita
tem Sueuicæ comparetis. apud nos enim omnia fuerunt corruptiſſima: apud uos
autem multæ ſunt urbes, è quorum numero tua eſt, quæ adhuc priſcos Sabinos
referant.

Digitized by Google

A referant. Hic certe acriore opus fuit medela. Quod dum Catabaptiſtæ aut ignorant, aut diſſimulant, noſtra traductione ſeductionem ſuam adiuuant. Magnū uero momentum, dum patriæ conſulens ad omnem iuſtitiam urgeo, ac innocentiā, ad ſtultam ſectam ſuam defendendum. Num Catabaptiſmus iam recte fultus eſt, ſi me probauerint Hannibale deteriorem, Dionyſio uero crudeliorem? Hoc genus hominum impugnamus ſedulo, quod non modo pietatem perſequitur, ſed publicos quoq; mores corrumpit, atq; licentiā pluſquam Crotonicam aut Mileſiam inducit. imò perpetuo impugnabimus, nulla iſtorum hominum habita ratione: qui ut uentrem ſaginent, aures titillant ſimplicium, atq; ad publicam iuſtitiam attentorum: deinde fallant. Vale: & ut ſoles, uigila. Tiguri, prima Septembris.

IOANNES OECOLAMPADIVS IOANNI GRELO IN *Kylchberg, fratri ſuo* S.

GRATIA & pax Chriſti tecum. Accepi libellum Catabaptiſtarū cum epiſtola tua, mi Frater, habeoq; gratiam pro tua diligennia. Mittetur Zuinglio poſt aliquot dies, ubi per me lectus fuerit: nunc legere nō uacabat, multoq; minus reſpondere. Vix integrum eſt, paucos uerſus ad quæſtiones tuas conſignare. Quæris primo, an baptiſmus aquæ, ſub pœna damnationis à Chriſto præceptus ſit. Reſpondeo: Fide nos iuſtificari coram Deo, ubi crediderimus, unicum præceptū reliquum erit, nempe lex charitatis: quę tāta eſt, ut abſq; illa & fides inutilis ſit ac ficta, & omnia opera, quātumuis ſanctimonię ſpeciem præ ſe ferant, ne teruncium quidem ualent. Charitas igitur dictat, ut externis ſymbolis, quibus eiuſdem fidei ac religionis ſocietatē Dominus coadunare uoluit, fidem ac charitatem noſtram teſtemur. Quo nomine &

Rom. 3
Ioan. 14.

Baptiſmus quo nomine præceptus.

B baptiſmus præceptus eſt. Qui igitur baptizari nolunt, Chriſtianis etiam adiungi nolunt: & proinde charitate, fideq; deſtituti, quam ſalutem ſperarēt? alioquin elementis non eſt tam addicta ſalus noſtra. Conſtet confeſſio fidei ſincera coram hominibus, & patebit paradiſi ianua. Deinde quæris, an perfecta fides in baptizādis requiratur. Reſpondeo: Ad ſalutem quidem adultorum ueram fidem requiri, quæ à ſpiritu ſancto: à quo qui aguntur, ij ſoli filij Dei ſunt. Ad baptiſmi autem ueritatem, ſatis fuerit non refragari, & approbare ſe in numerum & catalogum conſcribi fidelium, uel conſcriptum eſſe: neq; enim perfecta fides illorum erat, qui Ioannis quarto à diſcipulis baptizabantur, neq; ita coniuncta ſunt, ſacramenta percipere, & ſignificantiam ſacramentorum in ſe habere, ut alterum ſine altero non reperiatur utiliter. Fidem habebat latro, baptiſmum non habebat: baptiſmum habent pueri, & fidem eo modo quo nos habemus nō habent. Inutilis igitur erit baptiſmus ille puerorum, dicent, quia falſe ſignificat puerum fidelem. Reſpondeo: Duo eſſe officia baptiſmi. Vnum, quod facit allegi in numero fideliū, & hoc ſemper uere agit baptiſmus in pueris. habendi enim ſunt pro fratribus, donec adulti uel negatione fidei, uel peruerſa uita ſe falſos fratres declarent: at ſi uitam pœnitendo emendarint, iterū ꝓ ueris fratribus cenſentur. Alterū, quod ſignet uere fidelem, hoc nobis incertum etiam in adultis: ſufficit tamen, quod ſit uериſimile ac probabile, baptizandum crediturum. In pueris ſanè fidelium magna ſpes eſt. Poſtremū quæris, num ceremoniæ adiectæ pręter uerbum, circa cœnam & baptiſmum ſint fermentum. Vere inquam fermentū ſunt, ſiquidem in eas fiducia ponitur, uel ſi cum conſcientiarum anxietate obſeruantur. Fermè autem tales hodie ſunt, & propterea uix tuto illis uti poſſumus. In abrogandis illis ceremonijs, quibus conſcientiæ illaqueantur, nō eſt ſcandalum diligentibus legem Dei, neq; indignatio pijs magiſtratibus. Igitur ſi poſtulet uſus, eccleſiæ miniſtrum, uirum pręſtare

An perfecta fides requiratur in baptiſandis

Baptiſmi duo officia.

Ceremoniæ quatenus fermentum.

C ſtare oportet, primum uerbo repugnantem aduerſarijs, deinde & opere quid fa‑cto opus ſit oſtendentẽ. Indignatio Dei magis quàm Principũ cauenda eſt. Spi‑ritus Chriſti te dirigat & ungat, quem ora pro me. Vale: Baſileæ, 15. Martij. 1527

IOANNES OECOLAMPADIVS HVLDRICHO ZVINGLIO SVO S.

SALVE in Chriſto mi Huldriche. Alias literas N. afferet huic, qui ex Catabaptiſmo totus, ut ſpero, reſipuit: quamuis etiam alijs inſtructo commendatitijs, meam συστατικήν adiungere uoluit. Dignus enim uidetur ex plurimis unus, quem cõmunibus patrocinijs iuuemus, ut in patriam ei redire liceat, ubi quiete, in labore manuum ſuarum, ad ædificationem plurimorum uiuere poſſit. Satis iam luit, quod deliquit. Be‑ne Vale. 17. Ianuar. 1530.

IOANNES OECOLAMPADIVS IOACHIMO VADIANO, *Senatori ciuitatis Sanctogallenſis* S.

SALVTEM in Chriſto: Optime VADIANE, tametſi paucis Cataba‑ptiſtis uera reſipiſcentia data eſt, adeo grauis & lætalis morbus, & ægre medicabilis furor, miſeros miſere perdit: Vnus tamen hic Nico‑laus ſingulari beneficio Dei ex inferis, ut ita dicam, ὄντως regreſſus, reuixit. Cui iure omnis fraternitas non ſolum gratulatur, ſed in gratulationis iu‑dicium patrocinatur, ſi in priſtinum ſtatum ſuũ reduci queat: in quo plus ſua poe‑nitentia prodeſſe poterit, quàm pridem ſua inſipientia incommodauit. Aderit igi‑tur illi humanitas tua, & in hac re nos per Chriſtum, p illo intercedentes, aliquid
D impetraſſe declaret. Non enim ego ſolus, ſed cæteri fratres, quotquot illũ audiũt & explorant, conuerſionem eius recipiendã, uti ἱκανὴν & iuſtam cenſent. Quod ſi fefellerit, neſcio an ulli alij fides habenda ſit. Saluos opto ueſtros uerbi Dei con‑cionatores, & quicquid illic eſt fratrum. Vale. 17. Ianuar. 1530.

IN CATABAPTISTARVM STROPHAS HVLDRICHI ZVINGLII *Elenchus, ad omnes Euangelij miniſtros.*

PRAEFATIO.

Malorum uber prouentus.

GRATIAM & pacem à Domino: Vetus dictũ eſt, Fratres chariſſimi, malorum uberem eſſe prouentũ: quod adeo uerũ eſt, ut nihil æque. Poſteaquàm enim quorundam ſtudijs uel tantillum licet per noſtrã ſiue inertiam, ſiue cæcitatem, iam modum eis ponere ſic neſciunt, ut & perire ipſi & perdere alios malint, quàm ab inſtituto reuocari: cu‑ius rei exemplũ cum olim, quum adhuc inter homines uerſaretur Chriſtus, tum hac noſtra tempeſtate, cum uerbi ſui lucernam redaccendit, noſtro nimirum bo‑no edidit. Tunc: cum proditorem tanto tempore non modo pertulit, uerum etiam adperte aut dehortatur, aut terret. ille uero à præcepta malitia, quo minus & magi‑ſtrum & parentem traderet, non prius deſtitit, quàm laqueo ſpiritũ ſiſteret. Nunc autem cum Catabaptiſtarum audaciam eò uſque progredi patitur, ut ſpem ca‑piant omnia confundendi: qui tam indocti ſunt, ut uel hoc nomine ſeſe indican‑do precium augeant; tam imprudentes, cum tamen Chriſtus apoſtolos ſerpen‑tium inſtar prudentes eſſe uelit, ut confuſionem, quam unice captant, impruden‑tiæ beneficio ſe putent citius forte fortuna reperturos, quàm arte inuenturos ulla. Id inauſpicatum genus hominum intra paucos annos tale cœpit incrementũ, ut iam urbes quaſdã teneat ſollicitas. Neq; re alia, quàm imperita impiaq; audacia.

Pi‑

Digitized by Google

A Pia enim eruditio ac diſciplina, hypocriſeos miniſterio ut nihil eget (ſibi enim & per eruditionem conſtat, & alijs ipſa pietatis inadfectata diſciplina commendabilis eſt;) ita cum hoc hominũ genus id maxime ignoret, quod ſe unice ſcire gloriatur: id autem ſimulet, à quo longius abeſt quàm Plutonis atrium à Iouis regia: fit manifeſtum, non alia re quàm impia indoctaq; audacia præditos hanc ordiri telam. Quoties enim cunq; manifeſtis ſcripturæ locis huc adiguntur, ut dicendum eſſet, Cedo: protinus ſpiritum iactant, & ſcripturam negãt: quaſi uero cœleſtis ſpiritus ſcripturæ ſenſum, quæ eo ſolo inſpirante ſcripta eſt, neſciat: aut ſibi ipſi ſit alicubi cõtrarius. Si uero mores atq; inſtituta ipſorum & iure & modeſte cenſeas, imò ſi ſuplex pteceris, ut nihil temere: iam nihil eſt conuitiorũ apud Euangelij hoſtes, quod in te non regerant: nihil dirarum apud furias, quod in te non iactitent. Quę omnia quid obſecro aliud ſunt, quàm imperitæ audaciæ aut impiæ confidentiæ ſigna? Iſtorum ergo nõ iam hominũ (quid enim homines adpellare iuuet, qui præter ſpeciem nihil habent humanũ?) ſed immaniũ præſtigiatorum cum tam diues fœtura quotidie proueniat, ut bono iam ſemini, quod pater cœleſtis familiæ pridem admodum in agrum ſuum diſſipauit, cauendum ſit: id quæſo agamus, uigilemus, ne dormientes hoſtis obtuat: ſobrie iudicemus, ne lupum ouilla tectum recipiamus: laboremus, ne quod peſſimum naſcitur, noſtræ negligentiæ imputetur. Sunt enim proh dolor, ſunt ex nobis non admodum pauci, qui ad omnem uentũ ac nouitatem non aliter mouentur ac ſtupent, quàm indocta plebs: quæ quanto quidq; eſt ignotius, tanto celerius amplectitur. Intonant Catabaptiſtæ, Deus, ueritas, uerbum, lux, ſpiritus, ſanctitas, caro, mendacium, impietas, cupido, dæmon, inferi, & id genus non tantum magnifica, ſed planè (ſi hypocriſis paulo longius abeſſet) magna & amplifica. Vitam quoq; ſi cenſeas primo obtutu, innocens ad-

Plebs nouitatis ſtudioſa.

Catabaptiſtarum hypocriſis.

B paret, diuina, popularis: imò ultramundana. auguſtior enim humana putatur ijs etiam, qui de ſeipſis non illiberaliter ſentiunt. At in receſſum ubi penetraueris, talem inuenis luem, qualẽ pudor ſit memorare tantũ. Neq; enim ſatis eſt illis, Euangelio in quæſtum abuti, & alienam ſectari menſam, uẽtriſq; cauſa tam turpi ſeſe, dolum ex dolo fingendi artificio mancipare: niſi matronarum atq; uirginum ad quarum uel maritos uel pãrentes diuertunt, fidem neq; ſolum tentent, ſed peſſundent. Sed neq; his contenti, manum quoq; apud Sanctogallum atroci parricidio cruentatam, ſic renuunt ſceleſtam pronũciare aut agnoſcere, ut nullo negocio uideas id ab eorum cum nocturnis tum ſolitarijs congreſſibus expectandum eſſe, quod Romæ aliquando matronæ male feriatæ græculũ quendam nactæ, in ſubterraneis conuenticulis deſignarunt. Atq; iſta omnia etiamſi partim tam ſceleſta ſint ac bono uirò indigna, partim tam obſcœna & impura, partim ueto tam immania & crudelia, ut hanc ætatem, etiamſi nulla ſit alia calamitas, ad poſteros infamem poſſint remittere: Attamen quantacunq; ſint, leuia tamen, propterea quod intra hominis contumeliam continentur, præ his ſunt, quæ in pietatem cum Chriſti, tum morum publicorum perpetrant. Chriſtum ipſum negant unica ſui oblatione ſanctos ſuos in perpetuum cõſummauiſſe. Quod quid eſt aliud, quàm Dei filium ad dexteram patris ſedentem cœlo detrahere? quem ubi regno exuerũt, in quo quæſo baptizabuntur? An non omnis noui Teſtamenti ſcriptura in hoc eſt, ut diſcamus Chriſtũ noſtram eſſe perlitationem & redemptionem? Aut quibus ex libris Catabaptiſmi ſui doctrinam hauriunt? Cum ergo ſummam noui Teſtamenti pernegant, cur non uidemus eos Catabaptiſmo nõ in gloriam Dei, aut conſcientiarum bono: ſed ad prætextum ſeditionum, turbarum atq; tumultuũ, quæ ſola incubant, uti? Stulte enim baptiſmum Chriſti iactat, qui Chriſtũ negat. Neq; enim eſt, quod Iudæorũ more dicant: (Scimus autem quoſdam ex eis in hoc eſſe)

Matronarum turpitudinis cõuenticula quondam Romæ.

Catabaptiſtarum impia dogmata.

 Chriſtum

C Chriſtum magnum aliquem fuiſſe prophetam, aut Dei hominem, at non Dei fi-
lium. Cum quod neq; propheta, neq; Dei homo eſſe poteſt, qui mendacium miſe
ris mortalibus, quo plus ſatis abundant, adfert. Chriſtus autem dixit ſe Dei eſſe fi-
lium, & ob id mortuus eſt: non poteſt ergo mentitus eſſe, cum ſe Dei filium dixit,
ſi uerus propheta eſt, ſi homo Dei eſt. Tum quod in nomē Ieſu baptizarunt Apo
ſtoli, cum tamen Chriſtus in nomen patris & filij, & ſpiritus ſancti baptizandi for
mulam prętierit. parem ergo Ieſum eſſe oportet, imò idem quod pater, filius, & ſpi
ritus ſanctus eſt. Neq; enim Ioannes quantumuis magnus, & propheta, & homo
Dei, in nomen ſuum baptizauit. Breuiter ergo, cum Chriſtum ipſum haud obſcu
re negant Dei eſſe filium natura, per malitiam de illius baptiſmo tumultuant, non
per zelum. Mores autem ſic contaminant, quocunq; in uitio etiam αὐτοφώρῳ de-
prehendantur. ſunt enim in eorum tam incontaminata Eccleſia, ſtupra, adulteria,
parricidia, periuria, furta, doli mali, & quicquid fermè uſpiam eſt malorū crebrio-
ra, quàm apud eos quos ipſi carnem & dæmonem per contumeliā uocant. Ve-
ra dico, non mentior: nihil horum eſt, quod nō poſſim, ſi res poſtulet, abunde cō
probare. At in quocunq; tandem deprehendantur inquam, nō alia ratione occur-
runt, quàm, Nō peccaui, neq; enim amplius in carne ſum, ſed in ſpiritu: carni mor
tuus ſum, & caro mihi. Qua ſua reſponſione quid ſe eſſe non produnt? Quomo-
do enim qui ſpiritu Dei aguntur, ac filij Dei ſunt, matronalem uerecundiā ad adul
terium illiciunt? Qua fronte ſimplici uirgunculæ ſtuprum offerunt? Quæ eſt hæc
oro in Deum cōtumelia? Quæ deinde anſa ijs, qui iam dudum ex carnis ingenio,
ſeſe omni, ſi pudor ſolus non obſtitiſſet, impendiſſent uitio? An non homicida cū
nepote & adultero in promptu habebit, cum arguitur, hoc uerbū. Spiritualis iam
ſum, quod hic admiſſum eſt, meum non eſt, carnis eſt. Quæ obſecro nobis uere-
D cundia fiet reliqua? quis pudor? Neq; enim iſto animo ſic reſpondent, quo uulgò,
qui Chriſto fidimus, ſolemus. Confitemur enim ingenue, Peccaui, erratum corri-
gam, ad miſericordiam Dei per Chriſtum confugiam, ab ea nullatenus excidam.
Chriſto enim non deferunt, pudorem omnem exuerunt: & quid corriget is, qui ſe
lapſum eſſe pernegat? O ſcelus, ô audaciam, ô impudentiā? Quis de Epicuri ſcho
la porcus, ſic unquam philoſophatus eſt? Aut quid ô cœnum inter æquum & ini
quum, ſanctum & conſceleratum, imò hominem & beluam intererit? Pudorem
ex humanis adime, nónne obſcenitatem omnem in medium theatrum admiſiſti?
legem eliminaſti? mores corrupiſti? Cædis te nihil pudet, adulterij, ſcortationis: ma
gis belua es quàm lupus, quàm leena, quàm equus, quos quiddā pudet. Aduer-
ſus hoc hominum genus irremiſſa nobis eſt habenda ſtatio, adducendæ omnes
tum copiæ, tū machinæ, ô Fratrēs. Eoq; magis, quo ipſi magis hypocriſi graſſanē
atq; perfidia. Iſla enim, Empuſam, Proteum, Cameleonta, Tarandū, & quicquid
nunquam cō ſtat, ſuperant. Iſta uero Pontificios quoq; ſuppetias laturos autu-
mant, neq; obſcure. Eos enim qui hodie ab Euangelio ſtant, longe acerbius pro-
ſcindūt, quàm qui à Pontifice. quo ſatis probant, in quem eos uſum ſeruent, quos
tam anxie obſeruant. Omnis autem apparatus noſter aliunde peti nec poteſt, nec
debet, quam ex armamentarijs noui & ueteris Teſtamenti. Tu luminū Pater, te
nebras iſtas illumina, ut errorem agnoſcant ſuum. Et quod aliquādo facturus es,
hunc errorē ex Eccleſia tua eliminaturus ſcilicet, ocyus pręſta. Tu uero quiſquis
es, qui uel Dei ſummi, uel Euāgelij filij eius nomine gloriaris atq; mi-
niſterio, penſita quæ & unde ſint quæ afferimus. Et ubi
affectu poſito herbam ueritati præbueris, Va-
le. Tiguri, pridie Calēdas Auguſti.
M. D. XXVII.

A

IN CATABAPTISTARVM STROPHAS, ELENCHVS HVLDRICHI ZVINGLII.

HACTENVS præfati ſumus. Nũc quo ordine acturi ſimus, accipe. Primo loco ad eas reſpõdebimus calumnias, quibus cõfutata eſſe iactant noſtra fundamenta. Secũdo, ſuperſtitionis ipſorum fundamenta ſubruam. Poſtremo de fœdere iungam, deq; eo quod firma manet electio Dei, & ſupra baptiſmum eſt atq; circũciſionem, imò ſupra fidem atq; prædicationem. Auctariũ deinde adijciam, in quo errores quoſdam recens ab eis exquiſitos, cum Deo reuellam. Omnia uero leui manu. In duabus primis partibus, priore ſemper loco ipſorum uerba ponam, fideliter ex Germanica in latinã linguam traducta. Poſteriore adnectam reſponſionem. Sic ergo ordiuntur.

CATABAPTISTAE.

FVndamentum Zuinglij, quod infantes baptizandi ſint, unũ eſt, familia Stephanæ. Sic enim ait: Veriſimilius eſt, Apoſtolos fideliũ liberos baptizauiſſe, quàm minus: Cum Paulus dicat 1. Corinth. 1. Baptizaui autem & Stephanæ domum. Secundo & in Act. 16. Cum autem Lydia baptizata eſſet, & domus eius. Tertio, & paulo poſt: Et baptizatus eſt ipſe & domus eius continuo. In quibus familijs etiam ueriſimilius eſt, infantes fuiſſe quàm ſecus. Hactenus iſti. Priuſquã legitimam reſponſionem proferam, huius te admonitum uolo lector: Elenchum ſtropharum ideo eſſe appellatum laborem iſtum, quod hoc hominum genus, artibus adeo tum pollet, tum agit, ut nihil ipſe uiderim æque aut lubricum, aut uerſipelle. Quod tamen mirum non eſt. adde enim ſanctitatis præſtigio, cuius concinnandi ſunt peritiſſimi, fingendi diſſerendiq; promptitudinem, iam non ſimplices modo, uerum etiam electi in diſcrimen adducuntur: Diuina ſic ſuos probante prouidentia. Hunc enim ipſi libellum confutationis noſtrorum, multo iam tempore

Cur Elenchus Stropharũ hic tractatus dicatur.

B per fratrum ſuorum manus demandarunt, qui ubiq; gloriati ſunt: Zuinglij fundamenta ſic ſe poſſe reuellere, ut eorum nihil fiat reliquum. Ego porrò circunſpicere per omnia, captareq;, ſi qua fieret obuius, deprehendere nuſquà potui: donec OECOLAMPADIVS, uir ut per omnia integerrimus, ita uigilantiſſimus quoq;, eum alicunde nactus mitteret. Hæc ergo prima ſtropha ſit, Quod ſua iſta ſcripta, quæ per conſcientiam cauterio aduſtam, non ignorãt lucem proferre nequire, clam per manus cõiuratorum (qui ut ignorantia luſcioſi ſunt, ſic adfectu amplian dæ ſectæ cæci) tranſmittunt, in aliorum manus peruenire non ſinunt. Sed qui male agit, non uenit in lucem, ne arguantur opera eius. Aut quomodo ſua Eccleſiæ iudicio ſubmitterent, qui de Eccleſia ſeceſſionem fecerunt? Nam, ne hoc ignores pijſſime lector, ſectam ſuam ſic orſi ſunt. Cum duces eorum fanatici plane homines iam conſtituiſſent, quam in Euangelio habemus libertatem in carnis libertatem trahere; nos qui uerbi ſumus apud Tigurum adminiſtri, primum conuenerũt blande quidem, ſed conſtanter adeò, ut quantum ex ipſo uultu & actione uideri poterat, appareret inauſpicatum quid in animo fouere; conueniebant inquã, hoc modo: Non fugere nos, quàm ſint nunquam defuturi, qui Euangelio obſtent, ex his etiam qui Chriſti nomine glorientur. Non ergo unquam eſſe ſperandum, ſic coalituros in unum eſſe omniũ animos, ut Chriſtianis liceat uiuere. In Actis enĩ Apoſtolicis eos qui credidiſſent, ab alijs ſeceſſionẽ feciſſe: ac deinde factum eſſe, ut qui crederent, ad eos, qui iam noua Eccleſia erãt, cõcederent. Perinde ergo nobis eſſe faciendum. Orare, ut ad hunc aliquem promulgaremus modũ, qui Chriſtum ſequi uellent, à nobis ſtarent. Polliceri quoq;, copias noſtras perfidorũ exercitum multo ſuperaturas. Iam Eccleſiam piorum ſuis, ijſq; pijs, Senatũ ſuum lecturam eſſe uotis. Palàm enim eſſe, quàm multi ſint, & in Senatu & in hac promi

Prima Catabaptiſtarum ſtropha.

Catabaptiſmi exordium.

C ſcua Eccleſia impij. Ad quæ in hunc modũ reſpondebamus: Verum quidem eſſe, perpetuo futuros, qui impie uiuerent, etiãſi Chriſtum confiterenť, omnemq́ innocentiam adeoq́ pietatem ipſam deſpectuí haberent. Attamen cum ſe Chriſtianos eſſe & dicerent & contenderent, factis autem tales eſſent, quales Eccleſia quoq́ ferre poſſet, à nobis ſtare. Qui enim contra nos non eſt, noſter eſt: quemadmodum Chriſtus ipſe docuit, in iſtis rerum primordijs, qualia tum noſtra erant. Præcepiſſe eundẽ quoq́, ut & zizania creſcere cũ tritico pateremur, uſq́ in diem meſſis: ſpem autem non audacem habere, in diem plures eſſe ad bonam mentem redituros, qui tũc abhorrerent. Quod ſi minus fieret, pijſſimis tamen ſemper uiuere liceret inter impijſſimos. Seceſſionem in eo rerum ſtatu quid turbæ daturam ueteri. Apoſtolorum autem exemplum huc non competere. à quibus enim ipſi recedebant, Chriſtum non confitebantur: nunc autem noſtri confiterentur. Maximã etiam eorũ partem eſſe futuram, qui nobiſcum nollent in ullam ſeceſſionem conſentire, etiamſi Chriſtum arctius amplecterentur quàm nos ipſi. Verbi continua actione, iſtud ſolum promulgaturos, quod omnes noſſe oporteret, niſi ſaluti ſuæ uelint ipſi deeſſe. Haud ambigere futurũ, ut fidelium numerus citra turbam amplior atq́ amplior irremiſſa uerbi adminiſtratione fieret, non corporis in multas partes diſcerptione. Senatum, etiamſi illis maxime uarius eſſe uideretur, at nobis non itidem: eo quod & ſi humanum ab eis nihil alienum crederemus, ingenue tamen uerbo non modo non obſtaret, ſed æque faueret atq́ Ioſaphat ille, qui ſacerdotes & leuitas cum ipſa lege cohortibus uallauit, quo magis libere per omnem Iudæam uerbum prædicarent: magnopere tamen obſeruandum eſſe. Eſſe decem uirgines quæ ſponſum præſtolentur: ſed quinq́ ex eis tantum gnauas & pruden-

D tes, alteras quinq́ ſegnes & ſtolidas. Hæc & his ſimilia cum inſtantibus reſponderemus, iſtiq́ uiderent iſta non ſucceſſurum, alia adoriuntur. Baptiſmum infantiũ miris proſcindunt modis, ſummam abbominationem, ex cacodæmone, Pontificeq́ Romano eſſe. Occurrimus propere & huic incurſioni, amicam pollicemur collationem: Cõdicitur ad quenq́ diem Martis per ſingulas hebdomades conueniendum eſſe. Prima congreſſione pugna fuit acris, ueruntamen citra cõtumeliam, nobis maxime ipſorũ cõuitia æquanimiter conſerentibus. Deus teſtis eſto, atq́ hi qui tam ab iſtis, quàm à nobis uocati aderant. Secũda acrior: Quidã enim ex eis cum ſcripturis nihil poſſent, appertis cõtumelijs rem tentant. Poſt multam conflictationem cum ſe inferiores uiderent, & nos eos amice dehortaremur, ſic diſceſſum eſt, ut pleriq́ ex eis promitterent ſe nihil moturos, etiam ſi non pollicerentur ceſſuros eſſe ſententia. Intra triduum, aut ad ſummum quatriduum nunciatur, eos qui huius ſectæ Coryphæi fuerunt, quindecim fratres tinxiſſe. Ibi primũ ſentiſcere cœpimus, cuius cauſa & nouam Eccleſiã colligere inſtiterint, & infantium baptiſmum tantopere oppugnauerint. Monemus ergo Eccleſiam, factum iſtuc defendi non poſſe, ut bono conſilio, nedum bono ſpiritu cœptum ſit. His potiſſimum cauſis. Tentauiſſe ipſos Eccleſiæ diuiſionem ac partitionem, quod perinde ad hypocriſim pertineat, atq́ monachorum ſuperſtitio. Secũdo, cum Eccleſijs ſuum arbitrium de doctrina iudicanda illibatum ſit ſeruandum, orſi ſint Catabaptiſmum citra omnem collationem: nihil enim per omnem de infantiũ baptiſmo pugnam de Catabaptiſmo propoſuiſſe. Tertio, uideri hunc Catabaptiſmum ſeditioſorum hominum eſſe ueluti teſſeram. Protinus ut hæc reſciſcunt, magnis exa minibus in urbem aduolant, poſita zona, ſalice aut reſte cincti, in foro atq́ triuijs, ut ipſi iactabant, prophetantes. De antiquo dracone, quem me uolebãt: deq́ eius capitibus, quibus reliquos uerbi ſymmyſtas, omnia implebant. Iuſtitiam atq́ innocentiam omnibus commendabant, ab eis peregre nimirum profecturi. Communia

Primæ Catabaptiſtarum obiectioni quo pacto reſponſum.

Baptiſmi infantium oppugnatio & defenſio

Catabaptiſtarum propheticus furor.

A munia ſe habere iam omnia,& gloriabantur,& alijs ni idem fecerint,ultima com minabant.Per plateas, Ve Ve portentoſe,Ve Tiguro clamabāt.Quidam Ionam imitati,Adhuc quadraginta dierum inducias urbi dabāt.Quid multa?ſtultior ero iſtis ipſis,ſi omnem eorū audaciam, uel ſolo nomine uocare uoluero. Nos autem qui à ſana Chriſti doctrina ſtabamus Dei munere firmiter, cum tota fermè urbs quiddam quamuis alius alio conſilio pateretur, in hoc eramus, ut ſpiritus probationem rectè doceremus. Proficiebatur hac uia nonnihil, quamuis ſeſe in omnia formarent,quo minus deprehenderentur.Vbi malum aliquātulum remiſiſſet,ut plerięꝫ uiderentur abſqꝫ affectu in cauſa iudicaturi,congreſſus indicūtur.Ar quoties ſiue publice,ſiue priuatim congrederemur,ſemper uictrix abibat ueritas,quę à nobis ſtat.Promittunt ergo ſe ſanguine probaturos,quod ſcripturis nō poſſent. Id tanta tum audacia,tum iactantia fecerūt,ut ſibi ipſis oneri fuiſſe nihil dubitem. Proſequuntur Catabaptiſmum ſuum inuito Senatu populoqꝫ: ſeruis publicis lictoribusqꝫ nonnunquam reiectis,nonnunquam uero contumelia affectis. Indicitur tandem congreſſio,qua quiſqꝫ ad ſacietatem ſeorſim audiretur, cumqꝫ per urbem ſiue ad prætorium è carcere ducerentur, ſiue ad carcerem redirent, alius dira comminatur urbi,alius commiſeratur.Hic neruos intendebat hypocriſis, ſed nequicquam. ut enim ad miſericordiam flecterent anilia quędam pectora,uincebat tamen publice tractata ueritas: omnibus enim toto triduo licebat toti pugnæ intereſſe.Poſtremo cum neqꝫ iſta congreſſione uicta cederet impudentia, datur denuo pugnandi copia. Certatur coram Eccleſia in templo totum iterum triduū,tanta ipſorum iactura,ut pauci eſſent, qui non uiderent certandi gratia pugnare miſeros, nō ueri inueniendi. Ea pugna ſic acciſæ ſunt illorū opes,ut ab eo multo tranquillius habere cœperimus,præſertim in urbe: per agrum enim noctuæ uagātur,

B & omnia pro uirili infeſtant.Decreuit autem clariſſimus Senatus,poſt eam collationem,quæ nimirū decima fuit poſt alias,ſiue publicas, ſiue priuatas,aquis mergere, qui merſerit baptiſmo eum qui prius emerſerat. Hæc forſan paulo faſtidioſius tibi obtrudo,optime Lector:ſed traxit me nullus planè æſtus aut affectus,ſed fidelis pro Eccleſijs uigilantia ac ſollicitudo. Multi eñ ex fratribus ſunt, qui cum nondum compertū haberent, qualenam eſſet hoc hominum genus, immanius fieri exiſtimabant quicquid cum illis ageretur. Nūc uero cum & ipſorum caulas uaſtare cœperunt,quotidianis tum literis,tum clamoribus nos compellant,pluſquàm uera eſſe confitentes, quæ pridem audierant: quo uigilantiores reddantur, qui malum iſtud nondum experti ſunt. Ipſum enim orbem ſimilem hypocriſeos ſpeciem arbitror nunquam uidiſſe. Vt enim ſcientia ſine charitate inflat, ita cum hypocriſi cōiuncta & audacior eſt,quàm ille de plebe putet, & callidior quàm na ſutus etiam depræhendere poſſit. Craſſa fuit monachorū hypocriſis, ut qui de diuinis,ſi quando, frigidiſſime differerent. Hi porrò ſic agūt, ut quem ſibi obnoxiū eſſe uideant,non perſuadeant aut moneant,ſed cōcitent atqꝫ rapiant. Protinus ergo miſelli neſcio quæ ſupra uires ſuas moliuntur. Magiſtratum diris oppugnant modis,Euangelij miniſtros deuouent. Vndiqꝫ Pſeudomantis Alexandri ſimiles, qui Epicureos & Chriſtianos nolebat ſuis intereſſe præſtigijs. Vt enim qui in Magiſtratu ſunt,multa ſapientia rerumqꝫ uſu pollent: ſic qui Euangelij miniſterio digne præſunt,ſana doctrina ſic inſtructos eſſe oportet, ut contradicentium contumaciam reuincere poſſint. Nunc ergo mihi aſtutiam uide hominum. Vtroſqꝫ miniſtros & Eccleſiæ,& reipublicæ in primis proſcindunt: ut ſi unquam pro officio contrà mutiant,protinus dicere poſſint,ideo ſibi eſſe infeſtos, quod eorū uitia con trectauerint. Iam quiſqꝫ de plebe auditor quicqꝫ prius ſuſpicatur & de Magiſtratu & de Eccleſiarū miniſtris,quàm de uerſipellibus iſtis præſtigiatoribus. Procedunt

Pœna in Catabaptiſtas tandem decreta.

Monachorum hypocriſis craſſa,ſi cum Catabapt. conferatur.

Alexander Pſeudomantis.

C dunt furioſo impetu cõcitati ad iſtorum magiſterium, ignari quo ruant, aut quem tandem finem inuenturi ſint. Creſcit audacia & impudentia, ut qui heri ſimplex auditor adſtiterat, hodie magiſtratum in faciem cõtum eliatur. Cumq; uidetur incrementum eorum quò tendat, & obſiſtitur, protinus è medio faceſſunt autores, ac miſeram plebeculam carnificibus laniandam relinquunt. Ac in uniuerſum talem ſpeciem præbent, qualem Ate: quocunq; diuerterint, πάντας ἀάπτει, omnia turbant, inq; peſſimũ ſtatum commutant. Cœpit urbs aliqua paulo ſanius de cœleſti doctrina ſentire, illò properant ac turbãt: nec enim eas Domino initiant, quæ uerbum non recipiunt, unde quis non uidet, à quo magiſtro mittantur Apoſtoli: Proinde animos erigite, optimi Fratres. Romani Pontificis hypocriſis in lucẽ eſt producta, nunc res cum ipſa eſt hypocriſi nobis gerenda. Eoq; incunctãtius id facite, quo magis uidetis iſtos cacodæmonis apoſtolos, cum ſalutem neſcio quam polliceantur, nihil quàm turbas rerumq; omnium tam diuinarũ quàm humanarum confuſionem ac perniciem quærere. Hactenus de illorum ſectione, & Eccleſiæ proditione. Exierunt à nobis: non enim noſtri fuerunt. Vt enim etiam hoc addam: Eſt Eccleſia Zolliconæ, ubi Catabaptiſmum iſti infauſtiſſimis auibus auſpicati ſunt, & ſi non magna (Tigurinæ enim pars eſt, ad quintũ ab urbe lapidem,) etiamnum admirabili conſtantia. iam enim fermè ſuperarunt apud ſe natos Catabaptiſtas. Verbum ſimpliciter ac placide ſemper ſunt amplexi: quam iſti præcipue occaſionem ſpectarunt, ſperantes eo citius hypocriſi ſuæ fore obnoxios, quo maiore ſimplicitate & alacritate pollerent. Nũc redeo ad illorum ſtrophas, ac ſic

RESPONDEO.

D CVm ſic dicitis: Fundamentorum Zuinglij, quod infantes baptizandi ſint, unum eſt, familia Stephanæ: Inſignem malitiam proditis. Vbi enim obſecro pro fundamento unquam poſui hoc, quod hic adſeritis? Nonne peculiarem librum ad Balthaſarem, perfidum apoſtatam, ſcripſi: in quo breuiter oſtendi, quibus nitar fundamentis ad infantium baptiſmi defenſionem? In eo libro nónne ſic legiſtis?

DE INFANTIVM BAPTISMO.

CHriſtianorum liberi nihilo minus Dei filij ſunt, quàm parentes, æque atq; in ueteri Teſtamento. Dei ergo filij cũ ſint, quis uetabit ꝙ minus baptizenť? Circuncíſio priſcis (quod ad rationem ſacramentalem attinet) id fuit, quod nobis baptiſmus. Vt ergo illa infantib. data eſt, ſic & baptiſmus debet infantib. dari.

Catabaptiſtarum prima adiuratio. At fortaſſe non legiſtis: In ſuperſtitione enim ueſtra, hæc prima adiuratio eſt, ne is quem iam duplo uultis deteriorem reddere quàm fuerat, in Eccleſiam eam coëat, quæ infantiũ baptiſmi defenſores habeat Epiſcopos. Vnde nihil ambigo, & à libris noſtris iam dudum interdixiſſe. Hac autem uia huc uentum eſt, ut Stephanæ domus, Lydiæ, carcerisq; cuſtodis mentionem faceremus. Monebamus multa, ne adeo imperite argumentaremini: Nõ legimus Apoſtolos baptízauiſſe infantes credentium, ergo non ſunt baptizandi. Primum propter abſurditatem, quod iam nobis quoq; ſic liceret colligere: Apoſtoli nuſquam leguntur baptizati eſſe, ergo non ſunt baptizati. Ad quod cum ſic reſponderetis: Veriſimillimũ eſſe baptizatos dudum fuiſſe, quàm alios ipſi baptizarent. Hic nos ſic dicebamus: Verum nimis eſſe, quod Chriſtus adumbrauit, quoſdam ſcilicet uidere feſtucam in oculo fratris, & ad trabem in ſuo hallucinari oculo. Cum enim aliquando dixiſſemus, ueriſimilius eſſe, ab Apoſtolis infantes credentium baptizatos, quàm ſecus: quos cachinnos κωχλάσμους non excitauit in nos perfidus apoſtata Balthaſar? Iſti ſunt columnæ, inquiens, & nullam aliam ſcripturam adferunt, quàm futilem conie cturam: claram requirimus ſcripturam. En uerſipelles homines. In eadem

causa

A cauſa per coniecturam ipſi reſpondent, & alios cum coniecturas pro ſolis coniecturis uendunt, exibilant: imò apud ſuos mentiuntur, nos coniecturis pro fundamento uti. Deinde merito oſtendimus exempla, quibus liquido uideretur, uerifimilius Apoſtolos baptizauiſſe infantes, quàm ſecus, familias Stephanæ, Lydiæ, & Cuſtodis carceris: quæ ipſi exempla nunquam reuellere poteritis, ut euidentiſſime demonſtrabimus. Pergitis poſtea, & ad exempla noſtra ſic reſpondetis:

CATABAPTISTAE.

RESpondemus primo: Zuinglius in libello ſuo ſic ait: Apoſtolorum factum nihil poteſt probare, quod nō eſt uerum. Secundo: Da uerum eſſe, non poteſt ergo, uel ſuoipſius iudicio obſcurum teſtimonium, quod de facto Pauli 1. Corinth. 1. deq; Lydia protulit, quicquam probare.

RESPONSIO.

AGnoſco ipſe uerba mea, neq; patiar ut uiolenta uſucapione ueſtra aliò detorqueantur, quàm quò dicta ſunt. In hūc ergo ſenſum diximus, Apoſtolorum factum nihil probare poſſe. Vbiq; legimus eos baptizauiſſe: ab illo ergo facto non poſſumus probare, eos non eſſe baptizatos, de quibus ſcriptura non loquitur quod baptizati ſint ab eis. Nam alioqui ſequeretur, neq; diuam Virginem matrem baptizatam eſſe, cum ſcriptura nihil dicat de eius baptiſmo. Volumus ergo dicere, Facto infectum probari non poſſe. Nō enim ſequitur: Chriſtum legimus Hieroſolymis, Capernaum, Nazareth fuiſſe: ergo non fuit in Hebron, quia non legimus eum in Hebron fuiſſe. Et Chriſtum legimus in Nazareth docuiſſe, ergo non docuit Bethlehem, quia non legimus eum iſthic docuiſſe. Rurſus Apoſtolorum factis quis non uidet facta noſtra commodiſſime defendi, modo eodem iure ijſdemq; ex cauſis faciamus. Petrus cenſuit nihil externarum rerum imponendum eſſe iugulo diſcipulorum. Iacobus autem dedit quædam poſſe imponi, ſed hoc propter eos qui ex Iudæis crediderant, maxime faciebat: ſequitur ergo recte, ſi obtineri poſſit, cæremonias omnes quàm longiſſime ablegandas: ſin minus per publicam pacem hoc licet, eas propter infirmos modo tolerari poſſe, quę non ſint cum impietate coniunctæ. Vt enim Apoſtoli quædam leuia admitterent, puta ſuffocati ſanguinisq; abſtinentiam, nulla tamen ratione permiſerunt circuncidi credentes. Qui enim circuncidit, debitor fit uniuerſæ legis: non ſic, qui ſanguinem non edit aut ſuffocatum. Non ſequitur: Apoſtoli non leguntur ſuillam ediſſe, ergo non ederunt. Noſtra igitur argumentatio in hoc eſt: Non poſſe probari, credentium infantes non eſſe baptizatos ab Apoſtolis, eo quod non legatur. infinita enim ſunt facta tam à Chriſto, quàm ab Apoſtolis, quæ literis mandata non ſunt. Iuriſperiti hoc uocant quæſtionem de iure, non de facto. Iure licere poteſt aliquid, quod tamen nunquam in factum exit. Iure licebat Paulo, alimentū corporis ex eo agro demetere, in quem ipſe ſpiritus ſemē diſſipabat. Dixerat enim Chriſtus, Mercede ſua dignos eſſe operarios. Nunc uero cum non uſus eſt hac licentia, hoc eſt, iure: iam non ſequitur, Paulus non accepit alimoniam pro prædicandi officio, ergo nulli licet accipere. Vbi, ut ne hoc prætereeam, iterum audacia ueſtra merito cenſeri debet. Cum enim apud ſimplicem popellum uociferatis contra Euangelij miniſtros, non licere ipſis de Euangelio uiuere: Paulus enim manibus alimentum ſibi & alijs parauerit, per calumniam ut reliqua omnia agitis. Ipſe enim, ipſe inquam Paulus, ius eſſe docet accipiendi alimentum ijs, qui uerbo uiciſſim alunt. Quod autem ipſe non fecerit quod licebat, præſens rerum ſtatus monebat, ipſaq; Pauli (cui & impij & pſeudapoſtoli imminebant) conditio. Legite 1. Corinth. nonū caput, & diſcetis quantū ſtyli conſumat in hac quæſtione iuris & facti Paulus. Videbitis aūt non modo ſtulte, ſed etiam impie colligi: hoc eſt fa-

Quæ quá ratione, quoq; iure ſeruari poßint, ex Petri & Iacobi ſententia.

B

Quæſtio iuris & facti.

Argument. à facto ad ius.

y ctum,

C ctum, ergo iure factum eſt. Ac contrà: hoc non eſt factum, ergo ut fiat ius non eſt. Non ergo aliud uolumus hoc uerbo, Apoſtolorum factum nihil poteſt probare, quàm quod Apoſtoli non baptizauerint infantes (ut interim demus nõ baptizauiſſe) non ideo ſequi, ut infantes non ſint baptizandi, neq; ad adfirmatiuam ſequi negatiuam: Apoſtoli baptizarunt adultos & credentes, ergo infantes non ſunt baptizandi. Nunquam enim licet neq; in diuinis, neq; in prophanis à facto ad ius argumentari: ſed tunc ſolummodo licet factum pro lege adducere, cum factum iure factum eſſe probatum eſt. Vt cum Tiguri per Dei bonitatem externa omnia licuit citra publicæ pacis confuſionem abolere, iure factum cum ſit, iam licet Vituduri & Lithopoli omnia perinde abolere, ſi modo iudex charitas æque permittat. Hieroſolymis interdictum eſt à ſuffocato & ſanguine, propter teneros quoſdam. Iam Bernæ & Baſileæ aliquouſq; ferri quædã, quæ nõ ſunt impijſſima, poſſunt, ſed ſi charitatis ius hoc moneat. Impia, ut miſſa, idola, falſa doctrina, non debent. Facta igitur Apoſtolorum hactenus nobis lex erunt & ius, ſi iure facta erunt. Infecta uero atq; nefanda & illis & nobis erunt iſta ſolummodo, quę ius uetat ne fiãt, etiamſi ipſi idem nunquam fecerunt. Nam ſi iure quid licet, iam ubi id feceris, recte feciſti, etiamſi nullus Apoſtolorum fecit. De iure igitur & facto uerba noſtra debent intelligi: Puta, non debere infantibus negari baptiſmum, quod expreſſe nuſquam legantur Apoſtoli infantes baptizauiſſe, tum quod fieri poteſt, ut baptizauerint (id quod adperte demonſtrabimus) literis autem commendatum nõ ſit quod fecerint, tum quod nullius facta iuri præiudicant, multo minus infecta. Vnde ſi planis uerbis alicubi de Apoſtolis eſſet ſcriptum, Apoſtoli non baptizarunt infantes: nõ tamen ſequeretur, nõ eſſe baptizandos: ſed inquirendum eſſet, an factum ſolummodo obmiſerint, an phas non ſit baptizari. Quod ad hunc modum probamus. Ioan. 4. ſic habetis: Quanquam Ieſus ipſe non baptizaret. En uobis exemplum facti, ſiue infecti. Chriſtus non baptizauit, ergo ſecundum uos non erit baptizandum: Id enim recte ſequitur, ſi à facto ad ius eſt argumentandum. Nec eſt cur dicatis, ibidem autem habetur, Apoſtolos baptizauiſſe. Subito enim inferremus: Ergo ſi Apoſtoli iure baptizarunt, etiamſi Chriſtus non baptizauerit: nos quoq; iure baptizabimus infantes, etiamſi Apoſtoli non baptizauerint, nulla enim eſt ratio diuerſitatis: imò cauſa noſtra potior eſt, cum nos Chriſtum habeamus, qui non baptizauerit, & tamen baptizandum ſit: uos Apoſtolos tantum, etiam cum ſolummodo donamus non baptizauiſſe, quod non baptizauerint infantes, at nihilominus baptizandi ſunt. Cum ſecundum Chriſtum nõ baptizantem baptiſmus ſit: indubie ſecundum Apoſtolos, non baptizantes pueros infantes, etiam baptiſmus puerorum infantium erit, ni lege aliqua uetitum ſit, quo minus liceat infantes tingere. Quod autem ſecundo loco reſpondetis ad exempla factaq; noſtra, quæ adduximus in hunc modum. Da uerum eſſe (quod ſcilicet Apoſtolorum factis, niſi liqueat iure facta eſſe, nihil poſſit probari:) nõ poteſt ergo uel ſuo ipſius iudicio, obſcurum teſtimonium quod de facto Pauli protulit quicquam probare. Recte colligitis, imò antiſtrephon pulchre in nos retorquetis. Si enim factis non licet probare ius, ſed tueri oportet quod iure factum ſit: Ergo quod Paulus in familijs Stephanæ, Lydiæ, & Cuſtodis pueros infantes baptizauerit, non poteſt infantium baptiſmum probare. Nos enim nõ iſthuc agimus, ut his exemplis uelimus firmare tanquã fundamento baptiſmum infantium: ſed oſtendere, quod temere atq; mẽdaciter dicitis Apoſtolos nũquam baptizauiſſe, nullum enim huius rei habetis teſtimoniũ. Tum deinde, ut ueriſimilius eſſe probemus baptizauiſſe, quàm ſecus. Fundamentũ autẽ id iecimus, quod dictũ eſt: Pueros credentiũ perinde eſſe & intra Eccleſiã, & inter filios Dei, atq; parentes.

Factũ pro lege adducere quando liceat.

D

Argumentum à facto ad ius.

CAT Aa

A CATABAPTISTAE.

TErtio. Paulus ante iſtud Zuinglij fundamentum ſic loquitur: Qui de Cloæ familia ſunt, mihi nunciarunt, quod diſſidia ſiue cõtentiones inter uos ſint, &c. Vt hic infantes Paulo nihil uel nunciarunt, uel nunciare potuerunt (nullius enim rei gnari eſſe poſſunt:) Ita infantes Stephanæ familiæ tincti nõ ſunt, ſi modo in ea familia infantes fuerunt, quemadmodũ ei Zuinglius obtrudit reclamante ſcripturæ teſtimonio. RESPONSIO.

QVis nõ uidet, Eccleſiam nunquam tales habuiſſe præſtigiatores? Cũ enim ſic audent colligere: Ex familia Cloæ nemo infans nunciare potuit Paulo, ergo in familia Stephanæ nemo infans baptizatus eſt: quid porrò aliud agunt, quàm præſtigium obtendere ijs, qui colligendi ignorantes ſunt? Quis unquam tam imperite malignus, aut tam maligne imperitus fuit, ut ſic colligeret? Fieri ergo nõ poteſt, ut ulla re alia nitantur, quàm hominũ ſtultitia. Quaſi ipſe ſic colligerem: Nullus infans nunciauit Chriſto de turre quæ corruerat, aut de his quorũ ſanguinem Pilatus miſcuit ſacrificijs, ergo Chriſtus nullum infantem amplexus eſt: aut De quadam familia ſcribitur, quod quædam nunciauerit: ergo qui nunciare non poteſt, de familia quoq; eſſe non poteſt. quaſi uero familiæ inſerat nũciatio, aut aliud factum. Quæ obſecro hæc inſania eſt? CATABAPTISTAE.

QVarto. Omnia teſtimonia, quæ familiarum mentionem faciũt, infantes excludunt. Id quod re ipſa patet. RESPONSIO.

ERgo dum Chriſtus puer eſſet, non erat de domo & familia Dauid. Cur ergo familia nutricij eius Ioſeph, tãta diligentia conſcribiť? Num domui Zachæi cum pax eſſet data, infantes ſi qui in ea fuerunt, exortes gratiæ fuerunt? Exodi primo perhibet Moſes, Dominum filijs Iſraël ædificaſſe domus: hoc eſt, familiam ac *Familiæ nomine cõtineri etiã infantes.*
B poſteritatem dediſſe, cum obſtetrices prætexerent, Hebræas fœminas expediendi partus peritiã habere. Ergo infantes iſti non fuerunt infantes, aut fœminæ adultos iam ac uiros pariebant, infantes enim ſecundum uos non ſunt de familia. Exodi 12. Nõ erat domus, in qua nõ eſſet mortuus. Ergo nullus infans erat mortuus. Verum quid ago teſtimonijs, quaſi ſtultiſſime dicta, ueritatis teſtimonijs opus ſit reuellere? At iſtud elegans eſt, quod adijciũt: Id quod re ipſa patet. quaſi uero aſinus ullus ad lyram ſic oſcitauerit unquam, ut ei crederet, qui diceret nomine familiæ aut domus, pueros non contineri. CATABAPTISTAE.

QVinto. Propter cogitationem, opinionem, aut ſententiam hominis, nemo debet aut baptizare, aut aliud quid agere: ſed propter diſertam ſcripturam aut facta, quemadmodum multa teſtimonia diuinarum literarum cõprobant. & quemadmodum Zuinglius ipſe contra Vicarium, & alios hoſtes Dei ſæpenumero exclamauit, nec quicquam admittere uoluit, quod humano iudicio conſtaret, aut Patrum uſu. Nunc autem id facere pergit, quod ueritatis hoſtes hactenus fecerũt.

RESPONSIO.

EGo in ea perpetuo ſententia ſum, quam ipſi de me prædicatis: neq; diuerſum unquam ſenſi, aut ſentiam, dum ſpiritus hos regit artus. Quod autem id mihi imputatis, quod ueritatis hoſtes fecerint hactenus: ex eo ſpiritu dicitis, qui fuit mendax ab initio, & in ueritate non conſtitit. Quid enim aliud ſemper egimus, quàm ſcripturæ teſtimonijs cum iſta, tum omnia quæ traderemus firmare? non autoritate: etiamſi mediocris, aliqua tamen nobis contingit: nõ clamore, non hypocriſi. Id quod noſtra legentes agnoſcent, proceſſu diſputationis.

CATABAPTISTAE.

PAulus docet, anathema eſſe, quicquid non in Euangelio, atq; ſermonibus Apoſtolorum contineatur.

C

RESPONSIO.

VBi obſecro Paulus hoc docet? arbitror ad id uobis iſta referri, quod ad Gal. 1. ſcripſit: Sed enim ſi aut Nos, aut Angelus è cœlo euãgelizet uobis aliter quàm nos euangelizauimus, anathema ſit. Verba ueſtra hic paulo diligennius excutiam: ſimul enim patebit cum ignorantia malitia ueſtra. Ignorantia, quod putatis cum Paulus hæc ſcriberet, Euangeliſtarum commentarios, & Apoſtolorũ epiſtolas iam in manibus Apoſtolorum atq; autoritate fuiſſe. Quaſi uero Paulus epiſtolis ſuis (huius enim librorum noui Teſtamenti pars nõ minima eſt) iam tum tribuerit, ut quicquid in eis contineretur, ſacroſanctum eſſet. Non quod ipſe uelim non eſſe ſacroſancta quæ illius ſunt, ſed quod nolim Apoſtolis imputari immoderatam arrogantiam. Quoties enim cunq; ad ſcripturam relegant, ſiue Chriſtus, ſiue ipſi, ſcripturam intelligunt non ſuas epiſtolas aut Euangeliſtarum commentarios, qui aut nondum erant ſcripti, aut ſub incude ſudabant, pro temporum ratione: ſed legis aut prophetarũ. Nec eſt ut elabi uelitis, uos nõ loqui de ſcripto Euangelio, ſcriptiſq; Apoſtolorum ſermonibus: dicitis enim, quicquid non contineat̃. en uobis Continendi uerbum, quod ad monimenta nequit nõ pertinere. Hic malitiæ ueſtræ atq; inconſtantiæ digitus porritur. In hoc aliquando fuiſtis, ut totũ uetus Inſtrumentum negaretis: imò ſimul atq; apud Vangiones Denckij & Hetzeri cum Cutijs neſcio quibus nihil obſcure plenam perlitationem per Chriſtũ negant, quod nihil aliud eſt quàm nouum Teſtamentum cõculcare: apud nos Groningæ totum uetus Teſtamentum negant, quod ipſe his oculis uidi. ſcripſerunt enim ad Senatum noſtratem: Vetus Teſtamentum antiquatum, irritaq; eſſe teſtimonia, quæ ex eo proferantur, atq; adeo nihil poſſe. Hic inquam ſpiritũ ueſtrum requiro, ſi ueracem eſſe cõtenditis: ergo ſimul nobis adimit & ueteris & noui Teſtamenti ſcripturam. æque enim apud Groningam ueſtus Teſtamentũ atq; apud Vangionas nouum conculcatis. ſi minus ueracem eſſe contenditis, quæ ergo malum audacia, diuinum ſimulare ſpiritũ tanta pertinacia atq; proteruia? Sed fruſtra iſtud ſecundum uobis membrum offero: nunquam enim dicetis, mendacem eſſe ſpiritum ueſtrum. Arguemus ergo ipſum per uirtutem eius, qui id genus ſpirituũ quo uos abundatis compeſcuit, ut amplius non auderet dicere: Tu es filius Dei. perinde enim atq; uos, mendaciter atq; nõ ex fide dicebant: Tu es filius Dei. Quoties enim cunq; Chriſtum confitemini, de uobis Coryphæis loquor, peius confitemini quàm dæmones. Iſtis enim dolor exprimebat: uim enim eius experiebantur atq; uirtutem, ut Dei filium citra hypocriſim confiterentur. Vos autem ſi quando cõfitemini, ſimulatè facitis: nam ut primum ſperatis copias ueſtras ſic auctas eſſe, ut citra diſcrimen poſſitis cõtumeliam in eum dicere, ſubito & regnum eius & bonitatem proſcinditis. Quid enim aliud dicit, qui Chriſtum negat unica ſui oblatione pro totius mũdi peccatis perlitauiſſe, quàm Chriſtus eſt mendax, Chriſtus nõ eſt Deus, Chriſtus non eſt animarum noſtrarum ſalus? De quo ſuperius ſatis arbitror dictum eſt. Sed tempus eſt, ut ſpiritũ ueſtrum arguamus. Palàm docetis, felicitatem nulli poſſe contingere, niſi per iuſtitiæ opera. Ideo euacuandus eſt uobis Chriſtus, quem pater in hoc miſit, ut pro deſperatis hoſtia fieret. Hac hoſtia uos minime opus habetis, fiditis enim iuſtitiæ ueſtræ. Num autem uere fiditis? minime: neq; enim diuinæ ſolum literæ docent, omnem hominẽ eſſe mendacem, atq; omnia per legem eſſe ſub peccatum incluſa; uerum etiam humana ſapientiũ uirorum ratio huc peruenit, ut nihil quàm ſui gratia & cogitare, & facere hominem uideret. Ciceronis teſtimonium in cõmentario noſtro in hunc uſum adduximus, quod hic longius eſſet ponere. Illud aũt quod Apollinis oraculo tribuunt, Noſce teipſum; ſatis fidei nobis faciet, hominem intus & in cute nequã ac malum eſſe.

Scriptura Paulo & Apoſtolis quæ citetur.

Teſtamentum tã uetus quàm nouum à Catabaptiſtis reijci.

D

Catabaptiſtarum ſpiritus arguitur.

Noſce teipſum

Non

Digitized by Google

A Non enim dictum eſt,ut hominem ad ſeſe cõuertat,ut ſe contempletᷓ ad fruendũ:
ſed ut in ſeſe deſcendat,atq; expendat tum ſe, tum ſua : iam tantam luem indubie
offenſurum, ut non temere uel de ſeipſo magnifice ſentiat , quem ſic iacere uidet:
uel de alio male ſentiat, quo ſe nihilo uidet eſſe meliorem. Cum ergo ne humanã
quidem rationem fugiat,ſi modo ingenue fateri uoluerit in pęnitiſſima ſeſe abſtru
dens nebulo,hominem in uniuerſum eſſe malũ : qua fronte audetis humanæ in-
nocentiæ fidendũ eſſe adſerere? An forte dicturi eſtis,nullo modo fidendum eſſe?
Humanæ innocentiæ nihil fidendum.
Omnes ergo ueſtra ſententia ultimæ dãnationi adiudicabimur : ſi enim innocen
tia noſtra cõparari felicitatẽ oportet,& ea omnibus eſt negata, iam felicitas quoq;
nobis perijt. Cur ergo uos innocentiã ſimulatis? Cur multi ueſtrum id Chriſti ſibi
ſumunt & glorianẗ:Quis ex uobis,dicentes,arguet me de peccato? Iam ergo con
fiteri arbitror, ut ſiue annuatis homini cõtingere innocentiã poſſe, & ex innocen
tia(quã Apoſtolus iuſtitiam uocat)felicitatem ſiue negetis, hypocriſis ueſtra in lu
cem producatᷓ. Nam ſi perhibetis felicitatem noſtra opera cõparari poſſe, iam ob-
ſtat ratio,cõmuniſq; ſenſus: quid enim uobis cũ ſacris literis? quas ſic ἐν τῷ προσθή
κης μέρει habetis,ut ubi ubi libet abijciatis. Si negatis obtineri poſſe,cur ergo ſimu
latis,quod nulli mortaliũ uidetis poſſe cõtingere , uos iam ambabus manibus te-
nere? Legite iterũ atq; iterum hunc Elenchũ oro, & uos ipſos agnoſcetis, niſi eſtis
dæmone obſtinatiores. Quid ergo? Apud Vangionas Chriſtũ negatis, cũ ad ope
rum fiduciam reducitis,eo quod qui iſthic religionis ſtudioſi recens facti ſunt, hy
pocriſeos artibus parũ exerciti ſunt , atq; ideo præſtigijs ueſtris obnoxij : dũ enim
ſordes ueſtras ſpectant atq; ſimul magnifica de innocentia uerba,iam ſordes autu
mant uos induiſſe, quo magis Deũ indueritis: adeoq; uelut homines Dei ample-
ctuntur,ubertim quæ habent, ſuppeditant. quæ enim tam conſtans arca foret, ut
B tantæ ſanctitati ſeſe non dederet? Quod tam tenax marſupium, quod ad tam ue-
hementem ſpiritum non hiaret? Ventres. Apud Groningam uetus Inſtrumentũ
negatis: circũ enim regionem plurimos eſſe uidetis, qui ſimulata ſanctimonia ni-
hil mouentur: audaciam, qua ſpiritũ iactatis , ubi ſcriptura non ſufficit,deteſtãtur.
Cum ergo Catabaptiſmum , ex quo ueluti ſonte ſperatis omne cõſilium ueſtrum
deriuari poſſe,nulla ſcriptura uidetis probari: infantium autem baptiſmum uete-
ri Inſtrumento defendi poſſe : iam uetus Inſtrumentum abijcitis . Pars ergo no-
uum eum eleuatis , pars Vetus,nihil reliquum facitis , quàm peſſimos atque in-
conſtantiſſimos homines uos eſſe proditis , imò ἀθέους. Dum enim quæ ad ba-
ptiſmum pertinent,ex commentarijs quæ de Chriſto ſcripta ſunt, depromitis,
Chriſtum autem ipſum euacuatis, iam nulli notum non eſt, quod omnia ex con-
tentione facitis , quantamcunque ſiue ſanctitatem , ſiue ſimplicitatem per hypo-
criſim ſimuletis . Ac rurſus : Cum uetus Inſtrumentum reijcitis hac potiſſimum
cauſa , quod quæ de infantium baptiſmo ex eo adferuntur , ſuſtinere non pote-
ſtis: euidenter oſtenditis,quod Deum qui & ueteris & noui Teſtamenti Deus eſt,
pro nihilo reputatis. Ne quæſo tibi uidear, optime Lector,inſolentior, uidebis o-
mnia eſſe apud iſtos deteriora , quàm ſtylus noſter proſequi poſſit. Quod autem
iſtud ὕπουλον foueant: ſed quid dico ὕπουλον, cum nihil obſcure & uetus Teſta
mentum & Chriſtum ipſum negent? uerba eorum quæ hic tractamus paulo dili
gentius expende. Paulus,inquiunt , docet anathema eſſe, quicquid non in Euan
gelio atq; ſermonibus Apoſtolorum contineatur . Vides ut aperte uetus Inſtru-
mentum faſtidiunt? Vides,quod qui maxime ſcriptura niti uideri uolunt , nõ mo
do ſcripturam , ut hic Paulo faciunt , deprauant: uerum etiam eam ipſam ſcriptu-
ram diſſimulant , quam Chriſtus in teſtimonium uocauit, & Apoſtoli nihil do-
cuerunt , quod non ex ipſa uel hauſiſſent , uel probarent? Bellum atque doctum
ſcilicet

C ſcilicet uerbum, quicquid nō in Euangelio atq; ſermonibus Apoſtolorū contine-tur, anathema ſit. Prophetarū atq; adeo Poëtarum oracula nō habentur ad uerbū in Euāgelicis cōmentarijs atq; Apoſtolicis, ergo anathema ſunt. Sic loqui debēt, qui ſe magiſtros omniū faciūt. Quis obſecro ſic loquit? Nōnne omnes qui de iſto axiomate loquunt, ſic dicunt: Quod citra ſacrarū literarum ueteris ac noui Teſtamenti teſtimoniū adſeritur, anathema eſto? Sed nunc increpationi modum imperabo. ſatis enim pellucere tibi pijſſime Lector puto, τὸ ὕπτουλον.

Catabaptiſtarum inepta argumentatio.

CATABAPTISTAE.

IOannes iuſtam cauſam reddit cap. 17. per os ſic loquentis Chriſti: Nō pro eis, puta Apoſtolis, tantum rogo: ſed pro eis quoq;, qui per uerbum eorum credituri ſunt in me. Apoſtoli ſermonem ſuum à Chriſto habebant, Chriſtus autem à patre acceperat.

RESPONSIO.

HAec tu uerba Lector, mox præcedentib. eorū iunge, ut uideas quàm exercitos ſenſus habeāt in adducenda ſcriptura, & q̄ egregie quadrent, quæ ſic cornicant apud imperitā multitudinem. Quid iſta autoritate Chriſti uolūt? Num probare quod Chriſto credendum ſit, eo quod quæ dixerit & docuerit, ex patris pectore hauſerit, diſcipuli autem è ſuo? Cur ergo non credunt Chriſto, qui proxime ante hæc uerba ſic fatus eſt: Ego pro eis ſanctifico me ipſum, ut ſint & ipſi ſanctificati in ueritate, hoc eſt, uere atq; fideliter ſanctificati ſint? Quibus ille uerbis aliud prorſus non uult, q̄ Paulus, cum dicit Heb. 10. Vnica oblatione cōſummauit in ſempiternum ſanctificatos. Cur nō credunt dicenti: Nō enim miſit Deus filium ſuū in mundum, ut iudicet mundū, ſed ut ſaluetur mundus per ipſum. Qui credit in eum, nō iudicat, &c. Et nemo uenit ad patrem, niſi per me? Cur ergo non credunt Apoſtolis eius? Petro, ſic dicenti: Ipſi uos ſuperædificamini lapides uiui,
D in domos ſpirituales, in ſacerdotiū ſanctum, offerētes ſpirituales hoſtias, acceptas Deo per Ieſum Chriſtū. Paulo: Per ipſum habemus acceſſum ad Deum, Et ipſe eſt redemptio noſtra: imò in quo uerſatur omnis Pauli doctrina, quàm ut oſtendat, per ſolum Chriſtū & peccata aboleri, & ſalutem donari? Cur non credunt Ioanni? Filioli, inquiēs, hęc ſcripſi uobis, ne peccetis. Quod ſi quis peccat inter uos, aduocatum habemus apud patrem, Ieſum Chriſtū iuſtū, Et ille eſt propitiatio, nō pro noſtris tantū, ſed pro totius mundi peccatis. Nō ergo in hoc ſunt, ut probent, fidem Chriſti atq; Apoſtolorū uerbis, eſſe habendā, cū ipſi eis nullam habeant: ſi enim haberent, operum iuſtitiam nō adſererent.

Catabaptiſtæ nec Chriſto credere, nec Apoſtolis.

CATABAPTISTAE.

SExto. Eo iure quo Zuinglius infantes familiæ obtrudit, ego expellā: ſed ſcriptura, quod Zuinglius abſq; ſcriptura facit. infantes enim non poſſunt inter familias baptizatas computari.

RESPONSIO.

PRimum quæro, quo me putetis iure infantes familijs obtrudere. Nullô ne? Non ergo uidiſtis ex hominibus homines naſci, parentes liberos alere atq; tueri, Vides, ut angeli iſti cacodæmonis nuncij omnem humanum ſenſum exuerunt. Apud inferos ſcit princeps eorū, dæmonem nō ex dæmone naſci: ideo iam illius mancipia facti, arbitrant apud homines exoletū eſſe, ut homo generet hominē: atq; q̄d genuit, tollat. Audite ergo quid, q̄modoq; dicamus, Veriſimilius eſſe Apoſtolos baptizauiſſe infantes, q̄ ſecus. In ſacris enim literis habemus totas familias ab eis eſſe tinctas: in quib. ueriſimilius ſit infantes fuiſſe, q̄ ſecus. Vobis ergo nō uidet ueri eſſe ſimilius? cauſam de promite, ac docete q̄modo ueriſimilius ſit, nō fuiſſe infantes in eis domib. quarū tres adduximus. Sed ſcriptura, inquit, expellam. Quis es obſecro, q expelles? Expellā, ait: oportet magnę apud uos autoritatis

Liberos de familia parentū eſſe diuino & naturali iure.

eſſe

Digitized by Google

A eſſe uirum, qui ſe pollicetur expulſurum: nihil tamen adfert, neq; flagrum, neq; fe
rulam eis intentat. Vtcunq; enim pollicetur, nihil præſtat, unde autoritati ſuæ exi
gere arbitror, ut credatur, αὐτὸς ἔφα ſcilicet. Infantes, inquit, inter familias baptiza
tas cenſeri non poſſunt. En tibi ſcripturam: Magiſter ille noſter dixit, cenſeri non
poſſe, quis ei audebit contradicere? Zuinglius ait, ſine ſcriptura obtrudit familiæ
liberos. Quid ergo, ſi te furioſe onager (Nolo enim hominis nomẽ, quem iam in-
ter umbras arbitror in Phlegetonte baptizari, producere: cum quod cum laruis lu
ctari ludicrum uidetur, tum quod certus non ſum, etiamſi certis coniecturis addu
car, quis nam ſit autor tam doctæ confutationis:) ſcripturis onerẽ, quibus docea
ris in baptizatis familijs infantes accenſeri? In Actis Apoſtolicis ſecũdo capite ſic
habemus: Omnes autem credentes ſimul, aut eodem in loco erant, & habebant
omnia communia. Hic requiro, án ne credentes liberos ſecum habuerint, nec ne.
ſi etiam; quomodo ergo non fuerunt in familia eorum? ſi minus: cur ergo nuſquã
leguntur fuiſſe ſolliciti, quod non liceret liberos ſecum habere ei qui credidiſſet?
adeon' immanis ſpiritus fuit, qui eos inſtinguebat, ut liberos abdicandos eſſe di-
ctaret? At non uultis, quod non habuerint atq; aluerint apud ſe, ſed quod non ſint
Chriſtianæ familiæ accenſi? Quæro ergo, qui uobis nomine familiæ ueniant. Di-
cetis haud dubie: Ii qui iam ſic adoleuerũt, ut norint quid lex ſit, quid peccatum.
pœnitere enim oporteat eum, qui baptizari uelit: pœnitere autem infantes cum
non poſſint, non poſſe nomine familiæ compræhendi. Deo gratia, quod tam pul-
chre funem ex arena didiciſtis texere, mendacium ex mendacio torquere. Poſtea-
quam enim obduruiſtis, neminem eſſe baptizandum, quàm quem pœnitere fa-
ctorũ poſſit: iure infertis, infantes nõ debere baptizari. at hic lege opus erat, quæ
uetaret. ſed nõ habetis legẽ, uos ergo lex eſtis: atq; ubi leonina deficit, uulpinam
B adſuitis. Quid ni? quis enim ex fratribus ueſtris expendit, quàm probe aut impro-
be colligatis. Nos autem, qui nihil adſerere didicimus, quod non abunde firmum
eſſet ac fultum diuinis teſtimonijs: ſcimus Iſaac etiamnum infantem ſic eſſe de fa
milia Abrahæ, ut & ancillam, & de ea natum, parentem ipſum pellere compelle-
ret. An uobis idem uidetur? Paulus enim cum Moſe ait: Non erit hæres filius an-
cillæ, cum filio meo Iſaac. Hæres fuit: indubie ergo de familia fuit. nã & de fami
lia ſunt, qui hæredes non ſunt, ut ſerui & liberti. Nolo hic dicere, quod & iuriſpe-
ritis filiusfamilias dicitur, quem uos hic ἀποκηρύκτῳ, ſed huc tendo. Exodi duo- Id eſt, abdicatio
decimo ſic legimus nos, qui uetus atq; nouum inſtrumentum adimus, tanquam
duo candelabra, quo minus hallucinemur, cum interim uos ueſtro ſpiritu uictita
tis, perinde atq; margaritæ ſuo ſuctu, cum ſuperne [illegible] nihil illiquitur aut irroratur.
Sic inquam legimus. Si quis peregrinorum in ueſtram uoluerit tranſire coloniã,
& facere Phaſe Domini: circuncidetur prius omne maſculinum eius, & tunc rite
celebrabit. Cur dicitur hic, Omne maſculinũ eius? an hoc quoq; ad adultos tan-
tum pertinet? quomodo ergo præceptum eſt, ut die octauo circũcideretur omnis
mas? At nón ſunt tamen infantes de familia. Mihi contrà uidentur eſſe, ipſi enim
hæreditatem adeunt. Veſtrum autem eſt ſcripturis probare, quod qui pio ritu at-
que religione parentum Eccleſiæ Dei ſignum recipiunt, de familia parentum ſuo
rum non ſint: quod quia æque poteſtis atque Iſthmum perfodere, aliud teſtimo-
nium adduco. In Actis 21. ſic ſcribit Lucas: Et poſt dies aliquot proficiſcebamur,
deducentibus nos omnibus cum uxoribus ac liberis, &c. An & hic liberi adulti
modo ſunt? & ſi adulti non ſunt, de familia non ſunt? Quid ergo miraculi eſt, aut
quæ propenſio, ſi patresfamilias cum uxoribus & iuuenibus aut adoleſcentibus
Apoſtolum deduxèrunt? ſed hæc fuit propenſio, quod patres cum uxoribus in-
fantes ſecum & ferrent & traherent; quemadmodum in tanto ſtudio fieri ſolet.
lan-

C Iam utiq; non trahebant ſecum alios, ſed ſuos liberos. De eorum ergo erant familia. Non eſt, cur te bone Lector ſemper admoneam, quoties ſtropham aut dolum aliquem arguerim. Quid enim difficultatis erit, hanc eſſe malitiā depræhendere, quod credentium infantes non accenſerent paternæ familiæ? ſtultitiæ enim eſſe nequit, cum & illi ipſi Denkiorum, Hetzerorū aut Cutiorum (mirabile auditum) familijs ab ipſis unguiculis accenſi ſint.

CATABAPTISTAE.

SEptimo. Da infantes in his familijs fuiſſe, non tamen ſuffragatur ueritas, ut infantes iſti baptizati ſint: ſequitur autem cum contumelia ueritatis & ſapientiæ diuinæ.

RESPONSIO.

QVis ſatis miretur hominis fiduciam. Donat ut fuerint infantes in familijs iſtis, at non eſſe baptizatos. Cum tamen primo loco ſic ſonent uerba: Baptizaui autem & Stephanæ domū. Secundo ſic: Cum aūt baptizata eſſet & domus eius. Tertio ſic: Et baptizatus eſt ipſe et omnis domus eius. Quomodo in genere potuit primo loco dicere Stephanæ domum ſe baptizauiſſe, quam non baptizauit, ſi pueri in ea fuerunt quos nō admiſit? Aeque de ſecundo loco dicendum eſt. Sed ultimo loco quum perhibet omnem domum eſſe baptizatam, quid cauſæ eſt cur non uideant, hoc inter initia credentibus fuiſſe in more, quod Abrahamo & poſteritati eius, qui omne ſeruorum ſuorum genus circuncidit, tam bello captos, quàm uernaculos, quàm empticios, nedum liberos, ſicut paulo ante ex loco de Exodo citato patet. Vbi tantundem præcipitur, circuncidi debere omnem familiæ marem, & nulla uſpiam fit credendi, aut agnoſcendi Dei, quæ tamen præcipua omnium cura debet eſſe, mentio. Sequitur autem, inquit, cum cōtumelia ueritatis & ſapientiæ Dei. Cum neutram agnoſcant, utranq; perhibent contumelia adfici. Quæ enim fuit cōtumelia ſiue Dei ueritatis, ſiue ſapientiæ, quod Hebræorum infantes circuncisi ſunt, & fidelibus familijs cōnumerati? Sed hæc ſunt magnifica iſtorum uerba. Hæc eſt eorum tam precioſa merx, ampullæ & ſeſquipedalia uerba. Ad huiuſmodi uerba, quibus magnis nominibus maledicunt, imperitū uulgus aures arrigit, atq; applaudit.

D

CATABAPTISTAE.

OCtauo: quod Apoſtolus pueros nec intellexerit, nec baptizauerit, teſtatur ultimum caput huius epiſtolæ. Zuinglius autem hoc perfidioſe reticet, eo quod contra uitreum fundamentum ſuum facit. Paulus depingit doctis eam familiam, iſthic cum ſic ait: Noſtis domū Stephanæ, quod primitiæ ſunt in Achaia, & in miniſterium ſanctorum ſeipſos ordinauerūt, ut ſitis eis ſubditi, atq; omni cooperanti atq; laboranti. Huiuſmodi familiam nō agnoſcit pædobaptiſmus, neque pædobaptiſta, ſed miſſam faciunt, eſt enim contra ipſos.

RESPONSIO.

VT alijs locis multis, ſic etiā iſto facile depræhendimus autorem friuolæ confutationis huius: quamuis maximo argumento eſt lingua Heluetica, qua ſic eſt ſcripta, ut externum aut peregrinū uerbum nullum habeat. Attamē, ut diximus, cum homo iam indubie apud inferos tantum æſtuet, quantum hic Catabaptiſmo perlutus alſit, miſſum facere duximus eius nomen. Quæ ergo hæc eſt impudentia, ô umbra, cum adſeris nos hæc Pauli uerba noluiſſe agnoſcere? Nonne primis congreſſionibus duabus hæc uerba ſunt ab Hetzero producta? Nonne ad hunc modum reſpōdimus, ſynecdochicum eſſe ſermonem, quales prima Corinthio. decimo ſunt: Patres noſtri omnes ſub nube fuerunt. fuerunt enim & infantes ſub nube: at ſingularis eorum nulla fit mentio. Omnes mare tranſierūt: At

infantes

A infantes tranſire non potuerunt. Tranſibant ergo qui non tranſibant, ſed baiulabantur ab his qui tranſibant. Sic in familia Stephanæ fuerunt, qui primi crederent ex omni Achaia: fuerunt ſimul qui de Eccleſia eſſent, qui actu per ætatem nondũ crederent, neq; miniſterio ſanctorum ſeſe manciparent. Omnes in Moſe baptizati ſunt, omnia de patribus loquitur, hoc eſt, de maioribus & abauis: quos tamen ſic accipimus, ut qui tum pueri infantes eſſent, nunc Paulo patres appellentur. Ex his enim fuit populus Iſraëliticus. Nõ ergo ſoli adulti tũc in Moſe baptizati ſunt, ſed infantes quoq;. Qui enim in maris rubri tranſitu infantes erant, ſi baptizati nõ ſunt, non recte dixit Apoſtolus, omnes eſſe in Moſen baptizatos: fuerũt enim ipſi quoq;, ut iã diximus, poſterorũ patres. Quo uos hic uertetis? ne obiter hoc tranſeã: Infantes tum baptizati ſcribuntur ab Apoſtolo. Sed dicetis figurã eſſe. Recte ſane: figura ergo fuit, quod ſicut tũc infantes de familia patris tam terreni quàm cœleſtis erant, & ſacramentis eorum ſignabantur: ſic & nunc quoq; qui Chriſtianorum liberi ſunt, Dei quoq; filij cum ſint, filiorum Dei ſacramento utuntur. Nõ inuenietis rimam ullam qua poſſitis elabi. Factis enim atq; exemplis ſtulte ad negatiuam argumentamini. Imò à non factis, & non exemplis: quid enim aliud agitis, quàm Apoſtoli non leguntur baptizauiſſe infantes, ergo baptizandi nõ ſunt? An non omne robur ueſtrum in hoc uno cardine uerſatur? Nos autem nõ itidem, ſed factis, ſi modo exemplis ſtandum eſſet atq; iudicandũ, niti poſſemus, hoc modo. Hebræorum infantes baptizati ſunt omnes ſub nube, & in mari, perinde atq; noſtri. Paulus enim in hoc totus eſt prædicto loco, ut probet eos non minus noſtris eſſe ſacramentis initiatos, quàm noſipſos. Sequitur ergo primũ, quod tempeſtate Pauli mos Apoſtolorum fuit infantes baptizandi. Secundo, quod ſi quis inficietur, iam Pauli ſententiam uitiat. Quid enim aliud iſthic, quàm paria facit? nos

Catabaptiſtarum ſummum argumentum de nõ baptiſandis pueris.

B non eſſe ſuperiores illis, illos autem non inferiores nobis. Tribuit ergo eis eadem ſacramenta, quæ nos habemus: nobis autem iſta quæ ipſi habuerunt, ut Coloſ. 2. Non poſſent autem priſci iſti omnes eſſe baptizati perinde atq; nos, ſi nos non omnes baptizaremur cũ familijs. His ergo omnibus baptizatis, nobiſq; paribus factis, fit manifeſtum, quod ſicuti ipſorum infantes omnes in mari baptizati ſunt in Moſen, ſic credentium quoq; omnes, tempore Apoſtoli baptizarentur in Chriſtum. Nũc in uiam redeo, ac dico, ſynecdochice de filijs Iſraël dictum eſſe, omnes mare tranſierunt: cum tamen ad uerbum ipſe tranſitus ijs modo cõueniat, qui per ætatem aut ualetudinem ire poterant. & Omnes eandem eſcam ſpiritalem comediſſe: cum ij modo ederint, qui ſpirituales erant, nihilo tamen ſequius de omnibus dici quod ederint: ſic & hoc loco. Si Paulus ipſe hãc uocẽ, Omnes, addidiſſet etiã atq; dixiſſet: Omnes de Stephanæ familia dediderunt ſeipſos miniſterio ſanctorum, adhuc tamen ipſa ſynecdoches ui & infantes ſimul in familia fuiſſe intelligerentur, & Domino ſeſe dediſſe, ij qui iã crediſſent. Hoc enim de natura eſt ſynecdoches, ut cũ omne aliquod corpus, quod partes multas habet, eaſq; aliqua in re ſimiles, aliqua diſſimiles: ſi interim de uniuerſo corpore quid prædicatur, de parte tamẽ intelligatur: interim uero de parte corporis prædicatur, de toto tamen corpore intelligatur. Exemplis diſcite quod dico: Exibat ad eum omnis Iudæa. Videtis hic omnem Iudæam pro ijs tantum poni qui exibant. Atq; duplicem eſſe ſynecdocham: Vnam, qua Continens pro cõtento accipitur, Iudæa regio pro incolis: Alteram, qua dicitur, omnes habitatores exiſſe, cũ bona ſolummodo pars ad eum exierit. Contrà uero, Iſaiæ tertio: Pro eo quòd eleuatæ ſunt filiæ Zion. Ibi filiæ, pars Zion ſunt: attamen pro omni populo, maxime principibus ponuntur, qui impie criſtas contra Dominum erigebant. Exodi 16. Murmurauit omnis Eccleſia contra Moſen. At quomodo pueri murmurarunt? qui quod gereretur, ignorabant

Synecdoches uis.

Catabaptiſtarū logomachia

C rabant? quod ſi non murmurarunt, non murmurauit omnis Eccleſia: ipſi enim infantes de Eccleſia erāt. Videtis quales nam literatores ſitis. λογομαχίᾳ laboratis: & quo maxime fiditis, fœdiſſime ignoratis. Literæ enim ſoli hæretis, & quod ad expediendū literam inter prima pertinet, ignoratis. Dicite obſecro, quibus dictū ſit: Non ſumas in uanū nomen domini Dei tui in os tuum: &, Ne fureris, & ſimilia. Nonne ueteribus, qui populus atq; Eccleſia Dei erāt? At pueris infantibus iſta dici non poſſunt, non erunt ergo pueri de Eccleſia & populo Dei? Abſit: erāt eñ infantes membra populi Dei, imò patres populorum, Geñ. 25. Cōſtat ergo, quod quæcunque ad corpus aliquod aut uniuerſitatem dicuntur, atq; in ea uniuerſitate pars eſt, cui non cōpetit quod dicitur: nihil minus eſt de iſto corpore, etiamſi quędam ad ſe nihil pertineant. Atq; rurſus, ſi aliquid parti huius corporis aut uniuerſitatis dicitur, quod tamen ad eam partem minime pertinet: ſic ad totū corpus pertinet, ut eas tantum partes tangat & admoneat, quæ ei quod dicitur poſſunt eſſe obnoxij, ut in dictis exemplis iam nullo negocio patet. Nō fureris, infantibus nō dicit̃, ſed ijs qui huic malo poſſunt eſſe obnoxij. Rurſus quæ Iſaias filiabus Zion comminatur, ad omnes pertinet qui uiolentia & faſtu ſuo homines deprimebant. Sic tum, etiamſi non tam multis, reſpondebamus ad eum locū, quem Hetzerus ex Paulo adducebat, quo infantes è familia Stephanæ excluderet, quā tamen amplissimam, ſi amplifica quæ de ea facit Paulus uerba digne expendamus, fuiſſe apparet. Manent ergo adhuc infantes in credentiū familijs, atq; baptizantur: ac dum de eis familijs mentio fit, cumq; ad eas ſiue ſcribitur, ſiue ſermo fit, ad eam partem peruenit ac pertinet, quæ horum capax eſt quæ dicuntur aut memorantur. Infinita potuiſſemus exempla producere, cum nullo fermè tropo Hebræi utantur impenſius: at his putamus guſtum eſſe datum, quo deinde reliqua facile omnia ex-
D pedias. Hæreditas mea Iſraël, quibus hoc dicitur? nónne omni poſteritati Iſraëliticæ? at pueri hoc non capiunt: non ergo ſequitur, non eſſe de hæreditate aut peculiari populo. ſed cum pars ſit, quæ quod dicit̃ minus intelligit, nihilo ſequius ad totum corpus pertinet. Sic cū Chriſtus dicit: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos, &c. docebant Apoſtoli omnes quotquot ad doctrinam erant accommodi, & baptizabant quotquot ad baptiſmi ſacramentum erant idonei.

CATABAPTISTAE.

NOno. Paulus uir uerax uult hoc primo capite oſtēdere, ſe paucos Corinthi baptizauiſſe. Zuinglius autem & ſui teſtes Paulum mendacij arguunt, & dicunt, eum plurimos baptizauiſſe, cum dicunt eum infantes in domo Stephanæ baptizauiſſe.

RESPONSIO.

QVia dicimus in familijs haud dubie infantes fuiſſe, ideo ſequit̃ ſcilicet, ergo Paulum mendacem faciunt, qui ſe paucos adſerit baptizauiſſe: quaſi ſi infantes quoq; baptizati ſint, iam intra paucorū numerum cōtineri ultra nequeant, qui baptizati ſunt ab eo. Quid quæſo facias huic tam ſtupido hominum generi? qualem putas eſſe Eccleſiam, quæ ſic differenti nō dico credit, ſed aurem præbet?

CATABAPTISTAE.

wie diſe ſwinger ſwingend.

DEcimo. Quod ſic res habeat, teſtatur hic textus ubi ſic loquitur: Ne quis dicat, quod in nomine meo baptizatus ſit, atq; inde tumeat propter me. Si ergo infantes loqui potuerunt, & factioſi eſſe, (ſicut Zuinglij iſti compellunt) iure baptizati ſunt.

RESPONSIO.

VIde quàm potentes ſyllogiſmi: Ne quis dicat, ait. pueri infantes nō poſſunt dicere, nec factioſi eſſe, ergo nō ſunt baptizati: quaſi uero factioſi nō eſſent, niſi qui dicerent ſe Apolli eſſe, Cæphæ, & Pauli. Deinde quaſi per ſynecdocham nō dudū didicerimus, id de quaq; parte intelligendū eſſe, quod ei eſt accōmodū.

A CATABAPTISTAE.

VNdecimo. Quod Paulus Corinthiacos infantes baptizauerit, non eſt uerũ.
RESPON. Bona uerba quæſo. CATAB. Quamobrem? Quia ſolummodo credentes baptizauit, aut per alios baptizari curauit. RESPON. Iam tandem egregie colligitis, optime enim ſequitur, Credentes tantũ baptizati ſunt, ergo infantes non potuerunt baptizari: ſi modo iſtam excluſiuam, credentes tantum baptizati ſunt ab Apoſtolis, inuiolabilem cuſtodieritis. CATAB. Quemadmodũ ex Act. 18. & 19. in confuſionem & elenchum ſeductionis pædobaptiſtarum firmabimus. RESPON. Parturiunt montes. CATAB. Et ſic habetur in Act. 18. Cũ Paulus Corinthi eſſet, Criſpus Synagogæ magiſter credidit Domino cum tota domo ſua: & plurimi Corinthiorum, qui ſimul auſcultabant. (Interpretor enim ſumma fide ad uerbum, nihil deprauans, quomodocunq; iſti lingua etiam Germanica ſiue palpitent, ſiue balbutiant.) Credebant & baptizabantur. Infantes non potuerunt auſcultare, non potuerunt ergo credere: multo minus baptizari. Nam attendentes fideles baptizabantur. Et hic tota domus fidelis eſt facta, è qua infantes excludunt: atq; ſic excluſi ſunt, ut nulli iſthic fuerint: aut ſi fuerunt, non ſunt in eam computati, ac perinde neq; baptizati: fideles autem familiæ baptizatæ ſunt. RESPONSIO.

INfantes auſcultare non potuerunt: ſed non ſequitur, ergo non ſunt baptizati, nuſquam enim legimus interdictum, ut credentium infantes, niſi & auſcultauiſſent & credidiſſent, non baptizarentur. Nos interdictum, quod uetet, requirimus. Sed pulchre adijcitis: Et hic tota domus eſt fidelis facta. Cedo, Pergitis, E qua infantes excluduntur. Idipſum oro literis ſacris probetis. Audio dici, Infantes excluduntur: at excludi nuſquam audio diuino oraculo. Tota hic uobis periclitatur diſputatio. Certamẽ erat inter Apoſtolos, Ecquid Euangeliũ gentibus quoq; eſſet prædicandum, nec ne? quod quidem certamen partim ex falſa collectione, partim uero ex ueriſimili oriebatur. Fallacia collectionis hæc erat: Nobis eſt promiſſus Chriſtus, ergo gentium non eſt. Quis enim tam expers ſenſus eſt, ut non experiatur ſequi nulla ratione poſſe: Nobis Iudæis eſt promiſſus Moſchia, ergo gentium non eſt. fieri enim poteſt, ut & gentibus ſit promiſſus: id quod ſacræ literæ infinitis modis teſtantur, ſic & præſenti loco. Teſtantur Apoſtolorum ſcripta eos qui audiſſent & credidiſſent baptizatos eſſe: ſed iam non ſequitur, infantes ergo non ſunt baptizati ab eis. ſimul enim uerę poſſunt eſſe, Apoſtoli baptizarunt credentes, & Apoſtoli baptizarunt infantes: ſicut ſimul uerę ſunt. Hebræi circunciderunt adultos, circunciderũt & infantes. Adultus enim, imò decrepitus Abraham, & circunciſionis ſibijpſi uulnus inflixit, & infantibus Iſmaëli atq; Iſaac. Hallucinamini ergo ô Catabaptiſtæ, cum indefinitam propoſitionem excluſiuam facitis. Excluſiua eſt utraq;: Nemo debet baptizari, niſi q prius credidit: &, Infantes non debent baptizari. ſed ex iſtis, Apoſtoli baptizarũt credentes, & Apoſtoli nõ leguntur baptizauiſſe infantes, non poſſunt ſequi. non enim æquipollent: Apoſtoli baptizarunt credentes, & nemo debet baptizari, niſi qui prius credidit. Neq; iſtæ: Apoſtoli non leguntur baptizauiſſe infantes, ergo non ſunt ab eis baptizati, aut non debent à nobis baptizari. Fieri enim poteſt, ut ſimul credentes baptizauerint & infantes, atq; ut aut baptizauerint infantes, illud autem literis mandatũ nõ ſit: aut non baptizauerint, nihilo tamen minus per eccleſiarum miniſtros ſiue baptizati ſint, ſiue ius baptizandi ſit. Miſſi enim erant ad prædicandum ante omnia, non ad baptizandum. Si Sophiſticam hic nobis imputetis, ut eſt calumniandi audacia, ſcitote quod iſtud ueſtrum logicum eſt, imò paralogiſmus: Apoſtoli non leguntur baptizauiſſe infantes, ergo nõ baptizarũt, aut baptizari nõ debent. Vn- *Catabaptiſtarum paralogiſmi.*

C de & nos cogimur tela in uos ueſtra regerere. Veriſimile autem, quo adducebantur Apoſtoli, ut putarent gentibus non eſſe prædicandum Euangelium, hoc fuit. In priore miſſione interdictũ hoc modo fuerat: In uiam gentium ne abieritis. quo eis uerbo licebat eſſe contentioſiſſimis: Chriſtum ipſum in hoc eſſe, ut ſe ſolis Hebræis ſeruet. quale ſi uos haberetis uerbũ, dij boni qua nos dudum procacia obruiſſetis? Aduertite igitur hæc duo mandata: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomen patris, &c. Et, Ite in orbem uniuerſum, & prædicate, &c. diſpenſationẽ atq; abrogationem huius interdicti, In uiam gentiũ ne abieritis, eſſe. Dudum enim & docuerant & baptizauerant. Qui ergo hactenus intra Iudææ ſepta concluſi erant, eis iam apperit totius orbis prouinciam. Quo obiter non ignoretis, iſtos locos nunc tandem uelut Antitheſim opponi ei, In uiam gentiũ ne abieritis atq; aboleri. Nondum ergo excluſiuam, quod nemo baptizandus ueniat q̃ qui crediderit, probauiſtis.

CATABAPTISTAE.

PErinde habetur decimoſexto capite: Crede in dominũ Ieſum, & ſaluus eris, & domus tua. Atq; ut domus eius cum eo ſalua fieret, ſequitur ultra: Et dicebant eis uerbum Domini, atq; omnibus qui in domo erant. ultra ſequitur: Et baptizatus eſt ipſe & omnes qui eius erant, extemplo. Verbum Domini audierat, ideo baptizabatur, & omnes qui in domo eius erant etiam audierant, & ideo baptizabantur. Vbi iterum infantes excluduntur: nequeunt enim audire & credere, quemadmodum ultra ſequitur: Et exultabat cum tota domo, quod Deo crediſſet.

RESPONSIO.

D VT hic diſſimulem quædam, non optima fide in linguam Helueticã tranſlata eſſe, breuiter aio: Vna ſynecdoches bipenni totus hic nodus poteſt ſecari. Nam ſi infantes in ea familia fuerunt, iam quæ de fide atq; doctrina dicũtur, ijs dabimus, q & capere & credere potuerũt: quę uero de baptiſmo, ijs qui de familia fidelis heri erãt: ſed per ætatem aut imbecillitatẽ neq; audiebãt, neq; credebãt. Cum enim Deus ſic intonat: Audi Iſraël, Dominus Deus tuus, Deus unus eſt: omnibus qui de Iſraël erant, loquitur. quod autem infantes non audiũt, neq; intelligunt, non eliminat eos, quo minus ſint de eccleſia populi Dei: aut quo minus cũ omnibus, qui & audiebant & credebant, circunciderentur.

CATAB.

DVodecimo. Philippus toti ciuitati Samariæ prædicauit, ubi haud dubie infantes fuerunt. Lucas tamen uerbis inſuperabilibus ſic ait: Et baptizabantur uiri atq; fœminæ: Viri atq; fœminæ inquit Lucas. Quod ſi ſciolus aliquis diceret, quemadmodum nuper fecit quidã Vuittenbergenſis Sophiſta, fœminarum nomine puellæ quoq; compræhenduntur: uirorum uero, mares: figmentum hoc erit. Ante enim hæc uerba ſic habetur: Philippus prædicabat, ipſi credebant. Ipſi inquam uiri atq; fœminæ credebant & baptizabantur. Hic etiam cadit ſynecdocha, Zuinglij alterum fundamentum. Quæ ſynecdocha compræhenſiuus ſermo eſt, ut ubi ſcriptura de credentibus baptizatis loquitur, etiã infantes inter eos compræhendantur: quã ille ex deprauatis ſcripturæ locis, qui hoc nunquam poterũt, probare nititur.

RESPONSIO.

QVid Vuittenbergenſis iſte tecũ, ô umbra, cũ in humanis eſſes, egerit obmitto. Attamen hoc certum eſt, neq; hũc locum excludere infantes, etiam ſi nullam de eis mentionem faciat. Neq; enim excludit quenquam, qui mentionem eius uerbo non facit: aliud eſt enim excludere, aliud omittere. obmitti poteſt, qui tamen nulla ratione excluditur: excluſus nunquam in rationem uenire poteſt. Cum ergo obmiſſi ſimul cum ijs quorum diſerta eſt habita mentio, per ſynecdocham compræhendantur, ut ſatis eſt oſtenſum: adhuc expectamus quãdo tandem excluſionem iſtam, qua dicitis infantes excludi, probetis. nos enim per com-

præhen-

A præhenſionem (hoc eſt enim ſynecdocha, niſi quod latina uox nō eſt tam propria atq; Græca) includi probauimus. Quod autē ꝓmittitis, oſtenſuros eſſe quomodo ſynecdocham ex deprauatis ſcripturæ locis adſeruerim; iterū eſtis pollicendo ditiſſimi, præſtando pauperrimi. Cum enim pergitis ad reuellendum ſynecdocham, iam eam fortiſſime adſeritis. *Synecdocha*

CATABAPTISTAE.

VT in Actis 2. Omnes autē qui crediderant, ſimul erāt, & habebant omnia communia. Hic inquit Zuinglius: Si ſoli credentes ſimul fuiſſent, quò queſo relegaſſent infantes? ſi abieciſſent, à ſe iā belle credētes fuiſſent, qui contra Domini præceptum pueros extruderent. Numerantur ergo & liberi credentium inter credentes, atq; cum eis baptizantur. Ad quæ ſic reſpondemus: Zuinglius recte loquitur, cū dicit: quod non eſſent credentes futuri, ſi liberos à ſe propuliſſent. Quî enim fieri potuiſſet, ut hi qui omnia habebant communia, liberos quoq; non habuiſſent communes, neq; in commune educauiſſent, iuxta præceptum Domini? Infantes ergo nō connumerantur aut reputantur inter credentes: ſed huic connumerantur, quod credentes habebant omnia communia.

RESPONSIO.

VIdes optime Lector, quò ſe uertat mendacium. Potius connumerant liberos credentium eorum iumentis atque ſarcinis, quàm parentibus ipſis: ne ſcilicet cogantur eos per ſynecdocham ſub nomine credentium compræhendere. Nolunt enim eos in his uerbis compræhendi: Omnes qui crediderant, ſimul erant. Sed in his: Et erant eis omnia communia. Apud ipſos ergo liberi non ultra ſunt chara pignora, non ſunt caro noſtra & ſanguis. Quid enim aliud ſibi uo- *Liberi catabaptiſtis pro iumentis & ſarcinis.*
B lunt, cum negant eos compræhendi ſub credentibus, ſed ſub re quam omnes communem fecerant? Quæ obſecro Tygris tam immanis eſt? Huc ſcilicet inſaniæ peruenire debent, qui ſenſum non modo pietatis, ſed humanum quoque omnem exuerunt. Hic te pium pectus teſtor, ne ijs quæ dicturi ſumus offendaris. huc enim iure debent poni: non quod adfectu tantum deferamus, ſed quod quæ iſti clam deſignant ſic, non debent ab omnibus ignorari: ut quæ Alexander χαλκεὺς in diuum Paulum admiſerat, quo facilius à tanta lue nos ipſos cuſtodiamus. Ero in deſcribendis eorum facinoribus liber & breuis. Vxores iſti ſic communes habent, ut aliena matrimonia inuadant, ſua deſerant. Liberos autem ſic, ut eos deſerant, atq; alijs alendos relinquant. Belli homines: dum libido ſuadet, communem faciunt fratris uxorem, imò filiam uirginem. Cum uero ipſa naturæ uis requirit, ut liberos uel cum ſudore foueant: iam alijs communes faciunt. Figellæ cuidam nomen eſt apud nos, ad primum ab urbe lapidem: Is eorum doctrinam contumaciſſime tuebatur, commeatum autem pro domo contraxerat, quo hyemem tranſmitteret: & quoties edendum eſſet, iam inertes muſcæ aderant, magnifice de Deo prophetantes. ſic enim blateramenta ſua uocare dignantur prophetiam. Tenentur paterfamilias uxor atque liberi hoc præſtigio, donec annona abſumeretur. Arbitratus ergo homo, quod minime contingebat, præſentibus comeſis illorum opera & auxilio alia comparaturum: monet nunc eſſe operi inſtandum, quo pararetur uictus. ſurdo fabulam narrat, cum enim aut ſtamen tendere (textor enim erat) aut ſubtegmen conuoluere cogeretur, illorúmque opem aliqua in parte expectaret: iſti laudare Deum, eius prouidentiam uehere, omniáque de illo tanquam ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα polliceri, manum operi nullo admoliri. Interim ex coniuge diſcit adulterium quoque oblatum ei eſſe, pietatis prætextu. Iam domo pellit ſceleratos hoſpites, atque oculos recipit: uidet'que uentres eſſe, quos pau- *Catabaptiſtarum communitas in uxoribus & liberis, &c.*

C loante angelos crediderat. atq; ad Eccleſiam Chriſti redit. En tibi ut publica ue-
Catabaptiſtæ quo modo faciant omnia communia.
Exemplum.
lint eſſe omnia. Perditi homines mediocrium bona communia uolunt eſſe, ſua ue
ro ſi qua habent nullatenus. ſi nulla habent, ſic cōmunia faciunt omnia: laborem
partiuntur alijs, ipſi ne nihil faciant, ocium colunt, deinde in cōmune edunt. Vxo
res quoq;, ne Platonis rempublicam uitient, co.nmunes faciunt: nō ſuas, ſed alio
rum. Quod alio facto patebit: Fuit ex Coryphæis præcipuus in uico ab urbe ad
quintum lapidem, cum non contemnenda pecunia. Ad eum properabat uxor, ut
liberis abiens aliquid relinqueret. è pumice aquam poſtulabat. Manet interim
uxor nocturnis fors ſperans blandicijs aliquid emuncturã: cumq; iam hora eſſet,
lectum mariti petit. cui ſpiritualis homo occurrens: Nónne dixi tibi, quod nō aliã
ob rem ueneris quàm libidinem: à ſe repudiat, ac mox puellam Catabaptiſtam ad
ſe aduocat. Quod cũ uxor male ominans arguit, diris eam deuouet. Caro es, in-
quit, ideo carnalia cogitas & ſuſpicaris: maledicta eris in æternum: Cum autẽ nul
lis ei poſſet ſuſpicio maledictis eximi, tandem ad nos uenit, ac narrat quę maritus,
libidinis alioquin impatientiſſimus, ei impoſuerit credenda: de matrimonijs ſpiri
tualibus, puta. cum ſuſpicione carere non poſſet, quod cum eadem puella uicibus
aliquot Sanctogallum perrexerat, ſolusq; cum ſola non tantũ nemota & æſtiuas
umbras tranſierat, ſed noctu in eodem cubili cubuerat. iam tandem apperit myſte
rium, connubia inter eos eſſe ſpiritualia. Quibus tamen uxor parum dabat fidei.
Sic ille uxorem alijs reliquiſſet communem, ne nihil in commune referret (nunq;
enim poſthac eam attigit) niſi meliore fide quàm ipſe connubium cuſtodiuiſſet: ac
puellam communem uſurpat, imò cōmunem facit. Iam aliud quoq; exemplum
Exemplum aliud.
narro. Fuerunt & alibi, qui hæc ſpiritualia matrimonia cōſimilem ad modum ſic
contraherent, ut ab argentarijs coëmptis annulis, puellares matronalesq; ſpiritus
D ſibi deuincirent. quales in ſchola Valentini fuerunt, quemadmodum Iræneus
libro primo teſtatur. Sanctogalli publice animaduerſum eſt in puellas duas, quæ
donec ad Catabapriſtas deſciſcerẽt, inculpatæ pudicitiæ fuerãt: ſed ſimulatq; cor
pus in catabaptiſmum demerſerunt, naufragium paſſa eſt uirginitas. Deſponderi
enim ſe ſpiritualibus maritis acceptis annulis tulerunt. nocteq; tandẽ una unoq;
in lecto zonam uirginalem ſic ſoluerũt duo Catabaptiſtæ, ut ſponda diu gemens,
oneris tandem impatiens, humi fuderit uno crepitu nuptias duas. Ibi qui caſum
audierũt, ſancte iurant, ſpiritus iſtos ἐνύπνον haud alium edidiſſe, quàm ſi corpo
ra quatuor de ſublimi in terram decidiſſent. Ne hic temere abeas quæſo Lector,
Libidinoſa hypocriſis.
ni prius cōſideres, hypocriſeos uim ſuperare libidinis etiam impetum. Quo ſibi
minus placeant ij, qui & ſi caſti fuerunt, quod ipſe nō credo: ideo tamen fuerunt,
ut hanc ſibi gloriam apud mortales reponerent. Fuerunt enim hæ puellæ antea
quoq; ſtupti appellatæ: ſed nequicquam. Potentior ergo carne eſt hypocriſis. Spi
ritus enim prætextu ac ſimulatione, deceptæ uirginitatis arcem prodiderũt. Quid
autem hinc inde admiſſa commemorem adulteria, quæ etſi multa, pauca tamen
ſunt præ his quæ arte cælata ſunt, quo minus depræhenderentur. Immane autem
Catabaptiſtarũ parricidiũ.
parricidium, quod germanus in germanũ fratrem admiſit in Sanctogallenſium
agro, quis commode poterit memorare? Quæ enim erit uerborum uis, quæ tantã
poſſit atrocitatem digne exponere? Aut quis tam hebes, ut non uideat, Deum o-
mnium bono id exemplum edidiſſe, quo magis à pernicioſa ſecta deterreat? Ad-
uocat frater fratrem, nihil tale cogitantem, in patris, matris, ſororum, familiæq; to
tius conſeſſum, iubet ut in medio genua deponat. Paret fanaticus homo, ratus ali
quid præſtigij fratrem editurum. In eadem nimirum parentes quoq; fuere ſenten-
tia: quotidie enim apud iſtos, perinde atq; in Africa, noui quid naſcitur. Vt autem
iſte in genua ſeſe demiſiſſet, corripit latro enſem, quem in hoc attulerat, atque per
fratris

Digitized by Google

A fratris iugulum protinus adigit,caputq́ detondet:quod parentum pedibus aduolutum pectora exanimat. E reliquo corporis trunco magna cruoris uis emanat. Concidunt,atq; amentia emoriuntur quotquot adſunt. Parricida ipſe: Voluntas Dei,inquit,impleta eſt:abit in urbem furioſo ſimilis. Cõſulem ſic adfatur: Annuncio tibi diem Domini.Id enim tum omnes agebant, ut dicerent diem Domini ad eum aſcenſionis dominicæ diem adfore,qui ante bienniũ præterijt. Non poſſum hic μυκτηρίζειν parricidalem ſectam:factum enim ipſum atrocius eſt, quàm ut hilaritatem ullam admittat. Chriſtianum adſerunt cum alijs multis, tum iſta potiſſimum ex cauſa magiſtratum gerere non poſſe, quod Chriſtianus neminem poſſit occidere. Atq; ſimul omnes negãt, ſe id facinus iudicare poſſe. Parricidium ergo apud ipſos non accerſitur,homicidium accerſitur. Sed iam tandem ad rem redeo: Non ſine cauſa nolunt credentium liberos, qui cum Eccleſia uerſabantur, inter credentes compræhendi,ſed inter res quæ illis erant communes:tanti enim faciũt hominem, quanti beluã: imò belua arctius amplectitur cognatã beluam, quàm hic parricida germanum fratrem. Quid iam mirum eſt, uirginum atq; matronarũ uſuram non aliter ſibi ſumere, quàm iumentorum & ſubiugalium? Nephas non eſt apud iſtos, parricidali manu fratrem trucidare:quãto minus accuſationẽ adulterij ac ſtupri audient? Horum ſeſe iungunt Eccleſiæ,qui retinguuntur: quæ ſcortationem & adulterium,ſi ipſi admittant,negat eſſe peccatum. In iſtam enim mihi faciem aliquando dixit Vmbra,cũ ſeſe iactarent immunes eſſe à peccato: protinus enim ab Eccleſia ſua excluderẽt,qui quid admitteret. & ego eum obijcerem, qui Veſenij admiſerat adulterium: ſic inquã dixit, Etiamſi mœchatus eſt,nõ peccauit:qui enim in Eccleſia noſtra ſunt, peccare non poſſunt. Non eſt ergo,inquã ego adulterium peccatum apud uos? Non eſt,inquit,adulterium apud nos,mitto

Dies Domini à Catabaptiſtis prædictus.

B dicere peccatũ ſit,ſiue minus: ſed non eſt adulterium quod uos putatis eſſe. Cum enim unum eundemq; ſpiritum habeamus,nihil poteſt apud nos fieri quod peccatum ſit:ut enim unum habemus ſpiritum, ita & unum corpus ſumus. Quam nunc ſententiam nihil obſcure prædicant. Huic item retincti ſeſe iungunt Eccleſiæ,quæ non nouit parricidium iudicare. Sed clariſſimus Senatus Sanctogallenſium urbis, Chriſti gloriam unice admirantis, parricidã capite plexit ad preces parentum & cognatorum. ſubindeq; dato à Domino ſigno adeò prudenter malum hoc præſſit, ut nullibi ſint pauciores Catabaptiſtæ: ubi tamen tantus eorum inter initia numerus fuerit. Fuit enim tota iſta familia retincta, & ipſa domus Catabaptiſtarum receptaculum, in qua parricidialem manum frater fratris ſanguine contaminauit. Vnde non immerito quis diceret eam,cum propter familiam,tum propter Catabaptiſtas ipſos diuino iudicio funeſtam eſſe factam.

Adulterium apud Catabaptiſtas non peccatum.

CATABAPTISTAE.

ALioqui cogeretur Zuinglius concedere propter ſequentem textum,quod infantes etiam bona ſua uendidiſſent atq; diſtribuiſſent: quod impoſſibile eſt,neq; ad eos pertinet,cum res credentium parentum eſſent. Aeque ex textu ſequeretur,quod infantes qui inter credenres cenſerenẽ, & ob id baptizati fuiſſent, cœnã quoq; Domini celebrare coacti eſſent,propterea quod baptizati eſſent. Similiter oportuiſſet eos cũ reliquis credentibus orare, ſic enim tum ante,tum poſt hæc uerba habetur: Perdurabant autem in doctrina Apoſtolorum,& communione fractionis panis, & oratione. Quis perdurabat? Omnes qui credentes erant facti. Si ergo infantes inter credentes ſunt numerati, aut credẽtes facti, panẽ quoq; fregerunt:id quod ratione ueritatis nulla fieri poteſt, perinde atque non baptizati ſunt. Nam ſi baptizati ſunt, etiam panem fregerunt, quod Zuinglius ipſe nõ admittet. Nunc mihi uide,ut ſynecdocha conſtet.

Digitized by Google

C

RESPONSIO.

CVr mihi uitio uertitis argumentandi peritiam, quam ipſe mihi nunquam ſumpſi? Sed dolo ab his tribuitur, qui eã uim ueritatis, cui nitimur, ſuſtinere non poſſunt: cum tota iſta pericope nihil ſit, quàm uitioſa argumentatio. Cum enim ſynecdocham oppugnatis, ſimul proditis uos ipſos, nondum uidere quidnam ſit ſynecdocha. Nondum enim intelligitis, ibi nõ eſſe ſynecdochã, ubi uerba ſecũdum ſimplicem genuinumq́; ſenſum accipiuntur: ubi enim hoc fit, ibi nõ eſt tropus. Tropicus enim ſermo is eſt, qui non ingerit nobis eum ſenſum, quem uerba primo adſpectu promittunt. Synecdocha tropus eſt: ergo ubi ſynecdocha eſt, ibi alius latet ſenſus, quàm primo appareat. Cum ergo ſic colligitis: Si infantes inter credentes numerati ſunt, ergo fregerunt panem, orarunt, res diuendiderunt, atq; opus habentibus diſtribuerunt, &c. ad literam ipſam omnia exigitis. Quid ergo? uultis'ne ſynecdocham de iſto loco profligare? Cur ergo non dicitis, locus iſte ſynecdocham non recipit, atq; hoc ipſum teſtimonijs & argumentis confirmatis? Id quod fieri nequit. ſatis enim ſuperq́; ſuperius probauimus, infantes eſſe de parentum familia: & quod non tantum impie, ſed etiam immaniter facitis, cũ infantes credentium mauultis ſub ſarcinarum rerumq́; nomine comprædere, quàm credentium. Si autem in hoc eſtis, ut ſynecdochicum ſermonem iſtum cõfiteamini quidem eſſe: ſed hoc requirere ſynecdocham, ut quicquid de aliquo toto corpore dicatur, id uerum fiat de omnibus partibus (ut nulli dubium eſt, uos ſentire, qui ueſtra tam docta propius inſpicit) iam toto erratis cœlo. Non enim eſt ſynecdocha, ubi, ut diximus, id quod prædicatur de ſingulis, uerũ fit partibus: tũc eñi tropus non eſt. ſed tum eſt ſynecdocha, cũ uel corporis alicuius pars pro toto corpore accipitur, uel totum corpus pro parte. Exemplis id oſtendimus manifeſtiſſimis. attamẽ ut uobis adfatim omnia ſuppeditemus, ſic habete. Exodi 23. ſcriptum eſt: Ter in anno adparebit omne maſculinum tuum corã domino Deo tuo. Videtis mihi hoc Omne? Dicite igitur, num & infantes in cunis ex tota Palęſtina ter in anno Hieroſolymam baiularentur? ſi etiam: ergo infantes quoq;, ſecundum argumentationem ueſtram, ſeptem diebus azymos edebant, agros ſeminabant, & primitias omnium fructuum offerebãt. Id autem cum nullatenus fecerint, ſequetur, maſculos non comprædendi, ſi non adferebantur, iam non erit uerũ quod omne maſculinum ter in anno adparuerit coram Domino. Eſt ergo ſynecdoche, Omne maſculinum. & quamuis prima fronte ſpeciem præbeat, quod omnis mas iubeatur adeſſe ad tres panegyres: hi tamen ſoli tenentur lege, qui uel eò adulti erãt, ut doctrinam capere, aut primitias offerre, aut arborum frondes circunferre poſſent, pro feſtorum uarietate atq; rituũm ratione. quemadmodum eñi Deut. 31. ſcriptum eſt, de cõparendo ad legis lectionem in celebritate tabernaculorum, apparet eos aduenisse pueros, qui iam intelligere quod legeretur incipiebant. Sicut autem Lucæ 2. de Chriſto, qui iam duodecim annorum erat, & in Paſa feſto conuiua fuerat, apparet eos cõparuiſſe, qui & iter ipſi facere, aut quod ageretur cognoſcere potuerunt. Ad feſtum Pentecoſtes apparet eos modo aſcendiſſe, qui primitias offerrent: quod patrumfamilias proprie erat, aut eorum qui ipſorum nomine mittebantur. Hic igitur eſt ſynecdocha. Rurſus Exodi 34. Omne maſculinum quod uuluam adperit, meum erit: tolerare ſynecdocham nulla ratione poteſt. Sic enim ad omne primogenitum pertinet, ut nullum relinquatur in lege exlex. Videtis nunc arbitror, quàm incondita & indocta ſit argumentatio ueſtra, cum non negatis ſynecdocham in præſenti loco: Hi qui crediderant, ſimul erant. attamen ſimul cõtenditis, omnia oportere uere prædicari de quaq; parte, quæ ſub iſto corpore, de quo ſynecdocha ſumitur, continetur: non attendentes, qua cõpoſitione

Tropicus ſermo.

Synecdoche quando fiat.

D

coierit

A coierit ipſa uox: nempe à συῶ, ab ἐκ & δέχομαι, quaſi tu dicas, quum totũ corpus accipio, aliquid ſeorſim intelligo ex eorum numero quę ſimul in eodem corpore compræhenduntur. Aut quum aliquid de toto corpore accipio, totum corpus intelligo. Vnde latina uox compræhenſio, græcanicæ non de integro reſpondet. Deinde quum ſic contenditis: Si ergo infantes inter credentes ſunt numerati, aut credentes facti, panem quoq; fregerũt; id quod nulla ueritatis ratione fieri poteſt, perinde atque non ſunt baptizati. nam ſi baptizati ſunt, etiam panem fregerunt &c. Adeo miſere colligitis, ut indubitatum fiat omnibus qui ueſtra cum iudicio legunt, omnes uos eſſe impoſtores. Cum enim qui Coryphæi eſtis, non ſic indocti eſtis, ut non uideatis peſſime ſic colligi, ſed cum nihilominus uitioſos ſyllogiſmos rudibus proponitis: tã ſaluari quo minus impoſtores ſitis, ne per ipſum quidem ſaluatorem poteſtis. Quid enim hic cogit ſequi, ut qui baptizati ſint panem quoq; frangant? An non fuerunt apud ueteres circunciſi infantes, qui tamen agnum perinde non laniabant, ut neq; azimos edebant? An quod ter in anno frequentes non adeſſent, eo magis non erant de populo Dei? Diſcite igitur, & infantes inter credentes eſſe cenſos atq; baptizatos: & ex credentibus eos actu crediđiſſe, orauiſſe, res diuenditas diſtribuiſſe, panem dominicum fregiſſe, qui iam huc ætatis aut captus uenerant, ut ad iſta eſſent idonei, atq; ad ſeruandum obnoxij: ſicut ex ſuperioribus de Exodo ac Deuteronomio deprompus exemplis liquet. Iubetur omnis mas adeſſe ad panegyrim, iubentur fœminæ ac pueri adeſſe ad lectionem legis: at utcunq; litera habeat, per Synecdocham intelligitur quodq; genus pro ſua ratione atq; captu. quid enim uagiẽtibus cum lectione legis? aut quid ephœbis etiam cum primitiarum oblatione, ni pater iuſiſſet?

Synecdoche unde dicta.

Cõpræhenſio.

Actu credere, orare, &c.

Cogit me tandem bone Lector ipſa res, uelim nolim. Catabaptiſtarũ tam uana B uerba intermittere, atq; in compendium cõtrahere, Sic ergo poſthac agam: Omnem nodum diſſoluam, & quicquid ab eis dictum eſt, quod roboris aliquid habere putant, ea fide adducam qua hactenus ad uerbum in latinam linguam traduxi. Id autem hac maxime ex cauſa, quod quæ iſti contra Synecdochicos ſenſus attulerunt, maxima parte confytata ſunt. Quæ uero de teſtamento argutantur, tunc à nobis & tractabuntur & reuellentur, quum ad teſtamentum peruenerimus.

Quæ igitur contra Synecdocham huius loci, prima Corinthiorum decimo, Patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, omnes mare tranſierunt, omnes in Moſen baptizati ſunt, omnes eandem eſcam ſpiritualem ederunt: quæ inquam contra iſtas Synecdochas latrant, uſque adeo ſtolida ſunt atque impura, ut non ſint magnopere curanda. aiunt enim ſcire ſe quod ederint, biberint, mare tranſierint, cacauerint, urinulamq; reddiderint: at nobis eſſe probãdum clara ſcriptura, quod infantes baptizati ſint. atque poſt multa ſic nobis inſultant: Vide ergo quomodo nunc Zuinglius cum Synecdocha ſua conſiſtat, quam ſua calliditate atq; ſophiſtica finxit, ne ueritatem agnoſcendo, perſecutionẽ crucis Chriſti patiatur. Quid his facias hominibus? Nos ut Synecdocham probe exponeremus, hęc attulimus exempla: quæ tam abeſt ut reuellere poſſint, ut eis etiam uti qui uolet, merito debeat, non tantum pro exemplo Synecdoches, ſed pro exemplo quoq; quod tempore Apoſtolorum infantes credentium tincti ſint, quemadmodum ſuperius attigimus. Iſti autẽ amarulentia, cum acrimonia uerbi Dei nihil poſſunt, rem adgrediuntur. Calliditatem atq; ſophiſticam obprobrant, quas ſic abominor, ut omnia mea ſcripta me ab hac ſuſpicione melius liberare poſſint, quàm ulla in hoc ipſum parata oratio. Veritatem autem & agnoſco & colo. Neq; mihi quicquã erat patiendum, ſi ſententiam ueſtram ſecutus eſſem: niſi uos eſtis mendaciſſimi, qui ſæpius quàm dicere poſſim promiſiſtis, fœliciſſime omnia ceſſura, ſi partes ueſtras

A ſequar

C ſequar. Sed ad clamores & calumnias fugiendũ uobis fuit, cum receperatis uos Synecdocham euerſuros, id autem uideretis eſſe impoſſibile. Sunt ergo Synecdochæ, perpetuoq; manebunt: Patres omnes baptizati ſunt: Patres omnes eandem nobiſcum eſcam ſpiritualem ederunt: ut ſuperius ſatis eſt oſtenſum, atque in ſequentibus iterum tractabitur. Hactenus ad cõfutationis ueſtræ partem primam reſpondimus, ad alias proceſſu diſputationis idem faciemus: nunc ad ſecundam partem accedimus.

SECVNDA PARS.

ISTA pars ſubruet fundamenta ueſtræ ſuperſtitionis, quæ, ut omnia, nunquam in publicum dediſtis. ſed nemo fermè omnium ueſtrum eſt, qui tam bene cõditarum legum ueſtrarum exemplar deſcriptum non habeat. Quid oro cauſæ eſt, cur non uulgetis quæ tam diuina tamq; ſalutaria ſunt? Sed lucem timent male conciliata, doctorum piorumq; hominum iudicium uerentur: id tandem in cauſa eſt, cur ſuperſtitionis ueſtræ conſtitutiones prematis. Nos ergo eas ad uerbum, atque ex fide, in latinam linguam traductas mundo propinamus: atque ut in ſuperioribus, ueſtra proponam, dein refellam.

TITVLVS CATABAPTISTARVM CONſtitutionis aut ſectæ.

Articuli quos tractauimus, & in quibus conſenſimus, hi ſunt: Baptiſmus, Abſtentio, Fractio panis, Deuitatio abominabilium paſtorum in Eccleſia, Gladius, Iuſiurandum.

AD hunc Articulum dicimus, quod Apoſtolus ad Coloſſenſes ſecundo:
D Si mortui eſtis cum Chriſto elementis mũdi, qui fit ut decreta ſiue dogmata conſtituatis, tanquam in mundo ſitis? Sed ſcie quid dicturi ſitis: Hęc nõ eſſe humanas conſtitutiones, ſed diuina oracula. Ad quæ nos: Cur ergo dicitis, uos iſta tractauiſſe atq; conſenſiſſe? Si diuina ſunt, cur Articulos adpellatis ueſtræ cõiurationis? cur humanum ſtercus ueſtrum ori dominici uerbi oblinitis? Si minus, cur noua decreta imponitis ceruicibus fratrum ueſtrorum? Vultis igitur dominari in ſorte Domini, & furtim in captiuitatem abducere, laqueumq; inijcere fratrum libertati. Nam quocunq; uertamini, nihil habetis opus nouis articulis: nihil habet opus diuina prouidentia iſto ueſtro conſenſu, quæ nihil aliud eſt quàm conſpiratio. Sed ſic omnia diſponit cœleſtis ſapientia. Quotieſcunq; nomen ſectæ obprobrauimus, eo quod ab eccleſijs Chriſtum confitentibus & amplectentibus deſciuiſſetis, protinus reſpondebatis, uos ſectam nullam fouere: nunc ipſi producitis bellum hunc fœtum ueſtrum. Quomodo hæreticus non eſt, qui in certos articulos conſpirauit? quod uos conſenſum honeſtiore uocabulo adpellauiſtis. Sed nunc ad fundamenta articulorum ueſtrorum reuellenda cõuertimur: ut quæ uos diuina eſſe iactatis, mundus uideat eſſe fanatica, ſtolida, audacia, impia. Nihil nimis dicam.

δογματίζεσθε.

CATABAPTISTAE.

PRimo diſcite de baptiſmo. Baptiſmus debet dari omnibus qui docti ſunt pœnitentiam atq; mutationem uitæ, atq; in ueritate credunt, quod peccata ſua per Chriſtum ſint abolita, & omnium qui ambulare uolunt in Reſurrectione Ieſu Chriſti: quiq; cum ipſo ſcpeliri uolunt in mortem, ut cum eo poſſint reſurgere. Omnibus itaq; qui baptiſmum ad hunc modum poſtulant, & nos per ſeipſos requirunt, dabimus. Hoc pacto excludentur omnes infantium baptiſmi, Pontificis Romani ſumma abominatio. Huius articuli habemus teſtimoniũ atq; robur ſcripturæ, habemus etiam Apoſtolorum morem, quæ nos ſimpliciter ac ſimul firmiter ſeruabimus. Certi enim facti ſumus.

Expende

Digitized by Google

A RESPONSIO.

EXpende optime Lector, quot modis præſtigiatores iſti ſimplicium iudicio
imponant. Primo: quis ignorat baptiſmum dari debere omnibus in Chri-
ſto, cum pœnitentibus, tum peccatorum remiſſionem inueniri cōfitentibus? Cer-
tamen de hoc nullum eſt: ſed de illo, num ſolis iſtis dari poſſit, & eorū infantibus
liberis minime? Secundo: celant iuſtitiam operum, & remiſſionem peccatorū per
Chriſtum hic confitentur, cum aliâs manifeſte negent. Qui enim operibus fidūt,
Chriſtū euacuant. Si enim ex operibus legis iuſtitia, iam fruſtra Chriſtus eſt mor-
tuus. Tertio: Neq; tamen ſic celant, ut nullo ſigno ſententiā ſuam prodant. Cum
enim dicunt, omniū remitti peccata, qui in reſurrectione Chriſti ambulare, quiq;
cum eo ſepeliri in mortem uolunt, iam Liberum arbitrium, & proxime iſtud ope
rum iuſtitiam erigunt. ſi enim noſtræ eſt uel electionis, uel poteſtatis ambulare in
reſurrectione Chriſti, aut cum eo in mortem ſepeliri, iam liberum eſt cuiq; & Chri
ſtianum eſſe, & optimū: falſoq; Chriſtus dixiſſet, Nemo poteſt uenire ad me, niſi
Pater, qui miſit me, traxerit illum. Depræhenditur hic deniq; ſumma eorum mali-
tia. Cum enim negant iuſiurandum Magiſtratui exigenti, cauſam adducūt iſtam:
quia non poſſit homo iuxta uerbum Chriſti, ne pilum quidem capitis ſui tingere,
ut uel niteat albore, aut ſordeat nigredine. Hic autem qui uolunt, inquiunt, ſecun
dum eū ambulare, ac deinde qui ſemetipſos requirunt, poſteaquàm ſcilicet pro-
miſerunt ſe ambulaturos ſecundum Chriſti reſurrectionem. Poterit ergo qui ſic
promittet ambulare iuxta condictū nec ne? ſi etiam: Cur ergo non iurabit ſe iſtud
aut aliud facturū, cum poſſit? ſin minus, Iam æque non debetis exigere, ut dicat
ſe iuxta Chriſtum ambulaturū, ne mendax fiat, atq; iurare uetatis quo minus fiat
periurus. Quarto: Vbi ſcripturarum legiſtis, quod nulli ſit baptiſmus dandus, ni-
B ſi qui ipſemet hanc confeſſionem faciat atq; requirat? Ex uobis igitur ipſis loqui-
mini. nam circuncisio multo ſæpiſſime data eſt eis, qui neq; confiteri, neq; poſtu-
lare poterant. ſed totum uetus Inſtrumentum reijcitis: id quod in ſuperiori confu
tatione nihil obſcure proditis, qui locus à nobis tractari debuerat, ſed excidit. cō-
modum ergo huc ſuccurrit. Vbi ſic aitis: Neq; opus eſt, ut baptiſmū in ueteri Te-
ſtamento quæram. Quo uerbo, quid? uetus Teſtamentum nō contemnitis? cum
tamen Chriſtus & ſe & doctrinam ſuā eius iudicio ſubmiſerit. Apoſtoli uero alia
ſcriptura uſi non ſint, imò ne uti quidem potuerint, cum poſt principia prædicatio
nis eorum nulladū eſſet ſcriptura, quàm ex eo petita. Hic igitur error ueſter, quo
analogiam ſacramentorum non conſideratis (quod tamen Apoſtolus Paulus ſic
prima Corinthiorum decimo, & Coloſſen. tertio facit, ut eius exemplum neglige
re merito nulli debeamus:) error inquam facit, ut fœderis ſignum abſq; omni ſcri
ptura negetis ulli eſſe dandum, quàm qui de ueſtra ſententia confeſſus ſit, atq; po
ſtulauerit. An autem iſtuc non eſt dogmata aut conſtitutiones decernere? Quinto
dicitis: Huius articuli habemus ſcripturæ teſtimonium ac robur. Quis mentitur? wer lügt.
(ut Germanico ſcomate utar.) Producite iſta ueſtra ſcripturæ teſtimonia, & certa-
men erit omne ſublatum. Sexto: Vbi habetis hunc Apoſtolorum morem, quod
neminem uoluerint baptizare, quàm qui cōfeſſionem hanc ueſtram & fecerit &
ſubinde baptiſmum petierit? Septimo: Quæ nos ſimpliciter, inquiunt, ac ſimul fir
miter ſeruabimus: certi enim facti ſumus. Cur promittūt ſe facturos, quod in po-
teſtate ſua non eſt? Quod ſi ad baptiſmum referunt, ſe ſcilicet iuxta hunc ritum ba
ptizaturos: iterum δογματίζουσι, id eſt, decreta faciūt. Quod ipſi quoq; agnoſcūt,
cum addunt: Certi enim facti ſumus. Si enim huius conſtitutionis ſuæ poſſent ro-
bur ex ſcripturis habere, indubie adducerent. cum autem nequeunt, iam ad reue
lationem & ſpiritus cōfirmationē recurrūt, Certi facti ſumus inquiētes, αὐτὸς ἔφη.

C Obiter hic quocꝫ non prætereundū eſt, quod errori eorū de Reſurrectione id maxime occaſionem præbuit, quod non uident Paulū in Rom. 6. cap. ab externo ſigno epichirema decerpere, quo ad imitationem Chriſti adhortetur uehementius. Sed ubicunqꝫ baptiſmi nomen inueniunt, etiamſi iſthic de baptiſmo ſacramentali non agitur, renitente ueritate ad aliquod incommodum detorquent.

CATABAPTISTAE.

SEcundo. Quod ad abſtenſionem ſiue excommunicationem attinet, ſic conſenſimus. Excōmunicari debent omnes, qui poſteaqꝫ ſeſe Domino dediderunt, ut eū in pręceptis ſuis ſequanť, quiqꝫ in unū Chriſti corpus baptizati ſunt, & fratres aut ſorores appellanť, dum labunť aut cadūt in peccatū, atqꝫ imprudentes præcipitati ſunt. Debent ergo huiuſmodi admoneri, bis in occulto, tertio publice pro Eccleſia debent corrigi, iuxta præceptum Domini. Hoc autē fieri debet iuxta ordinationem, aut imperiū diuini ſpiritus, ante fractionem panis: ut omnes unanimiter & in eadem charitate unū panem frangere atqꝫ edere poſſimus, & de uno calice bibere.

RESPONSIO.

VIdebor, ſi ad hanc legem tacuero, eam approbauiſſe: ſi uero quædam attigero, carpendi auiditate ægrotare. Cū autem omnia ſint tam ruſtica, ut nihil planè ꝙ triduanum theologum redoleant: patiar & ipſe hoc loco ignorantiā ſimplicitatem adpellari, & paucula ad quę conniuendū nō eſt, paucis adnotabimus.

In hoc errant igitur, quod dicunt: Tertio debent publice pro concione corrigi. Nam tertio debent admoneri ab Eccleſia, nondū corrigi. Tum deinde ſi monitorem eccleſiā non audierint, pelli cœtu debent. Secundo loco cū id fieri debere tradant, ante fractionem panis, iterū errant. Niſi denuntiationem, quæ apud ueteres fiebat, intelligas: quæ nihil aliud ꝙ excōmunicatis, qui dudum abiecti erāt, interdicebat, ne ſimul panem frangerent: non quod tum primum excōmunicarentur, niſi occaſio ſic coēgiſſet: ſed quod excōmunicatis aditus ad eccleſiæ conuiuiū negaretur. Quod ideo dicimus, quod Catabaptiſtæ in hac ſunt ſententia, ut cœnam negent ſe peracturos, niſi qui acturi ſunt prius confiteanť aut teſtentur, ſe excōmunicationem aut relegationem laturos eſſe. quod ipſe non arbitror ex Apoſtolorū more fieri, qui cœnā Domini celebrauiſſe uidentur citra huiuſmodi interdicta. At ubi quis ingens flagitium deſignauiſſet, iam relegabať. Indeqꝫ uſuueniſſe arbitror, ut ſic excōmunicatis aut relegatis ante cōmunionem publice interdiceretur â conuiuio dominico. Nam quod quidā in more olim & nunc habent, ut ſic pręlegant, Non accedat homicida, fœnerator, adulter, ebrioſus, &c: non ex inſtituto Chriſti arbitror fieri. ſi enim adulter aut ebrioſus, aut alij uitio obnoxius Eccleſiā contaminat, moneri debet iuxta præſcriptum Chriſti, & teſtibus (ſi inficietur) corā Eccleſia conuinci, atqꝫ ſic tandem contumax uitari, aut ab Eccleſia relegari: ſi uero fama ſolummodo circumuolat, quæ nonnunqꝫ mendax eſt, aut is qui in ſuſpicione eſt, iure tergiuerſari poteſt, ut qui palàm honeſte ſe gerat: excōmunicari temere non debet, niſi cū compertum eſt id cuius cauſa excōmunicatur. Hæc aūt â meipſo non dico, ſed Domini Ieſu uerba ſibi mutuo comparans, & expendens, in hanc ſententiā eo. Cum enim Petro dicat, ſeptuagies ſepties eſſe condonandū: & alio loco iubeat, zizania ſinere uſqꝫ in diē meſſis: planè oſtendit, quædam eſſe ad quæ fraterna charitas conniuere poſſit. Cum autem contrà, poſt contemptam Eccleſiæ monitionē protinus relegare præcipit: ea nimirum intelligit, quæ & manifeſta ſunt, & Eccleſiam contaminare poſſunt. ſunt enim in utranqꝫ partem proh dolor quidā nimis propenſi: Vni, qui nihil putant adhuc ad iſtam perueniſſe menſuram, ut relegari debeat, ex eo nimirū quod eodem aut pari ſaltem morbo laborant: Alteri, qui ſi adfectus aliquis ſuadeat, protinus exclamāt, Cur nō excōmunicatur

Denunciatio Excommunicationis.

D

Excommunicationis ratio.

catur

A catur iſte? Moderamen igitur hac in re ſumma cum diligentia, quod & precibus
à Domino impetrari debet, obſeruandum eſt. Verum quid eſt, cur nobis Cataba-
ptiſtæ quicquam de excommunicatione dicant: cum nõdum deliberauerint, par-
ricidium, quod in agro Sanctogalli perpetrauit Catabaptiſta in Catabaptiſtã, fra-
ter in fratrem iudicandum, aut quomodo iudicandum ſit?

CATABAPTISTAE.

TErtio. In fractione panis ſic conſenſimus, atq; unanimiter ſtatuimus: Vt, qui
unũ panem frãgere uolunt, in cõmemorationem fracti corporis Chriſti: &
de uno poculo bibere, in cõmemorationẽ effuſi ſanguinis, prius in unũ coierint,
puta in unum corpus Chriſti, hoc eſt, in Eccleſiam Dei, in qua Chriſtus caput eſt.
Id autem ſignanter per baptiſmum. Nam ut diuus Paulus docet, nõ poſſumus ſi-
mul eſſe participes menſæ Domini, & menſæ dæmonũ: neq; poſſumus ſimul eſſe
participes calicis Domini & calicis dæmonũ: hoc eſt, omnes qui cõmunionẽ ha-
bent cũ mortuis operibus tenebrarum, nullã habent cõmunionem cũ his qui ad
Deum ex hoc mundo uocati ſunt. Omnes qui in malo deſident, nullã partem ha
bent cum bono: ſic ergo ſequi oportet, ut qui nõ habeant uocationem Dei ſui in
unam fidem, in unũ baptiſmum, in unum ſpiritũ, in unum corpus cũ omnibus fi-
lijs Dei, hi non poſſunt in unũ panem coire. Vt proculdubio fieri oportet, ſi mo-
do panem iuxta præceptum Chriſti frangere quis uelit. RESPONSIO.

HVc ſcilicet omnis tendit ſuperſtitio, ut rudis plebs, quæ ad omnem nouita-
tem ſeſe erigit, in Catabaptiſmum & Cacoeccleſiã abducatur. Neminem
admittitis cœnæ dominicæ, ni baptiſmo prius in unum corpus Chriſti coierit. Er-
go baptiſmo ueluti glutino quiſq; huic corpori coniungit? Cur igitur tantopere di
gladiamini, ne quis baptizetur ni prius crediderit & confiteatur ſuoipſius etiam
B ore? Videte ut uobis conſtetis. Sed non uultis hic de baptiſmo loqui eccleſiæ, ſed
de baptiſmo hæreſeos, hoc eſt, ſectæ ueſtræ: qui ut eſt extra eccleſiam natus pſeu- *Pſeudobaptiſmus.*
do ſiue catabaptiſmus, quidam anabapriſmum malũt, merito uocatur. Cum ergo *Catabaptiſmus.*
rebaptiſmum aut contra baptiſmum noliis agnoſcere, cum tamen contra perpe- *Anabaptiſmus.*
tuum eccleſiæ Chriſti morem, & contra diuinam legem, retinctione ueſtra Chri-
ſtum iterum crucifigatis (ut enim ſemel eſt mortuus & ſepultus, & à morte excita
tus: ita ſemel tantum baptizari amat, qui Chriſtum amat) nõ audetis inquam re-
tinctionem ueſtram Catabaptiſmum appellare, ſed baptiſmum uocatis, quod re-
baptiſmus eſt. Et cum uerba ueſtra hanc ſpeciem habeant, quaſi noliis quenquã
ad cœnã Domini admittere, niſi qui baptizatus ſit: iſtud uultis, quod nemo in Ca
coeccleſia ueſtra debeat ſe cœnæ Domini ſperare participem fore, ni retinctus ſit.
Id inquam uultis. Vide mi ſtrophas impoſtorũ ô Lector: ſimpliciter de baptiſmo
loquuntur, qui de ſimplici baptiſmo nolũt intelligi, ſed de duplici. id quod huius
legis confirmatio teſtatur, cum ſic addunt: Nam ut diuus Paulus docet, nõ poſſu
mus ſimul eſſe participes menſæ Domini & menſæ dæmonum. Qua nihil aliud
uolunt, quàm dæmoni eſſe initiatos, qui pueri ſunt baptizati, quem errorem hic belle
celant, ne nouam quæſtionem, quam non poſſunt, expedire cogantur: Puta, an ba
ptiſmus unus in quem pueri merſi ſumus nõ ſufficiat. Hunc enim baptiſmũ cum
ex Romano Pontifice, ac perinde ex dæmone eſſe aliquando proclamarent, à no
bis uicti ſunt. At nihilominus in eccleſia ſua longum circũferunt catalogũ, in quo
ex decretis Pontificijs docent, infantiũ baptiſmũ imperio Pontificum eſſe cœptũ:
nequiſſimi homines, cũ dudũ ex nobis didicerint Origenis tempeſtate, qui paulu
lum ſupra centũ & quinquaginta annos poſt Aſcẽſionẽ Chriſti uiguit, baptiſmũ
in frequenti uſu fuiſſe: atq; poſtea tẽpeſtate Auguſtini, qui poſt quadringẽtos an-
nos floruit, nam uterq; teſtatur baptiſmum infantium, ex more Apoſtolorum ad

C ſua dimanaſſe tempora. Quibus temporibus Papæ nomẽ, & in eccleſias ſiue monarchia, ſiue tyrannis non fuit. Reuincebamus autem, ne quid tibi deſit noſtræ ſententiæ Lector, opinionem eorum, qua dicunt baptiſmum Pontificis non eſſe baptiſmum Chriſti, ſed dæmonis, hoc modo: Si baptiſmus ſolius Pontificis eſſet, nihil morari, quo minus dicant baptiſmum Pontificis eſſe aut non ex Chriſto, aut ex dæmone. Nunc autem baptiſmum Chriſti non eſſe Pontificis baptiſmum, etiã ſi Pontifex cacodæmon ipſe eſſet, ac baptiſmo Chriſti uteretur. nam cum dęmon Prophetæ uteretur teſtimonio, cum Chriſtum tentaret, iam Prophetæ uerbũ non factum eſſe dæmonis uerbum: atq; iterum, cum dæmones clamarent, Tu es Chriſtus filius Dei uiui, iam ſalutaris confeſſio nihilominus erat ſalutaris, etiamſi dæmon ipſa uſus erat: ſic cum Pontifex baptizaret in nomen non ſuum, ſed patris & filij & ſpiritusſancti, baptiſmum uitiare nullo pacto potuit, quo minus eſſet eccleſiæ Chriſti baptiſmus. Secundo: Chriſtum ipſum dixiſſe, Qui non eſt contra nos, nobiſcum eſt. Pontifex ergo cum uel hoc boni haberet, ut nõ in aliud nomen baptizaret, quàm in quod ipſi baptizaremus, hac in re nobiſcum eſſet: perinde atq; is qui dæmonem uirtute nominis Chriſti, Chriſtum tamen nihil ſequens aut colens, depellebat. Poſtremo, nobile exemplum tum in iſta cauſa, tum in alijs quæ ad externorum diſputationem pertinent, nobis reliquiſſe Apoſtolos in matrimonio. Vt enim coiuiſſent matrimonia apud gentes, antequam Apoſtoli ſalutarem ad eas attuliſſent Euangelij doctrinam, ſic ea intacta reliquiſſent: Id quod uel unius Pauli 1. Corinth. 7. teſtimonio pateret, qui fideli coniugi præciperet, utcum infideli, ſi modo gratum ei faceret, habitaret: Quid hoc aliud fuit, quàm matrimonij leges quas gens quæq; habebat, imò ea matrimonia quæ in idololatria

Chriſti baptiſmum non eſſe baptiſmũ Pontificis.

Matrimonia gentiũ ab Apoſtolis non mutata.

D coierant confirmare? Aeque igitur nobis quoq; eum baptiſmum nõ eſſe repudiandum, qui nõ modo non eſſet Pontificis ingenio uel autoritate inuentus, ſed Chriſti ipſius & Apoſtolorum autoritate atq; more. neq; enim Pontifices in alium, q̃ in patrem & filium & ſpiritũ ſanctum baptizauerint. In quo autem putarent matrimonia apud idololatras coiuiſſe? At Apoſtoli ea permittebant integra atq; intacta, quibuſcunq; tandem legibus aut dijs coiuiſſent. Quãto magis nobis intactus erit baptiſmus, qui in nomẽ id datus eſt, in quod nos damus, etiamſi Põtifex Romanus dederit? Iam obijciebant, odioſe nimis, ſalem, butyrum, ſaliuam, lutum, & id genus, imò ipſas quoq; orationes quæ ſuper infantibus fiunt: quod neq; Ioannes, neq; Apoſtoli legerentur orationibus baptiſmo præiuiſſe. Ad quæ ſic reſpondimus, primum ad cæremonias: Chriſtum interim cæcos quoſdam uiſui reſtituiſſe, mediantibus tactu aut luto, interim ſolo uerbo, Reſpice: neq; tamen eos minus uidiſſe, qui tactu uel luto mediante aciem recepiſſent, quàm qui ſolo uerbo. At nihil morari nos externa iſta, ſi eccleſia iubeat reſcindi; factumq; eſt, ut protinus iuberet. non ignorantibus nobis, qui uerbo præſumus, iam inter exordia eccleſiæ horũ fuiſſe uſum, tametſi eis nõ tantum tribuerẽt atq; his noſtris temporibus, unde & citra negociũ recidimus. Ad orationes quas itidem reſcindere conabanẽ, ſic reſpondimus: Ipſum dominũ Ieſum bene precatũ eſſe ſuper infantib. ad ſe cõportatis, quæ ergo (malũ) inſania, nolle ut ſuper infantib. bene precemur? Vicimus hac parte nos, altera Catabaptiſtæ. Hæc inquã omnia & norũt, & celãt apud caco eccleſiã, imò cõiurationẽ ſuã. Atq; ut redeã unde digreſſus ſum: Cũ his rationibus atq; ſcripturæ fundamentis ſciãt nõ eſſe Pontificis baptiſmũ, ſed Chriſti, quo nos baptizati ſumus, & eũ nihilominus cõtemnant: fit manifeſtũ, id eos nullo iure aut ratione facere, ſed uiolẽtia et furore, ꝙ rebaptiſmũ ſuũ baptiſmũ adpellare (ſi nõ uere, at ueriſimiliter) poſſint, atq; rudiũ corda ad retinctionẽ ꝑtrahere. Poſtremo, ne in uerbis eorũ dep̃hendi poſſit ꝙ tendãt, huius baptiſmi ſui atq; ſeparationis tandẽ expo-

Salz ſchmalz.

Cæremoniæ

Orationes in baptiſmo

C expoſitionem adferunt: Hoc eſt, inquiunt: Omnes qui cōmunionē habent cum mortuis operibus tenebrarū, nullam habent cōmunionem cū his qui ad Deum ex hoc mundo uocati ſunt. Conſiderabis hic Lector omnia diligenter, & ſcio inuenies, quibus ſtrophis ac ſutelis ad coniurationem ſuam imperitos homines alliciant. Nónne uides eos hac expoſitione uideri uelle, quaſi nihil aliud intendant, q̃ qui impudentiſſime peccent, non debeant ad cœnam Domini cōuenire? Cum autem hoc clariſſime uideas, nónne idem proxime præcedenti lege relegationis aut excommunicationis agunt? Quorſum ergo attinet, duabus conſtitutionibus unā eandemq; cauſam tractare? Colligis ergo iam nullo negocio, eos hac conſtitutione uelle, utcunq; uerborum ſeriem cōcinnauerint: Quod qui cœnā Domini cū eis uelit adire, in Catabaptiſmo quoq; ſuo retinctus ſit: & quod eos, qui infantes baptizati ſunt, de menſa dæmonum eſſe putāt. Eſt ergo hic expoſitionis ipſorum ſenſus, quod qui ad proditionis & coniurationis ſuæ cōceſſerint eccleſiam, ex eis ſint, qui à Deo ex mundo uocati ſint. Qui uero nolint eccleſiam Chriſti prodere cum eis, ex eis ſint qui cum mortuis operibus communicent. Nam ipſorum uerba & quotidiana opprobria hoc teſtantur. Cū enim aut nuptias, aut publicas epulas inter nos celebrari uident, protinus exclamant, Gentiles, deq; mundo eſſe, nō de eccleſia. Et neq; ſatisfactionem iſtam, quod Chriſtus & Apoſtoli ad nuptias cōparuerint: neq; iſtā, quod filij Iſraël hilariter tribus per annū uicibus conuiuati ſint: quodq; ipſa Domini cœna perpetuo amicum conuiuium manſiſſet, ni Corinthij fuiſſent abuſi: recipiunt, neq; ullam aliam. Vides iam ex una parte, quàm iniqui iudices ſint, qui protinus ut ea uident apud nos fieri, à quibus ne Chriſtus ipſe abhorruit, traducunt, deuouent, ac damnāt. Ex altera uero, quàm candide faciant cum de ſeipſis tam magnifice ſentiūt, ut ſe iſtos eſſe glorientur, qui de mun-

D do ſint ad Deum uocati. Quaſi uero ſtupra, adulteria, parricidium, inuidia, odiū, arrogantia, hypocriſis, in quibus ipſi mortales omneis antecellunt, mundana nō ſint. Non loquimur de immoderatis nuptiarum & conuiuiorum impenſis, delicijs, ac petulantia: ſed lætitiam tolerabilem tam abeſt ut damnemus, ut qui eam pijs auferat, nō dubitem cum detrimento redditurum. In ſumma, igitur, hac iſtud uolunt lege, ut cœnam ſuam ne adeat, niſi qui retinctus eſt, niſi qui de mundo ad Deum uocatus eſt: hoc eſt, qui de Catabaptiſtarum eccleſia & hæreſi eſt. Quicquid agunt & dicunt, cōiuratio eſt (iuxta Prophetæ uerbum Iſaiæ octauo) & ſimulatio peſſima. Quæ enim par eſt iniquitas ei, qua ſe homo propter innocentiam ſuam alijs præfert: & qui ſeptuagies ſepties ignoſcere debet, ad nullum fratris caſum conniuet: etiā ſi is qui ſic ſe gerit, uere ſit innocentiſſimus? Sed quid ago? Ex noſtris non fuerunt, ideo à nobis abierunt.

CATABAPTISTAE.

QVarto. Sic cōſtituimus de defectione, ſeparatione, aut deuitatione, quę fieri debet ab iſto malo quod diabolus plantauit, ita ut cum eis nihil commercij habeamus, neq; cum eis concurramus in communicatione abominationū ipſarum. Hoc eſt, quandoquidem omnes qui in obedientiam fidei nondum cōceſſerunt, quiq; nondum Domino nomen dederunt, quod uoluntatem eius facere uelint, uehementer abominabiles ſunt coram Deo: nihil ab eis fieri poteſt, quod nō ſit abominabile. Nunc autem in mūdo planè aliud nihil eſt, neq; in uniuerſa creatura, quàm bonum & malum, fideles & infideles, tenebræ & lux, mundani & qui extra mundum iam ſunt, templum Domini & idola, Chriſtus & Belial: & nullum ex his partem poteſt cum altero habere. Notum quoque nobis eſt præceptum Domini, in quo iubet, ut ſeparati ſimus à malis: tunc enim uelit Deus noſter eſſe, nos autem & filij, & filię eius futuri ſimus. Iterum pręcipit, ut è Babylone terrenaq; Aegypto exeamus, ne malorum atq; pœnarum fiamus participes, quæ

Dominus

Digitized by Google

C Dominus in eos adducturus eſt. Ex quibus omnibus diſcere debemus, quòd quicquid non eſt cum Deo noſtro & Chriſto coadunatum, nihil aliud ſit quàm abominatio, quam deuitare debemus. Hic intelligimus omnia Papiſtica, & ſecundopapiſtica opera & idololatriæ conuentiones, ad eccleſias profectiones, domus conuiuiorum, ciuitates & fœdera infidelitatis, & alia multa his ſimilia, quæ à mundo in precio habentur, cum tamen ex diametro contra præceptum Chriſti & pugnẽt & fiant, ſecundum menſuram iniuſtitiæ, quæ in mundo eſt. Ab his omnibus debemus eſſe alieni & ſeparati: ſunt enim meræ abominationes, quæ nos Chriſto exoſos reddunt, qui nos liberauit de ſeruitute carnis, & reddidit idoneos ſeruitio Dei, per ſpiritum Dei quem dedit nobis. Vigore huius conſtitutionis decident à nobis diabolica arma uiolentiæ, ut ſunt gladij, arma, & huiuſmodi, & omnis uſus eorum ſiue pro hoſtibus, ſiue pro amicis, in uirtute huius uerbi Chriſti: Vos non debetis reſiſtere malo.

Ciuitatem hodie Ciuilegium uocant.

RESPONSIO.

QVid ſibi tam incondita oratione uelint, quæ adeo & diſcerpta & cõſarcinata eſt, ut ſanum atq; integrum in ea nihil ſit, non facile diuinares, ni prius in operis titulo dixiſſent, ſe tractauiſſe ſuper deuitatione abominabilium paſtorũ in Eccleſia. Prima igitur iſta, ut nihil ſit in mundo quàm bonum & malum, CHRISTVS & Belial, ac reliqua iuga, quæ diuini homines in hoc coaceruarũt, ut nuſquam non eſſent magnificentiſſimi, ac ueluti rationem reddãt cur in Eccleſias noſtras non conueniant. Atq; ne putes hunc eos horrorem habere de pontificijs paſtoribus, in nos ad hunc modum debacchantur: cum pontificijs enim conueniũt, neq; à cõgreſſu ipſorum abhorrent. Qui ab Euangelio ſtamus, hic petimur. Cauſa eſt, quod ſoli Catabaptiſmum & ſeditionem, rerumq; omnium mixtionem & prodimus, et pro uirili cauemus. Appellamur ergo à pontificijs hæretici, à Catabaptiſtis autem Secundopapiſtæ, ut qui baptiſmum infantium & quædã alia neſcio quæ, quę iſti nollent, ſeruemus in Eccleſia. Sic ad Domini gloriam exercemur, ut uictoriam ei reportemus eo clariorem, quo à pluribus petimur. Prodam itaq; breuibus fraudem, quam in his huius conſtitutionis uerbis celant. Quæ de ſeparatione ex ſcriptura proferunt, non ſunt ad hunc ſenſum, quo ipſi torquent dicta, nam alioqui non modo è mundo, quemadmodum Paulus loquitur, ſed etiã de Eccleſia exire cogeremur. nihil enim eſt in rebus humanis tam ſanctum & inculpatũ, quod nulla in parte deficiat. Separari ergo debemus, primum ipſi à nobis ipſis, de quo & Chriſtus loquitur: Qui odit, inquiens, animam ſuam in hoc mundo, in uitam æternam cuſtodit eam. Hæc ſeparatio fit, cum quotidie ordimur emendationis ſtudium, ac pro uirili fratres & exemplo & oratione ad idem hortamur: ſed ſecundum hanc conſiderationem non quærimus ſeparari ab his, qui nobiſcum infirma habent omnia. Res quoq; ipſa monebit, ſi modo uere pij atq; cultores Dei ſumus, quouſq; quidq; ſit ferendũ: imò pietatem ſolam, in hoc caſu abolendi aut recedendi, ſic audire debemus, ut lex alia poni nec poſſit, nec debeat. Secundo ſeparamur ab his, qui iam non infirmi ſunt, ſed maligni: quod ipſum quoq; ſiue charitas, ſiue pietas docebit. Nam & Chriſtus ipſe, contumacem ac impudentem ſcelerosum tunc tandem uitari iubet, cum eò peruicaciæ peruenerit, ut eccleſiã quoque nõ reuereatur: ſed ſcio quo tendat hoc ſupercilium deuitationis. Vt primum aliquem ad factionem ſuã pertraxerunt, ante omnia uetant ne ad menſem ſaltem, ſi omne tempus aut longius obtineri non poteſt, ad nullam concionem cõueniat, ubi is doceat, qui ſectæ ſuæ aduerſetur. Quod præceptum inter inina ualde ſuſpectum eſt ijs, qui nõdum ſunt in uniuerſum dementati, multi enim qui ad bonam mentem redierunt, hoc teſtantur: continuo enim reſpiciunt ad illud Apoſtoli, Omnia probate. Vt ergo per Anthypophorã, iſtam cogitationem ſtolidis hominibus

D

Secundopapiſtæ.

Separari à ſeipſo quid.

Separari ab alijs, nempe malignis.

A bus amputent, tantum diligentiæ abſumunt, in inculcanda ſeparatione. Conuentiones ergo damnant, ut cum in urbium curijs honeſtiſſime conuenitur: ſemper enim inueniuntur qui hominum audaciã arguant. atq; mirum eſt eos hic obmiſiſſe, quod aliâs poſt prima ſemper obiectabant: In curijs ſæpe homicidia eſſe facta, quaſi eadem non ſæpius in foro & agro acciderint: in agrum igitur & forum conueniendum non eſſet? Ad eccleſias item profectiones damnant: id autem ea uerborum forma, quaſi uotiuas iſtas profectiones, quales olim inſtituebamus ad idolũ, quod Laureti eſt, Aquis, Oetinge, atq; alijs locis, intelligãt, cum tamen ſtatutas certis diebus ad Eccleſias profectiones damnent. Hę dolent eis, malũt enim iſtas, ubi aut multi in ſyluam aliquam conueniunt, nocte potius quàm die: ut cum deinde per denſas tenebras puellis & matronis paulo formoſioribus eſt domum palpitandum, ſpiritualia cõnubia conſumant carnali copula; aut ubi duo uel tres in hominis paulo habitioris ędes conueniunt, edunt, garriunt, captiuas mulierculas abducunt, ac deinde reliqua, quæ tu uix cogitare audes, faciunt. Hac uenatione multo maiorem prędam inueniunt, quàm ſi in Eccleſiarum concionibus audirent ipſorum auditores, quæ cõtra doctrinam eorum ſunt. Quis enim ſtultas tum puellas tum fœminas & uiros agricolas ac ſimplices ab huiuſmodi lupis tuebitur, quum nunquam adperte graſſentur, neq; Apoſtolorum more primum ad ſynagogas ueniant, & doctrinæ ſuæ fontes ex ſcriptura adperiant: ſed ubi per menſes aliquot apud male feriatum aliquem delituerunt, & familiam uniuerſam non tantum errore, ſed ſcortatione quoq; cõtaminarunt, iam tandem aliqua parte adparent: cumq; ad doctrinæ ſuæ rationem poſtulantur, ipſi auolant, atq; implumes pullos miluio relinquunt. Ideo abhorrent à Chriſti tum uerbo tum inſtituto, qui & dixit, In occulto locutus ſum nihil: & præcepit, Vt quæ in aurem audirẽt, prædicarent ſuper tecta. Hic mihi Vęſpos uide. Nacti ergo ex uillis aliquot hominũ,

Conuentiones à Catabaptiſtis receptæ quæ.

B in tecta quoque aſcendunt, & cornicantur ſe nunc implere, quod Chriſtus dixit: Prædicate de tectis, &c. Cumq; uiator ut lictor de longinquo proſpicitur, demiſſa cauda faciunt, quod uulpeculam apologi narrant. Iam ciuitates quoq; damnant, cum non uideãt Paulum hac una ſe exceptione à uiolentia ſeruauiſſe. Num obſcurum ultra eſt, quod in hoc uno ſunt, ut omnia miſceant, omnem tum amicitiam tum coniunctionem ſoluant? Quis quo minus ciuis ſis unquam uetuit? Fœdera infidelitatis, pro fœderibus infidelium, hebraico ſchemate dixerunt docti homines. Fœderibus ergo renunciandum erit, niſi nolimus in iſtorum baptiſmo naufragium facere. Vides quo tendant? Addũt enim, meras eſſe abominationes, quæ nos Chriſto exoſos reddunt, qui nos liberauit de ſeruitute carnis, &c. Quæ eſt hæc ſeruitus de qua hic loquuntur? Nimirum iſta, ubi paretur Eccleſiæ Chriſtianæ, ubi conuenitur cum honeſtate tam in publicos quàm priuatarum ſodalitatum cœtus, ordinis ac tranquillitatis cauſa: ubi fœdera quæ & iure facta ſunt, & ſine iniuria ſolui non poſſunt, atque ſimilia ſeruantur. Horum inquam atque debitorum omnium liberationem, pij hac in re interpres, Chriſto acceptam nunc quidem ferunt obſcurius: ſed palàm prædicabunt, ut primum tantam eruntnacti Eccleſiam, cuius uiribus fidere ſe poſſe putabunt. Vnde nouæ nobis Tragœdiæ denuo ſunt expectandę. Arma quæ domi gentes quędam ut Germanicæ atq; Helueticę ex more geſtant, non magnopere damnamus: ſed homicidia deteſtamur. ea uero non ſemper ferro, ſed nõnunquã ſparro aut ſaxo perficiunt. Quo ergo iubetis montes ac ſyluas efferri? ex his enim tela petuntur. Acino uuæ paſſæ quidã interijt, alius pilo caprino in lacte poto. Ipſe uidi qui apud Doggios meos uno unius apis aculeo moreretur: eliminandæ ergo uuæ, capræ, apes? Sed & hoc ſcio quo pertineat. Vis omnis præſertim magiſtratus eis infeſta eſt, neq; hoc con-

Fœdera infidelitatis.

Libertatẽ carnis à Catabaptiſtis queri.

Arma cur damnentur à Catabaptiſtis.

C tenti ſunt quod Apoſtolus præcipit: Vis non timere poteſtatē? quod phas atq; ius
eſt facito. Verbum Chriſti, Nolite malo reſiſtere, ſic non eſt magiſtratui dictū: ut
nec iſtud, Vos autem non debetis dominari: quod ad ſolos pertinet Apoſtolos et
Epiſcopos, atq; priuatum quenq;. nam poteſtas à Deo eſt. Rerum omnium cōfu-
ſionem qui quærunt, primum eſt metuere legitimā poteſtatē. Vnde & iſti nobis
perpetuo de ponendis armis neſcio quàm friuola ogganniūt. non quod ipſe ma-
gnopere uel probem uel adcuſem hunc ferri geſtandi morem, quamuis animum
ad cædem propenſum ſupra omnes mortales ſic damnem, ut nullicunde maiore
præmar odio. Docemus & nos ponenda eſſe arma, ſed hunc gladiū docemus eri-
gendum eſſe, quo feriuntur, qui iniuriam fecerunt, redimuntur qui paſſi ſunt, col-
laudantur qui negocia recte geſſerunt.

CATABAPTISTAE.

QVinto. De paſtoribus Eccleſiæ dei ſic ſtatuimus: Vt paſtor ſit de grege u-
nus aliquis, iuxta Pauli ordinationem per omnia, qui bonum habeat teſti-
monium ab his qui extra fidem ſunt. Huius officiū eſto, legere, monere, docere,
diſcere, hortari, corrigere ſiue excōmunicare in Eccleſia, & omnibus fratribus &
ſororibus bene præeſſe, tam in oratione quàm fractione panis. Et in rebus omni-
bus corporis Chriſti uigilare, quo & fulciatur & augeatur, ut nomen Dei per nos
colatur & laudetur, blaſphemis autem os obſtruatur. Iſti uero alimentum, ſi quid
huius ei deerit, de Eccleſia ſuppeditari debet, quæ ipſum elegit. Qui enim Euan-
gelio ſeruit, de Euangelio uiuere debet, quemadmodū dominus ordinauit. Si ue-
ro paſtor quid accuſatione dignū admiſerit aut correctione, iam contra eum non
debet agi niſi duobus teſtibus aut tribus. Cum peccāt publice, debent argui ut re-
liqui metum habeant. Si autem paſtor aut pulſus aut domino per crucem addu-
D ctus erit, debet è ueſtigio alius ſuccenturiari, ne populus aut grex Dei diſpergatur,
ſed per exhortationem ſeruetur, conſolationemq; accipiat.

RESPONSIO.

VIdimus ſuperiori conſtitutione, quàm perplexe & confuſe, quàm difficul-
ter & obſcure de ſeparatione abominationum egerint, eo quod cauſam ha-
berent parum æquam. Hic autem habemus quàm dilucidi ſint, ubi de ſua Eccle-
ſia (quam mirum eſt qua fronte audeāt Eccleſiam uocare) deq; ſuis paſtoribus a-
gunt. Iſthic unum hoc agebatur ut proditionem ſuam iure fieri oſtenderent, cum
propter mores hominum, tum propter Epiſcopos. Vbi uarie diſtringebantur, &
quod dicitur, Lupum auribus tenebant. Si enim fidelium mores ſupra modum
calumniabantur, maledicentiæ ac mordacitatis diſcrimen incurrebant: ſi medio-
criter de eis ſentiebant, periculum erat ne non ſatis concitarentur ad defectionem
ij quos iam ad eam induxerant. Libere ergo loqui quum non auderent, cum pro-
pter metum & cautionem, tum propter iniquitatem cauſæ & maliciam, obſcure
ac ſuſpicioſe loqui ſtatuerunt, ut nemo adperto Marte adoriens, facile compræ-
henderet lubricū ac uerſipellem aduerſarium. Vtcunq; enim dicturus eras, Quur
ſeceſſionem paratis à fidelium Eccleſijs? in promptu haberent quod reſponde-
rent, nihil aliud quàm ſeparationem à peſſimis docuiſſe, id autem non ſine lege.
Cum autem contrà obijceres, te nihil morari ſeparationem conſceleratorum, ſed
ipſos uideri de eorum ſeparatione loqui quorum uita per omnia tolerabilis eſſet:
Hoc reſponderent, quod defendere nullo iure cum poſſent, tragice præmuni-
endo exaggerarunt, mundus, extramundani, malum, bonum, Deus, dæmon,
Chriſtus, belial, &c. Quibus tu mox ad ſic ratiocinandum inducereris: Verum
eſt quod aiunt. omnia enim quæ uidentur, aut diuina ſunt aut mundana: ac dein-
de protinus ſi quid mundanum in te offenderes, te ipſum damnares, etiam ſi quic
quam cum rebus mundanis haberes commercij: & ſi concitus ad proditores de-

ficeres

A ficeres, minime conſiderans, quod cum ad ipſos conceſſiſſes humanam inuentutum miſeriam (perinde atq; apud iſtos, qui ciues faciunt quod lex iubet, in curiam coëunt, in nuptijs ac epulis publicis adſunt: qui arma ferunt, reliquaq; faciũt, quæ iſti tanquam peſſima proſcindũt: imò maiorẽ, cum ipſi flagitijs abominabilibus, ut eorum proprio uocabulo utar, adobruti ſint. nulli ſuum reddunt, uxores conſpurcant, parricidiũ non iudicãt, Magiſtratũ tollunt, obedientiã eliminant. Quid poſtea obſecro tutũ erit in rebus humanis? Sed ad propoſitũ redeo: Cum, inquã, ad defectionẽ ſuperiori Articulo cohortarentur, de induſtria reddebant omnia obſcure, his potiſſimũ quas adſignauimus cauſis. Nunc autem ut plani ſunt atq; dilucidi quum de ſuæ loquuntur Eccleſiæ paſtore? Hæreticæ igitur Eccleſiæ paſtori hac lege alimentum concedunt, quod Chriſtianæ Eccleſiæ Epiſcopo negant. V bi nunc ſunt iſtę uoces? Ipſi comedunt de menſa Iezabel, Ipſi deuorant domos uiduarum: quum eo tempore nullus ex nobis haberet ſupra ſeptuaginta aureos, omneſq; diceremus, multo ſatius eſſe ut ex his bonis quæ prius apud Eccleſias erant ſiue ex decimis ſiue redditibus colligerentur, uiueremus, quàm ut iſta neſcio quibus relinquẽtes denuo grauaremus Eccleſias noua uictus emẽdicatione. Sed gratiæ Deo, pulchre nimis hic Coryphæi ſeſe adperiũt. Iam uictum deſtinãt Epiſcopo Eccleſiæ ſuæ: unde quæſo accipient? Nónne plus ſatis degrauatos clamatis (& hoc fors iure facitis) innumeris contributionibus, uectigalibus, dationibus, atq; alijs exactionibus? Sed hoc ſuaue eſt, quod in deſtinatione alimenti addunt, Si quid huius paſtori deerit: quaſi uero omnes iſti Coryphæi non ſint perditiſſimi errones, qui aut animam cum deberent pedibus redemerunt: aut adeo ignaui ac deſides, ut manibus alimentũ parare noluerint. Quid ergo putas illis deeſſe? Partem alimenti? qui tam inertes ac pigri ſunt, ut cum alimentum omne ſuppeditauiſti, uix hanc operam ferre poſſunt ut uiuant: melancholici homines. bilis enim

Epiſcopo ab Eccleſia ſua alimentum deberi.

B eſt, non ſpiritus, quo ſe uenditant. An ignoramus ex bili naſci ac mala commixtione, ut frenetici mortem ſibi cõſciſcant? Et melãcholicos iſtos, qui ſua ipſorum impatientia laborant, non agnoſcimus: ſed ſpiritum mentientibus credimus? Scio omnia non ſponte ſua ferri, ſed Dei prouidẽtia gubernari atq; diſponi: ſed ſimul uideo, eius prouidentia ad probationem noſtram, quo ſcilicet adpareat an uere fideles ſimus nec ne, hæc monſtra immitti, tanquam liquidos in fontes apros. Quod deinde conſarcinarunt hanc ſuam conſtitutionem ex multis in ſcriptura locis, in unum centonem, non arbitror ad admonendum eſſe neceſſarium.

Catabaptiſtæ melancholici.

CATABAPTISTAE.

SExto. Conſenſimus aut cõſtituimus de gladio in hunc modum. Gladius eſt Dei ordinatio, extra perfectionẽ Chriſti, quo malus punitur & occiditur, bonus autem defenditur. In lege ordinatur gladius cõtra malos, ad uindictã & mortem. Et ad hunc uſum cõſtiutus eſt mundi Magiſtratus. Sed in perfectione Chriſti, utimur excõmunicatione tantum, ad cõmonefactionẽ & excluſionẽ eius qui peccauit, ad interitũ carnis, ſolummodo ad cõmonefactionẽ & cõmendationẽ ne amplius peccet. Hic quæritur à multis, qui non agnoſcũt Chriſti erga nos uoluntatem: An Chriſtianus poſſit aut debeat gladio uti contra malũ ad defenſionẽ boni, aut ex charitate. Reuelata eſt ergo nobis unanimiter reſponſio iſta: Chriſtus docet nos, ut à ſe ipſo diſcamus: ipſe enim mitis ſit & humili corde, & ſimus requiem inuenturi animabus noſtris. Dixit ergo Chriſtus mulieri in adulterio depræhenſæ, non quod lapidaretur iuxta legem: qui tamen dixerat, Quemadmodum mandauit mihi pater, ſic loquor: ſed loquebatur cum ea ex miſericordia & indulgentia, & admonitione ne ultra peccet: & ait, Vade noli amplius peccare. Iſtud nobis æque obſeruandum eſt iuxta regulam excommunicationis.

A ab eis,quàm temperantiã audiuimus aliquãdo ab auidiſſimo helluone doctã eſſe. Is cum quid edulij inferretur cuius ipſe eſſet cupientiſſimus,cõuiuas monebat ne raptim aut immodice haurirent, ſed ciuiliter contrectarent, diutine cõmanducarent,ac uoluptatẽ longa cõminutione caperent, quo ſibi liceret uberius ingurgitare. Sic cum iſtis nihil ſit truculentius(quæ enim ætas talem maledicentiã unquam uidit?) alios ad Chriſtum relegãt,ut manſuetudinem diſcãt)ipſi longiſſime ab eius exemplo recedunt. Adducunt deinde Chriſti exemplũ quod in adulteram edidit, quod ſcilicet non tradiderit eam ut lapidaretur, ſed miſericordiã impenderit ac dixerit,Vade & noli amplius peccare. Delicate quidem omnia iſta ſcribunt,quo facilius deprehendas,ſpiritus iſtos etiamnum adulteris eſſe propicios. Verum quid ignaui ac molles homunculi, non legiſtis Chriſtum pro diuerſitate occaſionum alia atq; alia edidiſſe exempla? Quoties legiſtis crudeliſſima? iſthic ergo diſcite diuinam iuſtitiam uindictamq; agnoſcere. Quoties contrà mitiſſima? iſthic agnoſcite miſericordiã. Tum deinde hoc diſcite, quod cuius aduentus ille prior nihil acerbum habuit,apud eundem quoq; eſſe ſummã iuſticiã. Cum autem iſto priore aduentu non ueniſſet ad iudicandũ aut damnandũ, ſed ad ſaluandũ: iam decorum huiuſce miſſionis ſeruauit. Niſi mihi oſtendatis,quod ſibi aliquãdo in hoc aduentu iudicis autoritatẽ ſumpſerit, nunquam mouebitis iſto exemplo, ut Chriſtiano uiro non liceat eſſe Magiſtratui. Illud autem non poteſtis. Cum enim uellet eum aliquando regem facere,fugit. Veruntamen cum ad dexteram patris perfuncta legatione cõſediſſet,uidete an non crudeles homicidas male perdiderit,& uineam ſuam alijs locauerit agricolis. Non eſt mirũ quod nobis tot ſectæ quotidie naſcũtur,ſed mirũ eſt non multo plures naſci, poſteaquã tam prudentes ſcripturarũ interpretes habemus, qui nondum diſcriminant inter Chriſti omnipotentiã,prouidentiam atq; diuinitatẽ,qua omnia perpetuo gubernat: & inter eam legationem
B qua hic functus eſt. Cum enim hoc uident quod pro ſtatu functionis huius fecit, iam & in leges eius impingũt. Hic enim non eſt iudicis officio functus: non enim ideo uenerat. Nemo ergo iudex eſto? minime: hoc enim eſt & diuinum et humanum ius confundere.

CATABAPTISTAE.

SEcundo,quęrũ de gladio: An ſcilicet Chriſtianus pronũciare,aut ſententiam dicere poſſit in cauſis ſecularibus,inter uim & uim,inter litẽ & litẽ,in quibus infideles diſſidẽt. Vbi iſtam reſpõſionẽ damus: Chriſtus noluit decidere inter fratres qui de hęreditate cõtendebant: ſed à ſe reiecit. perinde igiť nobis faciendũ eſt,

RESPONSIO.

IAm ſatis patẽre arbitror,cur Chriſtus hanc cauſam à ſe reiecerit. Non enim in hoc uenerat, ut regnum in hoc mundo ſibi compararet: ſed ut, qui Dominus omnium erat,ſeſe omnibus ſubijceret. Quod nos dicimus,ipſa uerba ſaluatoris teſtantur. inquit enim: Quis me conſtituit iudicem ac diuiſorem inter uos? En ut iudicis officium à ſe depellit. Chriſtus enim & ſi dominus erat omnium,attamen in diſpenſatione humanitatis nunquã ſe geſſit pro rege. Cum ergo negat ſe eſſe iudicem,negat hãc cauſam ad ſe pertinere. at interim oblata etiam occaſione, non diſſerit de non reddendo ius ſuum cuique: id quod fermè nunquam obmittit,ſi qua præbetur anſa de rebus neceſſarijs diſſerendi, ſemper à craſſis ad ſpiritalia tranſit. At hic huius nihil faciens palàm docet,aliquem eſſe iudicem ad quem iſti cauſam ſuam poſſent referre: ſe non eſſe eum, ergo ſe non pronunciaturum. ut hic iudicis officium potius uideamus confirmari,quàm aboleri, etiam inter pios. Quod apud Paulum admonemur, ut iniuriam potius feramus quàm cum fratre litigemus: non huc facit, quod non liceat Chriſtianum eſſe iudicem, ſed ne ſimus litium auidi. quemadmodum & Chriſtus periculo deterret à litibus,ſępenumero

Chriſtus cur Iudex eſſe noluerit.

C uſuueniſſe clam inſinuans, ut qui ſe ſperaret uictorem à tribunali rediturũ, in neruum coniectus ſit, donec dependeret uniuerſum debitum. Hoc autem ſupra modum Chriſtianũ eſt, cum ſic loquũtur. Inter lites in quibus infideles diſſident: per infideles omnes eos intelligentes, qui non ſunt de ſua hæretica eccleſia. Negãt iudicis officio fungi poſſe Chriſtianũ uirum in rebus externis, quod tamen diuina res eſt, ſi modo recte fungatur: cum ipſi interni hominis iudicium ſibi uendicent. omnes enim infideles uocant, qui & Deum uerum atq; unum Chriſtũ Ieſum ex integro corde colunt, ſi ſolum non ſequantur ipſorum errantem gregem: atq; hoc palàm. ſæpe enim numero iam duo aliqui ex eis bonos ac pios homines præterierũt, atq; alter ex eis de induſtria altero pauliſper abire permiſſo, cum noſtris aliquid fabulę miſcuit. Tum is qui pręierat reuerſus clamauit, Quid facis apud incredulos frater? Exi ab eis. Mites ſcilicet homines, qui quoties datur, iniuriã aliquã concinnãt, Vtri uero tibi uidenť ô Lector eſſe aut mitiores aut humiliores? Iſtne, qui nihil quàm uim atq; iniuriam cogitant: an ij, qui audaciã omnem ſuauitate ſuperant?

Infideles Catabaptiſtis qui dicantur.

Exite ab eis.

CATABAPTISTAE.

TErtio. Quæritur de gladio: An Chriſtianus officium aut Magiſtratus eſſe debeat, cum ad eum deſignatur. Ad quod ſic reſpondetur. Chriſtus rex futurus erat, ſed fugit, & non reſpexit ad ordinationem patris ſui: ſic & nos facere debemus, eum ſequi ſcilicet, & non ambulabimus in tenebris. Nam ipſe quoq; dicit: Qui me ſequi uult, abneget ſeipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Interdicit etiam à poteſtate gladij, & ſic denunciat. Reges gentium dominantur, uos autem non ſic. Vltra dicit Paulus: Quos Deus prænouit, hos quoq; prædeſtinauit, ut ſint cõformes imaginis filij ſui. Sed & Petrus dicit eum eſſe paſſum, non dominatum: nobiſq; exemplum reliquiſſe, ut eius ueſtigia ſequamur.

RESPONSIO.

D QVod Chriſtus ni fugiſſet rex futurus erat, ſuperius diſcuſſum eſt. Nõ enim uenerat ut coleretur aut miniſtraretur more tyrannorũ, ſed ut miniſtraret: non ut totum mundũ pro pelle ſua redimenda daret, ſicut uos Catabaptiſtæ, fratres omnes ubi periculum immineť prodẽtes, facitis: ſed ut animã ſuam daret pro uniuerſa multitudine. Ad hoc inquã uenerat. neq; unquã uetuit, quo minus uir Chriſtianus & imperio dignus rex etiam fiat. Quod ait: Qui me ſequi uult, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me: ſic non eſt in hũc ſenſum ab eo dictũ, quaſi nemo poſſit eſſe officium, propterea quod ipſe non fuerit: ut reges etiã multi ſeipſos contempſerint ac dominũ ſecuti ſint, ſeruata in finem regia autoritate. Quod ſi Saul feciſſet, non reddidiſſet Gelboë montes caſu ſuo illuſtres. Reges gentium dominantur eis, uos autem non ſic: eodem modo non eſt ad interdicendum à Magiſtratu dictum. Conſideranda enim nobis eſt occaſio, per quam ſit in hanc ſententiam ductus. Contenderant de primatu Apoſtoli: Apoſtolis ergo dictum eſſe agnoſcamus. Vt enim ipſe uenerat non ad regnandum, ſed ad redimendũ: ſic & diſcipulos mittit. Sicut pater, inquiẽs, me miſit, eodem uos modo mitto: ad prædicandũ ſcilicet, non ad imperãdũ. Vices ergo Chriſti cum geſſerint Apoſtoli, debuerunt à regnando ad exemplar archetypi ſui Chriſti cohibere adfectus. His ergo imperatur, ne imperẽt. imò priuato cuiq; ne ſeſe efferat. Id ipſorum Apoſtolorum teſtimonijs comprobabimus. Petrus iubet, ut ſerui pareãt dominis ſuis: non tantum bonis & humanis, uerumetiam peruerſis. En uobis, ut bonis & humanis peruerſos opponať. Eos ergo intelligit bonos, qui fideles erant: peruerſos autem, non duros & immites, ſed à fide alienos. Erant ergo fideles domini. Cornelium item Centurionem baptizauit idem Petrus. Dynaſta Candaces Aethiopum à Philippo baptizatus eſt. Quod ſi iuxta ueſtram ſententiam Chriſtianus

Vos autẽ non ſic, Apoſtolis dictum.

Digitized by Google

A ſtianus Magiſtratū gerere non poteſt,& pœnitentia cum fidei confeſſione requiruntur antequā quis baptizet:inique fecerunt Petrus & Philippus,quod eos baptizarunt antequā ſeſe abdicarent Magiſtratu atq; officio:aut in gentili Magiſtratu conſtitutus,baptizari etiam poteſt,ac intra Eccleſiam recipi.Apud Paulum habemus Quæſtorem Chriſtianum,& fideles dominos.Epheſijs enim ſcribens,ſeruis ait qui fideles habent dominos.Et ad Coloſſenſium potentes ſcribit,ut domini cum ſint,ſeruis tamen quæ ſit æquū præſtent.Sergiū Paulum prætereo.Iam neq; Petrus,neq; Paulus cum ad Magiſtratus atq; dominos ſcribunt, à dominando dehortantur. At cum ad Epiſcopos ſcribunt, quoties quæſo obmittunt, ne in ſorte, hoc eſt,hæreditate domini regnum ambiant;ne fratres circūueniant,ne laqueum inijciant,ne uiolenti ſint,atq; ſimilia:Patet ergo,iſtud Chriſti uerbum, Vos autem non ſic,etiam Apoſtolos ipſos non aliò,quàm in ſe tortum eſſe intellexiſſe.Quod de conformitate imaginis filij Dei ex Paulo citant,æque regibus atq; mendicis eſt accommodum,imò conformiores redduntur imagini filij Dei,cum in ſummitate poſiti,ad ima ſeſe demittunt,ſicut Dei filius fecit:quàm nos qui humi repimus.Petrus,inquiunt,tradit eum eſſe paſſum,non dominatū.Id fecit ad quod miſſus erat, ut iam ſexcenties dictum eſt.

CATABAPTISTAE.

POſtremo.Diſcitur quod Chriſtianū non licet Magiſtratū eſſe,ex his quæ ſequuntur:Magiſtratus officiū eſt ſecundū carnem,Chriſtianus autem eſt ſecundū ſpiritū.Domus illorū atq; habitatio corporalis eſt in hoc mundo,Chriſtianorū aūt omniū in cœlo eſt. Ciuitas illorū in hoc mundo eſt, Chriſtianorū in cœlo.Arma illorum carnalia ſunt & contra carnem: Chriſtianorū ſpiritualia,contra munitiones diaboli.Mundani Magiſtratus armantur ęre ac ferro:Chriſtiani uero armis Dei induti ſunt, ueritate,iuſtitia,pace,fide, ſalute,ac uerbo Dei. In ſumma:
B Quemadmodū caput noſtrum erga nos animatū eſt,ſic per omnia debent membra corporis per eum animata eſſe,ne diſſidiū in corpore ſit ullum quo perdi poſſit.Omne enim regnum cōtra ſe diuiſum perit. Cum ergo Chriſtus talis eſt, ut de eo ſcribitur: neceſſario debent membra quoque talia eſſe,ut corpus maneat cum integrum,tum unum,ad ſui conſeruationem & ædificationem.

RESPONSIO.

O Stupidi ſeductores:quibus enim uerbis iuſtius ipſos alloquar? Magiſtratus officium eſt ſecundum carnem,inquiunt.dicerent ſaltem,poteſtas illorum uerſatur circa carnalia aut externa.Hęccine enim ſecundū carnem ſunt,quæ Exod.18.ſcribunt? Prouide tibi ex omni plębe uiros ſapiētes,& timentes Deum, in quibus ſit ueritas,et qui oderint auaritiam.Oportet ergo iudicem ſupra omnes recte animatum eſſe & conſtantem, ut in gratiam nihil,nihil ex odio pronunciet: nihil metu,per uiolētiam nihil.Id autem quis melius præſtabit,quàm qui eſt piiſſimus? Quod autem in eos animaduertit, qui ſecundum carnis impetum faciunt quicquid lubet: iam iſto non eſt minus ſpiritualis, quàm qui ſibijpſis maxime uidentur. Vſuenit ut pater in filium animaduertere cogatur, quod Saulo, Bruto, Manlio, alijs contigit, qua igitur re putabimus iudicem in hoc Articulo maxime opus habere?Conſtantia nimirum.At caro eam non ſuppeditat,ſed aut gloriæ cupiditas atq; cōtentio(& iam non eſt conſtantia,ſed peruicacia,qualis eſt ueſtra liuida contumacia:) aut iuſtitiæ amor,quià ſolo Deo eſſe poteſt.Magis ergo ſpiritualis eſt huiuſmodi iudex, quàm omnes molliculi iſti qui nobis neſcio quā muliebrem manſuetudinem prædicant, præſertim cum tantū ſit inter mortales malorum. Plus quoque prodeſt huiuſmodi iudex ad gloriam Dei, pacemq; publicam ampliandam, quàm tota Catabaptiſtarum hæreſis, etiamſi in mille myriades excreſceret. Iudicem ergo uel Magiſtratum cum primis oportet eſſe Chriſtia-

Iudex qualis eſſe debeat.

C num ac diuinum hominem. Vnde & Deus ipſe dignatur eos ſuo nomine Elohim adpellare, quod Deo quàm ſimillimos eſſe oporteat, iuſtitiæ, æquitatis, conſtantiæcꝫ antiſtites. Domus eorum, iudicium ſcilicet atcꝫ habitatio (inquiunt) corporalis eſt in hoc mundo: Chriſtianorum in cœlo eſt. Quaſi iſta nobis de cœlo detonent. Vbi quæſo eſtis cum iſta dicitis? in mundo arbitror. Ergo & uos eſtis in hoc mundo. Si ergo Chriſtianus non poteſt eſſe Magiſtratus, ideo quòd habitatio eius eſt in hoc mundo: iam uos non eſtis Chriſtiani, in mundo enim eſtis. Quo modo autem Chriſtianorum habitatio eſt in cœlo? dum hic degunt contemplatione, dum hinc migrant poſſeſſione aut fruitione nimirum. Iudex ergo cum nunquam non uerſatur in Dei contemplatione, cum omni momento & de populi ſubditi ſalute, & de iure cuicꝫ reddendo cogitet: crebrius in cœlo uerſatur contemplatione, quàm omnes Catabaptiſtæ. qui ſi Deum timerent, nūquā tam ſtulta & audacia inirent conſilia. Aſcenderetcꝫ tandem Dei timens iudex poſt hanc uitam, ad eum cuius nomē ac uices hic geſſit: cum ſeductores iſti omnes in profundū erunt merſi, in ſuo Cacobaptiſmo. Hic interim ô Iudices atcꝫ Magiſtratus officij ueſtri eſtote memores, aliūde enim horror ueſtri nō naſcitur, quàm quod adeo rari ſunt inter uos, qui ius ſuum cuicꝫ reddant: præſertim hac tempeſtate, qua ui & crudelitate omnia redūdant, ſed iſtud inſtituti huius non eſt nunc proſequi. Ad hūc modum reſpondemus ad iſta magnifica. Ciuitas illorum in hoc mundo eſt, Chriſtianorū in cœlo. Nam & Catabaptiſtæ nullam adhuc habent hic ciuitatem, nullam eccleſiam in qua uerſari poſſint atcꝫ uigilare, quemadmodū epiſcopum decet atcꝫ paſtorem: ſed luporum inſtar, qui in ſyluis inſidiantur, rapiunt & fugiunt incendunt ac deſerunt. Arma illorum carnalia ſunt, inquiunt, & contra carnem: Chriſtianorum ſpiritualia, contra munitiones diaboli. Hic iſtis monitore nobis non eſ

D ſet opus: uidemus enim planè ipſis non eſſe bella contra carnem, cum ei per omnia obſequantur. Mundani ergo Magiſtratus, inquiunt, armantur ære atcꝫ ferro: Catabaptiſtæ hypocriſi & maledicentia, mendacijs, iniuria, diſſidio, perfidia, pernicie, & uerbo diaboli: ut per omnia ſuas illis dotes obprobrem, pro his quas ſibi tribuunt. Debemus per omnia Chriſto adſimulari: quis hoc negat? ſed num quid obſtat quo pius iudex minus poſſit per Dei bonitatem & gratiam Chriſto ſimilis fieri, quàm Catabaptiſta? Imo ut diximus magis poteſt, quanto illi ſimilior fit in alto exiſtendo & humilia cogitando, quum Catabaptiſta pro ſua proteruia ſumma præſumat. Necꝫ diuiditur regnum Chriſti, cum Chriſtianus Magiſtratum gerit: ſed inſtauratur, atcꝫ iungitur. Quod uel uno exemplo & toties in ſacris literis iterato, ubi ſeruorum cohortes leguntur dominorum fidem eſſe amplexæ, & hac noſtra tempeſtate à tam multis urbibus edito, patet: Quæ ut primū Euangelij guſtum ceperūt, populo ſibi à Domino credito non aliter quàm fidelis Iehoſaphat legem olim cum ſacerdotibus atcꝫ leuitis, cohortibus aliquot munitam per omne regnum ſuum exponi iubebat, eius copiam fecerunt, publicis mandatis & Euangelio & miniſtris eius oſtium adperientes: lupis autem & pſeudapoſtolis, ſiue de Pontificis aula, ſiue Catabaptiſtarū cubilibus & antris prodijſſent, uiam præcludentes. Quo facto, Deo gloria, mirabile incrementum Euangelij protinus eſt uiſum. Sed ut diximus, inter Chriſtianos hæc peruerſa dogmata, de non gerendo Magiſtratu, & non præſtando iureiurando, muſſitant: ut ſi fieri poſſit, errores ſuos impune ac intrepide diſſeminare liceat.

Magiſtratuum ac iudicum dignitas.

Chriſtianorū habitatio quo modo in cœlo.

Ad Iudices & Magiſtratus Apoſtrophe.

Catabaptiſtarum arma.

De iureiurādo Catabaptiſtarum articuli.

CATABAPTISTAE.

SEptimo. Conſenſimus & conſtituimus de iureiurando in hunc modum. Iuſiurandum confirmatio eſt inter eos, qui litigant aut promittunt. Et in lege

1 præceptū eſt, ut fiat per nomen Dei ſolius, uere, non fallaciter. Chriſtus autem

2 qui legis perfectionem docet, uetat omnem iurationem ſuis, ne uel recte uel falſo iu-

A ſo iurēt, neq; per cœlum, neq; per terram, neq; per Hieroſolyma, neq; per noſipſos.
Et hoc iſta ex cauſa quam ſubdit: Quia non poteſtis, inquiens, pilum album aut 3
nigrum facere. Attendite: ideo omnis iuratio prohibita eſt, quia nihil eorum præ-
ſtare poſſumus quæ iurādo promittimus, cum minimum quod nobis adeſt mu-
tare non poſſumus. Sunt aūt quidā, qui ſimplicibus pręceptis Dei non credūt, ſed
dicūt: Cum Deus ipſi Abrahæ iurauerit per ſeipſum, qui Deus erat, cum ſcilicet ei 4
promitteret quod bene ei uellet, & Deus eius eſſe, dūmodo præcepta eius ſerua-
ret: cur non ipſe quoq; iurarem, cum quid cui promiſero? Reſpondemus: Audi
quid ſcriptura dicat. Cum Deus uellet hæredibus ſupra modum præſtare promiſ
ſum, ut conſilium ſuum non uacillaret, iuſiurandum interpoſuit, ut ſpem habea-
mus. Sententiam huius ſcripturæ ſic accipe. Deus poteſtatem habet faciendi ius,
quod tibi prohibet: ipſi enim omnia ſunt poſſibilia. Deus præſtitit iuſiurandum
Abrahæ, inquit ſcriptura, ut oſtenderet quod cōſilium eius non uacillat: hoc eſt,
quod poteſtati ſuæ nemo poteſt reſiſtere: ideo neceſſe fuit ut iuſiurandū ſeruaret.
Nos autem non poſſumus, ut ſuperius ex Chriſti uerbo oſtenſum eſt, iuſiurādum
ſeruare, aut quod iurauimus præſtare: ideo non debemus iurare. Iterum ſunt qui
dicāt: In nouo Teſtamento non eſſe uetitum, ne per Deum iuremus, ſed in ueteri:
Hic autem uetitum, ne per cœlum terram aut Hieroſolyma iuretur. Ad quod re-
ſpondemus. Audi ſcripturam: Qui iurat per templum aut cœlum, per ſolium Dei 5
iurat, perq; eum qui in eo ſedet. Vides ut iurare per cœlum prohibitū eſt, quia ſo-
lium Dei eſt: quanto grauius eſt per Deum ipſum iurare? O ſtulti & cæci, utrum
maius eſt ſolium, aut qui in eo ſedet? Adhuc tamen ſunt qui dicere audent: Si ne-
phas eſt iurare, etiam cum dominicū nomen ad ueritatem aſciſcitur: peccauerunt
Petrus & Paulus Apoſtoli, ipſi enim iurarunt. Quibus ſic reſpondemus: Petrus 6
B & Paulus id modo teſtantur, quod à Deo ipſi Abrahæ per iuſiurandū promiſſum
erat: ipſi autem nihil promittunt, quemadmodū exempla dilucide continent. Te-
ſtari autē & iurare diſtant. Cum enim iuratur, promittuntur res futuræ. Seni Abra
hæ Chriſtus promiſſus eſt, quem nos longo poſt tempore accepimus. Cum autē
teſtatur quis, iam teſtatur ſuper re præſenti, num uera bonaq; ſit, nec ne. Quemad
modum Simeon ad Mariam de Chriſto dicebat atq; teſtabatur: Ecce hic ponitur
in ruinam & in reſurrectionem multorum in Iſraël & in ſignum cui contradici-
tur. Ad hunc modū docuit nos Chriſtus, cum diceret: Sermo ueſter ſit etiā etiam,
non non, quod enim ſuper hæc additur à malo eſt. Sic monet Chriſtus: Sermo ue
ſter debet eſſe, Non nō: ne ſic uelimus eum accipere, quaſi admiſerit iurationem.
Chriſtus ſimpliciter eſt etiam & non. Et omnes qui eum ſimpliciter quærunt, inue
nient eum: Amen.

RESPONSIO.

HActenus de iureiurādo quæ cōſtituiſtis, diſſeruiſtis. Volumus ergo pro nu-
merorum ſignis, ne ueſtra ſemper cogamur repetere, reſponſionem cuique
adſignare errori. Quis quæſo hāc definitionem iuriſiurādi uobis indicauit? Vſum 1
quidem nonnihil attigiſtis; ſed quod eſſentiale in ſacramento eſt, aut ignoratis, aut
per maliciam tacetis. ſolum enim dicitis, quò iureiurando utamur: ſed quid ſit, aut
quomodo fiat, tacetis. nam ſi id candide traderetis, non magnum horrorem ad-
ferret hominibus iuſiurandum: ſed non faceret ad conſilium ueſtrum, quo &
Magiſtratum ipſum, & eum neruum quo conſiſtit, pergitis diſſoluere. Iuſiuran-
dum aūt tolle, iam omnem ordinem ſoluiſti. Vocabit Conſul ſenatorem, non pa
rebit. Dices Lictori præcipiat ut eum uinciat: quomodo parebit Lictor? Videt
Conſul Catabaptiſtam in hoc eſſe, ut plebem ad perduellionem trahat: curare uo
let, ne quid mali reſpublica patiatur, interdicit ne in occulto doceat (palàm enim

C docentem reuicerunt qui ab Euangelio ſyncerius intellecto ſtant:) Hic iterum
uetat, quo minus doceat ſiue publice ſiue priuatim. Catabaptiſtam omne im-
perium contemnentem præhendi iubet, non patet Lictor, quis præhendet? Con-
ſul ipſe? At Catabaptiſta robuſtior eſt. Vides optime Lector, ut omnis ordo nobis
perit, cum iuſiurandũ ereptum erit. Quod ſi diuinæ literæ hoc uellent, nihil mora
rer. is enim cuius prouidentia cuncta gubernantur, domui Iſraël nunquam defu-
turus eſt: ſed non uult hanc confuſionem. Da enim, iuxta Catabaptiſtarum conſi-
lium in aliqua ciuitate iuſiurandum ac ſubinde Magiſtratũ tolli, & de eorum ſen-
tentia geri omnia: dij boni quæ confuſio rerumq́ omnium mixtio? nemo enim
æque deſtitutus eſt omni conſilio, ſi quid inciderit, quàm hoc hominũ genus. cla-
moribus mederi rebus omnibus uolunt: ei medico, aut potius ſimulacro medici,
qui unico pharmaco morbis omnibus occurrebat, ſimillimi. Sed ut ad rem acce-

Iuſiurandum quid.

damus. Eſt iuſiurandum, Dei conteſtatio, ad aliquid decidendũ aut præſtandum.
Hęc definitio non eſt noſtra, ſed huius per quem iuramus. Exodi enim uiceſimo
ſecundo ſic præcipit: Si quis dederit proximo ſuo aſinũ, aut bouem, aut pecudem,
aut quamuis beluam ad cuſtodiendum, & ea moritur, aut perditur, aut à prædoni-
bus nemine uidente rapitur: iam iuſiurandũ Domini erit inter ambos iſtos, quod
is ad quem depoſita eſt belua non miſerit manũ ſuam in rem proximi ſui. Et iuſiu-
randum iſtud accipiet dominus beluæ, neq; is ad quem depoſita erat quicquã re-
ſtituet. Hic uidetis iuſiurandũ, Dei eſſe conteſtationẽ. dicit enim, Iuſiurandũ Do-
mini aut Dei. Eſt enim יהוה Hæc autem conteſtatio nihil aliud eſt, quàm ſui-
ipſius ad ultima ſupplicia diuinæ uindictæ, ſi fallat deuotio. Cum enim aduocat te-
ſtem, cuius ſolius ſe cultorem confitetur, quiq́ falli minime poſſit, etiamſi homo
D poſſit: per eius, cuius & cultor ſit unice, quiq́ ſolus nouit corda noſtra, amiſſionẽ,
teſtatur ſeſe non fallere, neq; falſurũ eſſe. Hęc ergo Exodi autoritas, ad deciſoriam
partem adtinet iuriſiurãdi. Habemus & in Geneſi uiceſimo primo, uerba Abime
lech ad Abraham ad hunc modum: Iura ergo per Deum ne noceas mihi, & poſte
ris meis ſtirpiq́ meæ, & reliqua. Ac poſtea dicit Abraham: Iúrabo. & paulo poſt:
Ibi iurauit uterq;, &c. Hic iterum habemus conteſtationẽ Dei ad aliquid præſtan-
dum. Iurat enim Abraham, ſe non nociturũ eſſe, quod & præſtitit. Hoc inquã eſt
iuſiurandũ, ſi definias. Catabaptiſtæ ſolum deciſionem uocãt, & Dei conteſtatio-
nem obmittũt: ne ſimplices ſic apud ſe reputarent, Qui fit, ut non ſit deus in teſtẽ
aduocandus ubi proximi ſalus periclitatur? Diuina ergo res eſt iuſiurandũ: ſacra

Iuſiurandum diuina res.

enim ancora eſt, ad quam confugitur quum humana ſapientia ultrà progredi non
poteſt. quis enim nouit quid ſit in homine, niſi ſolus Deus? Hinc ergo prodit,
qui falſo per illum peierat. creditur enim per fidem & religionem quàm in Deum
habet uel dixiſſe uel ſeruaturus eſſe, ille uero per illum fallit. In uſum ergo proxi-
mi iuſiurandũ à Domino præceptũ eſt. Cum autem omnis lex & prophetæ de his
duobus præceptis pendeant: Diliges Dominũ Deum tuum ex toto corde tuo, &
in tota anima tua, & ex omni mente tua, & Diliges proximũ tuum ſicut teipſum:
& ipſum iuſiurandum Dei, quem unice diligas & obſerues, conteſtatio eſt, inq́
proximi cõmodum datur: quis audebit præter omnem ſcripturæ autoritatem iuſ-
iurandum de populo Dei tollere? Iureiurando Deus offendi non poteſt. uocatur
enim teſtis, ut ſi nobis minime credatur, at ideo credatur, quod propter quãcunq;

Iureiurando neq; Deum neque hominem offendi.

rem non ſimus illum prodituri: Laudabuntur enim omnes qui iurant in eo. Pro-
ximus quoq; nõ offenditur: in eius enim uſum datur iuſiurandũ, ut aut cognoſcat
uerum eſſe quod prius ignorabat, aut certus ſit ſibi à proximo uel non irrogatum
iri quod depræcatur, aut fieri quod optat. Tam abeſt igitur ut pius non poſſit iuſ-
iurandum dare, ut impius futurus ſit qui neget dum res poſtulat hoc teſte digna.

Omnis

A Omnis autem erroris occaſio hinc ſerpit, quod Chriſti ſententiam Math. 5.
non uident: imò ipſa rerum uocabula ignorant. Ea enim uox Germanica, cui pu-
tant Græcam ἐπιορκεῖν, Latinam autem iurare, *ſchweren*, eſſe similē: aliam ſignifi-
cationem habet atq; ipſi cōſiderent. Cum enim Germanice dicimus, *Der ſchwert*,
hoc eſt, hic iurat: incertum eſt an iuſiurandum rogetur, an deieret: ita patet ſignifi- *Schweren*
catio illius uerbi, ut ad utrūq; ſit æque proprium. Latinus iurandi uerbo in bonam *Iurare.*
partem ſemper utitur, hoc eſt, pro ſacramento rogandi. Sed deierandi uerbo utun *Deierare*
tur pro ea iuratione, quæ uel uerò uel falſò fit, extra ſacramenti rogationem: quod
Germanice noua uoce poſſemus *züſchweren* uocare. ad quam ſignificationē ety- *züſchweren.*
mon Græci uerbi probe quadrat, ἐπιορκεῖν. Habent itaq; Latini tres uoces, iurare,
deierare, & peierare: prima ſignificat ſacramento rogare, ſecūda temere ad quam- ἐπιορκεῖν.
uis rem ſiue uerò ſiue falſò adiurare, tertia falſò iurare. Vult ergo Chriſtus Matth.
quinto, non uetare quo minus iuremus, ſed ne unquam deieremus. Hoc dum iſti
non uident, aut uidere nolūt (ſæpe enim eis expoſuimus) uolentes ac uidentes la-
buntur. Quod autem hic ſit uerborum Chriſti ſenſus, uolumus uerba ipſa expen
dere. Inquit ergo: Audiſtis quia dictum ſit priſcis, ne ἐπιορκήσεις, id eſt, deieres:
ubi noſtra interpretatio habet, Non periurabis, non adeo peſſime. Peierādi enim
uerbum ut nunquam in bonam partem accipitur, ſic non ſemper accipitur pro *Peierare, periurium facere,*
iuſiurandum uiolare, tranſgredi, aut ſimulate præſtare: ſed nōnunquam pro deie- *& falſo deierare.*
rare, cum deierare in malam partem accipitur. accipitur enim nonnunquā in bo-
nam quoq; deierare, ut aliquādo obſeruauimus. Cum ergo ſic habent uerba Chri *Deierare.*
ſti, Non periurabis, dictum eſſe priſcis; nuſquam inuenies apud Hebræos hoc per
iurij interdictum, ſed neq; apud Græcos. At ſic inuenis Exodi 20. Non ſumes
nomē Domini Dei tui temere: ubi noſter interpres dixit, in uanū. Secūdo inuenis
B Leuitici 19. Non iurabitis in nomine meo ad mendacium: ubi Græcus ſic eſt in-
terpretatus, οὐκ ὀμεῖσθε τῷ ὀνόματί μου ἐπ' ἀδίκῳ, id eſt, non iurabitis nomine meo ad
iniquum aut falſum. Vbi Latinus ſic eſt interpretatus, Non periurabis in nomine
meo. Vides ut hic D. Hieronymus eleganter eſt periurandi uerbo uſus, pro fal-
ſo deierādi, non pro iuſiurandum non uiolandi. Fuit ergo priſcis interdictum, ne
temere nomen Dei adſumērent: hoc eſt, quemadmodum Leuitici dicto loco ex-
ponitur, ne ad mendacium deierarent. Nata eſt enim eis ex hoc intellectu hæc opi
nio, quod ſi nomen Dei adſumeretur ad uerum, nihil officeret, etiam in familiari
ac quotidiano ſermone: ſed ad rem leuem, uanam, falſam, fictam, aut ementitam,
non liceret adiurare uel deierare. Hanc itaq; opinionem hic reuellit Chriſtus, pu-
ta, quod neque ad uerum, neque falſum in familiari ſermone deierare debeant:
ſed ſic omnia uere tum loqui tum agere, ut ſi quis dicat ναὶ, hoc eſt, etiam, iam
proximus ſic ſit de eo perſuaſus, ut ſciat uerum eſſe quod alius dixit: ſi dicat,
Non, contrà ſciat non eſſe. Atque de iureiurando hic prorſus nulla fit mentio.
Sic enim habet: Audiſtis quia dictum eſt priſcis, Non peierabis. Vbi hoc dictum
eſt? Ibi ſcilicet, ubi non agitur de periurio, ſed de deierādo ſiue deiurio. Ibi permit-
tebatur, ut ad rem ueram nomen Dei tui deierando adſumeres. Sequitur: Sed red
des Domino iuramēta tua. Quorſum hoc attinet? Si de iureiurādo loquitur nunc,
ubi ergo prior locus, Non periurabis, habetur in hunc ſenſum, Non falles iuſiu-
randum? Conſtit ergo, ut de eis deierationibus loquatur, quibus ſeſe quisq; teme-
re recipit aliquid facturum. quaſi dicat per parentheſim, Sunt enim Domino red
denda quæ iuraueris, recte ſcilicet aut iure: ut hoc pācto à deierando uel adiuran-
do deterreat, quaſi periculum ſit Dominū imputaturum, etiam ſi temere recipias.
Sequitur: Ego autem dico uobis, Ne iuretis omnino. Ecce de qua iuratione lo-
quitur. De ea nimirum quæ priſcis erat per legem permiſſa, cum liceret ad rem

C ueram atq; dignam deierare per nomen Dei, quod ſcilicet neq; ad rem ueram &
quantũuis magnã debeamus noſtra, hoc eſt priuata autoritate, adiurare, deierare,
aut polliceri. Vbi iterũ nulla fit iuriſiurãdi quod publica autoritate rogamur men-
tio. Quam ſententiam quæ ſequuntur firmiorem faciunt, cum ait: Neq; per cœ-
lum, nam thronus Dei eſt: neque per terram, eſt enim ſcabellum pedum eius: neq;
per Hieroſolyma, ciuitas enim ſummi regis eſt; ſed neq; per caput tuum iurabis,
nam non potes unicũ pilum album aut nigrum reddere. Per hæc exempla fit ma-
nifeſtum, quod nullam iuriſiurãdi mentionem hic facit Chriſtus. Quis enim He-
bræorum unquam per cœlum, terrã, Hieroſolyma, aut caput ſuum iurauit? Con-
trà uero quis non deierat per iſta? Alius pollicetur munus per crucem Dei, alius
per cœlum & terram deierat. Hæc ergo uetat Chriſtus. Ad idem facit ipſe totius
ſermonis colophon. Sit autem ſermo ueſter talis, ut ſi dicatis Etiam, Etiam ſit: ſi di
catis Non eſt, non ſit. Ecce uobis ſermonem, non ergo locutus eſt de iureiurãdo.
nihil eñ attulit aut de foro aut tribunali aut Magiſtratu, ſed de ſermone quotidia
no, quo inter nos familiariter utimur. Videbor forſan alicui nimis lãguide ſenten-
tiam hanc tueri, ſed is ubi toties atq; nos quæ Exodi 20. & Leuitici 19. ſcribuntur,
expendet, cum apud Hebræos, tum apud Græcos & Latinos, nobiſcum ſcio ſen
tiet. Vide nunc, cum Catabaptiſtę geminum huius loci ſenſum non expenderint,
ſed perperam intellectũ ſui erroris fundamentũ fecerint, an dici ſatis in illos poſſit.

3 Neq; ea iuſta cauſa eſt, cur non debeamus iureiurãdo rogari, quod nihil poſſi-
mus, ne pilũ quidẽ mutare. ſi enim iſta legitima eſſet cauſa, iam ne ipſum Etiã ue-
re poterimus proximo reſpondere. Dixi multis qui me interrogabant, an eſſem in
Catabaptiſtas exercitum educturus? Etiam. at cum nullo momẽto ſecurus ſim ab
D eo, qui æquo pede omniũ fores pulſat, num recte dixi Etiam? Recte dixi: at incer-
tus eram quod uiuerem, nedum quod ſcriberẽ: nemo propterea mendacij arguet.
Dicit frater fratri, ſe craſtino adfore, etiam eſt. Non uenit, febre occupatus: non ar-
guitur mendacij, neq; ei quicquam imputatur. neceſſitas enim Deus excuſat. Sic
etiam cum ad rogationem à Magiſtratu uocatus, iureiurãdo reſpondet: non ſic re-
ſpondet, ut Dei ſummi poteſtas non iure quoq; poſſit excipere. Cum autem iura-
ret Abraham ipſi Abimelech, non'ne iurabat ſe aliquid præſtiturum? Cur ergo fe-
cit, cum Catabaptiſtę negent eum quicquam poſſe: imò contendant, Chriſtum id
uoluiſſe: ſub lege (inquiunt) licebat iuſiurandum præſtare. At Abraham ante qua
dringentos triginta annos hoc ſacramẽto reſpõdit, & non fuit ſub lege, ſed ſub fi-
de. Apoſtolus enim patrem noſtrũ eum facit propter fidem. Patet ergo, Chriſtum
contra inſaniam iſtam agere, quą plerique adeo friuole iurant proprio motu & ſua
autoritate, uel quæq; pollicentes, uel quæ fugere nequeũt abiurantes: tum deniq;
ad quæuis nõ iam cœli terręq; nomina, ſed Dei quoq; uiui, aduocãt, non ſine con-
tumelia Dei, & ſua pernicie. Cum exemplum iſtud, quod Deus ipſi Abrahæ iu-
4 rauit, infirmare moliuntur quicquam ſe ipſos infirmant. Quoties enim in ſuperio
ribus dixerunt, quæ Chriſtum feciſſe uideamus, iure facturos eſſe? Sed iungunt
hic, Deo eſſe poſſibile, ut id præſtat quod promittat nobis non tantundem. An
non idem ſentiendum eſt de Chriſto? Dicam igitur, Chriſtus potuit diligere ini-
micos ſuos, ego non poſſum, ergo non debeo diligere. Vides optime Lector
quod & ſi multa nouent ac tentent, nulla tamen in re non depræhendi, quod er-
rorum ſuorum fundamenta ex aliqua inſigni aut arrogãtia aut malicia, aut ſaltem
ignoratione produxerint. Quomodo hic deprędendi? Ex ſuaſorijs enim eſt, quia,
non poteſtis pilum unicũ mutare: & illi eò trahunt, quaſi Chriſtus hoc uerbo uo-
5 luerit ſacramentũ iuriſiurandi tollere. Colligunt per locũ à minore: Si per ſolium
iurare non licet, quãto minus per Deum ipſum qui in ſolio ſedet? Sed non inepte

colligunt

A colligunt, ſi de periurio aut deiurio loquuntur. ſi enim Deus uetat quo minus de-
ieremus per ſolium ſuum, eo quod ſuum ſit, quanto minus debemus per ipſum
deierare? ſed ſi de ſacramẽto loquantur, iam non recte colligitur, Si per ſolium Dei
non eſt ſacramentum præſtandum, ergo per Deum ipſum non eſt pręſtandum.
Per omnem enim creaturam non redditur iuſiurandum legitime atq; ut oportet,
ſed per Deum. Iuſiurãdum ſpecies religionis eſt: qui enim ſacramentum præſtat,
ad ſummã religionis ſeſe religat. in religione ſummũ eſt adoratio. ſicut ergo ine-
pte colligitur, Solium non eſt adorãdum, ergo Deus non eſt adorandus ita nihilo
minus ineptum eſt, Per ſolium non fit iuſiurãdum, ergo neq; per eum qui ſolium
inſidet fieri debet. Cum de Petri & Pauli teſtimonijs loquuntur, neſciunt quid 6
ganniant. Nondum enim didicerunt, teſtandi uerbum Hebræis in elegantiſſimo *Teſtandi uerbum apud Hebreos.*
eſſe uſu, nempe pro intrepide & conſtanter prædicandi uerbo. Quod autem teſti
moniũ dicere liceat, 1. Timoth. 5. patet: Aduerſus presbyterũ accuſationẽ ne acci-
pias, niſi ſub duobus aut tribus teſtibus. Hic quęro primũ, an de Chriſtianis teſti-
bus loquatur Apoſtolus, an infidelibus? Si de infidelibus, ergo periclitabitũ omni
momẽto Epiſcopus, & cum eo Eccleſia. quãto enim quiſq; eſt ſanctiſſimus & in-
nocẽtiſſimus, tanto infeſtius imminẽt perfidi: uidebiturq; Paulus male cõſuluiſſe
tum Eccleſiæ, tum Epiſcopo, cum teſtãdi copiã incredulis fecit. Si aũt loquitur de
teſtibus qui intra Eccleſiã ſunt, ergo licet Chriſtiano teſtimoniũ dicere. Quæro igi
tur ſecũdo, an qui teſtimoniũ dicerẽt, iuratos intelligat, an iniuratos? Si iniuratos,
iterũ periclitabitur Epiſcopus: ſunt enim multi falſi fratres, ſunt multi qui quãto
diligentius aduigilat Epiſcopus, tanto infenſius ad eius depoſitionẽ penetrant. Et
in ſumma, ſic eſt in rebus humanis, ut paucis credere iniuratis poſſis: quod apud
Rom. Catoni ſoli uſuueniſſe aiunt, ut ſcilicet iniurato crederet. Imò non eſt uериſi-
B mile, ut intra Eccleſiã teſtes unquã iniurati accepti ſint. nam pro ea prudẽtia & ſpi
ritu quo tum pollebãt, facile uidebãt, ut ſi iniurati cõſueſſent dicere contra Epiſco-
pum, quotidie uanæ accuſationes ac motus contra Epiſcopũ excitarentur. Id ſi te-
ſtimoniũ paulo diligentius expendiſſetis, ô Merſores non tantum corporum, ſed
animarũ quoq; non docuiſſetis, iuſiurãdum non eſſe præſtandum. Sed quid bo-
ni de uobis ſpero? cum omnia quæ adſeritis, uolentes & uidentes contra ſcriptu-
ram adſeratis? Cum iuratur, inquiunt, promittuntur res futuræ. Quæ ergo res fu 7
turę promittuntur, cum is ad quem depoſitus erat aſinus proximi, iuraret ſe manũ
non admouiſſe ad rem proximi? Videte quàm docte atq; prudenter digeratis næ-
nias ueſtras. Prius erat iuſiurandum, deciſio tantum inter litigantes: nunc eſt pro-
miſſio tantum. Quid hoc aliud eſt, quàm ut quicq; in buccam inciderit eblattera-
re? Cum autem qui teſtatur inquiunt, teſtatur ſuper re præſenti, num uera et bona
ſit: quemadmodum Simeon teſtabatur, Ecce poſitus eſt hic in ruinam & in reſur-
rectionem multorum in Iſraël, &c. Quid ſi Apoſtoli teſtati ſunt de re pręterita, pu
ta, de Chriſto crucifixo per omnem orbem? Et eritis mihi teſtes, non modo per Iu
dæam & Samariam, ſed uſq; ad ultimum terræ. teſtabantur ergo Apoſtoli ſuper
re præterita. Deinde & de futura teſtatur his Simeon, cum dicit, Chriſtũ ſignum
futurum cui contradicetur. Ipſe quoq; futurũ nunc uobis teſtor, quod πιστὸς ὁ λό-
γος, hoc eſt, indubitatum eſt: teſtor uobis, ſiue monitorem accipiatis, ſiue mi-
nus, futurum, ut cum ij qui nunc per uos ſeducuntur oculos receperint, non ali-
ter in uos concitabuntur, quàm in lupum paſtores, aut in rabidum canem. An
non & ego quoque nunc teſtatus ſum? Cur non conſtituiſtis inter has leges ue-
ſtras aliquid de ueſtra ſuaui cõteſtatione? Hanc tu ne Lector ignores, ſic habe. Ab
bacellę hoc utuntur præſtigio: Deijcit ſe aliquis aliquò Catabaptiſta, perinde atq;
epilepticus eſſet: ſpiritũ quàm diutiſſime poteſt retinet, ac ſe in extaſi eſſe ſimulat.

C Horrendã præbere ſpeciem aiunt, qui uiderunt. Tandem eu igilanti ſimilis, teſta-
ri incipit ſuper his, quę in extaſi uiderit aut didicerit. Viderunt omnes, cum primis
Catabaptiſtarum extaſis. Zuingliũ errare in Catabaptiſmo; quam ſententiã alius mitius, alius atrocius pro-
nunciant. Viderunt iudicij diem adfore ante bienniũ. Viderunt Catabaptiſmum
iuſtam ſanctamq; rem eſſe, & id genus nugarum ſuarum. Nec eſt cur hoc præſti-
gium putes à ſimplicibus eorũ fingi, ipſi Anteſignani autores ſunt: quod hoc ex-
emplo diſces, Sanctogalli puella Catabaptiſtis fuit, duodecim annorum aut pau-
lo ſuprà, patris (ut aiunt) recte animati filia: quem ad cõuehendum annonam ſeſe
accigentem (eſt enim frumẽtator) filia monet, ut iſtum diem domi ſe retineri patia-
tur, uiſurum eſſe miranda: atq; paulo poſt ad eum quem diximus modum conci-
dit. cumq; euigilaſſet, itidem fanatica iſta ſua garriebat. Vides ut iſta ſciuit quan-
do caſura eſſet. Cur autem non cecidit, protinus ut patrem uidit proficiſci: nõdum
docta erat omnia, quę ſibi reſtituta redderet, aut quibus ad hanc rem opus erat im-
perata fuerant. His immanibus præſtigijs paſſim etiamnum apud Abbacellanos
utuntur. Et conteſtationẽ uocant, quæ & ipſa eſt de rebus tum præteritis tum fu-
turis, ne uani iſti uetularũ ſeductores dicere poſſint: Cum autẽ quis teſtatur, teſta-
tur ſuper re præſenti. Aha, quàm dulciter & ſuauiter omnia digerũt: Dij Deæq; o-
8 mnes, ſuperi, inferi, ac mediaſtimi eis ſint propicij. Recte monẽt Chriſtũ docuiſ-
ſe, ut ſermo noſter ſit Etiam etiam, Non non: quod tamen ipſum nobis non uiden-
tur dilucide intelligere, aut ſi intelligunt non facere. Cum enim multis locis ſæpe
Etiam dixerint, nunquam tamen fuit etiam. Cum relegantur Coryphæi iſti, con-
tra quos potiſſimum ſcribimus, & ſacramento rogantur, nolunt reſpondere: ſed
per fidem quam in Deum habeant, recipiunt ſe nunquam redituros: ac mox ubi
redierint, Pater (inquiunt) per ſuam uolũtatem me reduxit. Ego mendacij patrem
D adprobe eſſe ſcio, qui eos facit reduces. Ipſi autem cœleſtẽ ſe intelligere ſimulant.
Georgius de domo Iacob. Sed hoc memoratu dignum eſt: cum Georgius ille, quem omnes alterũ Paulum
uocant, de domo Iacob, uirgis apud nos cæderetur uſq; ad portam infernam, &
ad reſpõdendum ſacramento leuandumq; manus à ſeruo Senatus adpellaretur,
primo renuit, quod prius etiam ſæpe fecerat atq; obtinuerat: imò ſe ſemper ſic geſ-
ſerat, quaſi prius mori uellet quàm iuſiurandum præſtare. Iubet ergo ſeruus Sena-
tus actutum manus leuet, ac ſacramento rogatus reſpondeat; aut uos Lictores, in-
quit, eum in neruum reducite: leuat, uirgis nunc perſuaſus, in cœlum manus: ac
præeuntem ſacramento Magiſtratum ſequitur Georgius de domo Iacob. Hic uo-
bis oritur, ô Catabaptiſtæ, quæſtio: in legem inciderit Paulus iſte ueſter nec ne:
Lex uetat quo minus iuretis, iſtę iurauit, legem ergo tranſgreſſus eſt. Hic ergo no-
dus nectitur. Vultis ſeparari à mundo, à mendacio, ab his qui nõn ambulãt iuxta
reſurrectionẽ Chriſti, ſed in mortuis operibus. Qui ergo factũ eſt, ut Apoſtatam
iſtum non excommunicaueritis? Non eſt ergo Etiam apud uos Etiam, neq; Non
Non: ſed contrà, Non eſt apud uos Etiã, & Etiam Non. Neq; Chriſtũ, neq; conſti-
tutiones ueſtras ſequimini.
9 Hæc de iureiurando dicta ſint: quod iſti non alia cauſa conantur ex humanis
rebus tollere, quàm ſeditionis ac tumulti. Libertatem enim carnis, quam ne-
que Chriſtus neque Apoſtoli prædicauerunt, rudibus pollicentes, his artibus
rebaptizandi, ſeparandi, & iuſiurandum negandi utuntur. Cum interim non
Iuramentum quid Paulo. conſiderent, quod Paulus Hebræorum ſexto dicit, iuramentum eſſe tum confir-
mationem tum finem omnis controuerſiæ. quo uerbo adparet, diuinum Apoſto-
lum non locutum eſſe de ijs qui non ſunt intra Eccleſiam, quod iuramẽtum apud
eos omnia aut cõfirmet aut decidat: ſed de his qui non ſunt extra Eccleſiam. apud
iſtos ergo perhibet, iuramento & firmari & decidi omnia. Neque etiam, ut mo-
nuimus,

A nuimus conſiderant, quod ſuperius de teſtibus contra Epiſcopum teſtantibus dictum eſt: ſed neq; iſtud, quod neq; Chriſtus neq; Apoſtoli iſtud uerbũ, Quod in ore duorum aut trium teſtium ſtet aut cadat omne uerbum, nunquam docuerint antiquatum eſſe, ut Matthæi 18. & Hebr. 10. facile uidetur. Ex quibus diſcere potuiſſent, iuſiurandum nunquam eſſe abolitum. Et ſi aliud uerbum non haberent, quàm, Reddite quę Cęſari debetis, Cęſari: & quæ Deo, Deo. Quicquid ergo tum Cæſari debebant, reddere iubentur. Debebant autem & iuſiurandum. iubet ergo Chriſtus, ipſum quoq; reddi. Sed antequam hinc abeamus, moneri debent tyranni huius mũdi, qui ut Chriſti nomine falſò gloriantur, ſic omnia ad Euangelij eius conculcationem faciunt: ne ex hac noſtra iuriſiurandi defenſione putent ſibi crudelitatis ſuę munimentum petendi datam occaſionem, propterea quod hactenus nihil dictum ſit de atrocitate abuſus iuriſiurandi. Ipſe, ut noſtræ ſententiæ ſummã breuiter expediam, Iuſiurandum non arbitror exigi debere, aut citra conſcientiæ moleſtiam exigi poſſe, quàm tum, cum aut humana obteſtatio omnis ceſſat, aut proximi ſalus grauiter periclitatur. Atque ſuper hęc omnia, cum in nulla re quam iuraturi ſumus nomen dei blaſphematur. Quam noſtram ſententiam ex prędictis facile diſcuties. Hactenus igitur putamus, non peſſime confutatas eſſe Catabaptiſtarum nugas. Nunc ad alia pergemus. *Iuſiurandum quando exigendum.*

TERTIA PARS.

IN HAC parte duo recepi me acturum: de fœdere ſiue Teſtamento, & de electione, quod firma maneat. Vbi certis quoque cum teſtimo-
B nijs tum argumẽtis docebimus, Apoſtolis morem fuiſſe credentium infantes baptizandi. De fœdere igitur ad hũc modum diſſerimus. Et ſi ſummus opifex immane illud mundi domicilium in hoc excitauerat, ut hominem cultorem exciperet: attamen priuſquam ulla ullam in partem colonia deduceretur, imò antequam nati eſſent futuri coloni, deficit unica totius ſpes, pater humani generis, à cõditore ſuo. At melior Deus, quàm ut in proditorem iuxta commiſſi magnitudinem animaduerteret: ac ſimul iuſtior, quàm ut tam audax facinus relinqueret inultum, quem funditus abolere ac perdere iure potuit, miſerum & calamitoſum reddidit. Paradiſo igitur pulſum, patrem fieri non uetat: ſed generis ac poſteritatis non perinde ingenuę atque fuiſſet, ſi fidem non prodidiſſet. Sic ergo factum eſt, ut qualis eſſet progenies, in omnes tamen terræ angulos cultor propagaretur. ueruntamen utcunque ſoboleſcerent atque multiplicarentur, inq; gentes uarias diuiderentur homines, diuina prouidentia: una tamen peculiariter ſignatur, quæ inter omnes populus perinde ſacro ſancta eſſet, atque apud omnes uenerabile erat ſacerdotium. Eam gentem in hoc elegit diuina prouidentia, ut quandoquidem erat mundum filij ſui morte expiatura, corpus quo mori poſſet ex ipſa ſumeret. Quam & ingentibus beneficijs omni tempore proſequuta eſt: imò ſic coluit, atq; per omne diſcrimen ſeruauit, ut uel iſta ſola obſeruatione diſcere liceat, Deum rem ſupra modum admirandam per eam facturum fuiſſe. Vtcunque ad paucitatem redigeretur, ſubito repullulabat: utcunque adfligebatur, ſemper reſtituebatur. Credebat Adam nato ſibi filio, eum eſſe natum, quem non adeo pridem Deus dixerat diaboli caput cõminuturum. unde & mater: Poſſedi, inquit, hominem ipſum per Deum: hoc eſt, Eum iam indepta & nacta ſum hominem, quem Deus promiſit. Cumq; alter naſceretur, eum Hæbel, hoc eſt, ſuperuacaneum adpellauit: non ex faſtidio, ſed gratulatione, quod abunde redderet Deus

De fœdere Dei cũ homine.

Adami lapſus.

Cain.

Hæbel.

C Deus quæ promitteret;quaſi diceret,plus præſtat munificus ille Deus quàm pro-
miſerit. Sed breui, quæ ſe pluſquã felicem liberis putabat, orba redditur:inſurgit
enim is,qui ut primogenitus erat, ita in eum omnes ſpes ſuas locabãt parentes,ac
fratrem nihil tale opinantem aut meritum opprimit. Cõcidunt hic iterum omnia,
& ad unum redeunt:Hæbel occiſus erat, Cain parricida conſcientiæ trepidatione
nihil obſcure oſtẽdebat, ex ſe naſciturũ non eſſe qui parentũ caſum ſarcire poſſet.
Succurrit & huic malo bonitate ſua deus,atq; alium illis filium ponit,tãquam ſur
Seth. culum, de quo poſteritas floreret:unde & nomẽ ei imponitur Seth,id eſt, poſitus
uel datus(uiciſſim enim utuntur Hebræi dandi & ponendi uerbo)quaſi tu dicas,
Noah. à Deo datus. Ab eo dein poſteritas deriuatur in Noam,qui præ omnibus qui tum
uiuebant iuſtus erat ac innocens. Cumq; humanum genus cupiditate ac uiolen-
tia ferretur, & audacia nihil feciſſet reliquũ: diluuio,quum Noam à Deo miſſum
non audirent,omnes mergit. Ipſe autem Noah ſolus cum ſuis in arca enatat. Re-
nouatur cum illo fœdus, à quo deinde humanũ genus poſtliminio naſcitur, atq;
in omnes orbis partes ad colendum terram diducitur. Interea tamen non eſt im-
memor conſilij ſui Deus, ac miſſis omnibus non modo gentibus ac populis, ſed
Abraham. optimis quibuſcunq;, Abraham amplectitur:eumq; de omnibus in hoc eligit, ut
de eius poſteritate naſceretur,qui non modo Iudaicum, ſed uniuerſum genus hu-
manũ ſaluaret. Cum illo fœdus, quod cum Adam pepigerat, renouat,& clarius
reddit. quanto enim propius accederet tempus aduentus filij ſui,tanto adpertius
Fœderis cum cum illis loquebatur. Promittit ergo ei primũ bonitatẽ ſuam, quòd ſit Deus eius
Abrahã à Deo futurus:atq; ab eo uiciſſim requirit,ut ἀρισδίον, hoc eſt,recte ſeſe gerendo coram
icti cõditiones. eo ambulet. Deinde promittit,ſe ei ſemen iſtud benedictum daturũ,quod & ſer-
pentis antiqui caput contunderet, & depræſſi ab eo hominis caput ad infallibi-
D lem ſalutis ſpem erigeret. Promittit poſteritatem quoq; innumerabilem, quæ
ei non tantum ſecundum carnem, ſed ſecundum ſpiritum quoque naſcitura eſ-
ſet. Poſtremo promittit Palæſtinam, & huius fœderis ſignum circunciſionem
mandat. Creſcebat itaque uir peregrinus ac nomada ad eum modum, ut facile
uiderent qui hominis noticiam haberent,Deum eſſe cum eo. Omnia quæcun-
que promiſerat, præſtitit Deus. cumq; poſteritas eius ad monſtroſam multitu-
dinem in Aegypto excreuiſſet, iam non uti prius unam ſolummodo gentem ſe-
creuit, aut unum ſolummodo hominem, quo cum fœdus ſeruaret initium: ſed,
Iudas Iſraelis. & ſi Iudas filius Iſraël deſignaretur,ex quo naſciturus eſſet Saluator, reliquæ ta
men gentes quæ de Abrahã erant,non ſunt fœdere pulſi aut amicitia, quam cum
omnium patre Abraham inierat. Quemadmodum neq; cum his,qui poſtmodum
Dauid. de Iuda erant,nec tamen de domo Dauid,qui & ipſe peculiariter in patrẽ uenien-
tis Chriſti deſignabatur,quicquã mutauit: ſed erant in fœdere omnes qui de Abra
ham progignebãtur. Hic inquam,ut ad me redeam, eſt populus iſte ſiue Hebrai-
Iſraeliticus cus ſiue Iſraeliticus, quem Dominus ex omnibus gentibus & populis ſibi in pe-
populus. culiarem populum deſignauit, ut ſupra omnes populos nõ aliter emineret, quàm
ſacerdotum collegia cum apud iſtam gentem tum apud reliquas omnes antecel-
סגלה lebant. quod uerbis ſuis ipſe teſtatur, Exodi decimonono: Nunc ergo ſi audiendo
audieritis uocem meam, & fœdus meum cuſtodieritis, eritis mihi λαὸς περιούσιος,
hoc eſt, proprius, peculiaris, aut quæſitus populus ex omnibus populis, etiamſi
mea eſt uniuerſa tellus: Et eritis mihi regnum ex ſacerdotibus,& gens ſancta.
Habent & hic Catabaptiſtæ uniuerſi erroris ſui medelam et emplaſtrum, ſi ſaltem
imponi patientur: Si audiẽdo audieritis uocẽ meã,& fœdus meũ cuſtodieritis, ait,
En uobis, Deũ ſynecdochice nobiſcũ loquentẽ. Cum enim omnem populũ adlo-
quatur, Si audieritis & cuſtodieritis,&c. quæ ad eos tantum referri poſſunt, qui &
audiunt

A audiunt & cuſtodiendi ſtudiũ habere poſſunt: infantes tamen non magis exclu-
dit, eo quod nondum audiunt, neq; quid cuſtodiendũ ſit ſciunt, quàm eos qui aut
ſomno aut mente capti ſunt. Qui enim unius corporis ſunt, pro uno reputanť. In-
fantes aũt cum ſint de corpore populi Dei, non ideo excludũtur, quod nondũ au-
diunt & intelligunt. Quod autem ſint membra unius eiuſdemq; corporis popu-
li Dei, hinc patet, quod ſignum fœderis circũciſio eis data eſt: quod ſuo ore Deus
& fœdus & ſignum fœderis adpellauit, eo quod qui in fœdere eſſet, hoc ſigno ſi-
gnaretur. Paulus prima Corinth. 12. In uno ſpiritu nos omnes in unum corpus
baptizati ſumus, ait. Quin & ipſi Catabaptiſtæ perhibetis, qui ad menſam Domi-
ni accedere uelit, neceſſe habeat, ut prius per baptiſmum in unum Chriſti corpus
coaluerit. Hæc non ideo dicimus, ut nunc uel poſtea docere uelimus, aut circum
ciſione aut baptiſmo Chriſto inſeri: ſed ut qui baptizantur, aut circunciduntur, in
corpore Eccleſiæ Dei ſint oſtendam: quamuis orationis alloœoſim nihil morer, In
unum corpus baptizati ſumus, pro, Qui unius corporis ſumus, uno baptiſmo tin
gimur. natura enim prius eſt de corpore eſſe, quàm ſignum corporis ferre. Vnde
& Paulus: In uno ſpiritu, inquit, omnes in unum corpus baptizati ſumus. Prior
eſt ſpiritus gratia, qua in Eccleſię conſortium allegimur, quàm conſortij ſignũ. ne
mo enim ſignatur, niſi qui prius in exercitũ aut miliciã ſcriptus eſt. Huc ergo ten-
dimus, ſi qui uno baptiſmo baptizati ſunt, in unum corpus coierunt: indubie qui
una circunciſione fœderis ſigno ſignati ſunt, in unum quoque corpus colliquati
ſunt. Hebræorum infantes ſunt circunciſione fœderis ſymbolo ſignati, ergo fue-
runt in fœdere. Cum ergo in fœdere ſint, et Deus cum iſto corpore loquitur quod
ſecũ eſt in fœdere, uelimus nolimus cogimur ſynecdochã eſſe fateri, Si audieritis
& cuſtodieritis: per quã infantes nõ excludunť, etiãſi ad eos quædã nõ pertineãt.
B Aliud exemplum do, ſi quo modo ueritatis poſſint faciem intueri. Docet Plutar-
chus, nimirum in libro Cur Deus tarde puniat: unam gentem, unam ciuitatẽ, aut
unum populum, perinde atq; unum hominem eſſe. Nihil ergo referre, ſi non ple-
ctantur gentes, urbes, populi protinus cum peccant: neminem enim numinis ma
num effugere poſſe. ſic ergo fieri, ut populus aliquis poſt multos annos, cum eorũ
nemo in humanis eſt qui peccauerant, plectatur. Id autem perinde eſſe ac ſi illi ipſi
punirẽtur qui peccauerant, eò quod unum corpus aut unus homo ſit gens, urbs,
populus. Sic & hoc loco uobiſcum reputate, tam Hebræorum quàm Chriſtiano-
rum liberos eiuſdem corporis eſſe cum parentibus. Et cum dicitur, Audi Iſraël, &
infantes nequeũt audire, nolite dicere quod non ſint de corpore populi Dei. nam
quod hodie minus poſſunt, aliquando facient, audient, & intelligent: nec ideo mi
nus computantur à Deo ipſo inter filios regni, qui modo ad hoc deſtinati ſunt, ſi
dum maioribus eorum loquitur, ipſi non intelligunt. De qua re in ſequentibus,
cum ad electionem uentum erit. Sequitur: Eritis mihi populus peculiaris, pro-
prius aut quæſitus, περιούσιος. Latinus interpres dixit, In peculium eritis mihi. Pe-
trus populum acquiſitũ, uel acquiſitionis, Hebraico ſchemate dixit. Hic eſt ergo
populus Dei ſingularis, quem in humeris ſuis portauit, quem ſupra omne pericu
lum eleuauit, non aliter quàm aquila extra omne periculum uolat. Quibus me-
taphoris hoc uolunt diuini uates, hunc populum ſemper fuiſſe præ omnibus ter-
ræ populis Domino adamatũ, ſeruatum, atq; cultum, non aliter quàm uel parens
liberos ſuos in humeros leuet ac baiulet, aut gallina pullos ſub alis foueat. Sed
hoc non ſic eſt accipiendũ, quaſi Hebręorum infantes non ſint de corpore popu-
li Dei, cum eiuſdẽ corporis ſignum non iniuſſu eius qui fœderis autor eſt, ferant.
Ex omnibus populis. Hoc uerbo Deus electionẽ occulte inſinuat. Non enim
alligauit Deus electionẽ ſuam aut uoluntatis ſuæ libertatẽ, ad ullum externũ ſiue

Iſraëliticũ populum cur ſibi Deus ex omnibus elegerit.

C ſignum ſiue opus. In omni enim gente, qui Deum timet, atq; quod iuſtũ eſt operatur, acceptus aut gratus eſt ei: Act. 10. Vnde quod Iſraëliticũ ex omnibus populis elegit, non eſt in hoc factum, quod nemo niſi de iſto eſſet populo, ſaluus futurus eſſet: ſemper enim libera eſt electio Dei. ſed quod propter gloriam filij ſui, iſtum præ omnibus admirabilem reddere uoluit, & peculiarius amplecti. Nam mea eſt uniuerſa tellus, ſiue, etiam ſi mea ſit uniuerſa tellus, iidem ad huius populi priuilegium atq; ſplendorem pertinet: & electionem adſerit. Quamuis enim omnes populi uniuerſæ terræ Domini ſint, Iſraëliticum tamen ex omnibus elegit, ut eſſet pars, hæreditas ac ſors Domini. Iſaiæ 19. Benedictus populus meus Aegypti, & opus manuum mearum Aſſyrius, hæreditas autem mea Iſraël. Et eritis mihi regnum ſacerdotale: uel ut nos interpretati ſumus, Eritis mihi regnum ex ſacerdotibus. Hebræus enim habet, Regnum ſacerdotũ: ſed ad declinandã ambiguitatem, recte eruitur ſenſus ea forma quam nos ſequimur. Quemadmodum enim neſcio an Pyrrhi, an alterius tyranni legati, Senatum Romanũ ex regibus eſſe dixerunt, propter & grauitatem & maieſtatem Senatorum: ſic & uniuerſum regnum populi Iſraëlitici ex ſacerdotibus, uel ſacerdotum regnum dicitur, cum propter ceremoniarum ordinem, tum propter legis ac prophetarum præſtantiam: tum deniq; propter amicitiam ac fœdus, quod Dominus cum hac ſua gente habuit. Antecelluit igitur populus Iſraëliticus omnes terræ populos, ſiue in his quæ ad Deũ pertinent, ſiue quæ ad generis nobilitatẽ. Ex uno enim ut omnes nati ſunt, ita ex eis natus eſt, qui unus ac ſolus rex & imperator gentiũ omniũ eſt factus. Qua quæ maior nobilitas, aut quæ par gratia inueniri? Fuit ergo non poſtremæ gloriæ, ſi quis de gente iſta natus eſſet, cum & Deus eam præ omnibus coleret, ſuam feciſſet, ac fœdus cum ea haberet. Quæ omnia & ſi per omnem ſcripturam ſint celeberrima

D & nuſquam non tractata, Paulus tamen ſupra omnes breuibus, ſed claris exponit, Rom. 9. Opto ipſe, inquiens, anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, qui ſecundum carnem cognati mei ſunt, puta Iſraëlitæ, quorum eſt cooptatio in filios, gloria, teſtamenta, legiſlatio, cultus, promiſſiones: quorum ſunt patres, et ex quibus eſt Chriſtus quod ad carnem attinet, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula. Ecce ut Iſraëlitas in filios Dei perhibet cooptatos, cum tamen ex eis Domino plurimi diſplicuerint. Eorum dicit gloriã eſſe: quæ enim par maieſtas, quàm Dei populum eſſe, filios Dei eſſe, & ſaluatorem omnium ex eis natum eſſe? Teſtamenta quoq; eorum ſunt. Quicquid enim teſtatus eſt cum hominum genere Dominus, per hanc gentem factum eſt. Quorum eſt legiſlatio. Non enim contentus fuit ſummus ac optimus, teſtamentum aut fœdus cum eis iniuiſſe, niſi populum ſuum diuinis ac iuſtis legibus muniuiſſet. Horum quoq; cultus fuit. oſtendit enim eis Deus quibus potiſſimum rebus coleretur: Iuſtitia, æquitate, innocentia. ſed neq; credendus eſt beluinarum hoſtiarum cultus ei diſplicuiſſe, quem ipſe monſtrauit: & ſi ad nullam aliam rem quàm ad diſciplinam ſiue cautionem & ſignificationẽ. Diſciplinã huius cultus apud eos eſſe uoluit, quo non deeſſent eis ritus, quoq; minus ad idolorum cultum deficerent, ſi nullum ipſi habuiſſent. Significare autem uoluit hoſtijs pecuinis, hoſtiam aliquando uenturam eſſe, quæ animos expiaret. Corporeis enim uictimis aſſuefacere uoluit ad perfectionis animorumq; hoſtiam, ut cum uiderent beluinas ad carnis, hoc eſt, externam mũdationem præceptas eſſe: diſcerent aliquando adfore, quæ animos quoq; mundaret. ſcire enim omnes potuerunt, Deum primam animarum noſtrarum curam gerere, corporum poſtremã. Horum ergo cultus fuit, ſiue is qui adumbrabat uerum, ſiue uerus ipſe. ex eis enim natus eſt, per quem omnes ueri adoratores & cultores ad Deum accedunt. Promiſſiones quoq; his ſolis factæ ſunt. Nihil enĩ Sibyllina moror carmina,

ſiue

A ſiue enim apud eas nata ſint,ſiue eis obtruſa. Hæc tamen gens, quæ populus Dei
erat,in hoc erat,ut quicquid boni donare humano generi uellet,per hāc ueluti ſa-
cerdotem aut daret aut promitteret. Præcipua igitur eſt, cuius promiſſiones ſunt:
etiam ſi quædam per Sibyllas, uatidicas ex gentibus fœminas, quo libertatē uo-
luntatis ſuæ ac electionis agnoſceremus autoritatem,prædixit. Sed & Patres ho-
rum ſunt. Viri Deo pleni ſcilicet, quorum alij uniuerſo fermè mortalium genere
beſtialem uitam uiuente(ubi enim non colitur Deus, quod diſcrimen eſt inter ho
minem & beluam?)ac furioſos adfectus ſequente,ſoli Deum timuerunt, eius uer
bo crediderunt, ac ſe ad eius uoluntatem compoſuerunt: alij quæ uel bona uide-
runt per ſpiritus ſancti inſtinctū uſuuentura,obedientibus ac Deum timentibus,
uel mala rebellibus, impijs & contumacibus,intrepide nunciarunt. Hi inquā Pa
tres,quos Patriarchas & Prophetas appellamus,quibus factæ ſunt promiſſiones, *Patriarchæ.*
ex Iſraëlitis Dei populo fuerunt. In ſumma(quid enim in re tam aperta pluribus *Prophetæ.*
uteremur teſtimonijs?)id uolumus: Iſraëliticum populum, Dei populū eſſe,quo
cum fœdus inijt, quem peculiariter ſuum fecit: cui & fœderis ſui ſignum dedit
à minimo uſq; ad ſummum,eo quod & ſupremi & imi in fœdere eius, de populo
eius, de Eccleſia eius eſſent: quodq; dum uniuerſum populum iſtum alloquitur
aliquid pręcipiendo aut uetando,non ideo infantes excluduntur,quod eorū quæ
dicuntur aut mandantur nihil intelligant, ſed ſynecdochicis ſermonibus utatur:
quibus tam abeſt ut ea pars ad quam pro tempore uel ætate horum quæ fiunt ni-
hil peruenit, excludatur, ut etiam includatur non aliter quàm cum quis cum uno
homine agit,iam cum omni familia eius ac poſteris actū eſt. Vnde & crebro uni-
uerſum populum tanquam unum hominem adfatur,Audi Iſraël:&,Domui Ia-
cob dicito,&c. Idem ergo fœdus quod olim cum populo Iſraëlitico,in nouiſſi-
B mis temporibus nobiſcum pepigit,ut unus eſſemus cum eis populus,una Eccle-
ſia,& unum fœdus quoq; haberemus.Non dubito hic futuros qui nequiter uoci
ferentur,Ecce iſte uult nos Iudæos facere: cum ſemper ſit de duobus populis di-
ctum, de duabus Eccleſijs, deq; duobus teſtamētis,ut eſt Gene.25.& Galat.4.
Ad quæ ſic reſpondemus.Quotieſcunq; de duobus populis in ſcriptura habetur,
diſtinctis aut diuerſis, iam àlterum ex his neceſſario non eſſe de populo Dei. ſiue
enim cum olim Iudæi populus Dei eſſent,& qui gentes eramus eſſemus non po
pulus: ſiue cum nunc gentes populus Dei ſumus,& Iudæi exciſi ſunt: adhuc ta-
men unus tantum eſt populus Dei,non duo.Cum Gene.25.dicitur,Duo populi
ex uentre tuo diuidentur:non ſic debet intelligi, quaſi uterq; eſſet populus Dei ſi-
mul unoq; tēpore futurus. Sed Iacob dilexerat, Eſau uero odio habuit, priuſquā
in utero cōflictarent. Semper ergo unus idemq; populus eſt is,qui Deum unum
uerum ac ſolum colit,ex quibuſcunque tandem prognatus ſit parentibus,ac rur-
ſus diuerſi ſunt,qui diuerſum cultū ſequuntur,etiamſi eos unus idemq; nixus effu
derit. Cum itaq; olim dicebatur de duobus populis,unus erat Iudaicus, alter gen
tilium. Iudaicus Dei ſummi cultor erat,Gentilis autem impius. Nunc quum gen
tilium Eccleſiam dicimus,iam ea ipſa eſt,quæ olim Iudæorum erat, & Gentilium
ſiue impiorū populus Iudęi.Nos enim in illorum locum,poſteaquam exciſi ſunt,
inſerti ſumus,non in alium aliquem iſti proximum. Duo uero teſtamenta dicun-
tur, non quod duo diuerſa teſtamenta ſint:nam ſic oporteret non tantum duos di
uerſos eſſe populos,ſed duorum diuerſorum populorū duos quoq; Deos. Quod
dum non uiderent quidam apud ueteres,diuerſos docebant eſſe Deos,alterū ue-
teris, alterum noui teſtamenti:iſtum crudelem,hunc ciuilem & humanū. Loqui-
tur ergo Paulus de duobus teſtamentis quidem, ſed alterum καταχρηστικῶς teſta-
mentum uocat,cum eos uult intelligi,qui & ſi in uno iſto æterno fœdere ac teſta-

D 2 mento

A perinde atq; Abraham, cum per fidem eſſent iuſtificati, cupiebant diem ſaluatoris
Chriſti uidere. Qui nũc nobis ſinus, ſi quãdo iubet hac uti uoce, cœleſte eſt con-
ſortium cum filio Dei & omnibus qui cum illo ſunt. Paulus ſic eſt in hac ſenten
tia, ut ubicunq; quæſtio de diſcrimine Iudæorũ & Gentium, qui ſcilicet fidem ha-
buerunt, incidat, anxie comprobet unum populum unamq; ex utriſq; Eccleſiam
eſſe factam: Rom. 11. Electionem huius rei fundamentum facit. Olim Iudæos
fuiſſe per electionem populũ Dei, nunc Gentes, neq; tamen ita, ut ex Iudæis ultra
nemo ſit intra electorum conſortium, cum & ipſe ſit Iſraëlita, & tamen in ſalutaris
Euangelij prædicationẽ miſſus ſit miniſter: ſed aliquouſq; ſubſtituros, donec gen-
tium multitudo ingrediatur. Quod & Chriſtus uoluit, cum dixit, Dominũ uineæ
locaturum eam eſſe alijs agricolis: Sed eandem uineam, non ſunt ergo diuer-
ſæ aut duæ Eccleſiæ, non duo populi: duo quidem ſunt nomine, ſed niſi idem in
uno ſpiritu facti ſint populus, nõ ſunt populus Dei. In Epiſtola ad Epheſios ſecũ-
do ſic ait: Ideo memineritis, quod uos qui aliquando iuxta carnem Gentes eratis,
& præputiũ dicebamini à circũciſione, quæ & ipſa circunciſa erat manibus: quod *Synecdocha, cir*
inquã eratis eo tempore abſq; Chriſto, & à ciuitate Iſraëlis alieni: peregrini quoq; *cunciſio pro cir*
à teſtamento promiſſionis, ſpem nullam habentes, imò ἄθεοι, hoc eſt, anumines *cunciſis.*
in mundo: nunc autem in Chriſto Ieſu eſtis, qui aliquando longinqui fuiſtis, nunc
propinqui eſtis in ſanguine Chriſti. Ipſe enim eſt pax noſtra, qui ambos unum
fecit, ſoluto qui medius erat pariete ſepti: inimicitiã in carne ſua tollens, euacua-
tione legis mandatorum cum decretis, ut duos ſibi conderet in unum nouum ho
minem: factaq; pace, ambos per crucem reconciliaret Deo in uno corpore. Abo
lita in ſeipſo inimicitia. Veniẽs enim prædicauit uobis pacem qui longe aberatis,
& his quoq; qui prope erant. Nam per ipſum ambo habemus aditum ad patrem
in uno ſpiritu. Non ergo eſtis ultra hoſpites & aduenæ, ſed ciues ſanctorũ & do-
B meſtici Dei, ædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & prophetarum, Chri-
ſto Ieſu ſummo angulari lapide exiſtente, &c. Quibus uerbis Paulus per omnia
id docet, quod impræſentiarum uolumus: Vnum uidelicet populum ex ambo-
bus eſſe factum, per unum Chriſtum Ieſum. qui & eos qui prius prope aderant,
& nos qui longiſſime aberamus in unum conglutinauit. Tu bone Lector Pauli
uerba diligenter expende, & inuenies adfatim quod hic adſerimus. non eſt enim
cur tam ſancta & adperta pluribus tractemus. Item Hebr. 12. Acceſſiſtis ad
mõtem Zion & ad ciuitatem Dei uiuentis, nempe ad cœleſtem Hieroſolymam,
& concioni ſiue Panegyri multorum millium angelorum, & ad Eccleſiam primo
genitorũ qui in cœlis deſcripti ſunt, & ad Deum iudicem ſiue dominũ omnium,
&c. Quibus item uerbis Paulus docet, nos ad populum Dei per Chriſtum adglu
tinatos eſſe. Fuerunt autem omnes Apoſtoli in hac ſententia, ut teſtamentum
unum ſit, unus Dei populus per omnia, hoc eſt, à maximo uſq; ad minimum intra
populum Dei cenſeantur, quodq; una ſit Eccleſia Dei ex omnibus populis, per
unum ſpiritum in unum compacta. Petrus enim Act. 2. Certiſſime, inquit, ſciat er
go omnis domus Iſraël, quia & Dominũ eum & Chriſtũ fecit Deus, hunc Ieſum
quem uos crucifixiſtis. Vt hic Iudæis Ieſum dicit Chriſtum, hoc eſt, Moſchiah ſal
uatorem eſſe factum; Ergo & Iudæorum ſalus eſt. Et paulo poſt: Veſtra enim eſt
promiſſio & filiorum ueſtrorũ, atq; omnium qui lõge ſunt, quos Dominus Deus
noſter aduocabit. Hic perhibet promiſſionẽ non tantum eorum eſſe, qui tum au-
dirent, ſed filiorum quoq; ſuorũ qui uel nati uel naſcituri eſſent ſcilicet. Et inde 3.
capite: Vos, inquit idem Petrus, Eſtis filij prophetarum & teſtamenti, quod di-
ſpoſuit Deus ad patres ueſtros, dicens ad Abraham, Et in ſemine tuo benedicen
tur omnes familiæ terræ. Hic Chriſtum Iudæorum facit, per eum ergo ſolum per-

C inde atq; nos ſalui fiũt. Iudæis enim primũ uenit, deinde gentibus quoq; : Rom. 1.
Poſt hæc Act. 10. In ueritate, ait, comperi quod non eſt perſonarũ acceptor Deus,
&c. Vt ſuperius quoq; attigimus. Hic gentium quoq; Chriſtum eſſe probat Pe-
trus. Habemus ergo unum eundẽq; ſaluatorẽ. Et deinde Act. 11. Cum Petrus ex-
poſuiſſet ut ei res omnis apud Corneliũ erat geſta, ſic habet. His auditis tacuerũt
& glorificauerunt Deum, dicentes: Ergo & gentibus pœnitentiã (accipitur autem

Pœnitẽtia pro ipſo Euãgelio.

hic pœnitentia per Synecdochã pro ipſo Euangelio, quemadmodũ alibi oſtendi-
mus) dedit Deus ad uitã. Videmus igitur gentibus hic traditũ, quod prius Iudæo
rum dixit eſſe ac filiorũ ſuorũ. Item. 1. Pet. 2. Vos aũt genus electũ, regale ſacer-
dotiũ, gens ſancta, populus in poſſeſſionẽ, ut uirtutes adnũcietis eius, qui uos è te
nebris uocauit in admirabile lumen ſuũ. Qui aliquando eratis non populus, nũc
aũt populus Dei: & non miſericordiã aſſecuti, nunc aũt miſericordiã aſſecuti. His
Petri uerbis uidemus, Chriſtianorũ populũ nũc id eſſe genus electũ, quod aliquã
do Hebræi erãt, quẽadmodũ de Exodo 19. ſuperius adduximus. Eſſe iidem rega
le ſacerdotiũ, quod nunc ex omnibus gẽtibus, quæ Dei quoq; ſunt (eſt enim eius
uniuerſa tellus) Dominus in honore ac precio habet, non aliter quàm olim Iudęo
rum gentem, ſacerdotij numero uniuerſarũ gẽtium habuit. Gentem ſanctam, ex
qua non excludũtur infantes: pertinet enim ad gentis nomen poſteritas, perinde
atq; parentes. Populum Chriſti ſanguine & quæſitum & partum: Qui populus
erat aliquando non populus. alludit enim ad id quod Oſeæ. 1. cap. eſt. Nunc au-
tem populus Dei eſt. Ergo ij ſumus qui olim fuerunt Abrahã & ſimiles ei. Hæc

Teſtamentum unum ac idem Dei cum hominibus perpetuo.

omnia, ut uela in hac diſputationis parte colligam, huc faciunt ut ſciamus unum
atq; idem eſſe teſtamentum, quod Deus cum mortalium genere habuit à condito
mundo uſq; ad eius diſſolutionem. Neq; enim eſt Deus πρόσφατος, id eſt recens
factus, aut precariæ ſapientiæ, ut quæ tempore ſarciat quod primo ſit inconſultius
cœptum. Hominem qui ſua culpa perijt, periturum ſciebat: & medelam Ieſu, id

D

Ipſe lignũ tunc notauit, damna ligni ut ſolueret.

eſt, ſaluatoris compoſuerat, priuſquam iſte ſibi uulnus infligeret. Non ergo inijt
cum hoc miſero hominũ genere unquã fœdus aliud Deus, quàm quod iam con-
cinnauerat antequã homo eſſet formatus. Semper igitur uiguit unum atq; idem
teſtamentũ. Vnus enim atq; idem incommutabilis Deus ſemper eſt, unus ac ſo-
lus ſaluator eſt Ieſus Chriſtus, Dei non adoptione ſed natura filius, Deus æternus
ac benedictus in ſecula. Non potuit ergo unquam aliud eſſe teſtamentum, quàm
quod per Ieſum Chriſtũ ſalutẽ præſtabat. Per eum enim ſolum itur ad patrẽ: unde
nec Abrahã per alium, quàm qui promiſſus erat, ad Deum uenit. Vna uia, una ue
ritas, una uita, unus mediator Dei & hominũ Chriſtus. Per hũc ergo ſolum acce-
ditur ad Deum. Vnum ergo ac ſolum teſtamentũ eſt. Neq; enim fœdus cum Deo
alio tendit, quàm ut pacem æternã atq; læticiã habeamus. Attamen priuſquam
ad cõcluſionem penetremus, uolumus ei quæſtioni reſpondere, quæ forſan non
perinde curioſa eſt atq; adparet. Huic uidelicet: Quid ergo diſcriminis eſt inter ue

Inter uetus & nouũ teſtamentum quodnam diſcrimen.

tus ac nouum teſtamentũ? Plurimũ enim reſpondemus, atq; minimũ. Minimum
ſi principalia iſta quæ ad Deum & nos pertinent ſpectes. Plurimum, ſi ea quæ ad
nos tantum. Summa in hac re ſunt: Deus, Deus noſter eſt, nos populus eius ſu-
mus. In his duob. minimũ atq; adeo nihil eſt diſcriminis. Eadẽ eñ ſumma hodie
eſt quæ olim erat. ſicut eñ Abrahã, Ieſum benedictũ ſemen amplectebat̃, atq; per
ipſum ſaluus eſt factus: ſic & hodie per eum ſalui reddimur. Quod aũt ad huma-
nam infirmitatẽ tantũ, multa contigerunt illis in figura, ut & iſtos erudirent & no
bis eſſent teſtimonio. Hæc ergo ſunt quæ uetus teſtamentũ uidẽtur à nouo diſtin-
guere, quum re ipſa uel quod ad ſumma pertinet nihil differãt. Primum: Chriſtus
nũc eſt datus, quẽ olim non ſine magno tędio præſtolabant̃; teſtis eſt Simeon. Se-
cundum:

A cundum: Qui tum in fide moriebantur, cœlos non cõſcendebant, ſed ſinum Abrahæ. Nunc qui Chriſto fidit, in iudiciũ non uenit, ſed tranſijt à morte in uitam. Tertium: Vmbræ ablatæ ſunt, ut in Hebræis habetur. Quartum: Lux clarius lucet, quod ad intellectum illuminandum pertinet. ceremoniæ enim ut per ſe nihil redderent obſcurius, quia tamen ex eis plurimum accedebat ſacerdotibus, non tam ſtrenui fuerunt ad inculcandum religionem ac innocentiam, atq; fuiſſent ſi ceremonijs non coëgiſſet auaricia parcere. Quintum: Teſtamentũ iam omnibus gentibus prædicatum atq; expoſitũ eſt, quo prius una tantum gens fruebatur. Sextum: Prius nunquam fuit uiuum uiuendi exemplar mortalibus datum, quod nunc per Chriſtum eſt propoſitũ. Potuiſſet enim ſanguis Chriſti innocentiũ ſanguini & cędi mixtus, pro noſtris perlitare delictis: ſed ſic exẽplari caruiſſemus. Nunc concluſionem ponimus. Cum ergo unus ſit atq; immutabilis Deus, & unum ſolummodo Teſtamentũ: nos autem qui Chriſto fidimus in eodem Teſtamẽto ſimus: ſequitur, quod Deus perinde eſt Deus noſter ſicut fuit Abrahę Deus: et quod nos perinde ſumus populus eius, ſicut Iſraëliticus populus eius fuit. Obijciunt hic Catabaptiſtæ, quod Galat. 3. ſcriptũ eſt Paulo: Cognoſcite ergo quod qui ex fide ſunt, hi ſunt filij Abrahæ: & ſimiles ex ſcriptura locos, quos faſtidioſius eſſet huc omnes ponere. Sed ſi uel diſputationẽ Pauli, quam iſthic proſequitur, uel Synecdoches uim recte perpenderent, nihil horum obijcerent. Certamen eſt Paulo, legis operibus ſalutem paremus, an gratia contingat. Atq; ipſe in hoc eſt, quod gratia contingat per fidem, non ex factis. Quæ ipſi omnia per ſynecdochã dicuntur, quemadmodũ & omnia per omnem ſcripturã quæ ad hoc argumentũ pertinent. Abraham ex fide iuſtificatus eſt, ecce Synecdochicus ſermo eſt. Nam niſi eſſet, ſe

B quereretur quod Hebræorũ infantes non fuiſſent de populo Dei: quod falſum eſſe oſtenſum eſt. non enim credebãt, ac propterea ſecundũ Catabaptiſtas non erant filij Abrahæ. Credebant ergo qui ad hoc deſtinati erant à Deo, cum ætas ſuppeteret, & erant de populo Dei: Creſcebant & proficiebant qui circũciſi erant, donec intelligerent & crederent, & interim erant de populo Dei. Non ergo tantum credentes de Eccleſia & populo Dei ſunt, ſed horum quoq; liberi. Quod autẽ Catabaptiſtæ admittunt, carnales quidem filios Abrahæ intra populũ Dei fuiſſe cenſos, ſed noſtros carnales filios non cenſeri, iniquitatẽ ſummam produnt. Quomodo enim idem eſt teſtamentũ & fœdus, ſi noſtri nõ æque atq; iſti de Eccleſia & populo Dei ſunt? An durior eſt nobis Chriſtus quàm Hebræis? Abſit. Reliqua quæ obijciunt, aut in ſequentibus diluentur, aut nullius momenti ſunt, quale eſt quod dicunt, Oportet igitur mares tãtum baptizari, & octauo tantum die. Sublata ſunt enim hæc elementa, ut neque ad genus neque tempus neque ad ullam circunſtantiam ſimus alligati: hac lege, ne quicquam contra pietatem in his faciamus. Fuerunt enim apud ueteres fœminæ non minus in teſtamento quam mares, etiamſi non circunciderentur. Relinquitur ergo poſt hæc omnia, quod ſicut Hebræorum infantes, eo quod in fœdere populi Dei cum parentibus eſſent, ſignum fœderis meruerunt: ita & Chriſtianorũ infantes, eo quod intra Chriſti eccleſiã & populũ cenſentur, baptiſmo fœderis ſigno nullatenus deſtitui debent. Et quod argumenta Catabaptiſtarũ, quæ ex ignoranria figurarũ atq; troporũ ualida putant, nihil cõtra nos pugnant. ſatis ẽm probauimus, Synecdochicis ſermonibus omnia plena eſſe in diuinis literis. Neq; nos noſtra ignorãtia cogemus ſpiritũ ſanctũ, ſuũ loquendi morem ponere. Perpetuo locutus eſt ad õmnem Eccleſiam quædam, quæ magnæ parti non conueniebant: at ea pars propterea non eijciebatur de Eccleſia, de populo, de fœderi Dei. Et, quod ſacramenta, quantũ ad externã ſpeciem adtinet, non fuerunt eadẽ: itidem non pugnat cum ueritate, nam quantũ ad ſignationem

C tionem, prorſus erant eadem. Vt enim circũciſio fœderis ſignaculum eſt, ſic & baptiſmus: ut Pæſah fuit cõmemoratio tranſitus, ita & Euchariſtia eſt gratiarũ actio mortis Chriſti. Vnde & D. Paulus 1. Corinth. 5. & 10. & Coloſſ. 2. illis baptiſmum & Euchariſtiam, ſiue ſpirituale͂ Chriſti mãducationem, nobis autem Pęſah & circũciſionem tribuit, ut undiq; omnia paria fiant. Hactenus de uno eodemq; teſtamento, Eccleſia, populoq; Dei.

DE ELECTIONE.

ELECTIONEM nunc, niſi promiſſa pręſtare nolimus, tractare cogimur: non quidem quantum ipſa exigit (id enim ſupra uires, & extra inſtitutum noſtrum eſt:) ſed electionem docebimus eſſe firmam, hoc eſt, liberam ac minime alligatam, & ſupra baptiſmum eſſe ac circunciſionem, imò ſupra fidem atque prædicationem. Id autem breuibus. Plerique dum Pauli Epiſtolam ad Romanos legimus, paulo indiligentius ponderamus, quid cauſæ ſit, cur in mentionem electionis aut illam ſequẽtis prædeſtinationem ingrediatur. Vicerat, fide contingere ſalutẽ: fidem autem non eſſe humanarum uirium, ſed diuini ſpiritus. Qui ergo fidem haberent, ſimul haberent diuinum ſpiritum. Qui hunc haberent, filij Dei eſſent, neq; iuxta carnem ambularent, ſed quicquid agerẽt, eis auxilio eſſet ad bonum. Iam ſuboriebatur quæſtio, Cur ergo accuſantur aut damnantur qui non credunt? Eam ergo, cum uelit nolit, incidit, digne tractat, in hunc fermè ordinem ac modum: Fide ſeruamur, non ex operibus: Fides non eſt humanarum uirium, ſed Dei. Is ergo eam dat eis, quos uocauit: eos autem uocauit, quos ad ſalutem deſtinauit: eos autem ad hanc deſtinauit, quos elegit: elegit autem quos uoluit. liberum enim eſt ei hoc atque integrum, D perinde atq; figulo uaſa diuerſa ex eadem maſſa educere. Hoc breuiter argumentum & ſumma eſt electionis à Paulo tractatæ.

Electionis à Paulo tractatæ ſumma.

Ait ergo Rom. 8. Scimus quod diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Iam ne tu dicas: Qui ergo diligũt Deum, aut quibus bono fiunt omnia? Anteoccupatione præuenit, ac reſpondet: His, qui ſecundum propoſitum ex uocatis ſunt. Hic caue propoſitum humanum intelligas, ſed Dei: ut ſit ſenſus, Qui ex Dei propoſito ſancti ſunt, uocatum enim eſſe, iſthic pro uere ſanctum eſſe accipitur. ut cum dicitur, Filius altiſſimi uocabitur: ibi Vocabitur Hebraico more pro uere erit, ponitur. Sed ad propoſitum redeo. Propoſitum Paulo dicitur deliberatio iſta liberrima, qua Deus ad eligendum accingitur, quemadmodum cap. 9. uidemus, cum ait: Vt iuxta electionem Dei propoſitum maneat. Eſt igitur propoſitum ſupra electionem, hoc eſt, natura prior. Fieri enim apud homines poteſt, ut quid eligatur, ſed habita ratione eius quod eligitur, puta ſi adparet utile honeſtumq; futurum eligitur. Hic propoſitũ ſiue deliberatio non eſt libera, ſed ab eo pendet quod eligitur. Volens ergo Paulus oſtendere, Dei electionẽ ex libero propoſito enaſci, non ab ipſis quos electurus eſt: liberum propoſitum dicit in cauſa eſſe, cur eis qui Deũ diligunt omnia bono cedant. nihil hic adſcribi hominis merito, addit enim: Quia quos pronunciauit, etiam definiuit, ut cõformes fiant imaginis filij ſui, &c. Pronunciauit diximus ex προέγνω, quæ uox perinde ualet atq; tu ſic dicas, prædecreuit, aut præcepit. Eſt ergo hic Apoſtoli ſenſus: Dixi eis bono omnia futura, qui ex Dei propoſito ex uocatorũ numero ſint. quod ſic uolo accipi: Deus libere apud ſe cõſtituit, pronũciat, ac præcipit (hoc enim uerbo exponit proponendi uerbum) quos uelit, etiam anteaquam nati ſint. Quos autem ſic præcipit, prædefinit quoq;, hoc eſt, deſtinat ut ſint cõformes imaginis filij ſui. Quaſi dicat: Nemo cõformari

αὐθυποφορᾷ. *Vocatum eſſe.* *Propoſitum.* *προέγνω* *Præcipit*

Chriſto

A Chriſto poteſt, niſi qui ad hoc deſtinatus eſt. Proſequitur Paulus: Quos autem
deſtinauit hos & uocauit. En nobis antequam uocemur deſtinationem, aut præ-
definitionem. Quos autem uocauit, hos & iuſtificauit. An non fide iuſtificamur?
Etiam: ſed fidem uocatio præcedit. Monet enim Chriſtus quoqꝫ, neminem ad ſe
uenire, niſi quem pater traxerit. Trahere & uocare hoc loco eandem uim habent. *Trahere et uocare, idem.*
Quos autem iuſtificauit, hos & glorificauit. qui enim crediderunt, æterno cum eo
in quem crediderunt ſummo honore adficiuntur. Hic ergo nodus eſt: Quomo-
do fides beat, aut quomodo iuſtificat? Videmus enim primum eſſe Dei delibera-
tionem, ſiue propoſitum, ſiue electionem: ſecundū uero, deſtinationem aut defi-
nitionem: tertium uocationem, quartum iuſtificationem. Quum ergo Dei hæc o-
mnia ſint. & fides quartum uix iandem locum obtineat, qui fit ut fide ſalutem pa-
rari dicamus, quum ubicunque fides ſit, iſthic & iuſtificatio ſit: imò dudum ſic ſit
apud Deum conſtituta ac præcepta ſalus cuiuſqꝫ, ut impoſſibile ſit quenquam ſic
electum damnari? Sed leui Synecdoches ictu quicquid inſolubile uidetur diſſilit.
Accipitur enim fides pro Dei electione, finitione, uocatione: quæ omnia fidē ante
cedunt, ſed in eodem ordine. Si enim dicas, Dei electio beat, Dei deſtinatio aut de
finitio beat, Dei uocatio beat: ſemper recte dices. Quamobrem? quia eiuſdem or-
dinis ſunt atqꝫ concentus, atqꝫ ſic connexa, ut unum ſine alio accipias quidem, ſed
alia propterea non excludas, præſertim cum fidem accipis quæ & inferior & po-
ſterior eſt electione, deſtinatione, uocatione. Cum ergo uocationem proxime iu-
ſtificatio, quæ fides eſt ſequatur, iam nullo labore uidemus fidei ſalutem tribui: eo
quod qui fidem habent, uocati, electi, ac præcepti ſunt. Cur autem fidei præ alijs
ſalus tribuitur? aut cur ea Paulus potiſſimum ex tota catena iſta uſus eſt? Reſpon- *Fidei cur ſalus*
demus: Quod ea nobis eſt notiſſima. quiſqꝫ enim cōſcientiam interrogat ac ſcru- *tribuatur.*
B tatur, iuxta Petri uerbum: ea ſi recte reſpondet, hoc eſt, ſi πληροφορίᾳ, hoc eſt in-
dubitata perſuaſione recte ſentit de Deo, iam certiſſimū ſignum habet æternæ ſa-
lutis. fidem enim qui habet, uocatus eſt: qui uocatus eſt, deſtinatus eſt: qui deſtina
tus eſt, electus eſt: qui electus eſt, præceptus eſt. manet autem Dei electio firma.
Qui ergo fidē habent, iuſtificati ſunt. Hęc eſt enim iuſticia, pietas, religio, cultuſqꝫ
ſummi Dei. Vnde & nihil eos damnationis manet. non enim ex iſtis ſunt qui di-
cunt, Peccemus igitur quo magis gloria Dei clareſcat: ſed ex ijs qui quoties per in
firmitatem lapſi ſunt, ad Dominum redeunt orantes, Remitte nobis debita noſtra.
Neqꝫ ex iſtis, qui cum peccauerunt, tantum abeſt ut ad bonam mentem redeant,
ut etiā in impietatē concidant & dicant, Non eſt Deus: ſed ex ijs quibus non adeo
dolet quod omnium creaturam offenderint, atqꝫ quod ſolum Deum, cor ſuum &
animam ac mentē ſuam. & dicunt, Tibi ſoli peccaui & malum coram te feci. Hæc
inquam eſt fidei iuſtificatio, his bono ſunt omnia, impijs uero contrà. Bono fuit *Pijs omnia in*
Dauid adulterium cum parricidio, iuſtus enim erat per fidem: facti enim ipſum & *bonum.*
pœnituit, & à ſpe non excidit. Malo fuit ei qui non erat ſicut reliqui hominū, quia
fidem non habebat: uocatus ergo non erat, neqꝫ deſtinatus aut electus. Hæc arbi
tror ſicut promiſimus breuia eſſe, ſed clara & firma. At in quem uſum? In hunc, ut
Catabaptiſtis reſpondeamus. ſic enim contra nos arguantur in eo libello quo ſe
putant noſtra confutauiſſe: Quomodo infantes Hebræorum ſunt de populo, de
filijs: aut Eccleſia Dei? Electos credimus quidem eſſe de populo Dei, qualis fuit Ia
cob: ſed abdicatos aut repudiatos minime. Cum enī ut eſt Rom. 9 in utero parētis
eſſent, neqꝫ mali quid aut boni operati, dixit Deus: Iacob dilexi, Eſau uero odio ha
bui. Quomodo potuit ergo Eſau eſſe de populo Dei? Falſum ergo eſt quod Zuin
glius adſerit, Hebreorū infantes eſſe de populo et Eccleſia Dei. Ad quę nūc arbi
tror eo cōmodius reſpōdemus, quod de electione deſtinationeqꝫ paucula iſta præ

E miſimus

C miſimus,in hunc uero modum:Certum eſt apud Deum neminem eſſe de populo ſuo,deq; filijs eius,niſi quem elegerit:rurſusq; hoc certũ eſt,omnẽ eius eſſe quem elegit. Sed ſic labitur uobis ô Catabaptiſtæ,omne fundamentũ ueſtrũ. Non enim ſoli credentes (ſicuti uos credentes actu uultis intelligere) filij Dei ſunt, ſed ij qui electi ſunt, filij Dei ſunt anteaquã credant:quemadmodũ ipſi quoq; Iacob exemplo probatis.

Oppoſitio. Quid ergo iſti uerbo faciemus:Qui nõ crediderit, condemnabitur? Infantes enim non credunt,ergo cõdemnabũtur? Rurſus electi eligebantur antequam in utero conciperentur: mox igitur ut ſunt,filij Dei ſunt, etiamſi moriantur antequã credant,aut ad fidem uocentur.

Solutio. Videte ergo uobis catenã iſtam & ordinẽ. Fides in iſto ordine,præter glorificationẽ ultima eſt: quæ ergo ſupra eam ſunt, non minus certa ſunt quàm ipſa fides. Vt enim uerũ eſt,Credit,ergo ſaluus fit: ita quoq; nõ minus uerũ eſt, Vocatus eſt,ergo ſaluus fit. Non loquimur aũt hic de ea uocatione qua Christus dicit,

Multi uocati, pauci electi. Multi ſunt uocati, pauci uero electi. Iſthic eñ uocationẽ externã,qua multi uerbo prædicantis uocantur,intelligit, In præſentia uero internã uocationẽ intelligimus, quam Chriſtus tractionẽ uocat. Aeque uerũ eſt, Deſtinatus eſt ergo ſaluus fit:Electus eſt,ergo ſaluus fit. Num non uidetis, quod quæcunq; in hac catena ſunt,ac ſupra fidem ſunt,quod æque ſalus ad ea ſequitur atq; ad fidem? Non enim minus uerum eſt, Qui electus fuerit ſaluus erit: quàm, Qui crediderit ſaluus erit. Cõtrà uero,à ſuperioribus ad fidem arguendo non poſſunt paria fieri,niſi fidem aliter accipiamus,quàm pro ea re atq; certitudine animi quæ inuiſibilia iſta ſpectat. de qua paulo poſt.

Eſt enim ſides ſubſtantia rerũ ſperandarũ, argumentum non adparentium. Neq; enim ſequitur,Electus eſt,ergo credit. Electus enim erat Iacob,cum nondum crederet. Sed neq; hoc ſequitur, Non credit,ergo electus nõ eſt. Electi enim ſemper ſunt electi,etiam anteaquam credunt. Cum ergo dicitur, Qui non crediderit cõdemnabiẽ:neceſſe eſt aut fidem iſthic accipi pro catena iam dicta,ut ſit ſenſus,Qui non eſt electus, nõ ſaluabitur,

D &c. aut pro eo quod eſt, intra populũ fideliũ eſſe:aut,quod noſtræ ſententiæ maxime probatur,Synecdochice ijs ſolũmodo dictũ ſit, qui iam ad eam uenere menſuram,ut capere uerbum poſſint,Qui non crediderit condemnabitur. Eſt enim fides non omnium eorum qui electi ſunt, ut iam de infantibus electis patuit:ſed electionis,deſtinationis,ac uocationis fructus tẽpore ſuo redditus. Sicut ergo iſtud uerbum,Qui crediderit ſaluus erit,non excludit eos qui electi ſunt, & antequam ad fidei maturitatem ueniant eò concedunt, quò electi ſunt, quo magis damnentur:Ita iſtud uerbũ,Qui non crediderit damnatur,non includit eos qui electi ſunt & ad fidei tempeſtiuitatem non perueniunt, quo minus ſaluentur. Colligitur ergo his uerbis,Qui crediderit & qui non crediderit, neque iſtos teneri qui per ætatem audire nequeunt,neq; iſtos ad quos Euangelij mentio nulla peruenit. Deinde id quoq; colligitur, uerba iſta, Qui crediderit,&c. &, Qui non crediderit,&c. non antecedentem habere ſenſum, quaſi fides neceſſario præcedat omnia, puta electionem,deſtinationem,& uocationem:nam ſi ſic,iam non eſſet prima iſta deliberatio ſiue propoſitum,ſiue præceptio Dei ἀφ᾽ ἑαυτῆς libera:

id eſt,à ſe. ſed tunc tandem ſequeretur electio,cum fides commendabilem reddidiſſet hominem, ut eligeretur. Neq; poſſent eligi,niſi qui iam credidiſſent. cuius tamen contrarium iam patuit. Sed conſequentem habent hæc uerba ſenſum, puta iſtum: Qui crediderit, hunc ſcitote à patre electum,deſtinatum,& uocatũ eſſe. Credit igitur,quia ad æternam ſalutem electus ac deſtinatus eſt. Qui non crediderit, hunc ſcitote repudiatũ eſſe à libera Dei electione.

Claues Apoſtolis traditæ. Atq; hic apperitur nobis planè clauium uis,quatenus Apoſtolis ſunt traditæ. Cum quis dicit ſe credere,iam Apoſtolus ſic pollicetũ: Si ex corde credis, indubitatum tibi ſit quod ad ſalutem æternam uocatus, deſtinatus,atq; electus ſis. Hic ergo noſter abſolutus eſt,& iuſtificatus,de quo ſupra diximus.

Cum

A Cum uero Apoſtolus uidet nihil fidei adeſſe, ijs qui uerbum audiunt, certus fit repudiatos eſſe. Iubentur ergo puluerem de pedibus excutere, hoc eſt, propere ab eis recedere: non tanquam nunc primum mereantur uitari, ſed quod Apoſtoli nunc primū ab ipſa incredulitate certiores fiunt abiectionis eorum: & contrà ubi fidem eſſe uident, electionis. Sic ergo ſunt hęc uerba dicta, quomodo iſta, A fructibus eorum cognoſcetis eos: non poteſt arbor bona malos fructus, neq; mala bonos facere. Qui crediderit, indubiè ſaluus erit: eſt enim fides electionis fructus, ne ſcilicet ô Apoſtoli nullum habeatis ſignum profectus. Qui uero non crediderit, dummodo ad eam maturitatem peruenerit, ut doctrinam ueſtram poſſit capere, electus nō eſt: arbor mala eſt, ne ſcilicet ignoretis apud quos fruſtra inſumatis operam. Ex his omnibus duo neceſſaria colligimus. Vnum, quod qui ad eam maturitatem perueniunt, quę iam fructum electionis ferre debet Fidem, ſi ferunt, certi ſumus de eorum ſalute: ſi non ferunt, contra certi ſumus de eorū repudiatione. Ecce ut fide, iſtorum ſolummodo electorum aut repudiatorum ſiue ſalutem ſiue naufragium depręhendimus, qui iam eò adoleuerunt, ut fidem electionis fructū de eis expectemus, unde infantes ex his natos, qui in fœdere populoq; Dei ſunt, ad fidei normam Lydiumq; lapidē exigere non debemus. Alterum uero quod ex ſupradictis colligimus, hoc eſt: Cum ſoli iſti qui audierunt, ac deinde uel crediderunt uel in perfidia manſerunt, noſtro ſint iudicio obnoxij: ſequitur, nos uehementer errare in iudicandis cum gentilium tum Chriſtianorū liberis infantibus. Gentilium, quia nulla eos lex damnat: nō enim incidunt in iſtā, Qui non crediderit, &c. deinde cum electio Dei ſit libera, impium eſt, ſi eos ab illa excludamus quos iſtis ſignis, fide & perfidia, deprehendere non poſſumus intra eam ſint nec ne. Chriſtianorum aūt, quod non modo temere nos ingerimus in electionem Dei, ſed ne uerbo quidem eius credimus, quo nobis eorū electionē manifeſtat. Cum enim nos

Electionem ex fide aut perfidia cognoſci.

Inique damnari infantes tam piorum quàm impiorum.

B Abrahæ fœderi inſerit, iam hoc uerbum nihil minus nos certos reddit electionis eorum, quàm olim Hebręorum. Verbū enim iſtud, quod in fœdere teſtamento ac populo Dei ſunt, electionis eorū nos certos facit, donec Dominus quid de aliquo aliud nunciet. Vbi & iſta obiectio excutitur: Quomodo ergo de Eſau certi eramus quod eſſet electus, cum Dominus dicat, Eſau odio habui? Sequimur enim in omnibus legem, quod ſi quid Dominus extra ordinem agat, iam per hoc non abrogatur lex. priuilegia enim non faciunt legem cōmunem. Quamuis mea quidē ſententia, omnes qui in teſtamento ſunt infantes, indubiè per teſtamenti leges de electis ſint. Cumq; dicitur, Quo ergo ponis Eſau infantem? In teſtamentū. At reiectus eſt. Reſpondeo, duplici ratione. Vna, quod omne iudicium noſtrū quod de alijs habemus, incertum eſt, quantum ad nos: quantum autē ad Deum & legem eius, certiſſimum. Exemplum. Cum Apoſtolo dicitur, Credo in Ieſum Chriſtū filium Dei: iam Apoſtolus putat eū qui ſic dicit de electis eſſe, propter uerbi Dei certitudinem. At nonnunq; fallunt, qui ſic ore confitentur: quemadmodum Simon magus fecit, & falſi fratres qui clàm ſubintroierant ad prodendum Euangelij libertatem. At deus ipſe non fallitur, neq; lex ipſa fallit: nam & Deus cor ſcrutatur & renes, hoc eſt, intima: & lex, ſi omnia ſint æqua & recta, itidem non fallit, ſed eſt æterna. Fit ergo ut nos ſemper ſecundum legem iudicemus, quemadmodum eſt dictum: neq; legem propter unum aliquem, aut multos etiam, minus eſſe uniuerſalem. Altera ratio talis eſt, quam fortaſſe non omnes recipiunt, at apud me indubitata eſt. Quotquot ex his infantibus moriunt̄, qui intra populum Dei ſunt, omnes electi ſunt. Cauſam huius meæ ſententiæ iſtam habeo, quia perfidiam quum in eo nō depræhendo, nihil habeo cur ipſum damnem: ſed cōtra quum indubitatū promiſſionis uerbū habeam, Venient & recumbent cum Deo Abrahā

Obiectio Catabaptiſtarum.

Lex ſemper uniuerſalis manet.

Infantes Chriſtianorum defuncti, omnes electi.

C Iſaac & Iacob, impius ero ſi de contubernio Dei populi eijciam. Quid ergo Eſau? ſi infans fuiſſet mortuus, an tuo iudicio itidem eſſet inter electos receptus? Etiam. Non manet igitur firma electio? Manet. Manet & abiectio firma. Sed audi: ſi Eſau fuiſſet infans mortuus, indubiè fuiſſet ex electis. Nam ſi tunc eſſet mortuus, ſignũ fuiſſet electionis. non enim ab æterno repudiaſſet eum Dominus, at cum uixit & de electis nõ fuit, ideo uixit, ut perfidię fructu uideremus eum à Domino abiectũ. Error noſter omnis hinc prouenit, quod cum à conſequente omnia uix tandem diſcamus, iam in prouidentiam quoq; irrumpimus. Diſponit illa omnia, ut nõ modo Eſau: ſed ne bulbus quidẽ in pelago, non corcorus in horto, non culex in aëre citra ipſam aut uiuat aut moriatur. Quale autem uas ſit Eſau, aut in quẽ uſum culex tam acrem tubam habeat, uix tandem per ea, quæ ab eis fiunt diſcimus. Cum ergo à ferali tandem Eſau mente, diſcimus uirum à Deo repudiatum eſſe, iam fruſtra dicemus, Vtinam infans mortuus eſſet. mori eñ non potuit, quẽ diuina prouidentia in hoc creauit, ut uiueret, atque impie uiueret. Vides igitur ô homo, ut nobis omnis fermè ſcripturę ignoratio ab ignoratione prouidentiæ uenit. Sed ad me redeo. Manifeſtæ ſunt ergo ex ſuperioribus omnibus collectiones iſtæ ambæ: quod iſta duo, Qui crediderit, &c. &: Qui non crediderit, non ſunt Lydius lapis ad quem infantium ſalutem exploremus: & quod impiè, non modo Chriſtianorum, ſed gentiliũ quoq; infantes damnamus. Hi enim ſoli ſunt noſtro iudicio obnoxij, de quibus habemus uerbum, ſecundũ quod iudicare poſſimus. Satis quoque factum arbitror ijs qui dicunt: Si per electionem ad Deum itur, ergo euacuatus eſt Chriſtus? Hæc enim eſt electio, ut quos Dominus ad æternam ſalutem deſtinauerit ante mundi conſtitutionem, æquè ante mundi conſtitutionẽ præceperit per filium ſuum ſaluos facere, ſicut Ephe. 1. Paulus admonet.

Prouidentia diuina omnia diſponit.

Electio.

D

Colligitur ſecundo loco aliud par neceſſariorum. Vnum quod incautè docent, qui dicunt baptiſmum infantium tolerari per charitatem poſſe: niſi charitate intelligant omnia fieri inter Chriſtianos, nõ imperio aut coactione legis: quemadmodũ Paulus, Nemini (ait) quicquam debeatis, niſi ut inuicem diligatis. Si uero charitatem pro uenia aut indulgentia accipiunt, ut cum Paulus per charitatem capillitiũ totondit, & ſe uoti damnatum ſimulauit: hoc enim per indulgentiã, qua infirmis parcebat, fecit. Iam pernicioſe errare arbitror, qui dicunt per charitatẽ debere infantes baptizari. Quid enim hac ſententia aliud uolunt, quâm nunc quidem per publicã pacem intermittere non licere, quod aliquando intermittendum ſit cum liceat? Illi ergo ſic noſtram ſententiam accipiant, poſt conſideratam charitatis diſtinctionem quam præmiſimus: Ceremonias nobis à Chriſto paucas, nempe duas, aut ad ſummum tres eſſe relictas: Baptiſmum, Euchariſtiam, & manuum impoſitionẽ. Prima in genere ad omnes qui de Chriſti eccleſia ſunt, pertinet. Secunda ad eos modò, qui ſe de fidei certitudine poſſunt interrogare. inquit enim Apoſtolus: Probet autem ſeipſum homo. Tertia ad paucos, puta ad iſtos, qui uerbi miniſterio præficiuntur. Hæ autem ceremoniæ quum manifeſtas leges habeant, improprie dicuntur ex charitate fieri, quum ex præcepto fiant: etiam ſi tibi per pietatem gratiſſimũ ſit, quicquid Deus pręcepit. Cum itaq; dicitur: Euntes docete omnes gentes: baptizantes eos in nomen patris, & filij, & ſpiritus ſancti: legis formam habet, perinde atq; Circuncidatẽ ex uobis omne maſculinũ. Nõ poteſt ergo indulgentię adſcribi quod lex iubet: ſed hoc ex indulgentia fit, cũ quibuſdã infirmis cũ euchariſtię celebratione parcitur, aut ſi mos baptizandi infantes poſtliminio reduceretur, ac deinde quibuſdam infirmis parceretur, ne cogerentur pro ritu ac more baptizantium baptizare infantes: hoc inquam ex charitate fieret. Euchariſtia igitur non celebratur hoc modo ex charitate, ſed intermittitur ex charitate à multis, ſic eſſet de baptiſmo.

Charitas pro indulgentia aut uenia.

Ceremoniæ à Chriſto relictæ quot.

A baptiſmo. Hic uos moneo chariſſimi fratres, ut noſtram ſententiam etiā atq; etiā expendatis, uidētur enim quidam huius uerbi aſtutia ueſtræ ſimpliciati uelle os oblinere. Alterum neceſſarium, ex ſecundo pari eſt. Quod ſiue ſententiam noſtram de electione, deſtinatione, uocatione, ac fide, recipiant Catabaptiſtę aut alij, quæ profecto mea non eſt, ſed Apoſtoli Pauli: imò rei ipſius, ſi Dei prouidentiam non tepide expendas: ſiue inquam recipiant, ſiue minus: adhuc tamē infantibus perinde nō eſt propter Dei electionem aut repudiationem negandus baptiſmus, atq; nec Eſau aut cuiquam repudiato circuncīſio negata eſt. Vnde Catabaptiſtarum argumentatio in uniuerſum, arbitror, iam euerſa eſt: & demonſtratum, quod electio ſupra baptiſmum eſt, circunciſionem, fidem, atq; prædicationem.

QVOD APOSTOLI BAPTIZAuerint infantes.

Scriptura quænam Chriſto & Apoſtolis ubiq; citata.

IN SVPERIORIBVS diximus de eo, quod dum Chriſtus ipſe & Apoſtoli ad ſcripturam remitterent, ad nullam aliam remitterent quàm legis & prophetarum. nondum enim erant Euangeliſtarum commentarij conſcripti, aut Apoſtolorum Epiſtolæ cōportatę. Quod non ideo dicimus, quaſi canonicæ Noui Teſtamenti ſcripturæ quicquam derogatum iri uelimus, cum & ueteris teſtamenti libri ſint nō uno tempore ſcripti, nec tamen ideo poſteriorū autoritas eſt minor. ſed ut oſtendam, Literatores Catabaptiſtas in hoc errare, quòd putant Apoſtolos baptiſmum omnino ad eam literam direxiſſe quæ nondum ſcripta erat, imò quod in his poſtea ſcriptis ex Hebraicæ linguæ ſchematiſmo, uerbo eſt obmiſſum, ſed ui ſermonis compræhenſum, id obmittendum eſſe iubeant, cum interim res ipſa aliud moneat, & illi ipſi qui no-
B uum teſtamentum ſcripſerunt, teſtentur ſe omnia quæ Chriſtus ipſe egerit aut docuerit, non potuiſſe exequi. Suſcepi ergo rem arduam probaturum, ut Catabaptiſtæ putant: ſed facilem, ſi ueritati aurem præbeamus. Argumentis ergo primo utemur, deinde teſtimonijs. Argumenta uero nullicunde quàm ex ipſa ſcriptura petemus, hoc modo.

Nemo neſcit quàm acrè fuerit inter credentes certamen de circunciſione, de quo Actorum decimoquinto habetur: alijs circuncidi contendentibus oportere eos, qui iam Chriſto initiati erant: alijs obſtantibus. Cum'que negocium ad multum ueniſſet diſſidium, legatos Antiochenos, Apoſtolos, atque totam Eccleſiam diuino ſpiritu inſtinctā, decreuiſſe, ut circunciſio, & reliqua omnia ex lege externa, præter pauca quæ infirmis donabant, abrogata eſſent. Hic ergo Catabaptiſtas percontor, Num credant diſcipulos minus fuiſſe ſollicitos de baptiſmo ritè adminiſtrando, quàm circunciſione? Si dicant nihil fuiſſe ſollicitos, iam aliud ſuadet pietas, quæ pro liberis ſollicita eſt æque ac pro ſeipſa. Cum igitur pars ſollicitii eſſent, nę obmitteretur circunciſio, pars ne baptiſmum cōfunderent: adparet eos nihil minus fuiſſe anxios pro liberis quàm pro ſeipſis, præſertim cum inter inina infantes eorum haud dubiè circunciſi eſſent. Ideoq; fieri nequit, ut ſi Apoſtoli uoluiſſent infantes baptizare, non fuiſſet aliquid turbæ oriturum. At de hoc nihil habetur: nulla fuit igitur turba. Iuxta credentium ergo ſententiam baptizati ſunt infantes, atque ea de cauſa huius nulla diſerta habetur mentio. Si autem admittant, parentes fuiſſe ſollicitos de infantium ſuorum baptiſmo: ergo uicerunt, ac baptizarunt: uicit enim baptiſmus quoque, ac manſit, antiquata circunciſione. Nam ſi certamen aut conſideratio incidit, nec tamen uicit eorum ſententia qui baptizandos cenſebant, iam firmata fuiſſet circunciſio, & infirmatus baptiſmus. atq; hoc argumentum ad coniecturas & ſigna pertinet, ueruntamen ex ſcriptura de-

C ſumpta. Secundum aūt inſuperabile eſt, ex collatione ſcripturarū collectū. Abrogata eſt circuncíſio Eccleſię, in ſpiritu cōgregatę, decreto. Fuerūt infantes cum parentibus intra eccleſiam: ſi ergo iuxta Catabaptiſtarū ſententiā infantes iſti aut paruuli non fuerunt baptizati, attamen circunciſi: Iam ſequitur Eccleſię decreto, Chriſtianorū infantes, de Eccleſia eſſe eiectos: & circunciſioni adiudicatos. Qui eñ circunciditur, debitor fit uniuerſæ legis ſeruandæ. Nec eſt cur hic cauſemur, temporis habendā eſſe rationē. Apud Antiochiam eñ ortum eſt certamen de circuncidendis credentibus, non Hieroſolymis, ubi aut circunciſionem conſtat uiguiſſe aut baptiſmum.

Credentium primitię.

Tertium iterum ad coniecturas pertinet. Vt ſcilicet conſideretur, ex qua gente fuerint credentium primitię. Ex ea enim fuerunt, quæ externis adeo hærerer, ut Apoſtoli crederent etiā poſt reſurrectionem Chriſtū corporaliter regnaturū. Nō eſt igitur uериſimile, quod infantes ſuos reliquerint non baptizatos. Alia tibi relinquo Lector: poſſunt enim multa ex his fundamentis educi.

Quartum eſt, quod ſuperius attigimus. Videlicet, quod Paulus primo Corinthiorum decimo nos atque Hebræos pares facit: Omnes, inquit, baptizati ſunt, omnes ederunt eandem eſcam ſpiritualem. Cúmque infantes eorum omnes in mari baptizati ſint & nebula, iam paria non fierent, ſi noſtri infantes non baptizarentur, ut dictum eſt. Quod autem Catabaptiſtæ hicogganiunt: Si ederunt eandem eſcam ſpiritualem, Noſtri igitur infantes Euchariſtiā quoque celebrabunt: Pondus non habent, nam per ſynecdochā cuiq; parti quod ſuū eſt tribuitur. Cum aūt in euchariſtiæ celebratione interdictum habeamus, Probet aūt ſeipſum homo: atq; pueris iſta exploratio non competat, baptiſmus aūt perinde ac circunciſio cōpetat: fit manifeſtum, Paulo quoq; in uſu fuiſſe infantiū baptiſmū, non etiā
D infantium euchariſtiā. Hic quoq; id diſſoluitur quod ex Col. 2. cap. obijciunt: Infantes non poſſe circuncidi circunciſione nō manufacta, neq; deponere poſſe corpus peccati. non ergo baptiſmū ueniſſe in locū circunciſionis, cum circunciſio externa & corporalis fuerit, hęc aūt interna & ſpiritualis ſit. Diſcimus eñ hic quod Paulus quoq; externa noſtra Hebręis tribuit, cū interna ſolummodo habuerint, & externa nō in eadē ſed in alia ſpecie. Eſcam ſpiritualē nemo negat illos ediſſe, quemadmodū & nos: per ſolum eñ qui uenturus erat ſalui facti ſunt, ſicut & nos: at panem & uinum in cœna non circuntulerunt, ſed alijs externis uſi ſunt horum loco, Manna & aqua de petra. Vides ut hic per analogiā externa paria facit: cum ſint alia atq; alia, ſed interna erant eadem. Sic & baptiſmum illis tribuit internum, quod æque atq; nos per Chriſtum abluti ſint: externum iterum per analogiam è mari & nebula exprimit: Nobis uero circunciſionem internam, eo quod in eodē cum illis fœdere ſimus, eodemq; ſpiritu renaſcamur ac circuncidamur: Synecdochice uidelicet loquens, pro cuiuſq; ætatis ratione. Externam aūt nullam inuenit aliam quàm baptiſmum: nam quid alioqui cauſæ eſſet, cur baptiſmi & circunciſionis per analogiam collationem faceret: quum citra ſenſum allegoricū potuiſſet loqui de ſpiritu renaſcente: niſi hic eodem modo uoluiſſet, tam interna quàm externa paria facere, atq; 1. Corinth. 10. fecerat. Sequitur ergo, Paulū in hac fuiſſe ſententia, ut circunciſio noſtra ſit baptiſmus: quod nunquam ſenſurus erat, niſi ſuo tempore uidiſſet infantes Chriſtianorum æque baptizari, atque olim circuncidi uiderat.

Baptiſmus noſtra circunciſio

Quintum eſt, non tres tantum de quibus ſupra, ſed multas familias ab Apoſtolis eſſe baptiſmo tinctas: in quibus uериſimilius eſt infantes fuiſſe, quàm ſecus. Atque hoc ad uериſimile pertinet, de quo ſatis ſuperius eſt dictum.

Nunc ad teſtimonia uentum eſt. Concinnabis igitur hoc optime Lector, quicquid de uno eodemq; teſtamento, populo, & ſaluatore dictum eſt. Atque ſimul

hoc

Digitized by Google

A hoc conſiderabis iſto loco, quod cum Apoſtolorum tempore nemo alia ſcriptura uteretur quàm Vetere, imò Chriſtus ipſe alia non ſit uſus, quicquid huius controuerſiæ de baptiſmo fuiſſet natum, autoritate ueteris ſcripturę compoſitum iturum fuiſſe. At ea cum aliud ne ſuaderet quidem, quàm baptiſmũ fœderis ſignum, perinde infantibus eſſe dandum atq; circuncisionem: non fuiſſe igitur hæſitationem ullam Apoſtolis, quominus infantium baptiſmum adprobarent. Origenes in epiſtolam ad Rom. lib. 5. ſic teſtatur. Eccleſia ab Apoſtolis traditionem ſuſcepit, etiam paruulis baptiſmum dandi. Auguſtinus idem perhibet in lib. de baptiſmo paruulorum ad Marcellinũ. Quos non in hoc adduco, ut eis autoritatẽ tribuam ſcripturæ, ſed propter hiſtoriæ fidem. Origenes enim poſt centum & quinquaginta annos ab Aſcenſione Chriſti floruit: ne uetuſtatem baptiſmi infantium ignoremus, ſimulq; poſſimus adſequi, indubitatũ eſſe quod Apoſtoli citra omnem controuerſiam infantes baptizauerint. *Baptiſmi infantium uetuſtas.* Nihil igitur in uniuerſum Catabaptiſtas agere, quàm quod olim Pſeudapoſtoli, de quibus Paulus ſic pronunciat: Iubent uos in hoc tantummodo circuncidi, ut in carne ueſtra glorientur. ſic iſti gloriantur de turbis & ſeditioſa, imò hęretica Eccleſia. Vere enim adſero, noſtra tempeſtate nullum dogma quantumuis inauditum, ita iure poſſe hæreſim adpellari, atq; hanc ſectam. *Catabaptiſmus uera hæreſis.* ſeſe enim ſepararunt ab Eccleſijs credentium, denuo baptizarunt, & peculiaria habent conuenticula. Sed iam auctario manum adperiemus.

AVCTARIVM.

CVm eam paruitatem quàm Dominus tribuit ſemper liberaliſſime erogemus, cogimur in auctario imperare manui: non ex tenacitate, ſed quod te iam dudum optime Lector tantæ prolixitatis piget, & quod nundinarum urgentium importunitati cedere cogor. Stulta igitur, impia, & abſurda quæ docent, adſignatis paucis ſcripturæ locis, ſed talibus ut eis tota Catabaptiſtarum caterua non

B poſſit reſiſtere, conuellemus σὺν τῷ θεῷ. Catabaptiſtæ docent mortuos dormire & corpore & animis, uſq; in diem iudicij: propterea quod dormiẽdi uerbo ignorant Hebræos pro moriendi uerbo uti. 1 *Animas dormire, Catabaptiſtarum dogma.* Deinde non conſiderant, animam eſſe ſpiritum, qui tam abeſt ut dormire poſſit aut intermori, ut omniũ ſpirãtium uita non aliunde ſit quàm à ſpiritu, ſiue craſſus ac ſenſibilis iſte corpora uegetet ac ſurregat, ſiue cœleſtis ille in corpore peregrinetur. Cœleſtis ergo ſpiritus (quem nos animam, Græci ἐντελέχειαν uocant) tam uiuax, conſtans, robuſta, tenax ac uigilans ſubſtantia eſt, ut de natura ſua non poſſit in perpetua tum operatione tum perduratione non eſſe. *Anima ἐντελέχεια.* de natura enim ſua inceſſans operatio aut motus eſt. Vnde tam abeſt ut dormire poſſit, quantũ à luce aut ſole abeſt, ut obſcurum corpus ſit. Quocunq; ſolem abigas, ſplendet ac incendit, id quod Phaëton expertus eſt. ſic anima quocunq; detrudas, animat, mouet, ac impellit: adeo ut corpore deuincta, dum ipſum (quæ eius eſt inertia) dormit, ipſa tamẽ non dormiat. meminimus enim eorum quæ in ſomno uidimus. Quãto magis corpore liberata dormire nequit, cum ſit ſubſtãtia ad perpetuã operationẽ, quæ defatigari non poteſt, cõcinnata. Dormit ergo corpus, anima nuſq;: ſed cum corpore liberatur, iam corpus noctem æternã dormit. Poſtremo ignorant Catabaptiſtæ, reſurrectionẽ mortuorũ Hebræis non ſemper accipi pro carnis iſta ſuprema reſurrectione, quam olim uidebimus: ſed interim pro hac, interim uero pro cõſtantia aut perduratione animæ, qua corpore ſoluta in uita conſtat ac durat, non ſomno aut morte depreſſa. neq; enim poteſt deprimi. Iehoſue ſeptimo ſic loquitur Dominus, Non poterunt filij Iſraël ſurgere coram hoſtibus ſuis. Et paulo pòſt, Non poteris ſurgere ante hoſtes tuos. Hic utrobique ponitur ſurgere pro conſiſtere, ac perdurare. *Surgere, apud Hebræos, לקום* Nam & Hieronymus ſtare tranſtulit. Mathæi uigeſimoſecundo ſic loquitur Chriſtus: De Reſurrectione

A pertinet. Nihil enim æque mores corrumpit, atq; docere animos intermori: aut ut
nunc Catabaptiſtæ blaſphemãt, dormire uſq; ad poſtremum diem, ac deinde ad-
ſerunt & dæmonem & omnes ſaluari. Quæ igit poena perfidos ac ſceleratos ma-
net? Quæ corruptio nõ tam large ſequeretur, ſi iſti ſolummodo negarent carnem
reuicturam. Quinto: iſta quoq; conſideres, ἐκνήψατε δικαίως, hoc eſt, euigilate re
Animarũ dormitio, Catabaptiſtarum dogma.
cte. Reſipiunt enim hæc uerba Paulinam acrimoniã. Cum enim iſti ſomno igno-
rantię preſſi putarẽt (quod lupus, qui omnia credit animalia crudis ueſci, eo quod
ipſe ueſcitur) animas dormire, Euigilate ait. Cum autem propter acumen ſibi do-
ctuli uiderentur, ac ideo minime dormire: Recte, ait, euigilate, putatis enim uos ui
gilare, & rem acu tetigiſſe, cũ ſomniculoſe de ſomno ſomnietis. Poſt hæc, ſequen-
tia quoq; expende Lector, & ubi uideris in genere primum loqui Apoſtolum de
animæ poſt hanc uitam uita, ac deinde ad carnis reſurrectionem deſcendere, huc
redi: Et uidebis Catabaptiſtas non tam ſomno, quàm nequitia depreſſos, tradere
quicquid inciderit. Catabaptiſtæ & hoc docent, tam dæmonem quàm impios 2
omnes beari. Cur igitur nobis æternam damnationem comminantur, niſi merga
Dæmonem & impios omnes tãdem ſaluari, Catabaptiſtarum dogma.
mur? Vide ut illorum dogma conſtet: Dum morimur, dormiemus uſq; ad ultimũ
diem. iſto deinde iudicio abſoluemur. Sublati ſunt igitur inferi? gehenna? ignis
inexunguibilis? flamma quæ zizania in manipulos colligata lambet? Sed docti
ſunt לעלם id eſt, in æternum Hebraicam uocem non ſignificare æternitatem in-
terminabilem; qua in re perinde faciunt atq; in omni. Vnum aliquid cum didice-
runt, iam quæ aut ignorant, aut uidere nolunt, auerſantur ac reijciunt. Habeãt igi-
tur ſic Lucæ 1. Et regnabit in domo Iacob in ęternum. Dicite, an hic in æternũ acci
In æternũ, uox perperam Catabaptiſtis intellecta.
piatur pro aliquot ſeculis? Aliud teſtimonium Matth. 25. Diſcedite à me maledi-
cti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Dicite hic, quando
B finem ſit ignis iſte habiturus, ſi æternum ſemper ſeculare tempus eſt. Quot quæ-
ſo ſecula erũt, cum ſeculum hoc finitum erit? ut dicere poſſitis, aliquouſq; duratu-
rum eſſe ignem, ac deinde extinctum iri? Sed quid rogo? quaſi uero aliud dicatis,
quàm quod uaniſſimum eſt. Tu itaq; lector audi: In ultimo iſto iudicio, poſt quod
nullum aliud erit, poſt quod nullum ſeculum erit, ſed mera æternitas, dicturus eſt
Chriſtus, Diſcedite hinc à me in ignem ęternum. Quem ergo finem habebit hoc,
quod finem inuenire nullum poteſt? Nam ſi iſthic æternum temporarium eſſet,
quod fieri nullo pacto poteſt (tunc enim deſijt omne tempus) iam & beatorum ſa
lus eſſet temporia. Sed ſtultus ſtulta loquitur. Catabaptiſtę ſumunt ſibi omnes 3
prędicandi officiũ, atq; de alijs qui legitime à Chriſtianis Eccleſijs inautorati ſunt,
Catabaptiſtæ omnes prædicatores, quanquam nõ miſsi.
ſciſſitãtur: Quis tę elegit? Cum iſti ne à ſua quidem Cacoeccleſia mittãtur. At hic
non curant ſcripturam, Hic non ualet. Non legimus aliquem ex ueris Apoſtolis
ſibi ſumpſiſſe uerbi miniſterium: ergo nemo debet ſibi hoc ſumere. Cum Paulus
interrogat, Quomodò prædicabunt niſi mittantur? Audiat: Catabaptiſtæ. Qua
porrò autoritate? Patris mendacij ac diſſidiorũ. Catabaptiſtæ, ubi ubi lubet ſcri- 4
pturam negant, & ſpiritũ ſuum iactant. Scimus autem, quod ſpiritu interpretan-
Scripturæ ſpiritu interpretandæ.
dæ ſunt ſcripturæ, non contentioſo iſto atq; temerario, quo Catabaptiſtę exagitan
tur: ſed illo ueraci, æterno, pacifico, ac ſibi cõſtante. Scimus itidem Chriſtum ideo
ad ſcripturam prouocaſſe (qui tamen ſignis ac doctrina ſatis experimenti dabat)
num nam ex Deo loqueretur: quo minus cum Catabaptiſtæ tum quiſquam alius
ſibi credi poſtulare auderet, cum citra ſcripturæ autoritatem loqueretur. Vnde ue
Antiſtrephon.
hementer mirum eſt, qua fronte audeant baptiſmum infantium ad ſcripturam exi
gere: imò ad non ſcripturam. nihil enim habent quo fidant in ſcripturis, ſed ſolam
negatiuam fundamentum ſuum faciunt, cum dicunt: Nõ legimus Apoſtolos ba
ptizauiſſe infantes, ergo non ſunt baptizandi; cum omnem ſcripturam umbone

C lactati ſpiritus eludant peſſimi. Prophetiam, inquiunt, nolite ſpernere, neq; ſpiritum extinguere. Recte ſanè. Sed quid ſubditur? Omnia probate. Probabimus igitur ſpiritum, monet enim & diuus Ioannes, ne cuiuis ſpiritui credamus, ſed probemus num nam ex Deo ſint. Vos negatis Chriſtum eſſe natura Dei filium, propitiationem pro totius mundi delictis: ſpiritus ergo ueſter ex Deo nō eſt, iuxta Ioannis exploramentum. Spernemus ergo prophetiam ueſtram non aliter, quàm cum ſe Saul prophetantium choro inſeruiſſet. Spiritum autem ipſi retinctione ueſtra extinguitis. Quomodo enim non extingueretur, qui toties mergit? non enim eſt ille ſpiritus, qui in mundi conditione ſuper aquis ferebatur: ſed qui cum porcis tanto uicinorū damno ſeſe præcipitauit, ipſe nimirum enatans, relictis in ſtagno Geneſare, qui paupertinorum hyemem ſolari debuerant. Intendite ad Allegoriā.

PERORATIO.

Non dubito piiſſime Lector, te iam dudum id Pauli in nobis deſiderare: Ferte uos mutuo in dilectione, ſtudentes ſeruare unitatem ſpiritus in uinculo pacis. Quod ut tu deſideres, nos qui à uero baptiſmo ſtamus, in culpa nō ſumus. Nihil enim nobis æque dolet, ac iſtorum audacia. Cū enim, ut iſthic proſequitur Apoſtolus, Vnum corpus ſimus, & una anima ſiue ſpiritus, eo quod in unā eandemq; ſpem uocati ſumus: Iſti monitorem Apoſtolum audire noluerunt. Clam enim docuerunt, quod non oportet, nimirū & iſtud ignorantes: Vnus Dominus, una fides, unum baptiſma. Vnde mirum nō eſt, eos à nobis exiuiſſe. qui enim iſta non uident, ex noſtris non ſunt. Tuum interea eſt, in timore Domini proficere, & ab hypocriſi malignorum hominum teipſum cuſtodire. Vale, & uictoriam ueritati precare. Nos enim ad Badenſem diſputationem, quam omnes de induſtria Chalcographi perhibent deprauatam, conuertimur, quam hactenus legendi non fuit ocium. Vt ſi quid confutatione noſtra egeat, reddamus. Omnia ſcito, cū excuderentur, calamo eſſe è faucibus erepta.

LIBRI SECVNDI FINIS.

DD. IOAN-

DD. IOANNIS OECOLAMPADII ET HVLDRICHI ZVINGLII EPISTOLARVM Liber Tertius, qui ea quæ ad Euchariſtiæ negocium pertinent, complectitur.

IOANNES OECOLAMPADIVS *fratri ſuo* N. S.

GRATIAM & pacem à Domino. Reddita eſt mihi Apologia tua, unà cũ literis Frater chariſſime, & arriſit nõ mediocriter. Porrò quod mones accingar & ipſe, ad expugnandam Carolſtadianam inſaniam, nondum integrum uidetur: neq; apud omnes exploſa eſt illius ſententia, etiam apud uiros doctos. Et nihil minus ſuſpicor (libere pro Chriſtiana fraternitate mutuũ loqui liceat) q̃ quod tu exiſtimas: nempe, negare illos Chriſtũ uere paſſum. Quod ſi alere uirus tale ſubodorarem, inſectarer profecto ut rabidiſſimas beſtias. Ipſe cum non abhorream ab eius ſententia, qua negat tranſſubſtantiationem carnis Chriſti & panis, planè argumentum contra Martionem col- *Martionitarũ error.*
B ligo, ut eſt apud Tertullianum: probantẽ ex eo quod panis figura ſit, Chriſtũ uere paſſum, contra Martionem, quia latens dicebat, corpus Chriſti in pane, arguit corpus Chriſti phantaſticũ. Non uideo igitur caput hæreſeos illius eſſe, negare Chriſtum uere paſſum. Arguis: Qui negat cœnã de uictima, negat & uictimã. Quomodo intelligas, non ſatis capio. Aſſentior tibi, Chriſtum ueritatem umbrarum, & quod uictimæ Domini ſint ſacerdotum, ut hinc ueſcantur perpetua lege: Leuit. 6. Fateor & nos eos ſacerdotes. At noſtrum erit perpetuo ueſci, & non ſolum quando ſacroſanctis utimur ceremonijs. Quandocunq; enim non ueſcimur carne filij hominis, & fide deſtituimur, iam nõ uiuimus. Vere autem cõſummans uictima Chriſtus eſt. Porrò nõ admittis, ſufficere internam. Neq; in hoc ſubſcribo, ni fratrum exigat utilitas: quam minime aſpernabimur, ſi interne uiuificati fuerimus. Agnouerũt autem & priſci nouam legem in cordibus ſcriptã, hyſopo aſperſi, & deſiderantes illum diem Domini. Quod autem dicit, Patres ueſtri manducauerunt manna, & mortui ſunt: nimirum de incredulis loquitur. Abraham autem & filij eius ſecundum ſpiritum, etiam mortui, non ſunt mortui. Igitur ipſe non auſim huius criminis accuſare, tametſi diſplicuerit, quod tantã rem inconſideratius aggreſſus ſit. Proinde ut tu me hortaris ad ſcribendum, ita ego te dehortor: ne ſera ducaris pœnitudine. Scripſit & Regius amicus noſter, ſed optaremus eum pleriq; calamo caruiſſe. Vnum & alterum librorum Carolſtadij legi: neq; enim omnes coëmere potui. Alia autẽ, quæ ex illius libellis male affectus in eum colligis, iam non oppugno: tametſi conferrens cum his quæ ille ſcripſit, uideor mihi facile eludi poſſe quæ affers. Vnum diſſimulare non poſſum, quod ex Paulo adducis περὶ τοῦ διακρίνειν τὸ σῶμα τοῦ κυρίου. nihilminus eo loco ſtatuere uoluit Paulus, quàm quod afferre uideris. Non enim ibi docetur conſubſtantiatio, tametſi manducatio

C nem corporis Domini nõ negem. Volens enim bene cõuenire inter Corinthios, ut eſſent unum corpus Chriſti myſticum, memoria cœnę dominicæ confundit & extimulat ad charitatem. Nam hoc agit memoria corporis Chriſti, ſemel pro nobis paſſi, ut digna fide repetita confœderet nos arctiſſimis uinculis. Quam charitatem quotquot neglexerint, quis diceret diiudicare corpus Domini? Panẽ ſancto uſui charitatis & memoriæ mortis deſtinatũ, uorant perinde ac prophanus eſſet, ij quos mors Domini non ad fraternam adigit dilectionem. Siue tranſſubſtãtiationem, ſiue conſubſtantiationem poſuerimus, indigne profecto de Chriſto loquemur. Ora mi frater Dominum, ut aperiat oculos tuos, uel ſi erro meos, ne in tantũ cum tantorum periculo hallucinemur. Nolim à te celare quid ſentiã. Chriſtus uerus ille panis cœleſtis, ſemper eſt panis Chriſtianorum & fidelium. Semper manducamus carnem filij hominis, ſed ſpirituali modo, non dico ſpiritualem. Si ſemper igitur & ſub hac hora, qua ceremonijs ad hoc à Chriſto inſtitutis utimur, uere mãducamus, & uere adeſt, ſicut antea affuerat: niſi quod ceremonialis ille & myſticus ritus panis & uini accedit, quibus rememoratio fit, fideiq́ ac charitatis noſtræ ſymbolum exhibetur ac teſtimonium. At panis ac uinum, licet uere ſint panis & uinum, ad alium tamen uſum adhibentur, nempe ut figuram gerant corporis & ſanguinis. Itaq; panis ac uinum nobis quaſi non ſunt panis & uinum, nolumus tunc externis illis quæ ſumimus ſaturari, ſed his quibus ſi Chriſtiani ſumus, perpetuo ueſcimur & inebriamur. His nũc obiter mentẽ meam declaraui: & per miſericordiam Chriſti te adhortor & adiuro, ut ſi nõ edidiſti quę contra Carolſtadium, ne præcipites. De reliquis quæ ſcripſi, commendo Domino, cuius uoluntati parere cupio. Vale, Baſileæ.

Non diiudicare corpus Domini.

D

HVLDRICHVS ZVINGLIVS IOANNI N. *Norimbergio* S.

GRATIA tecũ. Quod ad binas epiſtolas tuas ſemel tandem reſpondeo, hinc eſt doctiſs. N. quod amici mei filius, qui ſecundam attulit, ſic me inſcio ad uos properauit, ut abeuntem mirarer nihil admonuiſſe profectionis. Ante hunc autem neminem habui, cui tuto credere omnia poſſem. Quæ ergo de auſpicanda amicitia ciuiliter ac docte agis, ſuperuacanea eſſe ſcito. Is enim ſum, qui gratiam potius debere debeam, quod nomen meum inter tuos patiaris amicos, quàm difficilem aut ſuperciliosum exhibere. Primum ergo inter nos rogemus legem, ut N. Zuinglio, & uiciſſim Zuinglius N. ſit animæ dimidium: liceatq́ utriq; ad alterum quod Caſtori & Polluci, Theſeo & Pirithoo. Quæ de ipſo pietatis fonte, ſancte ac penè diuine diſſeris, tam abeſt ut aſpernet, ut unicam aduerſus Lutherum ancoram eijcere mediter: cum de ſuo languidum hoc telum, non ex armamentario Chriſti promit, Carne Chriſti adeſa confirmari fidem. Sic enim occurrere etiamnum ſtatuimus: Qui credit in me, non ſitiet in æternum. qui enim Chriſto fidit, non fidit eo, ſed eo qui ipſum miſit: Ioan. 12. Atq; hoc unum eſt quò tendimus, cum probare uolumus, eos qui carnem in Euchariſtia defendũt, aut imbecillem habere fidem, aut ſi habeant, temere loqui. Ipſa enim fidei πληροφορία, ſiue firmitas, ſiue ſecuritas tunc adeſt animo, cum ſummo immutabili bono ſic fidit, ut aliò ſpectare nequeat, aliunde gratiam aut auxilium ſperare non poſſit. Breuiter omne tulit punctum, qui ſummo nititur bono. Non ergo fidem confirmare poteſt ulla creatura. ſed iſtud ſimul nobis negligendum non eſt, ne caueamus, ne Chriſto maſtiges uideamur eſſe. Quæ enim de fide in Chriſtum aut eius mortem dicuntur, non ſpectant humanam in eo naturam. Quin & ipſa mors, quæ oblatio eſt pro peccatis

Caro Chriſti quatenus fidẽ confirmet.

Chriſtomaſtiges.

noſtris

A noſtris, tam precioſa non eſſet, niſi is qui ſecundum unam naturam mortalis erat, ſecundum alteram uita eſſet. Cum ergo dicimus, nos carne Chriſti fidere, per carnem mottem intelligimus. Ac continuo morti fidere, κατ᾽ ἀλλοίωσιν, hoc eſt commutationem, nihil aliud eſt, quàm eo fidere Deo, qui ſecundum alteram naturam mortuus eſt. Ipſeq; haud ſcio, an quiſq; dixerit carne Chriſti fidere, pro Chriſto fidere. Vnde quomodocunq; ſermones fingamus, fidei ipſius uis non in alio conquieſcit, quàm qui Deus eſt. Nam & neoterici Theologi hos cancellos nũquam tranſilierunt, ut admitterent puram, hoc eſt, ſolam nimirum humanitatem Chriſti adorari adoratione λατρείας poſſe: quod non poteſt aliud eſſe, quàm ea niti non licere. nam quo niti licet tanquã ſummo bono, ipſum indubie adorari poteſt. Sed quoniam is qui filius Dei eſt, itidem eſt filius hominis: una ὑπόστασις, naturæ tamen duæ: fit ut humanitati ſiue carni tribuatur, quod ſolius diuinitatis eſt. ut cum Chriſtus dicit, Caro mea uere eſt cibus: At animæ cibus eſſe nemo poteſt, niſi Deus. Cum ergo carnem ibi pro morte accipiat, iterum eſt commutatio ἰδιωμάτων. Neq; enim mors Chriſti uiuificare poſſet, niſi Chriſtus ſimul uita eſſet. atque hoc deeſt Iudæis ac gentibus, quod Chriſtum nolunt agnoſcere Deum eſſe: & quod ſub carnis proprietate de diuinitate locutus eſt, nõ intelligunt. Carnem ergo Chriſti edere, eſt credere ipſum pro nobis mortuum eſſe. Verum quid hoc eſt? an non & Decij, Curij, Codri pro alijs mortui ſunt? Sed his niti nemo debuit. creatura em̃ fuerunt. In Chriſto autem hoc eſt admirabile, quod cũ Deus eſt, per quem omnia creata ſunt & gubernantur: etiam pro nobis mortuus eſt, qui uita erat omnium. Hoc ergo credere, iſta bonitate ſummi boni ſalutare eſt. Quid ergo caro eſt? Symbolum ais. Hoc nimis leuiter dixiſti, quantum ipſe uideo. Nam ſymbolum eſt alterius rei ſignum: Chriſtus autem eſt ipſum ſalutis pignus, ac ueluti ſatisfactio. Id

Carne Chriſti fidere.

Morte Chriſti fidere.

Carnem Chriſti edere.

B autem quomodo uelim intelligi, accipe. Perinde iuſtus eſt Deus atq; miſericors, quemadmodum in Commentario noſtro fuſius tractatum eſt. Si dicas, qui Deo fidit, iam eius miſericordia ſaginatur, ac læto fruitur ocio, miſericordiam tenet, nõ ueretur iuſtiriam. Reſpondemus: Et iuſtiriam Dei timeri ac coli non minus oportere, quàm miſericordia niti. Sacroſanctam enim & inuiolabilem æque decet eſſe iuſtitiam atq; miſericordiam. Summæ ergo atq; inadulabili iuſtitiæ cum nemo ſatisfacete, nemo eam demereri poſſet, iam ut ipſa incõcuſſa maneret, hominiq; miſericordia ſuccurreret, Chriſtum fecit Deus filium ſuum, qui pro nobis morte ſua perlitaret, iuſtitiamq; placaret. Caro ergo precium fuit pro peccatis noſtris? Minime, ſi per carnem genus intelligas: ſed caro Chriſti, hoc eſt, totus homo diuinitati coniunctus. nulla enim caro uiuifica eſt: ſed caro eius, qui uita naturà eſt, uiuifica dicitur propter naturarum unionem. nam uita proprie diuinitatis eſt, non carnis. Sed ferimus locutiones iſtas, carnem pro nobis dependiſſe, carnem Chriſti, (quã Ioan. 6. interim panem uocat, interim carnem) uitam mundo dare: &, Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi. Et Chriſtus pro nobis paſſus eſt, & factus eſt pro nobis maledictum. Propterea quod iſta quidem diuinitati irrogari fuit impoſſibile, non etiam humanitati, Quis enim flagris Deũ maceret? ſed cum is flagellatur, qui Deus & homo eſt, ex ea parte cæditur, qua homo eſt: & ex ea ſalus currit, qua Deus eſt. Ea enim parte & ſumma ei data eſt innocentia. quis enim de Virgine, præter eum qui Deus eſt, unquam natus eſt? Diuinitas ergo eſt, propter quam Virgo parit. Quoniam autem hic de quo loquimur, Deus & homo, unus eſt Chriſtus, non ſimus harum locutionum impatientes: quæ de humana natura quidem dicuntur, proprie tamen de diuina ſolummodo poſſunt intelligi, cum & Chriſtum hanc commutationem ſeruaſſe uidemus, Ioan. 3. Nemo aſcendit in cœlum, inquit, niſi filius hominis, qui eſt in cœlo. At non erat tunc in cœlo, ſecundũ

C inferiorem naturam, per filium ergo hominis, natura Dei filium intelligit. Sic ergo mi N. & noſtram in hac re ſententiam habes, non alienam à tua, quàm quod noſtra cauet, ne plus æquo uideamur abieciſſe humanitatem, in qua ille tam dira paſſus eſt; nam etſi nihil aliud ex ea proueniſſet, exemplum tamen quod nobis, teſte Petro, ut eius ueſtigia ſequamur, reliquit, tanti eſſe debebat, ut non μικρολογίζωμεν de Chriſti humanitate. Nunc autem cum uelut inſtrumentũ ac pignus eſt, cuius contemplatione irata, nobis iuſtitia placatur. Quid enim negabit, qui proprio filio non pepercit? Nunquam debet faſtidioſus ſermo de illa è limine oris noſtri prodire, cum & ipſa diuinitas, per quam omnia ſunt cõdita: atq; adeo hæc ipſa de qua loquimur, humanitas per eam & condita, & in unitatem ὑποστάτως, ut diuini eſſet organum myſterij, adſumpta eſt, cum ea communicauerit quę ſua ſunt. Hactenus hæc, quod ad Euchariſtiã attinet, ſatis perſpectum habemus, quo modo Euangeliſtæ ueſtri eam cauſam agant. Qui ergo iſthic feliciores eſtis, alia parte ſuppetias ferre debetis, quàm qua iſti tecti atq; muniti ſunt, Magiſtratus enim imperio, ne dicam uiolentia, ne ueritas publice legatur, ſe tutos putant. Vobis ergo his bipennibus uiam ſternire, omnia probate, quod bonum eſt tenete: & 1. Corinth. 14. Cæteri adiudicent: &, Prophetarũ ſpiritus Prophetis ſubiecti ſunt, hoc eſt, Propheta Prophetam audiat, & eccleſia omneis iudicet. His ergo rutris, ſentes figmentorum humanorum excindite, ac ut OECOLAMPADII & noſtri libri perinde leganturatq; Lutherani, & aliorum aduerſariorum effectum dabitis: Quod ubi datũ erit, iam nullo negocio reclamantibus cunctis hypocritis ueritas in adfectus penetrabit ac uincet. Iam tandem uale etiam amiciſs. N. ac ZVINGLIVM tuum quoties per occaſionem licet ſtatus tam Chriſti, quàm tui, certiorem redde: reſponderit enim, etſi non protinus per occupationes, tamen aliquando. Saluos iube amicos omneis. Tiguri, 3. die Decemb. M. D. XXVI. Oremus
D pro nobis mutuo.

IOANNES OECOLAMPADIVS CLARISSIMO VIRO
Philippo Melanchthoni, fratri ſuo.

GRATIA Chriſti tecũ, PHILIPPE in Chriſto perpetuo dilecte. Vtar adhuc iure ueteris amicitiæ, etiam peripſema mundi, tuoq; candore ſancte fruar, citra præfationis apparatum tibi ſcribens. Ita ſe habent res noſtræ. Mundus quod ſolet, agit: & Chriſtus, quem nos arbitrantur quidã negaſſe, ſuo fungitur officio, hoc magis erigens, quo deiectiores putamur. Hinc fit, ut cum aliorum inſultus æquo feramus animo, noſtratium etiam moleſtias, qua decet excipiamus ſuauitate: utut interim furibundi habeamur, ac nouo uerbo Schuermeri. Sed uide tu ex paucis illis quæ ſubijcimus, & ſi quidem tanta libertas iſtic eſt, oſtende illis primatibus, num motæ à pietate, quæ in Chriſtum, mentis indicia ſint. Gloriabimur autem in Domino, ut eximie quibuſdã ſtulti, nihilominus tamen & gloriabimur, & uere in Chriſto: Chriſtum filium Dei & Mariæ paſſum, & â mortuis rediuiuum, idq; nobis in nouitatẽ uitæ credimus & confitemur: opponentes nos omnibus, quæ illi eminenti cognitioni, etiamſi quibuſdam uerbum crucis ſit, præiudicãt. Ab hac petra certi ſumus, quod nullus nos turbo deturbaturus ſit. Viderint qui nos temere damnant, quo tandem furor eorum ipſos deducturus ſit. Non habent quare nos ſacramentorũ hoſtes uocent, uel Sacramentarios. Elementorum uſum, quatenus â Chriſto cõmendata ſunt, non reijcimus. Abſit autem, ut ab illis ſic pendeamus, ne ultra promoueamus, mentalibus oculis beneficia, ac promiſſionum alimenta non cõtuentes, & ab uiſibilibus ad inuiſibilia non pergentes, ob quod ſic nos quidã inſectantur:

Schuermeri.

Beneficia Chriſti mentalibus oculis intuenda

A tur, ſi rem ſpectarent, uiderent nos à portentiſſimis quibuſdam dogmatis abhorre re: dum alius uerbum uel panem ſubſtantiat in Deum, alius Chriſti corpus ubiq; eſſe fecit, & ita ſpirituale, ut ultra pro fratre illum habere non potuerimus. alius manifeſtam idololatriam docet. In hoc peccaſſe traducimur, quod panem figurã corporis Chriſti diximus: quod nihil aliud erat, quàm ſacramentũ corporis Chriſti. Et ſic quidã Eccleſiaſtici locuti fuerunt, quod nos Schuermeri Saxonibus ſumus, licet τῆς πίστεως ἀναλογία nobis ſuffragetur, hebraiſmus, actio, circunſtantia, & nihil non: ut auſi fuerimus dicere, Hoc eſt corpus meum, ſacramentũ uel figura corporis mei. Atqui nõ diſputabo nũc, ſed admonebo te, ut uideas quid'nam monſtrorum parturiat, imò quid ſtabilire cupiat mundus. Legi quædam in confeſſione Lutheri, quæ à mea ſententia non abludunt: ſed alia δὶς διὰ πασῶν. Et ille non amplius expectare uult. Nihil tamen optatius foret, quàm ſimul pure ſentire, & uno ore Chriſtum prædicare. Siccine noſtris conuitijs paſcemus perpetuo ſanctas eccleſias Chriſti? Affectuum reliquias literis non cõmendo. Fac ſciam, an aliquid ſpei ſit iſthinc. Nobis enim adhuc integre Chriſtus uiuit, qui eius ſpiritu ſapiunt, haudquaquam nos abijcient: quanto minus tantas eccleſias? Nunquid uerbis curiam Drances replebunt? Fieri poteſt, uel Luthero reſponſurus ſum: ſi nõ ego, certe ZVINGLIVS: equidem tardior ſum. Antagoniſtas Chriſti amantiores uellem, ut inde ad lectores plus utilitatis quàm cõuiriorum rediret. De alijs rebus meis non multum refert ſcire. Cœlebs eſſe deſij, ſi fortaſſis uel ſic hypocriſeos crimen exuam. Neq; enim me unquam pro ſanctulo uenditaui, niſi ſanctulum uocent ſomniculoſiorem. At ſomnum tandem excutient. Omnia bona tibi precor, atq; etiam his qui nos maxime damnant. Obſopæus ſcribere uoluit, quæ Pyrckemerus libenter legit. Nihil Muntzerani ſpiritus ſciat in OECOLAMPA-
B DIO. At licet hoc ei cum cæteris. Dominus ſeruet tibi innocentiam tuam: cui me commenda. Vale, Baſileæ, 21. Maij. Anno 1526.

IOANNES OECOLAMPADIVS N. FRATRI *in Chriſto.*

GRATIA & pax à Deo patre. Ego à te mi Frater doceri debeo, & tu ad me uenis, & reſpondere ceſſantem uiolentus urges. Ferendáne illa tua tyrãnis? Ferenda utiq; in Chriſto: amica enim eſt ac fraterna, hac tamen lege, ut idem iuris mihi & in te ſit, tuq; mihi ſententiam tuam communices uiciſſim, ubi meam acceperis. Igitur aperte quid credam, habe. Sacramentalia ſigna, quibus ſacramentalis promiſſio confirmatur, qua remittuntur peccata mea, ut credibilior ſit infirmæ conſcientiæ meæ, non mihi ſunt panis & uinum. Nihil enim ad me, qui maiora quæro, qualis panis uel uinum adhibeatur: ſed requiro mirabiliora quædam, ad imbecillem mentem meam ſolidandam efficacia. Illa autem non ſunt, niſi ipſum met corpus, & ille ipſe ſanguis Chriſti: non figura uel corporis uel ſanguinis, ſed corpus quod traditũ eſt & paſſum pro peccatis meis: atq; id quo angeli in cœlo delicate fruuntur, quod Chriſtus promiſit ſe daturum, & dedit in cibum, non carnalem, ſed ſpiritualem. Similiter & ſanguis, qui è latere profluxit, & pro peccatis meis effuſus eſt. Is enim efficaciter obſignat promiſſionem emundationis meæ, ab omni iniquitate mea. Et in hoc fido ſimpliciter uerbis Chriſti, qui dicit: Hoc eſt corpus meum, quod pro uobis tradetur. & hic eſt ſanguis meus noui Teſtamenti, qui pro uobis effunditur. Quo nimirum teſtatur, hoc corpus ſigillum eſſe, quod credenti & ſpiritualiter manducanti condonata ſint peccata mea: quandoquidem hac de cauſa pro me paſſus eſt. Verbum Chriſti præceſſit, quod obſignauit effectus ſacroſancto ſignaculo. Hunc panem

& po-

Digitized by Google

C & potum eſurio & ſitio: non ut in me conuertatur ſicut corporalis cibus, ſed ego
in illum uertar, & ſpirituali cibo ſpiritualis fiam: ut cũ fuero ego in Chriſto, Chri-
ſtus quoq; in me manens, utpote in ſacramento ſumpto, per gratiam ſuam opere
tur ſua opera: quo ita paratus ſum ad obſequendum omnibus membris Chriſti,
etiam ſi pro illis moriendum, ſicut ipſe pro me mortuus eſt. & ita fiam membrum
uerum in ſuo illo myſtico corpore: non in corpore Antichriſti, quia portionem
cum illo habere nolo: ſed membrum cupio eſſe Chriſti mei, uel infimum. Non
poſſum nunc apertius. Tu hæc boni conſulito. Viriliter age, & ſpera in Domino.
Baſileæ, 19. April.

HVLDRICHVS ZVINGLIVS MATTHEO ALBERO, *Rutlingenſium Eccleſiaſtæ, chariſſimo fratri.*

GRATIA & pax à Domino. Aſperſit nos rumor de certamine, quod
tibi futurum eſt cum quodam fratre, ut aiunt, ingenue etiam Chri-
ſto fauente: qui ut facie mihi notus eſt, ita nomine ignotus: contrà
tu, nomine nobis & Euangelij gloria notiſſimus es, facie ignotus.
Certamen autem Michaël noſter audiuit περὶ τῆς εὐχαριστίας eſſe in-
dictum: in qua uereor multos uehementer errare, niſi ego magis quàm omnes er
rem. Ac niſi me fallit omnis ſcripturę tum proprietas, tum ſenſus, imò pietas ipſa,
longe hactenus à ſcopo iecimus: quiſquis autem peccati huius tandem ſit autor,
nunc non eſt ut dicam per Epiſtolam, quam eſſe breuem oportet. Caroloſtadius,
ut neq; de iſto taceam, qui ſiue tempeſtiue, ſiue minus, de improuiſo hanc rem in
uulgus diſſipauit, ac libellum quendam trium paginarum de hac re edidit, ſub ti-
D tulo, De execrabili abuſu Euchariſtiæ: eum legimus, poſteaquàm Fratres, præſer
tim Leo noſter, orarent, ut legerem, ipſiſq; prius non eſſet improbatus. lectus, pla
cuit multis locis, quibuſdam diſplicuit, quod res omnium difficillima nõ ſatis hu
merorũ haberet: ſiue id linguæ longinquitas facit, ſiue noſtra tarditas. In eo libel-
lo uidemus quidem uerum dici, ſed ea lege, ut magis offendat, quàm ædificet: nõ
eos fratres, qui exercitos iam habent ſenſus: ſed eos quos offendit quicquid incau
tius dicitur, propter eos qui toto etiam Euangelio offenduntur. Sententia Ca-
roloſtadij non improbatur nobis, ſi modo dictum libellum recte intelligimus: ue
rum oratio ipſa non adſequitur, quod res poſtulat. Ibi continuò dum ſic pronun-
ciamus, adſunt alij Fratres, qui dicũt Dialogum quendam ab eodem eſſe paratũ,
longe duriorem: in quo, quod per ſe ſit horribile, ſcommatis intempeſtiuis degra-
uet: & rem per ſeſe in auribus ſimplicium aut impiorum inuſitatam, reddat tanq;
de induſtria odioſiorem. Ego eum Dialogum non legi, imò nũquam quicquam
legi, quod Caroloſtadij eſſet, præter dictos tres quaterniones. Offendunt ergo li-
belli Caroloſtadij multos apud nos, ſed hac potiſſimum ratione, quod ab ea uia,
quam ingreſſi eramus, nõnihil abhorrent: de qua paulo poſt. nam quid de re ipſa
ſentiendum ſit, tu decerne, poſteaquàm noſtra legeris. Nos enim noſtra proferi-
mus, ut conferamus, non ut cenſeamus. Res enim tam eſt ardua, ut niſi Dominus
dederit intellectum, fruſtra dicturi ſimus quicquid tandem adduxerimus. Nunc
Ioan.6.cap. aggredimur negocium. Huius rei ſumma ex Ioan. 6. cap. facile decerpi poteſt.
neq; hic eos audias, qui continuò reclamãt: Chriſtus iſtic nihil agit de iſtoc Sacra-
mento. nam & nos idem ſentimus: Sed hoc agit iſtic, quo certiſſime confutantur,
quæ nos parum dextre de ipſo ſentimus. Ex eo capite nos orſi ſumus, cũ aliquan-
do multa deliberatione præhabita, eſſemus hanc telam multò periculoſiſſimam
incœpturi. Vnde & Dei munere factum eſt, ut pauci ſint apud nos, qui ignorent
quid

Digitized by Google

A quid ſit panis iſte & calix. Noſtri qui fideles ſunt, Miſſæ nulli prorſus interſunt. Et nos ueterem Miſſandi ritum aliquando ſtatueramus nouo aliquo abolere: ſed rurſus Dei dono factum eſt, ut res aliò ceciderit. Nam ſi nobis obtemperatum eſſet, nihil aliud quàm clauum clauo pepuliſſemus: & recens acceptus ritus difficilius potuiſſet antiquari, quàm qui à priſcis manauit. Habes igitur, ut paulo ante promiſeramus, quo ordine ſimus rem adgreſſi: nempe Ioannis ſextum caput, ueluti munitiſſimam fortiſſimamq́ aciem præmittendo. Illic Chriſtus, ut ſolet à ſenſibilibus ad interna ſpiritualiaq́ trahere, ciuiliter nimis eos qui ſe quærebãt ſpe cibi, ante omnia monet, ut cibum operentur & quærant, qui nunquam pereat aut diffluat. Hinc ad ſpiritualia tranſeundi uiam inueniens, quod ſicut cibus corporeus membra alit ac refouet, ſic etiam ſpiritualis cibus animum reficiat. unde oportuniſſime à manducatione cibi, qui uentrem implet, tranſijt ad uerbi manducationem, quam cibum uocat cœleſtem, qui mundum uiuificat; atque ſic uiuificet, ut qui eum ederit, non unquam ſit ultrà eſuriturus. Et eum cibum, ut eſt Hebræis mos quemuis cibum panem adpellare, nunc panem, nunc cibũ adpellat. Cumq́ iſti hæc audientes, corporeum aliquem cibum ſibi ob oculos ponerent, ac Manna, quod Moſe duce datum erat, iactarent: aperit, quiſnám ſit iſte cibus de quo ipſe loquatur: & dicit. Ego ſum panis uitæ, qui uenit ad me, non eſuriet: & qui credit in me, non ſitiet in æternum. Quibus uerbis nihil aliud uoluit, quàm quod ij, qui ad ſe ueniant, hoc eſt, Chriſto fidant, (ut ipſe mox ſubiungit: Qui credit in me, inquiens) nunq́ ſint deſperationis famem ſenſuri. quotquot enim ei fidunt, certi iam ſunt, ſe filios Dei eſſe: Ioannis. 1. neque amplius tanquam famelici canes ciuitatem omnem peruadant, quærentes cibum, quum intra ſe pignus ſpiritus habeant, quo ſciunt ſe cum Deo per Deum in gratiam redijſſe. Atque hanc ſententiam Chriſtus multis uerbis ſuadet. Iudæi uero cum rem nulla ratione caperent,

Ioannis caput ſextum.

Panis, omnis cibus Hebræis.

B murmurabant, quod ſe Chriſtus panem uel cibum uiuificum feciſſet: & ad communem hanc contumeliam fugiunt, qua penes nos natos contemnimus. Nónne hic eſt, inquientes, filius Ioſeph? mirabanturq́ duplici nomine, & quod ſe cibum uitalem appellaſſet, & quod genus è cœlo trahere gloriaretur. Quibus iterũ Dominus cauet, ne ſe calumnijs peccatisq́ maioribus inuoluant: mouetq́ ne murmurent. nam hanc rem non conſtare humano captu, ſed inſpiratione, doctrinaq́ ſpiritus, quam Dominus per Prophetam prædixerit: Erunt, inquientis, omnes docti à Domino. unde fieri, ut nemo Chriſtum è cœlo natum, & animæ cibum eſſe credat, niſi pater eum ad ſe traxerit. Deinde huc deſcendit, ut clarè doceat quatenus ipſe ſit cibus animæ: ac poſtremo loco, quomodo eum comeſſe oporteat. Prius ſic adgreditur: Amen dico uobis, qui credit in me, habet uitam æternam. Ego ſum panis uitæ, qui de cœlo deſcendi. Si ergo aliquis eum ederit, nimirũ cœleſtem, hoc eſt, æternam uitam adſequetur. Sed ne diutius uos teneam: Panis ille quem ego uobis nunc prædico, non eſt aliud, quàm quod caro mea, quam coràm cernitis, pro mundi uiuificatione expendetur. Hæc mea pro iniquis traditio & mactatio, mundum patri reconciliabit: quod aliud non eſt, quàm in uitam reſtitutio. Quod ergo multis iam uobis dixi, hoc tandem eſt: quod dum ego pro mundo trador & morior, tunc cibus animorum ero, quo ſpes ſuas alant, quo certi fiant de miſericordia Dei, quæ quo modo quicquam poſſit miſeris negare mortalibus, quum filium dependiſſet? Sic ergo panis, id eſt, cibus animæ, quem pollicitus ſum, caro mea eſt: non quemadmodum uos putatis, ſic uobiſcum uiuens & conuerſans: ſed pro mundi uita tradita, hoc eſt, pro mortuis atrociter cæſa, ut uiuificentur. Atq́ hic tandẽ eſt ſenſus horum uerborũ: Panis, quẽ ego dabo, caro mea eſt pro mundi uita tradita. Caro igitũ mea, quatenus eſt morte adflicta, cibus, hoc eſt,

C ſpes eſt animę. Ex quibus uerbis clare diſcimus, quod caro Chriſti non alia ratione cibus eſt, & ſpes humanæ mentis, quàm qua pro nobis ipſe occiſus eſt. Nam quod ex carne naſcit̃, caro eſt: Caro igit̃ Chriſti comeſa, gignere haud aliud poteſt quàm carnem. Sed caro Chriſti pro nobis mortua, eũ qui eius morte nitit̃, ſpiritualem facit, nempe Dei filiũ. Colligit̃ ergo, quod panis iſte, de quo Chriſtus loquit̃, nihil aliud quàm hæc res eſt, quod Chriſtus eſt pro uita noſtra morti traditus. Id aũt quum Iudæi minus intelligerent, ſed æque ac quidã Theologi magis magiſq; craſſeſcerent, litigiũ inde mouebant, & indignabundè ſic obijciebant: Quomodo poteſt hic nobis dare carnẽ ſuam ad manducandũ? Ecce ut dentes illorum obſtupeſcebant, eo quod mens non aliud intelligebat, quàm quod ſenſus ſuggereret. Chriſti uerborũ ſententia hæc erat: Nemo uiuet, niſi qui credet me pro ſalute ſua eſſe morti traditũ. Tametſi eam ciuilibus uerbis texit, ac parabolicis: Ego ſum panis uitę, id eſt, cibus uitalis: qui ergo me edit, nunquã uel eſuriet uel ſitiet. Porrò Iudæi ſenſum hunc, utpote rudes ſpiritus, nõ adſequuti, ut pro, Me edit, ſentirent Chriſtum, in me credit, uelle intelligi: ſic non modo ruſticè, uerumetiã cõtumelioſe reſpondebant: Quomodo poteſt hic nobis carnẽ ſuã dare ad manducandum? Quibus cœleſtis ſapientia, pro ſuo more, grauius arctiusq; imminet, ac incredulitatẽ eorum taxat & urget: Niſi manducaueritis, inquiens, carnẽ filij hominis, & biberitis eius ſanguinẽ, non habebitis uitam in uobis. Quid, ô bone Deus, nemo uiuit, niſi qui te dentibus uorat, & auido rictu haurit? & quomodo increduli uiuũt, & te non modo nõ edunt, ſed Deum eſſe, aut omnino eſſe ignorant? Sed dicet aliquis, Bis hic peccatur: Nam qui hic edunt, non corporaliter edũt: & quod editur, non eſt corpus quod ſentitur. Recte ſanè: quid igitur diutius erramus, quàm Ithacæ Rex? an'ne corpus aliud eſt, quàm quod ſentitur? quod autem ſentitur, organorũ eſt obiectum.

D Organa igitur quum hic nihil aliud ſentiant, ſed intus fit quicquid agitur, quid opus eſt de corpore, quatenus corpus eſt, loqui? quum ſic Chriſtus non ſit cibus animæ, alióqui Iudæi non tantopere ab eo abhorruiſſent: ſed quatenus iuxta hoc corpus necatus eſt, ſic eſt animæ cibus. Qui ergo Chriſto pro ſe mortuo fidit, hic iam reficitur intus eius corpore & ſanguine: ac niſi fidat, quid erit uelle Chriſtum corporaliter edere aliud, quàm corpus paſcere? Nam perpetuò iſtuc uerũ eſt, Quod natũ eſt ex carne, caro eſt: et contrà, Quod natũ eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Spiritualẽ ergo porrò Chriſtus hic intelligit manducationem. ſed qualẽ? eam'ne qua dicimus Chriſtũ hic corporaliter edi? unum igitur idemq; erit, ſpiritualiter & corporaliter edere: quod Logicę quoq; peritis abſurdiſſimum eſt. Si ſpiritualis eſt manducatio, cur corporalẽ adſtellas? Si corporalis eſt, quid aliud quàm corpus ſolari poteſt? Vult ergo Chriſtus, quod niſi edamus eius carnem, id eſt, niſi credamus eum pro nobis mortem obijſſe, & ſanguinem effudiſſe, uita ſimus carituri. Rurſus: Si carnem eius edamus, id eſt, pro nobis mortuam credamus: & ſanguinem eius bibamus, id eſt, quod ſanguis eius pro nobis effuſus ſit, firmiter credamus: iam Chriſtus ſit in nobis, & nos in ipſo. Sed eſt'ne Chriſtus in quoquã corporaliter? Minime. Quid igit̃ de corporis manducatione quærimus? Tunc editur corpus eius, quum pro nobis creditur cæſum. Fides ergo eſt, non manducatio, de qua Chriſtus hic loquitur. Sed dicis: Tu ſic exponis, & ſcripturã errori tuo ſeruire cogis. Minime. Veruntamen his notis didicimus, Chriſtum hic de fide loquutũ eſſe, nõ de ſacramento Euchariſtiæ. Prima eſt, quod ab initio huius ſermonis ſic loquutus eſt Chriſtus: Operamini cibum, non qui perit, ſed qui permanet in uitam æternam, quem filius hominis dabit uobis. Porrò cibum aliũ non tradidit Chriſtus qui nos felices reddat, quàm Euangeliũ: hoc eſt, quod ipſe gratuitò eſt pro nobis mortẽ perpeſſus. Secunda nota eſt: Hunc

Notæ, quibus de fide Chriſtus, non ſacramento euchariſtiæ loquutus deprehẽditur.

Digitized by Google

A enim pater ſignauit Deus. At quomodo ſignauit? eo, quod ſignũ eſt, quo libera-
mur à morſu ſerpentis. Sed quomodo liberamur? per eſum corporis eius: nõ quo
corpus editur, hoc enim impoſſibile eſt (nam tametſi nouerimus Chriſtũ aliquan-
do ſecundum carnem, at nunc nõ cognoſcimus:) ſed quo pro nobis mortuus cre
ditur. Tertia nota eſt: Hoc eſt opus Dei, ut credatis in eum, quem miſit ille. En ti
bi opus, quo cibum parare poſſumus, qui non perit: nempe fidere ei, quem miſit
pater. Fides ergo opus eſt, quod beat, non corpus corporaliter edere. Nam ſi ſic
corpus comeſum bearet, duæ rationes aut uiæ eſſent, quibus bearemur: uidelicet,
opus Dei, fides iam dicta, & corpus eius corporaliter comeſſe: quod quàm abſur-
dum ſit, facile dictu eſt. Quarta nota: Panis enim uerus eſt, qui è cœlo deſcendit,
& dat uitam mundo. Corpus Chriſti non deſcendit de cœlo, ſed in utero perpe-
tuæ uirginis natum eſt: quatenus autem Chriſtus mundũ uiuificat, hinc eſt, quod
Deus Deiq; filius eſt, non quatenus caro eſt. Iterum ergo conſtat eum uitam eſſe,
quatenus creditur Dei filius eſſe, & iuxta carnem ex uirgine ſumptam mortuus:
quodq; ad hunc modum creditus, uiuificat, non corporaliter ambeſus. Sunt præ-
terea aliæ multæ notæ, quibus hunc, quem diximus Germanũ eſſe ſenſum, liqui-
dò potes deprehendere. Sed ad eam deſcendamus, quam Chriſtus ueritas ipſa
prodidit, à qua diſſenſiſſe perfidia ſit. Ea uero eſt. Quum Iudæi blandiſſimos Chri
ſti, figuratosq; ſermones nulla ratione caperent, id, quod eſt præfractis omnibus
peculiare, faciunt; puta, prorſus ab eo reſiliunt. Quod ubi Chriſtus ſenſiſſet hinc
manare, quod perpetuò ipſe adſeueraſſet: Niſi manducaueritis carnẽ, & biberitis
ſanguinem, non uiuetis. contrà uero Iudæi aciem mentis à corpore, quod ante o-
culos uidebant, nullatenus abſtraherent, deq; fiducia in mortem eius ne tantillũ
quidem cogitarent: adpertiſſimis uerbis eos ſic eſt alloquutus. Hoc uos offendit?
Quid ergo ſi uideritis filiũ hominis aſcendentẽ ubi erat prius? Spiritus eſt qui uiui
B ficat, caro nõ prodeſt quicquam. Verba quæ ego loquutus ſum uobis, ſpiritus &
uita ſunt. Quid obſecro planius, manifeſtius, dilucidius, aut breuius deniq; dici
potuit, quàm, Spiritus eſt qui uiuificat, caro non prodeſt quicquam? An hoc loci
non ſufficienter repulſæ ſunt omnes omnium quæſtiones: quibus curioſe magis
quàm pie, nunc adſerunt panis ſubſtantiam in carnis tranſire: nunc uero hanc opi
nionem rident, adhuc tamen eſſentialiter & corporaliter edi adfirmant? Et cum a-
lios maxime explodunt, non uident ſe toto etiã cœlo errare: adeò potens eſt φιλαυ-
τία, ut cum alicuius unius errorem deprehenderit, & ipſa quid quomodo fiat, ut ſi
bi uidetur, inuenerit, iam loco moueri nequit. Quid inquam fortius ad contem-
nenda uniuerſa commenta de corporali & eſſentiali corpore Chriſti in hoc ſacra-
mento adferri potuit? Caro nõ prodeſt quicquam. Num ergo dicemus Chriſtum
dediſſe, quod nõ proſit quicq;? Abſit. Mirabilia ſunt eñ & magnifica opera Do-
mini, iuxta uoluntatẽ eius elaborata. Obex ergo, ut ab initio diximus, hoc uerbũ
eſt, quo excludere licebit omes conatus eorũ, qui de eſſentiali corpore Chriſti lo-
quunt. Perpetuò eñ obtendemus hoc uerbũ ueluti clypeũ: Tace obſecro, dicẽtes,
cũ tua iſta carnis ſapientia: Caro eñ non prodeſt quicq;. Quid ergo prodeſt? quod
ſequitur, Verba, inquit, quæ loquutus ſum uobis, ſpiritus & uita ſunt. Quæ uer-
ba? Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet uitã æternã.
Quam carnem, quemq; ſanguinem? Non eum qui humorem habet, neque eam
quę pondus: ſed eam, quam in mente cognoſcimus nobis eſſe ſalutis pignus, hac
cauſa, quod pro nobis ſit in cruce morte adfecta. Hæc inquam uerba nobis credi
ta, & in uiſcera pectoris noſtri demiſſa, uitam æternam parant. Sola enim fide iuſti
ficamur. Fides ergo quæ certa eſt, Chriſtum crucifixum noſtram eſſe redemptio-
nẽ & ſalutẽ: ipſa eſt iſta uerba, quę loquutus eſt Chriſtus, quę ſunt ſpiritus & uita.

Caro non prodeſt quicquam.

Digitized by Google

C Sic igitur docebis chariſſime Matthęe, ante omnia, quid hic Chriſtus per edere,
nempe credere intelligat. Quod & nos fecimus, adeò ut ferme nemo iam ſit apud
nos, qui non abhorreat ab inſanis iſtis quæſtionibus: eluduntur omnia tela unico
iſto umbone. Dicet aliquis, Non credis hic corpus Chriſti edi? reddes: Caro non
prodeſt quicquam, cur ergo de ipſa quicq́ diſputauero? His uerbis unicè hæren-
dum eſſe docebis. Sunt enim uerba Euangelij, ſunt fides ipſa. nam quid eſt aliud
Chriſtianum eſſe, quàm credere Chriſtũ Dei filiũ pro ſe paſſum eſſe? Dicet alius:
Et hic me fides beat, dum credo me in iſto pane uerũ & eſſentiale, corporaleq́ cor-
pus Chriſti edere. Reſponderi poſſet: Tu hoc de tuo dicis, uerum ſcriptura uerbi
Dei hic opus eſt, ut adſtruas eam fidem beare, qua credas Chriſtum hic corporali-
ter edi: ac dum nullã habes, uides nimirũ, ut tota ſimul iſta opinio frigeat: ſitq́ dam-
noſiſſimũ idololatriæ cõmentũ. quis enim hoc ſacramentũ non adorauit? Cõtra
uero cur Baptiſmum non eodẽ modo adorauimus? quũ Sacramentorũ, quod ad
Sacramentorũ eadem ratio. definitionẽ adtinet, eadẽ ſit ratio. Reſtat nũc, quod eſt hac in re multo difficillimũ,
uidelicet, quó nam ſimus Chriſti uerba, quæ cõſecrationis adpellant, detorſuri.
Quum eñ Chriſtus dixerit, Hoc eſt corpus meũ quod pro uobis tradit: non poſ-
ſunt uerba aliò trahi, ꝗ quod is panis, quam Chriſtus porrigebat, ſit corpus eius
non myſticum hoc, Eccleſia (nam ea non eſt pro nobis tradita) ſed uerum ipſum
Chriſti corpus, quod in cruce pro nobis eſt mactatum. Verba ſunt plana & aper-
ta: & cœlũ & terram facilius eſt deperire, quàm uel apicem ex eis. Hic me hercle
omnes fidei nerui ſunt intẽdendi, adeundusq́ eſt cœleſtis gratię thronus, ut quic-
quid ſit hic abſtruſum referet. Nam ſi uerba iſta recte nõ ſunt hactenus intellecta,
peccatum eſt hic magis quàm ulla in re: ac ipſe neſcio an maior fuerit abominatio,
adorauiſſe aureum in Dan uitulũ, quàm adorauiſſe panẽ iſtum benedictũ, ſi mo-
do panis ſolummodo eſt. Nam tametſi ea ſententia, quam dicturi ſumus, uehe-
menter nobis arrideat: nihil tamẽ definimus, ſed noſtra in mediũ proferimus, ut ſi
D Domino placuerit, alij quoq́ ſic ſentire doceant: ſed à ſpiritu, qui nos oñia docet.
is enim ſi uetuerit ſic intelligi, fruſtra uerba fundemus. Deum ergo Opt. Max. pre-
cor, ut uias noſtras dirigat; ac ſicubi ſimus Bilaam in morem ueritati pertinaciter
obluctaturi, angelum ſuum opponat, qui machæræ ſuæ minis hunc aſinum (inſci-
tiam & audaciã dico noſtrã, ſi ſaltem ex audacia glorięq́ cupiditate quicq́ nobis
hic agit:) ſic ad maceriã adfligat, ut fractum pedem, hoc eſt, impurũ illotumq́ car-
nis ſenſum auferamus, ne ultrà blaſphememus nomen Domini Dei noſtri.

Sunt igitur qui ex fide (ex ea enim diſcitur ſolida ueritas) didicerunt hoc nobis
eſſe ſaluiferum, ſi credamus Chriſtum pro nobis eſſe paſſum: hanc unam eſſe ad
aſtra uiam, hoc eſſe uerbum quod omnes prædicamus. 1. Ioan. 1. Vnde facile de-
inde colligunt, non alia uia uenire ſalutẽ poſſe, quàm per Chriſtũ: non ergo ſacra-
mentali eſu panis & uini. Verum quũ Chriſti uerba, quę cõſecrationis uocamus,
intuentur, ſentiunt ſchematiſmũ quandã ſubeſſe: ueruntamen quis aut qualis ſit,
nõ facile explicant. Caroloſtadius in eo libello, quẽ legimus, uult hic demonſtra-
tionem uariari, ut cum dixerit: Accepit Ieſus panem & benedixit, fregit, deditq́
diſcipulis ſuis, dicens: Accipite, & comedite, hoc eſt corpus meum, quod pro uo-
bis traditur: iſtud pronomen Hoc, non in panem direxerit, ſed in ſeipſum. ut ſit ſen-
ſus: Accipite & comedite, nam ego hoc corpus meum ſum pro uobis traditurus.
Ego, ut ingenuè dicã, hominis laudo induſtriã: ſed multo magis de fide gratulor,
qua didicit, non alia ratione nos poſſe ſaluos reddi, quàm ea fide, qua credimus
Chriſtũ pro nobis eſſe paſſum: etiamſi ad ſenſum horũ uerborum nunq́ penetraſ-
ſet. ſenſit pius homo alium oportere ſubeſſe ſenſum: uerũ ut illum expediret non
clare uidit: niſi nos minus uidemus, quàm ipſe. uerbo autem abſit inuidia. Addit,

quod

Digitized by Google

A quod iſtud pronomẽ, Hoc, eam emphaſim habeat, ut corpus ſuum crucifigendũ,
quod etiam Prophetæ prædixerint, referat. ut ſit ſenſus: Quod Prophetę prænun-
ciarunt me carnem adſumpturum, et in ea dolores mortalium expiaturum: En uo-
bis hoc meũ corpus, ipſum eſt, quod Prophetæ promiſerunt: ipſum eſt, quod pro
multitudine traditur. Hic ſi ſenſus eſſet, potuiſſent & iſta duo addi, quod uidelicet
iam nunc immineret captiuitatis mortiſq; diſcrimen. Et quod Ioan. 6. dixerat: Pa-
nis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi uita. ut nunc dicat: Ecce hoc eſt cor-
pus meũ, quod pro mundi uita tradiť, de quo uobis ſuperioribus annis ſpopondi.
Imò cũ huc è Gallilęa ante paucos dies aſcẽderemus, dixi uobis quid mihi euentu
rum ſit: nunc adeſt eius temporis articulus. Aiunt & in eo Dialogo, quem nos nõ
legimus, quo multi offenduntˇ, nonnihil ex linguæ Gręcę proprietate adduxiſſe,
quo demonſtrationis immutatio clare probetur: quod ſcilicet ἄρτος maſculinum
ſit, & σῶμα neutrum, ſed ut bona uenia dixerim, arbitror non paucas eiuſmodi lo-
cutiones eſſe Gręcis, quemadmodũ & Latinis: ut quod præceſſerit expreſſo ma-
ſculino genere uel fœminino, poſt neutro demonſtreť. Exempla nõ eſt quærendi
locus, nam celerrime coacti ſumus ſcribere. Hanc Caroloſtadij ſententiã qui pro-
bauerit, nos minime offendet: ueruntamẽ & noſtrã oro ut expendat. Nos cardinẽ
huius rei in breuiſſima ſyllaba uerſari arbitramur, uidelicet in hoc uerbo, Eſt: cu- *EST, pro ſignificat.*
ius ſignificantia non perpetuò pro eſſe accipitur, ſed etiam pro ſignificare. Quam-
uis interim chariſſime Frater, te admonitum uolo, ne nobis quicquã fidei habeas,
niſi clariſſimis uerbis ſcripturæ ſacræ, quod adſumo, probauero. Reſpondebat Io-
ſeph ad ſomniũ Pharaonis: Septem boues craſſę, ſunt ſeptẽ anni fertiles. Et tamẽ
fieri nequit, ut ſeptem boues ſint ſeptem anni. Eſt ergo clarum iſtud uerbũ, Sunt,
poſitũ eſſe pro ſignificãt, uel portendunt: ut ſit ſenſus, 7. boues craſſę, quas in ſom
B no uidiſſe uideris, portendũt uel ſignificant 7. annos fertiles, &c. Chriſtus dicit Io
an. 15. Ego ſum uitis: nec tamen erat uitis, ſed uitis in morẽ ſe habebat. Patet ergo
iſtud uerbũ, Sum, nulla ratione pro Eſſe, accipi poſſe: ſed pro ſignifico, uel expri-
mo. ut ſit ſenſus: Ego uitẽ ſignifico uel exprimo, uel eius in morẽ me habeo. Iterũ
dicit, Semẽ eſt uerbũ Dei: & tamẽ ſemen nõ erat uerbũ Dei. Vnde neq; hic, Eſt,
pro eſſe capi poterit: liquet aũt pro ſignificat eſſe poſitũ. nam Chriſtus his uerbis,
Apoſtolis parabolã, q̃ de ſparſo ſemine propoſuerat, adperit: Semẽ, inquiens, de
quo loquor, eſt, id eſt, ſignificat uerbũ Dei. Tales conſimileſq; locutiones paſſim
uidere licet in literis ſacris: unde nõ eſt, ut hic pluribus obtundã. Nunc Chriſti uer
bum mihi in manũ ſume. Math. 26. Accepit Ieſus panẽ, & c. dicens: Accipite &
comedite, hoc eſt corpus meũ. Luc. 22. quod pro uobis tradiť. Hic mihi pro Eſt, ſi
gnificat, pone Accipite & comedite, hoc ſignificat corpus meum, quod pro uobis
tradiť: tunc nimirũ iſte erit ſenſus: Accipite & comedite, hoc eñ quod nunc face-
re iubeo, ſignificabit uobis, aut rememorabit corpus meũ, quod iam iã pro uobis
tradiť. nam cõtinuò ſubiũgit: hoc facite in meã cõmemorationẽ. Ecce finis, cuius
cauſa edi iubeat: nempe ob eius cõmemorationẽ. Quã Paulus ſic expreſſit: Quo-
tieſcunq; eñ manducaueritis panẽ hunc, & poculũ hoc biberitis, mortẽ Domini
annunciabitis. Quid hic aliud iubet Paulus, quàm mortis Domini palã cõmemi
niſſe. Hoc ergo Dominicũ cõuiuiũ, uel iuxta Pauli uerbũ, cœna dominica iſta; cũ
in eũ uſum ſit inſtituta, ut mortẽ Chriſti, q̃ pro nobis pertulit, in memoriã reuoce-
mus: clarũ eſt, ipſam eſſe ſignũ, quo ſe ij, qui Chriſti morte ſanguineq; nituntˇ, fra
trib. eam fidẽ habere mutuò probant. Fitq; horũ uerborũ Chriſti ſenſus ad hunc
modũ apertiſſimus: Hoc cõuiuiũ ſignificat, aut ſymbolũ eſt, quo refricabitis meũ
ipſius corpus Dei filij, Dñi ueſtri et magiſtri, ꝓ uobis eſſe traditũ. Sic ĩtellexit Ter-
tullianus, uir mira pietate, eruditiõe linguaꝝ ſingulari, eloquẽtia mirabili, hęc Chri

 ſti uerba,

C ſti uerba libro aduerſus Marcionẽ 1. ubi poſt multa ſic tandem inquit: Nec panem reprobauit, quo ipſum corpus ſuum repræſentat. Vult enim, Chriſtum non repudiaſſe ſacramẽta ſua, neq; etiã panẽ (ecce panẽ uocat) antiquaſſe, quo corpus ſuum repræſentet. Non dixit, Qui panis corpus eius eſt, ſed qui corpus eius repręſentat: Quomodo repręſentat panis corpus? nimirũ cum ſic editur, reuocatur in memoriam, at quod Chriſtus corpus ſuũ percutientibus præbuerit pro nobis. Ad uerba Pauli nunc tranſimus, quibus hæc ſententia reddetur apertior. quæ Lucas ſic extulit: Hoc poculum nouum Teſtamentum eſt in meo ſanguine, qui pro uobis funditur. Ecce quod alij duo ſic extulerunt, Hic eſt ſanguis meus: hoc Lucas, nouum Teſtamentum adpellat. Et non dixit, Hoc nouum Teſtamentũ eſt meus ſanguis: ſed hic potus nouum Teſtamentum eſt in meo ſanguine. Quod ergo in alio eſt, non eſt idipſum in quo eſt. Nouum Teſtamentũ uim & fundamentum habet in ſanguine Chriſti pro nobis fuſo, & potus iſte noui Teſtamenti poculum eſt: conſtat ergo, non eſſe ſanguinem poculum, ſed Teſtamentum, hoc eſt, commemorationẽ uiuificę effuſionis ſanguinis Chriſti. His Lucæ uerbis, præbetur clauis Matthæi Marciq; uerba reſerandi. Cum enim hic potum iſtum noui Teſtamenti uim habere dicat in ſangnine Chriſti, colligo, quod illi ſchemate nobis inuſitatiore dixerunt, Hoc eſt corpus meum: pro eo quod eſt, hæc manducatio noui Teſtamenti eſt ſymbolum, quod hic robur ſuum habet, quod ego me ipſum pro uobis & pro tota multitudine trado. At, Hic eſt ſanguis meus, dixerunt pro eo quod eſt, hoc poculum eſt ſymbolum, aut ſignificabit uobis, quod ſanguis ille meus ſit pro uobis effuſus. Ad hunc modum intelligit Auguſtinus in pręfatione 3. Pſalmi, ubi dicit Dominũ Ieſum etiam Iudam adhibuiſſe ei conuiuio, in quo corporis & ſanguinis ſui figuram diſcipulis commendauit. Quid autem hic figuram intelligit? an ſpeciem aſpectus uultusq; eius? an figuram, qua futurum aliquid præmonſtret: ut fuerunt, quæ patribus in figura contingebant? Minime. Sed figuram, hoc eſt, for-

D mam, qua commemoremus corpus ipſius pro nobis eſſe traditum, & ſanguinem pro expiatione noſtra fuſum.

Panis quomodo corpus repræſentet.

Hic te admonitum uolo, chariſſime Frater, quod neq; Auguſtini, nec cuiuſquã autoritatem tanti facio, ut ea quicquam auſim adſerere: ſed ea cauſa produco ueterum ſententiam, ut uideas non recens eſſe natum commentum, quod de his uerbis & ſacramento iſto proferimus. Quod autem Auguſtinus ſerio ſic de ſacramẽto iſto ſentiat, latius paulo poſt, cum Pauli ſententiam adduxerimus, patebit. Paulus Corinthijs ſcribens. 1. Cor. 10. ac ab omni idolorum cõmertio abſtrahere uolens (erant enim quidam, qui ſcientiã ſuam iactantes, quod adprobe noſſent Idolon nihil eſſe: nihilo ſecius ex idolothytis ueſcebantur) uolens, inquam, ab idolorum cõmertio deterrere, Euchariſtiæ uſum illis obijcit: quem talem tantumq; eſſe putat, ut idololatriæ reum faciat, qui ſimul menſę Dominicę & dęmoniorũ ſit particeps. Dum ergo Euchariſtię uſum eis, ut iam dictum eſt, obijcit, ambigendum non eſt, quin eum dextere proprieq; adducat. Sic ergo inquit: Poculũ benedictũ, quod benedicimus ſiue laudamus, nónne cõmunicatio ſanguinis Chriſti eſt? & panis quẽ frangimus, nónne cõmunicatio corporis Chriſti eſt? Hic ſubitò exiliũt, qui Chriſtũ corporaliter cõmedi docẽt: Quid adhuc opus habemus teſtimonio? ipſi audiuimus, cõmunicationem ſanguinis Chriſti eſſe et corporis. non eñ dixit Paulus, Participatio panis aut uini eſt: ſed ſanguinis & corporis. Aequo aĩo ſis, donec ultimus fabulę actus abſolutus erit: alióqui nihil niſi cõtentiones, iurgia, & tu multum tecum auferes. Diligenter igitur animũ aduerte his quæ cõtinuo ſequuntur: & inuenies, quid communionem corporis & ſanguinis hic uocet. Poſteaq; dixit, Et panis quẽ frãgimus, nónne cõmunicatio corporis Chriſti eſt; exponit que-

Pauli locus.

nam

Digitized by Google

A nam ſit hæc communicatio, ſic dicens: Quoniam unus panis, & unū corpus nos uniuerſa multitudo ſumus: omnes enim de uno pane & de uno calice participamus. Videtur hic Paulus manifeſtè prodere, quod qui hunc panem edant, & poculum hauriant, cum reliquis fratribus in unū corpus coaleſcant: quod quidem corpus Chriſti eſt, eo quod corpus Chriſti, hoc eſt, carnem autoris ſui pro ſe mactatam, & ſanguinem eius fuſum eſſe credit. Vult ergo participes corporis & ſanguinis Chriſti fieri, quum ſe cum reliquis fratribus confitentur Chriſti morte ac ſanguinis effuſione fidere. Atque ut id fideli mente credere fratribus teſtentur, quodꝗ; alieni ſint ab omnium idolorum deorumꝗ; alienorum cultu, ſimul cum eis in cœna Dominica panem calicemꝗ; commemorationis ſumant, ut frater uideat fratrem hoc ueluti iuramento (unde & ſacramentū adpellatur) ſecum in unū corpus, in unum panem, in unam profeſſionem coaluiſſe. Sic enim inquit: Quoniam unus panis, & unum corpus tota multitudo ſumus. Ergo hunc panem edimus, ut unus panis tandem fiamus. Quis eſt autem iſte panis in quem tranſimus? mira res eſt, tanta in uocibus uariatio: panem edimus, ut in unum panem conſiamus: neſcimus quid loquatur Paulus iſtic. Feſtiua ô bone uir ſunt, quiſquis es tandem, ac cœleſtis facundiæ plena hęc Pauli uerba. Panem uocat quod edimus, & panem uocat quod eſu iſto reddimur. Porrò quod hoc eſu reddimur, dummodo fide prius in penetralibus manducauimus, Chriſtū pro nobis paſſum, nō carnem, neruos & oſſa, quod inquam reddimur, corpus Chriſti eſt. Qui aūt ſunt corpus Chriſti? quorū ille caput eſt, & ipſi eius membra: Quorū eſt caput? qui eū ſequuntur, qui eo fidunt. Quæ membra? hi ipſi quos diximus. Et membra cum tam numeroſa ſint, unum tamen corpus fiunt: non tandem cum edunt hunc panem, & bibunt hunc calicem: ſed quamprimum credunt huius conuiuij autorem Chriſtū

Sacramenti appellatio.

B Ieſum pro ſalute noſtra morte & ignominia coronatum. Quid ergo facit eſus iſte? nihil aliud quàm quod te fratri palàm facit, quod ſis membrum Chriſti, & ex his qui Chriſto fidunt: & rurſus te adſtringit ad Chriſtianam uitam, ut ſi forte impudenter uiuere non pœniteat, à reliquis mēbris excludaris. Hinc ueteribus excommunicatio & abſtentio. Patet ergo in his uerbis Pauli: Nônne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? & nónne cōmunicatio corporis Domini eſt? cōmunicationem nō pro eſu accipi, pro quo hactenus acceperunt Theologi: ſed pro cōmunicatiōe Eccleſię, hoc eſt, quod quiſꝗ; hoc pacto ſe Eccleſię probat, & inſerit tanꝗ; præſtito ſacramento. Ipſe enim Paulus inquit: Quoniā unus panis, & unū corpus, nos multitudo ſumus. omnes enim de uno pane & de uno calice participamus. Ecce cauſam quare unus panis fiamus, quod de uno pane & de uno calice participamus. Vide nunc Paulini ſermonis gratiam. Panem dedit nobis Chriſtus, ut eum ſimul edentes, in unum ipſius corpus coaleſcamus, modo prius cœleſtē panem (ut Io. 6. docuit) ederimus: hoc autem corpus Eccleſia Chriſti eſt. Vnde fit, ut & nos, qui corpus eius ſumus, panis adpellemur: nam hoc pane nos fratribus probamus membra corporis Chriſti eſſe. Hi uerborum tranſitus & uiciniæ fecerunt, ut olim non defuerint, qui iſta uerba Chriſti: Hoc eſt corpus meū, ad Eccleſiam torquerēt: ut eſt apud Thomā uel Scotum uidere, ſi recte memini: putarētꝗ; Chriſtū, eos quibus panem porrexerat oſtendiſſe, corpusꝗ; ſuū eſſe dixiſſe. ut eſſet ſenſus: Vos qui hoc conuiuio adeſtis, corpus meū eſtis. & cum ſequentia minus quadrarent, ſic expoſuerunt, ut Quod pro uobis traditur, acciperent pro co quod eſt, pro quibus ego trador. Quorū ego fidem admiror magis, quàm omniū Theologorū eruditionem. Neꝗ; enim unquam puto fuiſſe, qui crederet, ſe Chriſtum corporaliter & eſſentialiter in hoc Sacramento edere. Tametſi omnes ſtrenue uel docuerint uel ſimulauerint, ut eſt hypocriſis audax malū. Nolo hic horreſcas,

Cōmunicatio apud Paulum quid.

C optime uir, & cum hypocritis clames: Ego credidi, ut quid iudicas conſcientiam
meam? tu mecum aut non credidiſti: aut mentem ne hic reclamaret, auocaſti: aut
uehementer anxius fuiſti, quónam pacto ueritas libere tandem prodiret. Fidem
horum inquam admiror, quæ ab hac inſulſa traditione abhorrebat. & cum uerba
tam uehementer eſſe uiderent conſtantia, conquiſierunt per ſcripturam, quomo-
do hoc corpus capi oporteret. Et ad hunc Pauli locum uenientes, eo nodũ hunc
iſta ueluti bipenni explicare ſunt adgreſſi: hoc certum habentes, quod ſuperius
de Caroloſtadio diximus, Fidẽ iſto edendi modo, quẽ Theologi tradunt, opus nõ
habere, oportereq́ꝫ iſtorũ Chriſti uerborum alium aliquẽ eſſe ſenſum, quemcun-
que tandem. Fidem inquam iſtorum laudo, defuit perſpicacia: qua nihil opus ha-
bebant, dum fides adeſſet. Vide quid ſit è ſcriptura doctum eſſe, quid ex ſpiritu.
Dixi paulo ante, hanc uulgo Theologorum opinionem eſſe inſulſam: hoc te ne
quæſo offendat. dixiſſem libentius non modo ſtolidam, uerumetiam impiam. An
non etenim Iudæorum impietatem ſuperarunt Theologi iſti inſignes? Iſti cum de
corporali eſu omnia dici putarent, abhorrebant: ſed Chriſtus eis humaniter do-
cendo ſubuenit. nam à ſtulto eorum intellectu ſic liberat: Spiritus eſt qui uiuificat,
caro non prodeſt quicquam: Verba quæ ego locutus ſum uobis, ſpiritus & uita
ſunt. Cúmque nihilo magis caperent quàm prius, Chriſtum ex toto deſeruerunt.
Illi uero noſtri, mille modis ſtupidiores prodierunt: hoc ipſum quod Iudæi capere
nequibant, perfricta fronte adſerentes: & Chriſti directionem, qua omnia perſpi-
cere licebat, reijcientes, eo etiã inuito: neqꝫ ab eo fugientes, ſed apud eum manen
tes, adſerunt Chriſti corpus hic edi, quo modo Iudæi ab eo abhorrebant: Scythis
omnibus immaniores, quod ipſorum uerba planè indicant: alius enim ex præſepi
eum, alius in cruce adhuc palpitantem edit. ita enim pronunciant: Nos enim cor-
pus Chriſti ueraciter & corporaliter edimus, utq́ꝫ in præſepi iacuit, ut in cruce pepen
D dit: quo nihil inſulſius dici poteſt. Sed ut uela tandem colligamus: iubes nimirum,
Epilogus, ac dictorum hactenus ſumma. ut omniũ tibi dictorum breuem ſummã, ac uelut Epilogum dicam. En tibi. Chri-
ſtus iam morti uicinus, iucundiſſime cũ ſuis diſcipulis epulatus eſt. dixit enim: De
ſiderio deſideraui hoc paſcha manducare uobiſcum. Neqꝫ enĩ ſolis ferculis eos re
fecit, ſed amœniſſimis cœleſtis uerbi πέμμασι, id eſt, bellarijs. Atqꝫ huius rei ad me
moriam, quod pro nobis eſſet atrociter necatus, ritum nobis uolens relinquere:
Panẽ accepit, iuſſitq́ꝫ ut omnes ederent: hoc enim eſſe ſymbolum fidelibus ſuis,
quod corpus eius, qui Deus ipſe ac Dominus & magiſter ipſorum erat, eſſet
occiſum: ideo iſtuc fieri debere in eius commemorationem, ut & nos ſimul e-
deremus, & eius gratiam commendaremus. Similiter dic de calice. Factum
ergo eſt inter diſcipulos Chriſti, ut quicunqꝫ ſe confiterentur fratres eſſe, ſic iuxta
Chriſti inſtitutum cum reliquis fratribus ederent ac biberent: & hac ratione in
cõmunionem fratrum, qui credebant ſe Chriſti corpore & ſanguine redemptos,
accipiebant. Quod quidem fruſtra fiebat, quod ad cõſcientiam attinet, niſi is, qui
edebat, prius eſſet fide, de ſalute per Chriſtum, certa. Vnde obiter & hoc patet,
Eucharſtiæ eſum non tollere peccata: ſed ſymbolum eorũ eſſe, qui firmiter Chri-
ſti morte exhauſtum & deletum eſſe peccatum credunt, & gratias agunt. Vide
Auguſtinum ſuper Ioan. 6. Tractatu 26. & inuenies aperte quomodo ille ſacra-
mentalem eſum, à ſpiritali ſeparet. Vide quoqꝫ Origenem in Matth. homilia. 35.
Nam hi ſoli nunc occurrunt. Veterum enim plurimi piè de iſto Sacramento ſen-
ſerunt. Hęc ſunt candidiſſime Frater, quæ nunc tecum per literas cõferre placuit.
uereor enĩ ne quidã nimis propenſi ſint ad iurandum in magiſtrorũ uerba. Quod
ſi mihi dicas, Ego germanicè cœpi miſſare, & ſi nũc aliter docuero, ſupramodũ of-
fendunt plurimi: Hoc capito remediũ, ut cõmunicationẽ mẽſę Domini nõ ſis ſub
laturus,

Digitized by Google

A laturus,doce:ſed natiuū.uſum in diem magis ac magis prolaturus.& crebro iſtud
inculca:Quod ſi communicationis panem edant, & in fide nō ſint integri, nec in
amore proximi ſinceri,iudicium ſibi manducent ac bibant. Deſerent multi, mihi
crede:ac dum paſcha uenerit,quod & nos facturi ſumus,iuxta Chriſti inſtitutum
omnia perage. Boni conſule,& uerbo Dei unice adhære. Ora Dominum,ut uias
tuas dirigat. Fratrem iſtum , nunc nomen eius traditum eſt nobis, Cuonhardum
Hermannum hac in re,niſi magnopere erret, noli oppugnare. Sed ſi oportunum
fuerit, etiam hanc epiſtolam legendā præbe. Vale in Chriſto Ieſu domino no-
ſtro.Ex Tiguro,16.Nouemb. 1524.

IOANNES OECOLAMPADIVS. SVO IN DOMINO
chariſſ. N.

GRATIA & pax à Domino.Chariſſime Frater, pro noſtra charitate nu
per te monui,fortaſſe inſipientius: nimirum hominem in ſacris & exer
citatum,& quotidie uerſantem,ipſe iudicio hebetior. Porrò iterum na
ctus nuncium, ſuper eadem re admonuiſſe operæprecium cenſuerim,
ne forte priores literę interciderint. Non parum enim tuo nomine anxius ſum,ne
quid præcipitanter contra Carolſtadium euulges,cuius tandem ſera ducaris pœ-
nitudine.Nos quamuis non ſubſcribamus illi per omnia, inuenimus tamen uiri
pleraq; magna cum utilitate in medium attuliſſe. Nam carnem & ſanguinē Chri
ſti hoc modo ſacramentalibus ſignis aſſignare , quo modo doctum eſt hactenus,
non modo contra communem ſenſum,ſed & contra Chriſti gloriam facit: & ne-
ſcio an aliquid peſtilētius inuehi potuiſſet.Etenim dum adhęſum eſt carni & ſan-
guini,quomodo in pane caliceq; deliteſcerēt: obliuioni fermè tradita fuit immen
ſa charitas,qua caro immolata, & ſanguis effuſus: quorum tamen memoriam,in
hunc uſum ſanctificatis pane & uino,ſubinde refricari Chriſtus uoluit. Atq; non
B ſine deſipientia homines aſtringere uoluimus,fateri hunc ipſum panem eſſe cor-
pus Chriſti,uel ſublata,uel pręſenti materia panis. Quod ſi non eſt ueritatem mu
tare in mendacium,non uideo quid aliud dixeris ueritatem in mendacium uerte-
re. Porrò ſi tam religioſe tropo Hebraico neglecto urges uerba Domini , Hoc eſt
corpus meum:oportebat circunſpicere quid ſequatur.Nónne dicit,Hoc facite in
mei commemorationem?Quid eſt,Hoc facite?nempe cœnam dominicam ſerua
te ritu nūc uobis exhibito,ut per panem carnis, per uinum ſanguinis memoriā ha
beatis. Nō hoc ſibi uult τὸ, Hoc facite,perficite corpus & ſanguinem craſſo mo
do,quo illi urgent:ſed ritum ſeruate, quem & Apoſtolos ſeruaſſe in primitiua Ec
cleſia perſpicuum eſt:& quanto tempore legitimè inſtauratus non fuerit,deplora
bilis Eccleſiæ facies erit. Dicit autem, In memoriā. Quorū eſt memoria?dic quæ-
ſo,nónne abſentium?Quod ſi præſentem ſe teſtari uoluiſſet hoc modo, quo tradi-
tur,rectius dixiſſet alijs uerbis. Iam quid eſt facere in ſui memoriam? nónne acci-
pere & comedere?Porrò quid, quod dicis, ſubſtituiſſe tūc corpus & ſanguinem?
ſiccine dices confirmari fidem ? Confer omnia ſigna, quibus infirmitas fidei iuua
tur,num tam occultum tamq; diffile,fermè dicerem tam infelix,atq; illud?Chari-
tas Dei perſuaſibilior , quàm ut hoc noua ratione perſuaderi oporteat, ſufficiet ri-
tus ad illam commendandam . Vtinam detur,eius uſum in diebus noſtris uidere
inſtauratum in omnibus eccleſijs. Tu mi Frater, boni quæſo cōſulas admonitiun
culam tumultuariam:neq; multum ocij nunc ſuppetit. Breui tamen, niſi tu euul-
gaueris,plura ſuper hac re intelliges ex nobis. Verebamur hic multum diſſidij in
plebe,ſed Deo gratia,in manſuetudine ſuſcipit uerbum:utinam appareat aliquā-
do fructus. Iterum oro,candide interpretetis hanc ſcriptionem. Diligo enim te in
Domino. Vale,13.Ian.Anno 1526.

C HVLDRICHVS ZVINGLIVS IOANNI HESSIO *Bratiſlauienſium Euangeliſtæ.*

GRATIAM & pacem à Domino. Venit ad nos, doctiſſime Heſſi, Nicolaus Mæobanus, iuuenis (quantum uideo) & eruditus & pius nõ uulgariter, querens eam calamitatem in quam incidit, non tam ſuo quàm literarum tuarum nomine: cũ in hos incidit prædones potius quàm equites, qui uitam ideo fecerunt ei reliquam, quod is qui dedit, noluit etiamnũ adimi. Sed quicquid habuerint literæ, nos te mi Heſſi per communem Chriſtum oramus, ne in Euchariſtię negotio quicquam deſignes. Audimus tibi pietatem maximopere cordi eſſe: hac igitur in re non deſit. Quo enim nobis proderit caro carnaliter manducata? Sed dicamus, non carnaliter edi, ſed ſpiritualiter. Dicamus igitur ſpiritualiter edi Chriſti corpus, dum illi fidimus: neq; uocabula confundamus. Iam neq; iſtud ſcribo, quaſi epiſtola pluſquàm temporaria quid putem effecturum. Sed cum te ex unis aliquando ad nos datis literis, hominem exiſtimem eſſe minime malum, committere nõ poſſum, ut citra omnem admonitionem labi patiar. Tu quicquid id eſt quod ago, boni facito. Si enim Chriſti eſtis, & nos Chriſti ſumus, non adeo pœnitendi diſcipuli, ut Catabaptiſtæ: qui etſi in Euchariſtia uident quid liquido in cauſſa ſit, in baptiſmo tamen inueniunt quo Chriſti eccleſiam turbent. Vale: & memineris, nos aliquando cauſſam coram eo iudice dicturos, de cuius uerbis hic paulo nonnunquam impurius digladiamur. Tiguri. 3. Calend. Septemb. 1527.

Spiritualis corporis Chriſti mãducatio.

IOANNES OECOLAMPADIVS ORNATISSIMO VIRO *Philippo Melanchthoni, & eruditione & uitæ integritate claro.*

D GRATIA & pax à Chriſto. Magis abſentem literis interpellare tuam humanitatem, MELANCHTHON ornatiſſime, hactenus nõ ſum ueritus: ſed priſtinæ familiaritatis neceſſitudinem, qualibuſcũq; tandem epiſtolarum, certe amicarum, ſi non eruditarum, officijs conſeruare ſtudui. Quanto magis mihi temporare non poſſum, quin propiorem inſalutatum non relinquam: & profecto id coram facerem, ſiquidem uel pericula non prohiberent, uel ab eccleſia mea cõmode abeſſe poſſem. Nihil enim tuo colloquio in terris gratius optatiusq; euenire poſſet, multis certe nominibus: ſed hoc potiſſimum, ut de rebus eccleſiæ fideliter tecum agerem, ſi poſſent è medio tolli ſchiſmata quædam, nuper non dico à quibus inuecta. Tum ſanè iucundũ mihi foret ex hac uita migrare, id quod opinor ex uarijs meis ad te literis accepiſti. Niſi forte malo infortunio nullæ ad te peruenerint, quod ſuſpicari licet ex perpetuo ſilentio tuo. Nondum enim auſim inſimulare te, quem cuncti manſueto Chriſti ſpiritu præditum teſtantur, ita ſurrexiſſe ſupercilium, ut λιτὰς familiariũ inauditas ſine reſponſo dimittas. Itaq; ſatis mirari nõ poſſum. Optima quæq; de te mihi polliceor, & ne uerbo quidem ſpes fouetur. Merear tandem id gratiæ, ut ſciam te amicitiæ renũciaſſe. Et quo pacto id facies, niſi & Chriſto ualedicas? qui & ipſe mihi ἀσφαλής. Perſuaſum enim mihi, nullum ex membris illius, qui illum uerum & Deum, & hominem fatentur ac credunt, beneq; erga omnes ea fide cõſpicuos affecti ſunt, ab alijs membris, quæ idem ſpiritus uegetat, abijci poſſe. Neq; in hoc falli potero, utcunq; fratrum imbecillitas officij ſui interim parum memor eſt. Nõ ignoramus hic, quæ ὁ τίκτων, τὸ αὐλιχίου ὁ πρόδρομος, ἀλλὰ παρόντος λύγξ iſthic fabricet, Philippica (de Macedone inquam, nõ de te noſtro uere candido) fraude: ut nobis primum negotium faciat, quo deinde & uos quoq; inuadat. ſed ante oculos pennatorum, fruſtra proijcit retia. Equidem non mediocre cœleſtis patris be-

neuolentiæ

A neuolentiæ iudicium cenſeo, quod & tu in hoc præclaro Principum Germaniæ cõuentu, amicis & pijs ſuggerere ualeas, ea quæ pacis & quæ in gloriam Chriſti. Proſcribi cupit neſcio quos Sacramentarios. Scilicet illi fidei ſynceritas cordi eſt: & hoc pacto concordiæ conſulet, ſi craſſius & loqui & ſentire περὶ τῶν μυστηρίων, quàm par eſt, inculcarit. Interim crepat multas ſycophantias: quaſi nobis ſit figura ac phantaſma, nõ ueritas Chriſtus: quaſi imbecillis, nõ omnipotens Chriſtus: quaſi unicum angulum occupans, & nõ ubiq; ſit ac portet omnia uerbo uirtutis ſuæ. Belle ſcilicet, ſi diſtinctius de naturis unius naturæ, id eſt (ut quod ἐμφατικωτέρως dicere uolui, explicem) perſonæ loquitur, idcirco alteram negare uideamur. Et ſi diuinitatem negemus paſſam in ſua natura, ideo cogamur negare etiã Chriſtum deum paſſum: et ſi nõ aſſeramus corpoream Chriſti dimenſionem & quantitatem non eſſe ubiq; locorum, ideo inficiemur Chriſtum, qui humana ſemel aſſumpſit, nunquam dereliquit, non eſſe ubiq; locorum, nõ eſſe inter duos aut tres in ſuo nomine congregatos, non eſſe in fidelium cordibus. Tales audio iſthic noſtræ fidei interpretes ac calumniatores haberi. At te oro per Chriſtum, ut maledicorum hominum effrenem licentiam, quatenus licet, apud pios remoreris, iudicando, non eò pertingere noſtros ſermones: imò addere hoc tuto poteris, neutiq; nos boni cõſulere, ſi quis dicat, ueluti Iudam & pecus nos communem panem, uel ſolum ſacramentum edere. χάριν γὰρ τὴν ἀόρατον μετὰ τῶν συμβόλων ὁρατῶν διδόμενην, καὶ λαμβανόμενην, ὥσπερ πάντες οἱ πιστοὶ γεγυμνασμένα αἰσθητήρια ἔχοντες. Et planè contumelia Apoſtolos affici ſemper diximus, ſi quis ſuper eos ſolam igneam linguam & ſignum ſpiritus conſediſſe dicat, negans interim uere participes gratiarum ſpiritus ſancti. Quamuis nequaquam ſentire potuerimus, igneam linguam eſſe ſubſtantiue ſpiritum ſanctum, ſicut neq; flatũ. Neq; dubito, quin idem & uos
B catholice affirmetis. Quid igitur hic tantum controuerſiarum? Vnde hæc iterum uolui tibi indicata, ut oſtendere poſſis quibuſdam, ſi ponant contentiones, non deeſſe uiam qua concordia paretur eccleſijs. Atqui iſtis anathematiſmis, exibilationibus, ac fulminationibus nihil proficitur. Interea tamen Dominus ſuos nõ relinquet. Porrò de ſtatu eccleſiæ Baſilienſis, rumor cuncta nuntiat: tametſi pleraq; uanius. Vna re gloriamur, diſcordem Chriſti prædicationẽ ſublatã, & quod Magiſtratus totus in hoc eſt, ut iuxta uerbũ Chriſti q̃ puriſſime ſua plebs uiuat, quicquid alij nugentur. Certe nõ eſt illis integrum expectare generale illud conciliũ, ut interim cõniueant ad plurimorum impietatem. Laborant item, ut gymnaſium inſtaurent, literæq; bonæ cum pietate plantentur. Vale: Baſileæ, prid. Calend. April. 1528.

HVLDRICHVS ZVINGLIVS N. FRATRI IN Domino.

GRATIAM & pacem à Domino. Accipe igit charissime Frater, quæ ad quæſtiones tuas reſpondẽda ducam. Ipſe quoq; in hac ſententia ſum, cœnam dominicam gratiarumactionem eſſe. Nam & Apoſtolus, mortem Domini, ait, nunciabitis. Vbi annũciandi uerbum pro laudandi, aut gratias agendi uerbo accipitur. Cum ergo gratiarumactio ſit, mihi non probatur aliud eſſe cõſcientijs obtrudendum, quàm ut ex pietate gratiæ agantur. Hoc tamen negligendum non eſt: Probet autem ſeipſum homo. Debemus enim conſcientias noſtras interrogare, quam fidem habeant in Ieſum Chriſtũ: quæ ſi plenam ac ſynceram habent, iam nihil obſtat quo minus ad gratiarumactionem accedant. Qui enim fidem non habet, & tamen ſimulat habere, is iudicium ſibi manducat: mentitur enim ſpiritui ſancto. Quod au- *Annunciare pro laudare, aut gratias agere.*

C tem tu putas, Paulum hoc loco nõ arguere eos qui in eidolothytis conuiuabant: ego aliter puto. nam ſuperius uehementer increpat ſciolos iſtos, qui putabant ſibi licere de eidolothytis edere, etiamſi in cœna Domini recubuiſſent: Nõ poteſtis, inquiens, participes eſſe menſæ Dominicæ, & menſæ dæmonum, &c. Vult igitũ Paulus, ut quiſq; ſeipſum exploret qualem fidem habeat. Iam ſequi, ut qui integra fide ſit, non poſſit commercium habere in his quæ idolis ſunt oblata. alterius enim corporis ſit, puta Chriſti, unde non poſſit in corpus unum cum idololatris coire. Hi ſunt igitur qui non dijudicant corpus, qui nullum diſcrimen faciunt inter eccleſiam Chriſti & eccleſiam idololatrarũ. qui enim in eidolothitis accumbebant, iam planè nullum diſcrimen habebant inter cœnam Chriſti & cœnam diaboli. quos Paulus dicit non dijudicare corpus Domini, hoc eſt, eccleſiam Chriſti nihilo maioris facere, quàm eccleſiam dæmonum. Quod ſi nos ipſos dijudicaremus, hoc eſt, ſi conſcientias noſtras approbe ſcrutaremur, iam non accederemus, (ſi modo fidem in eis inueniremus) ad conuiuiũ dęmonum. Id autem cũ non facerent, ſentiebant iratum Dominũ. Vnde tu recte putas, Dijudicandi, pro conſiderandi perpendendi inſpiciendi, uerbum exponi. Ad ſecundũ, audi: Accepit Ieſus panem, & fregit, &c. Et accepit calicem. Iſta uerba ſunt peculiariter agentis, non hoſpitaliter ad edendum inuitantis. Ad tertium: De loco Ioan. 6. Hoc uos offendit: &c. Prorſus tecum ſentio. Ad quartum: Ego per Oſtren intelligo magnam iſtam celebritatem, in qua de liberatione gaudemus, nũc à diabolo, olim à Pharaone. neq; ulla difficultas eſt, qua quiſq; uoce unam eandemq; rem appellet, ſi modo ſeruetur analogia. Nam & ſcriptura Chriſtum ipſum agnũ uocat: & Paulus, noſtrũ paſcha. Tua uero uox *wanderfeſt*, optime placet pro tranſitu aut pęſah. Ad quintum: Deſcẽdit ad inferos, arbitror ideo ex patrum ſententia ſymbolo eſſe inſertum, ut oſtenderent Chriſti morte patres, qui in fide mortui fuerant, redemptos. Captiuitatem enim quæ captiua tenebatur, duxit ſecum ad ſuperos: ut deſcenſio ad inferos nõ ſic intelligatur quaſi circumſcriptiue, ſed potentionaliter, ut ſic loquar: quod ſcilicet mors eius eos qui erant apud inferos, redimeret. Huc reſpexit Petrus, cum dicit, Mortuis prædicatum eſt Euangelium: hoc eſt, eos ſenſiſſe Euangelium, bonum nuntium, redemptionem ſcilicet per filiũ Dei. Et quod qui cum Chriſto ſurrexerunt ſpiritu, nunc ſunt apud illum in cœlis. qui tamen ſecundum carnem iudicabuntur tunc, cum omnis caro iudicabitur, filio Dei & hominis præſidente. Redi ad locos Petri; alter in priore, alter in poſteriore eſt epiſtola, & contentus eſto hac pluſquâm tumultuaria reſponſione. Vale, & Gulielmum meum optimum ſenem, pro tibi data à Domino gratia conſolare. Saluum iube Ioannem Eggenbergium. Tiguri, pridie Calend. Septemb. 1527.

Non dijudicantes corpus Domini, qui ſint.

Oſtren.

Chriſtus agnus.

wanderfeſt.

D

Deſcẽſus Chriſti ad inferos.

IOANNES OECOLAMPADIVS N. FRATRI *in Domino.*

PAX tecum. Quantum ex ueteribus coniectare licet Doctoribus, & ex ſexto capite Ioannis uerba illa, Hoc eſt corpus meum: figuratæ locutionis ſunt. Gerit enim panis figuram corporis Chriſti, & μνημόσυνον eſt illius pro nobis traditi. Non enim uult carnem ſuam σαρκικῶς ad manducandũ dare, ſed πνευματικῶς. Dicat quis: Quomodo animam ſatiet caro, uel etiam carnem anima paſcat: cõtra rerum naturam eſt. Aut ponemus noua miracula? Inuiſibilis autem erat caro danda, panis uelamine tecta: atqui neq; hac ratione paſcet animam caro, ſi carnis rationem habeat. Verbum, cui fidi poteſt, alit animam commemoratione, ſi credatur. Pomittit Deus ſe ueniſſe, peccatores ſaluos facere; id recogitatũ, & parum creditũ, minus paſceret animam.

A animam. Dedit Chriſtus carnem ſuam, & obſignauit promiſſionem teſtamento mortis; iam non licebit ambigere de promiſſione. Igitur ſi hoc modo credatur, paſcet, & panis erit ſpiritualis caro Chriſti. Vt quid paras uentrem & dentē? inquit Beatus Pater: Crede, hoc eſt, fidelis eſto, & mãducaſti. Spiritualis eſt hęc manducatio, nō ſacramentalis. Dicis: Sed quid eſt Sacramentalis? nónne adhibitio ceremoniæ ad ſpiritualem? aut dicemus unū ſimul duo corpora Chriſti ſuſcipere? Potes ex his uidere, quid ipſe ſuper hac re ſentiam. Baſileæ.

HVLDRICHVS ZVINGLIVS N. AMICO SVO *haud uulgari.*

GRATIAM & pacem à Domino. Oras, ac facile impetras etiã, ut ſimplicitati ſermonis ueniã dem: uel, ut tuis uerbis utar, magis perpendam quid, quàm quomodo ſcribas. Idem ipſe quoq; abs te requiro. nam uerborum facilis eſt lapſus: neq; adhuc tam cautus orator inuentus eſt, qui uerbo nullo offenderit: etiam ſi bona pars eorum fuit, qui à ueri cognitione parum abfuerunt. Si ergo optime N. orationis ſupellectilem agnoſcis tibi deeſſe (quę & hercle tibi uſqueadeò deeſt, ut ſi ipſe id prius proſpexiſſem, nunquam ad conferendum prouocauiſſem:) tam diu cum in ſcholis, tum ut uideri uelle uideris, in literis uerſato: Cur quæſo non itidem tecū reputas, ſimili modo tibi negatum eſſe, de rebus arduis ac eruditionem multam requirentibus diſſerere? Ego enim nunquam ita mei amans fuero, ut ſi & diſſerendi & ſcribendi mihi facultas præcluſa eſſet, inuitis canibus grauiſſima quæq; tractare pergerem. Tua, Deum teſtor, hactenus manum noſtram non exierunt, neq; exibunt, niſi (quod nō ſpero) quid inconſultius uel audacius præſumeres: At ea tam
B ſunt infantia & amara, tã indocta & ieiuna, tam plena ſolœciſmis & id genus morbis, ne dicã uicijs, ut ſi prius aliquid ſtomachi habuiſſem, quadam ueluti miſericordia decoxiſſem. Decet igitur te quoq; orationi noſtræ ignoſcere, quæ poſthac nihil habebit nigri ſalis, ſi oſtenderimus palàm, te ad intelligendum & colligendum haud magis idoneum, quàm ad ſcribendum. Venio nunc ad id, quod agimus. Tuis ego ſcriptis ſic reſpondebo: Oſtendã breuibus in quibuſdam locis ubi hallucineris: in alijs oro, ut noſtros libellos legas quos ad te mittimus. Nec enim grauioribus ac utilioribus occupatum deſiderabis ad ea non reſpondiſſe, in quibus cardo rei non uerſatur. Ad quæcunq; ergo tibi nunc iſta Epiſtola non reſpondetur, iñ libris excuſis adfatim inuenies. Vnde & moneo, ut nunc miſſa Epiſtola, ad libros noſtros cōuertaris: alterum quem Germanice ſcripſimus, idq; recens, de Euchariſtia: alterum, quo reſpondemus Billicano & Rhegio, Suæuis. ac ubi iſtos perlegeris, huc redeas. Iam te puto rediſſe. Cum ergo dicis, nihil ad rem facere, Hoc facite in meam commemorationem: de quo ego uerbo dixi, notam eſſe quo deprehendas ſermonem eſſe tropicū (doceat enim Chriſtus his uerbis, quã ob cauſam cœna ſit agenda.) At ego id plurimū momenti habere arbitror, quod cauſam ac finem rei indicat: neq; temere ſentio. Si enim cœna commemorationis cauſa inſtituta eſt, iam commemoratio præſtantior eſt cœna. Quicquid enim alicuius cauſa fit, iam illud potius eſt, in cuius gratiam aliquid fit, quàm id quod fit. *Cœna an commemorationis cauſa inſtituta.* Cogor enim tecum agendo à philoſophicis nonnulla petere. cum enim maxime uis uideri alieniſſimus eſſe ab argutijs, nihil tamen æque uidemus tibi ſcribendi materiam ſuppeditauiſſe, atq; ſophiſticam. Breuiter, ſi cœna ſit cōmemorationis cauſa, iam commemoratio colophon eſt huius cœnæ, non carnei corporis Chriſti manducatio. Porrò, ſi corpus Chriſti hic ederetur, præſtaret nimirū corpus: quod tanti ſit à quibuſdam, etiamſi Chriſtus nihil unquã promiſerit ijs, qui carnem eius

C corpoream ederent. Scribis, aliquid ſignificatiue accipi, dupliciter poſſe intelli-
2 gi, &c. Infantiora ſunt omnia iſta, quàm ut reſponſionem mereantur. Sic enim ca-
pe, uerbum, dictionem, orationem, toties aliter atq; aliter ſignificatiue aut tropice
accipi, quot ſunt troporum genera, & ultra etiam. plures enim ſunt tropi, quàm
grammatici hactenus adſignauerint: ſed de his paulo plura in poſterioribus. Vis
autem in uniuerſum nuſpiam eſſe tropum, niſi ubi tropum diſcamus ex ſacris lite-
3 ris. Ego idem uolo. Sed cum ſubito dicis, in iſta oratione, Ioannes eſt Helias, tro-
pum eſſe ideo, quia Zachariæ dicitur, Ipſe præcedet ante illum in ſpiritu & uirtu-
te Heliæ: quæro ubi utraq; oratio ſcribatur. Dices nimirum, prior Matth. 11. poſte-
rior uero Luc. 1. Licebit ergo & nobis ex Io. 6. cap. Caro non prodeſt quicquam,
ad edendū ſcilicet, haurire, quo deinde temperamento cruenta iſta, Panis eſt cor-
pus, uinum eſt ſanguis, miſceamus. etiamſi in uerbis Chriſti nulla pœnitus nota
deprehenderetur, quas tamen habemus manifeſtiſſimas, ut poſtea latius patebit.
4 Hoc quoq; prætereundum non eſt, Chriſto hunc tropum, Ego ſum oſtium, per
alium tropum explicari: Per me ſi quis introierit, paſcua inueniet. quo uerbo aliud
non uult, quàm iſto quoq;: Qui credit in me, habet uitam æternam. Vide quàm
5 diſſimilia uerba, & quàm concors ſenſus. Putas in tropis oportere eſſe aliquam
ſimilitudinem. Hoc debes de metaphora tantum intelligere. nam non omnis tro-
pus eſt metaphora, ſed omnis metaphora eſt tropus. Videris ſtrenue ignorare, tā
quid ſignificet tropus, quàm metaphora. Tropus genus eſt, ad omnem orationē,
quacunq; ratione mutatam, aut mutuatam. Eius ſpecies ſunt: Onomatopœia, Ca-
tachreſis, Metaphora, Metalepſis, Synecdoche, Metonymia, & cætera troporum
6 genera. Concedis tropos admitti debere, ubi notæ ſint manifeſtæ: ſed in his uer-
bis, Hoc eſt corpus meum, non eſſe tropum. Quid oro cauſæ eſt, cur nō liceat tro-
D pum in hoc uerbo Chriſti expedire: non minus quàm in, Ipſe eſt Helias: etiam ſi
in eodem loco nulla eſſet nota, qua tropum deprehenderemus? Sed iam oſtendā
tibi in ipſis Chriſti uerbis indubitatam notam eſſe, qua deprehendas tropicū eſſe
ſermonē. Sic habet Lucas: Hoc eſt corpus meū, quod pro uobis tradit̄. Vide nūc
collectionem demonſtratiuam; neq; enim ex ſingularibus aliter licet ſyllogizare,

Significatiue accipi.

Metaphora omnis, tropus. contrà non itē. Tropus.

Med. Corpus Chriſti.	Corpus Chriſti eſt, quod pro nobis traditur.
Maior extremitas, Pro nobis traditum.	Panis eſt Corpus Chriſti.
Minor extremitas, Panis.	Ergo, Panis pro nobis traditur.

7 Diſſolue quæſo hanc demonſtrationem. Cum ergo non poſſis, cede quæſo ue-
ritati, & dic: Quod pro uobis traditur, certam notam eſſe, qua deprehenditur tro-
picum eſſe ſermonem, Hoc eſt corpus meum: nam panis non eſt pro nobis tradi-
tus. Inſtabis forſan aliquid dicere, ſed fruſtra. Tertullianum & OECOLAMPA-
DIVM ſic non intelligis, ut me tui pigeat: Imò uideo te non intelligere poſſe, cui
tam curta ſuppellex eſt in lingua latina. Tertullianus figuram non accipit pro for-
ma aut diſpoſitione, ſed pro ſignificatione, ſymbolo, aut repræſentatione: ut latius
ad Billicanum ſcripſimus. Cum ergo dicit (quodam loco, ut tu ais: quaſi aliquan-
do eum autorem de integro legeris, cum tibi nimirum interdicto non ſit opus, ne
ipſum legas) Figura non fuiſſet, niſi ueritatis corpus eſſet: nihil aliud uult, quàm,
Panis non eſſet figura, repręſentatio, aut ſymbolum, neq; eſſe poſſet, niſi uerū cor-
pus habuiſſet Chriſtus. Marcionitæ enim calumniabantur ueram humanitatem
Chriſti. Ibi noſter Tertul. probat, uerū corpus eſſe oportuiſſe, quia reliquerit no-
bis

Tertullianus.

Digitized by Google

A bis eius ſymbolum. Quæ tu iſthic de ſenſu allegorico ſcribis & myſtico, nempe
quod literalis ſenſus ſit prior, aut negligi non debeat, etiamſi alicubi fingatur alle-
goria: uehemẽter placet. Sed heus tu, memineris huius ſermonis: ueniet enim oc-
caſio, ut eius te ſimus cõmonefacturi. Iam ſatis diximus, te troporum eſſe igna- 8
rum, cum putas nullibi tropum inueniri, niſi ubi aliqua ſimilitudo aut compara-
tio interceſſerit: quod tamen perpetuò inculcas. Locus quem ex Hieremia 9
producis, Mittamus lignum in panem eius: nihil facit ad rem, cũ quod Hieremias
non habet iuxta Hebræorum ueritatem, quomodo nos habemus: tum quod iu-
xta tuam legem non debeas Allegoricum ſenſum ędificare, antequàm literali fun
damentum ieceris: tum quod ſi maxime panis ibi capiatur pro corpore, tropicus
tamen ſermo eſt. nam panis non eſt carneum corpus: nam ſi eſſet, panis eſſet pro
nobis cruci adfixus. Sic habet Hieremias: Corrumpamus ueneno cibum eius.

Quod Lucas iſta uerba, Non bibam de generatione uitis, ante cœnam ſacra- 10
mentalem poſuit, Dei munere factum eſt. uoluit enim diuinus Euangeliſta He-
bræorum more ſummam rei inter initia ponere, ne quod ſequebatur, uideretur ad
uerbum eſſe intelligendum: quemadmodum in libro noſtro Germanice ſcripto
docuimus. Quod autem dicis, uidetur mihi Chriſtus apoſtrophaſſe à figura ad fi-
guratum, &c. Cur tu hic allegoricum ſenſum tantummodo explicas? Memineris
literalis, ut uos loquimini. Deinde quod hic dicis, alij quoq; dudum mihi dixerũt,
ſed nequicquam: ignorant enim Hebraici ſermonis idioma, qui ſolet ſummã rei *Hebraici ſermonis idioma.*
ab initio ponere, ac deinde rem geſtam ex ordine narrare. Et in hunc uſum tam ad
agnum, quàm ad uinum dicit, ſe poſthac non fruiturum eſſe, donec nouo modo
edat in regno, id eſt, regnans, qui iam à tyrannide premebatur: quod deinde ipſo
reſurrectionis die impleuit, in eo enim nouo modo edit & bibit. Origeni & Hie-
B ronymo iniuriam manifeſtam facis. Lege iſtum in Leuiticum, hũc in Matthæum,
26. cap. & uidebis eos nobiſcum ſentire. Ais me tibi imputare, quod ad hunc 11
modum dixeris: In iſto Sacramento nõ fieri memoriam corporis Chriſti, ſed paſ-
ſionis. Ego uero non uideo quid dicas, niſi Epiſtolam meam male intelligas. pror
ſus non agnoſco in hoc ſenſu uerba. Nam ſi ad hunc modum dixiſſes, non uſque
adeò peccatum eſſet. Hoc autem dixiſti, corpore Chriſti memoriam fieri corpo-
ris ſui. Vnde enim nobis aliunde orta eſſet diſputatio, quo modo corpus nõnun-
quam accipiatur pro morte Chriſti? Atq; hoc bellum eſt, dum maxime negas, ma
xime ſimul probas te recte dicere. Cum dico corpus & paſſionem coniuncta 12
eſſe, ſic intelligo, quod Chriſtus pati ac mori non potuit, niſi corpore: dico ergo ite *Corporis & paſſionis Chriſti coniunctio.*
rum, carnem Chriſti pro morte accipi, ut Ioan. 6. Panis, quẽ ego dabo, caro mea
eſt, quam ego dabo pro mundi uita. mors ergo hic per carnem ſignificatur: haud
aliter quàm cum dicit, Hoc eſt corpus meũ, quod pro uobis traditur: ubi per cor- *Caro Chriſti pro morte.*
pus etiam mortem aut paſſionem intelligit in hunc ſenſum, Hoc ſymbolum eſt
corporis mei pro uobis occiſi. Ecce, ut iterum corpus pro paſſione capitur. Neq; *Corpus pro paſſione.*
tu iſtam expoſitionem à nobis recte intellexiſti: nam alioqui non finxiſſes tam in-
ſulſam diſtinctionem. Ibidem cum ſic arguo, certum eſt nos Chriſti morte uiuifi-
catos, cum autem pati & mori non potuerit, niſi ſecundum carnem: fit ut caro iſto
loco, pro morte ſiue paſſione accipiatur. Ad hũc modum reſpondes: Dico breui-
ter, argumentum nõ ualere, quia ex puris particularibus nihil ſequitur: medium
etiam non debet poni in concluſione. Vide an ſatis perſpexeris quid nam dicas.
Nam iſta non ſunt ſyllogiſmus, ut tu es arbitratus, ſed perpetuæ quædam ſeque-
læ, ad hunc ſermonem Chriſti, Panis quem ego dabo, caro mea eſt, quam ego da
bo pro mundi uita. Sed nunc tibi omnia iſta in breuem ſyllogiſmum exegeticum,
hoc eſt, expoſitiuum, quem demonſtratiuum eſſe oportet, cogam.

Chriſtus

C Chriſtus uiuificat nos ſua morte,
Chriſtus uiuificat nos ſua carne,
Ergo, Caro & mors accipiunt pro ſe mutuo, ſiue con
uertuntur, ut uos dicitis. mirum eſt cur te in iſtas Symplegadas conieceris, cũ tan-
topere contentionem depreceris. Qui aliter ſentiunt, dicunt quidem, ſed nõ quic
quam. Ex puris particularibus nihil ſequi, adeò dudum ſciui, ut fermè ſcire deſie-
rim. ſed hæ propoſitiones ſingulares ſunt, & ſyllogiſmus demonſtratiuus eſt, &
expoſitiuus: qui hoc exigit, ut ſingularibus conſtet. Quæ autem de Chriſti carne,
morte, uiuificatione dicuntur, ſic ſingularia ſunt, ut uniuerſalis ex eis nulla forma-
ri poſſit. nulla enim caro, niſi Chriſti: nulla mors, niſi Chriſti, uiuifica eſſe poteſt.
Vnde ex his alios ſyllogiſmos cudere nequimus, quàm ſingulares, aut demõſtra
13 tiuos, quemadmodum in omnibus quæ de Chriſto demonſtramus. Cum hunc
Cum uideritis filium hominis, &c.
ſermonem Chriſti, Cum uideritis filium hominis aſcendere ubi erat prius: ſic intel
ligis, quod tunc eſſent increduli uiſuri, ipſum eſſe Deum & hominem: non uide-
ris mihi male intelligere. ſed quid hoc ad rhombum? Deinde, cur es auſus aliter
exponere hunc locum, quàm Pont. Romanus exponat ex Auguſtino? Vide de
14 Conſecrat. diſt. 2. cap. 1. Quæ deinde in uerba Chriſti comminiſceris, Ioan. 6.
adeo ſunt aliena & inepta, ne dicam impia, ut me tui haud mediocriter pigere cœ-
perit. at cũ te ad collationem inuitauerim, tuo (ut ſpes erat) bono debeo & hic nõ
tranſilire, ubi tam improuide loqueris: Quia paſſio & mors non dantur pro mun-
di uita, cum ſint accidentia, &c. Ecce tua uerba quàm belle niteant. Si ergo caro
Chriſti paſſio, non caro, Mundi uita.
Chriſti datur pro mundi uita citra paſſionem, igitur mũdus confeſtim ut natus eſt
Chriſtus, uindicias obtinuit: ſuperuacanea igitur fuit paſſio. Sed in malam rem hi
ſermones abeant, qui cum tam appertis ſcripturæ uerbis diſſident. Ioan. 11. habes
Caiapham prophetaſſe, quod Chriſtus moriturus eſſet pro populo. Cur diuinus
D ſpiritus non dixit, naſciturum pro populo? Hoc eſt corpus meum, quod pro uo-
bis traditur: & apud Paulum, frangitur: cur non dixit, quod pro uobis natum eſt?
ſi precium carnis eſt, & non potius paſſionis ac mortis. 1. Pet. 2. Chriſtus paſſus
eſt pro nobis: cur non dixit, Natus eſt pro nobis? Scio quid hic geſtias dicere. ſed
hûc ſolummodo mi N. tendo, ne tam incaute uim ueritati adſpergas cõtenden
di impetu: nihil enim hoc tuo dicto, quàm contendis, ne admittas corpus aut car-
nem Chriſti pro illius paſſione iſto loco Ioan. 6. accipi. Cũ ſymbolum ſic habeat:
Natus ex Maria uirgine, & deinde crucifixus etiam pro nobis: non, Natus pro no
bis. Iterum canebamus aliquãdo, Qui mortem noſtram moriendo deſtruxit: nõ,
naſcendo. Et tota epiſtola ad Hebræos hoc doceat, olim remiſſionẽ peccatorum
citra ſanguinẽ fieri nõ potuiſſe, unde & Chriſti ſanguinem pro nobis fundi opor-
tuiſſe. Paſſio eſt accidens, dicis: Ergo Chriſtus non ſua morte, ſed carne redemit?
Bella argumentatio: Omnis cultus, ſeruitiũ, paſſio, quæ propter Deum in hac ui-
ta uel ferimus uel facimus, accidentia ſunt: ergo quod homines ſumus, nume-
rus, & fruges cõſumere nati, ideo propitius eſt nobis Deus. ſic de oratione, inter-
ceſſione, uigilijs, alijsq; rebus ac obſequijs omnibus dici poſſet, nihil horum cau-
ſa dari à Deo, quod accidentia ſint. Vbi ergo meritum ueſtrũ manebit? Sunt enim
omnia ſecundum te accidentia, quæ actione continentur & paſſione. Mittamus
igitur iſta planè contentioſa & ficta, & ueritati cedamus: nempe, quod Chriſtus
paſſione & morte ſua nos redemit & uiuificauit, quamuis iſta in corpore pertulit.
Nunc uides quomodo dixerimus in epiſtola, carnem & mortem cõiuncta eſſe
Caro & mors Chriſti quomodo coniuncta.
ſic, ut alterum pro altero accipiatur. Addo: Sic ſunt coniuncta, ut redemptio am-
borum ſimul ſit, principaliter tamen mortis. Da enim carnem Chriſti citra mortẽ,
& non ſequitur redemptio: alioqui mũdus eſſet redemptus, cũ in præſepe ipſum
eſſet

A eſſet mater uirgo enixa. Contrà da paſſionẽ citra corpus, iam Marcioniſſabimus.
attamen pati & mori ſunt precium:ſed hoc preciũ per carnem,& in carne depen-
ſum eſt. Quod pulchre Auguſtinus in Ioan. 6. cap. his uerbis exponit: Caro, in-
quit, uas fuit, quod habebat attende, nõ quod erat. Si autem caro precium noſtræ
redemptionis fuiſſet, animus omnino attendendus erat in carnem, tanquã in pre-
cium. Habebat autem caro mortem & paſſionem: hæc ſunt attendẽda. Vide nũc,
qui plus Chriſtianis autoribus tribuat, aut deroget. Lege omnia mea ſcripta, & ta
lem errorem nunquam inuenies, tametſi crebro inculces me diſſentire ab Eccle-
ſia catholica ſiue uniuerſali, & doctores ueteres à uobis ſtare: cum ſanctè iurare
poſſim, te ueterum nullum peruidiſſe. nam etiamſi legas fortaſſe ueteres, quod id
ipſum quoq; obſcurum eſt apud me, intelligere tamen eos per inopiam latinę lin
guæ non temere potes. Verbo abſit inuidia: cur toties nobis inſultas, ueteres à uo
bis ſtare? Dic quem ex omnibus ueteribus in ſolidum legeris? Cum oppugnas 15
iſtud, Caro non prodeſt quicquam: ais, per ſe uerũ eſt, ſed adiuncta diuinitate plu
rimum prodeſt. Cur non hic quoq; dicis, per ſe nihil prodeſt, ſed per accidens plu
rimum? Si ergo per ſe nihil prodeſt, quomodo poteſt eſſe precium? de qua re iam
certauimus. Sed miſſa faciamus hæc. Probas Chriſti carnem plurimum prodeſſe:
nam hæmatorrhois fœmina fide, quã in fimbriam habebat, ſanata ſit. Quæ ſunt
hæc monſtra contentionum, mi N? Primũ, quò ruis, ut dicas fimbriæ fidem ha-
buiſſe fœminam? deinde, an & fimbria caro Chriſti eſt? Hoc enim agis, ut probes
carnem prodeſſe, & adducis fimbriam. Iam non eſt mirum te à corporea carne
tam grauiter auelli, cum etiam fimbriam carnis loco habes: imò Dei, cum dicis fœ
minam fimbriæ fidem habuiſſe. Sic enim tu loqueris, pro fimbriæ fiſam eſſe. Po-
ſtremo, ut maximè ſuperes, Chriſti carnem & fimbriam plurimũ profuiſſe, adde
B ſi uis, etiam cum patrem putatitiũ adiuuaret in incidenda materia: adhuc tamen
arx inconcuſſa ſtat ac immota, nempe, carnem ad edendum nihil prodeſſe. Cæſa
plurimum prodeſt, comeſſa pœnitus nihil. Putas non eſſe mirum, ſi Chriſtus 16
nos dupliciter alat, uerbo & corporali præſentia: eſt enim uerus Deus & homo.
Quæro igitur, quid nam poſſit alere corporalis præſentia, mentem an corpus? Si
mentem, non erit uerum quod dixit Io. 6. Qui credit in me, non ſitiet iterũ: cum
ſanguinem corporeum ſecundum uos ſitiamus, etiam poſteaquàm credidimus
ſeu fiſi ſumus Chriſto, quod abſit. Si corpus, dicemus cum Iudeis, da nobis ſem-
per hunc panem, ne manũ ſtiuæ cogamur implicare: aut cum Samaritide, da no-
bis hunc potum, ne cogamur antliæ machinam ſurſum deorſum trahere. Mens
ueſci corpore nequit, unde corpus nullum poteſt mentem cibare. Tactu Heli-
ſeici corporis, non Heliæ (is enim ſic ablatus eſt, ut nemo ſciat quò peruenerit) re- 17
uixit qui à latronibus erat occiſus: Chriſtus quoq; capulum tetigit modo, & reui-
xit uiduæ filius: at nemo Heliſeici corporis eſu ad uiuos rediſt, ſed neq; Chriſti car
nei corporis eſu legitur quiſquam aut reuixiſſe, aut excitauiſſe quenquã. Cum 18
diu multumq; contendiſſes, ne admitteres corpus pro morte nonnunquam ac-
cipi, tandem ſic ipſe ſcribis: Similiter, Hoc eſt corpus meum, quod pro uobis da-
tur: hic corpus accipitur pro memoria corporis, non quatenus corpus tantum
eſt, ſed quatenus corpus accipitur pro morte & paſſione, quam in corpore tradi-
dit, &c. Ecce cum dicis, corpus pro memoria corporis accipi, quatenus corpus ac
cipitur pro morte & paſſione: prorſus uideris oblitus eſſe, quod pauloantè nega
bas, corpus aut carnem pro morte & paſſione accipi. Quæ de ſpeciebus panis 19
& uini adfers, nempe Paulum panem pro ſpeciebus panis uſurpauiſſe: fortiter
quidem dicis, ſed citra omnem ſcripturam, rationem, aut legitimã collectionem
ex ſacris literis depromptam. Quæ de Cypriano adfers, incognita ſunt tibi. 20

C Metonymice locuti ſunt priſci iſti, quemadmodū & hodie facimus, ſenſum eun-
21 dem nobiſcum tenentes: Quod ubiq; legentibus occurrit. Beati qui non uide
runt Chriſtum carnaliter, & tamen fidunt Chriſto: ſenſus eſt uerborum Chriſti.
Nuſquam dictum eſt illi: Beati qui non uident panem eſſe corpus meum, aut in
22 pane, ſed credunt carneum corpus iſto pane edi. Quæ de inuiſibili & incontre-
ctabili Chriſto attuliſti, in reſponſione ad Billic. & Rheg. diſſoluta ſunt. Nuſquā
fuit ſimul in diuerſis locis Chriſtus corporaliter, etiamſi ſeipſum inter hoſtium
manus inuiſibilē redderet, ac impalpabilē. Sic & Moſis uirga, quæ in colubrum
tranſibat, tam abeſt ut in omnibus ſimul locis in quibus dicitur, Virga Moſis con
uertebatur in colubrū, eſſe poſſit, ut ne in pluribus quàm uno eſſet. Sic Chriſtus
de uirgine natus eſt, ſed non ſimul in omnibus locis erat carneum Chriſti corpus,
aut ſaltem in pluribus. Solius diuinitatis eſt ubiq; eſſe, & præterea nullius creatu-
ræ. Vnde nobis diligenter cauendum eſt, ne confuſione naturarum, aut Marcio-
23 nitis aut Arrianis reſpirandi anſam præbeamus. Quum te negas dixiſſe, quod
corpore dominico gratias agamus, paulo pòſt teipſum redarguis, cū ais: ſed hoc
uolui, Cum manducamus corpus eius, &c. in eius commemorationem facimus,
qui dixit, Hoc facite, &c. Parum iuſtam excuſationē adfers, niſi quod dixiſti, Cor-
pus eius: ubi nos diximus, Corpus dominicum. Quid enim diſcriminis eſt, ſi ego
dico, Corpus dominicum ſecundum uos edi ad cōmemorationem corporis Chri
ſti: uos autem, Nos edimus corpus Chriſti in cōmemorationem corporis Chri-
24 ſti? nam quomodo in memoriam paſſionis edatur, uiſum eſt antea. De Eccleſia
D toto erras cœlo, neſcis adhuc quę ſit uniuerſalis Eccleſia: de qua re nunc diſputa-
re locus non eſt. Id breuiter attingemus, nullum mortalium, etiam qui eſt intra Ec
cleſiam uniuerſalem, qui in peccatis conceptus eſt, unquā uenire poſſe extra pec-
candi periculum. mirū ergo non eſt, ſi pius homo in multis erret, ſed leuioribus:
inter quæ adorationem Eucharıſtiæ ipſe nō ponam. nam & Petrus ſic errauit, po
ſteaquam ſpiritum ſanctum hauſerat, ut ei Paulus acriter obſtiterit. Videant er-
go qui pijſſimi uideri uolunt, quomodo ſe tueantur, cum panem & uinum ado-
rant pro Deo, imò Deum eſſe dicunt. Quod ſpiritus ſanctus docturus ſit nos om-
nem ueritatem, facile admitto: imò ſcio & ſentio. ſed docet nos falſitatem ſtultitia
& ignorantia noſtra: quas ubi mirari cœpimus, de rebus ſanctiſſimis aliter ſenti-
Hilarij exiliū mus, quàm ſpiritus ſanctus dictet. Arriani aliquando diuum Hilarium in exilium
abiecerunt, recte de Chriſto ſentientē: quum Pontifex Rom. ac Conciliū fermē
totum blaſphemi eſſent in Chriſtum. Veritas ſemper eſt incontaminata, etiamſi
25 nos eam minime perſpiciamus? Quæ ibidem de Auguſtino ſentis, parū æque
facis. Eodē modo nō intelligis admirabiles eloquentiæ, alluſionumq; Origenis
flores, in Homelia in Math. ſuper ijs uerbis, de quibus certamus. De Tertulliano
nō eſt obſcurū ex ſuperioribus quid ſentiendū ſit. Cyprianus itidem nobiſcū ſen
tit, quamuis rudibus diuerſum uideat: Similiter Ambroſius, quemadmodū in Oe
colampadiū noſtriſq; hinc inde ſcriptis facile queas deprehendere. De Hierony
26 mo dictum eſt. Cum hoc deprecaris, ne uideare petiuiſſe principiū, dij boni ut
ſudas, ut magnū ſpiras? Et adhuc ignoras, aut quid ſit petitio principij, aut ſaltem
qua parte diximus te in hac re peccare. Sic igitur habeto: Cum quid probamus
Principij petitio. per id quod cōtrouertitur, iam petimus principiū. exemplū dedimus. Si quis cō-
tendat hunc locū Matt. 16. Et tibi dabo claues regni cœlorū: ſic eſſe intelligendū,
ut Petro iſthic datæ ſint claues: negātiq; probet hoc modo, Quia Chriſtus dixit Ti
bi dabo claues: an is tibi nō uidetur idē per ſeipſum probare? Tu dicis, Ibi manifeſte
ponit Dabo. Neq; ego ignoro hoc ipſum, ſed iſtud exēplū adduxi docēdi, nō de
clauib. loquēdi gratia. Perpetuò ergo petit principiū, qui idē per ſeipſum probat.

ſic &

A ſic & in pręſenti certamine controuerſia eſt de intellectu uerborum Domini, Hoc
eſt corpus meum, an tropicôs, an ſubſtantiue ſint intelligenda. Ibi tu adſeris, ſub-
ſtantiue intelligenda: & cũ probas, ais, Quia Chriſtus dixit, Hoc eſt corpus meũ.
An adhuc non uides hoc eſſe principij petitionem? Quid ergo tam multis opus
fuit? Dicis Chriſti iſta uerba eſſe clariſſima, quæ tamen ſecundum ueſtram ſen- 27
tentiam ſunt obſcuriſſima: quod ipſe quoq; negare nullo modo potes. ad fidem
enim prouocas, & mones credendum eſſe: nimirum nõ alia ratione, quàm quod
intellectu nullo capi poſſunt. Cur ergo clariſſima uocas? Deinde iſtum locũ de fi-
de, Ioan. 5. Qui ſermonem meũ audit, & credit ei qui me miſit: audacter torques,
hûc uidelicet, quod qui credat hic panem eſſe corpus, aut in pane carneum cor-
pus edi, habeat uitam æternam: cum Chriſtus hoc minime omniũ uelit, ſed eum
qui Deo fidat, ęternum uiuat. Attingis quod pro publica concione doceã, Chri 28
ſtum ſedere ad dexteram Patris: unde fieri non poſſe, ut hic caro eius edatur. Sic
doceo inquam, neq; me pudet. Imò non dubito, qui aliter ſentiunt, neſcire probe
quid ſentiant. Obijcis deinde, Chriſtũ in Actis Paulo humi iacenti ſic dicentem:
Ego ſum Ieſus, quem tu perſequeris. Quid iſto loco uis? Num quod Chriſti caro
tum adfuerit? Quaſi uero ubicunq; Chriſtus ſit, caro eius ſit: ubi enim ſunt duo
uel tres in eius nomine congregati, ibi eſt in medio illorum. Igitur caro Chriſti eſt
iſthic? An adhuc ignoramus communionem idiomatum? Dexteram patris nõ 29
eſſe circunſcriptam, nemo negat: ſed humanam Chriſti naturam circunſcriptam
eſſe oportet. De qua re plura ad Billicanum & Rhegium. Quod autem inde pu-
tas colligi poſſe, Ergo Chriſti caro quoq; incircumſcriptilis eſt: non probe ratioci-
naris. nam & diuinitas omnia permeat, quæ circunſcripta aut finita ſunt, cum ipſa
ſit infinita. In homine Deus eſt. Homo circumſcribitur: Deus minime gentium.
B Ioan. 3. ſcripta Chriſti uerba, Nemo aſcendit in cœlum, niſi filius hominis, qui 30
eſt in cœlo: haud pure tractas. ſi enim putas Chriſtum ſecundum humanam natu
ram tum fuiſſe in cœlo, erras: & Marcionitis iterum non modo feneſtram, ſed por
tas omneis adperis, ut Chriſti uerã humanitatem inficientur. ſin minus id putas,
nihil faciunt ad propoſitã quęſtionem. Scito igitur ethologiam eſſe iſtam uocem,
Filius hominis: eò quod Iudæi frequenter dicerent eum filium Ioſeph, &c. Dicit
ergo ſe, quem omnes putent purum eſſe hominem, in cœlis eſſe, nõ alia ratione,
q̃ qua Deus eſt: Chriſtus enim nõdum erat glorificatus, Ioan. 7. Sed hæc omnia
uobis eueniunt, quod non probe inter naturas Chriſti diſtinguitis, & argumento
rum ſummam parum curatis: taceo figurarum, troporum, ac locutionum formu-
las haud temere à uobis perſpici. Quæ ergo (malum) audacia, ſi de rebus arduiſſi-
mis inuita Minerua Mercurioq; diſſerere: ſed cur dico diſſerere, pronunciare etiã
auſim? Ridiculoſum dicis tibi uideri, cũ dico Chriſtum dixiſſe, Hoc eſt corpus 31
meum: non, Hoc eſt caro mea: cum conſtet corpus hominis cõſtitutum ex carne
& oſſibus. ſic enim fermè Rhetoricaris. Vis ergo nõ modo carnem, ſed & oſſa hic
edi? Facis ergo ex hominibus *καρχαρόδοντας*, ne dicã lupos, oſſifragas, ſtruthios, *Id eſt, ferratis*
canes, urſos, & id genus feras. Equidem nunquam non dicam aliud eſſe corpus, *dentibus præ-*
aliud carnem. Qui dicit corpus edi, carnem, cutem, uenas, neruos, pilos, ungues, *ditos.*
dentes, oſſa, medullam, gulam, ſtomachum, uentriculum, lactes, & quicquid in
iſtis eſt, uorari perhibet: qui carnem, non tantundem deſipit. Carnes animantium
edimus, non corpora. Volo igitur hoc docendo hûc inducere, ut abſurda omnia,
quæ ueſtrã ſententiam ſequuntur, uno momento proponam. Quæſtiones inu- 32
tiles non ſunt, cum quærimus an uerborum Chriſti hic ſit intellectus, ut carneum
corpus aut naturale in iſto pane cœnetur: nullus enim intellectus ab hac queſtio-
ne abhorret. ſed hæ nõ modo inutiles, ſed etiam prę̃ſtigioſæ ſunt quæſtiones, qui-

C bus queritur,num,ut in præſepi uagiuit,ut in cruce mortuũ eſt,&c.corpus Chri-
ſti edatur,præſertim cum uideamus Chriſtum,Apoſtolos, ueteres non ſic intelle
33 xiſſe de Chriſti corpore. Cum dicis me ſenſum iſtum uerum,quem de Eucha-
riſtia habemus, nullis ſacris literis probauiſſe:tã audacter,quàm impudẽter agis.
34 Vide noſtra. Hi tentant Deum, qui dicunt miraculum iſthîc Dei uirtute fieri,
Deum tentantes qui. ubi nemo ſentit miraculum. Cumq; Deus nullo unquã miraculo errorem iſtum
dignatus ſit,fingere tamen ipſi miracula audent, qualia apud ueſtros infinita nar-
rantur. Ego miraculum nullum penitus requiro, fide certus ſum Chriſtũ pro me
paſſum,& unicam ſalutis ſpem eſſe.Petrus dicebat eos tentare Deum, qui fratri-
bus importabilia imponebant onera:ſic iſti, qui nare circumducũt ſimplicem ple-
bem,ut ſe putent hic carnem edere,non modo Deum tentãt, ſed onera mentibus
humanis obtrudunt, quæ nullus intellectus capere poteſt. Deo gratias retuli-
35 mus,cum hoc tuum argumentum legeremus: Chriſtus redemit nos ab omnibus
cerimonialibus,ergo panis & uinum non tantum ſunt ſymbola:ſic enim cerimo-
nia eſſent.An uero tandem? Quot queſo bella depugnauimus,antequàm hûc tra
hereris ô ſtrennue externarum rerum propugnator? Ego id nũquam ſic docui,
Ceremoniæ. tam abeſt ut ceremonialia in nouo Teſtamento damnẽ, quæ Chriſto autore ſunt
inſtituta.Ceremoniæ ueterum ſublatæ ſunt,Chriſtianorum uero, ut ſunt pauciſſi
me,ſic nunquam aboleri debent.dicitur enim,mortem Domini adnunciabitis,do
nec ueniat:& docete omnes gentes,baptizantes eos in nomen patris,&c. An ba-
ptiſmus non eſt ceremonia,quæ ad omnes pertinet? an manuum impoſitio, quæ
36 ad paucos,nõ æque eſt ceremonia? Charitas,quæ à Chriſto dicitur ſymbolum,
aut ſignum quo Chriſtianus cognoſcatur,res potius eſt, quàm ſymbolum. Perin
D de enim poteſt hic ſermo,ac ſi dicas,Nõ omnes qui ſceptrum geſtant, reges ſunt,
ſed qui conſulendo,benefaciendo,tuendo,ius cuiq; reddendo,cunctos demeren
tur, hi demũ regum ſymbolum habent.hic uides etiam,rem ſymboli nomine ap-
37 pellari. Videris hic ignorare quid diſtent ſignũ & ſymbolum. Cum ueteres au-
tores,quos in libro OECOLAMPADII, fratris in Domino amantiſſimi, exora-
ui ut legeris,pronuncias omnes in tua eſſe ſententia: miſerabilem te mihi planè fa
cis.cum enim nõ ignorem,quàm ampla tibi ſit ſupellex,quodq; eos autores è ue-
ſtibulo uix ſalutaueris, niſi quantum apud OECOLAMPADIVM illorũ nomi-
na uidiſti,ſententiam uero legiſti, haud obſcurum mihi ſit, quo quæq; iudicio le-
38 gas,ſcribas,diſſeras. Hactenus ad tua reſpõdimus:ſed ea,in quibus uideris ali-
quid ſpei locauiſſe. reliqua,quibus interdum ſiue quiritaris, ſiue ſuades,quorum
ingens uis eſt ac rudis,boni conſule,dum reſponſione nõ referio. Quis enim bre-
39 uibus,tot querimonijs ac ſuadelis obuiet? Quæ uero poſt finem Cataſtrophes
annectis, reſponſione indigna non duximus, quod etiam in iſtis haud mediocri-
ter cæcutias.Debemus enim,inimici etiam, aſinum ſub onere collapſum, fulcire:
quanto magis fratrem in uiam ab errore,ad benedicendum à maledictione redu-
cere? Cum ergo nos à ueri adſertione ad hunc modum terres, quod qui hanc rem
unquam adgreſſi, extincti ſint: parum moues.nõdum enim nos piget Chriſti,ne
& ipſum noſtri coram patre angeliſq; ſuis pigeat. Is quoq; mortuus eſt, non pro
ueritate modo,ſed ipſa ueritas. Quid tibi Apoſtolos obiectem? cũ innumeri ſint
non ſolum ex Chriſtianis,ſed etiã philoſophis ac gentilibus, auſi pro ueritate mo
ri,neq; ideo quod occiſi ſunt,uerum non fuit quod docuerant:ſed ſunt iſta ultima
carnis ſubſidia,cũ ueritatem nequit uel ferre, uel ſuperare, iam ad manus ſpectat
ferrum acuit,omnia miſcet.Ego uero dudũ didici,pium hominem his terreri non
debere,beatumq; fore,qui in hoc mundo proſcinditur: quanto enim plus contu-
meliarum pro Chriſto tulerimus, tanto nos manet gloria maior. Dominum oro,

ut me

A ut me confortet, rari enim admodum fuerūt, qui ad finem perſeuerauerint. Quod porrò mones, ne meæ ſcientiæ nimiū fidam: neſcio quomodo debeam accipere. nam ſi fidei certitudinem intelligis per ſcientiam, ſic ei fido, ut ſciam ueritatem ſuperaturam eſſe, etiam ubi oſſa mea in fauillam erunt redacta: tametſi uideam pleroſq; ſic armis fidere, ut nihil nō ſibi polliceantur. Occiditur quidem Chriſtus, ſed breui reſurgit, ac de hoſtibus triumphat. Si uero ſcientiam pro eruditione accipis, non ignoro mihi eam adeò mediocrem eueniſſe, ut ei fidendum non ſit. Fuerunt multo plurimi, qui ut eruditione nihil polluerunt, ita fide ac ueritatis ſcientia adeò clari fuerunt, ut nunc inter ſuperos non aliter luceant, quàm in firmamento aſtra. Habere me adſeris multos adulatores, qui mihi adhæreāt. qui te ſermo ut deceat, equidem excuſare nequeo. Quis enim ego ſum, aut quantæ ſunt res meæ, ut mihi meritò quiſquam aduletur? Quod ſi tibi amicos meos recenſerem, inuenires mihi amicos eſſe, qui tibi & tuis omnibus tanto ſunt ornamento, ut niſi eos haberetis, neſciam quanta eſſet ueſtra claritas: atq; hi cum uirtute, fide, ſapientia, honore, opibus omnes fermè antecellant, meq; ut oculos ſuos cuſtodiant, quomodo adulatores ex eis facis, qui unica ſunt conſtantiæ exempla? An nō optimi quiq; ac innocentiſſimi, cū ſenatores, tum plebei ſic me colunt atq; tuentur, ut niſi id conſtantiſſime perpetuoq; facerent, minor eſſet publica trāquillitas? quæ urbi noſtræ hac procelloſa tempeſtate, quamuis cum infinitis ſudoribus, ſelicius tamen accidit, q̃ temere alij alicubi urbi toties petitæ. Ne tu ergo amicos meos adulatorum nomine reſpergas oro. Tu adulatores habere potes, qui opibus polles ac genere: ego, cui Chriſtus perſecutionē addixit ſic, ut ne ulla quidem hora ab inſidijs tutus ſim, quo pacto inueniam qui adulentur, etiam ſi maxime cuperem? Videntur uero tibi mores mei adulatorum eſſe cupidi? quo nihil ſimplicius, aut ſtultius inuenias.

Zuinglij in ueritatis uictoriā fiducia.

B Promittis autem te mihi firmum amicum. ſi præſtas, nō immerito facis: ego enim de te ſemper ſum meritus, quomodo me decebat. De te uero, ut ingenue tibi dicā, nunquam audiui, quod bene uel de noſtra doctrina, uel de nobis unquam ſenſeris. Beneficia abs te nulla requiro, quoniam reddēdo nō ſum. Adhuc tamen amicitiæ ſanctiſſimum nomē ueneror, etiam ſi uideam quoſdam inania iactare nomina. Ego ſolidos amicos ſemper habui, qui ſi tu quoq; eſſe uis, certabo tecum uter alterum candore ſuperet. Quemadmodum conteſtatus es, ut omnia boni conſulam: ſic te quoq; obteſtor. ſi hanc Epiſtolam uulgabo, fiet præterito nomine tuo.

Vale in Domino obſeruandiſſime Frater. Cum hanc reſponſionem celerrime ſcripſiſſem, ueritus ſum, ne notulas noſtras legere poſſes: deſcribi ergo curaui. At is qui deſcripſit, nonnunquam quod ei ſcribendum erat, ne legere quidem potuit. Hinc factū eſt, ut omnia plena ſint lituris & annotationibus, etiamſi iam ſenſui nihil deeſſe putem. Tu omnia æqui boniq; conſule. Et ſi hac reſponſione tibi ſatis fieri ad tua denuo neges, committam te gratiæ Dei. plura enim tam operoſe tecum agere ſtatutum non eſt: cum quod alijs longe utilioribus uacare cogit Dominus: tum quod ſapientes monent, manum eſſe retrahendā, ubi nequicquam omnia moliare. Quod uero tam ſero tandem mittitur noſtra hæc reſponſio, in cauſa ſunt uariæ occupationes, quibus me alligatum eſſe non ignoras. Vale iterum, 14. Auguſti, Anno 1526.

IOANNES OECOLAMPADIVS MARTINO BVCERO S.

SALVE in Chriſto mi Bucere. Cætera CAPITO, in cuius epiſtolam conſentio, & ego aliâs fuſius ſcribam. Nūc quid ego apud Fratres reſponderim, legito, quo meam ſententiam melius capias. Eſt autem hæc: Cum omnibus qui nobiſcum confitentur & docent IESVM CHRISTVM uerum Deum, & uerum hominem in

C unitate perſonæ,pacem libenter habemus:& fraternitatem,quantũ in nobis erat, nunquã ſoluiſſemus, tametſi eoſdem per infirmitatem aliquid ueritati naturæ nõ derogans, de proprietatibus uel diuinæ uel humanæ naturæ illius minus aſſecutos tolerare parati ſimus & eramus, ſcientes diuinitatis excellentiam, corporiſq; glorioſi dotes,humanum captum tranſcendere. Ferebat enim & Chriſtus diſcipulos craſſiores adhuc,& myſteriorum pondus geſtare nondum ualentes. Cyprianus martyr & ipſe aliorũ errores portabat, & errans à Catholicis non negligebatur. In Irenæo & Lactantio ac alijs, deſiderabant ueteres non parum ſolidioris doctrinæ, nec tamen illos abijciebant. Etenim didicerant, omnem qui credit Ieſum Chriſtum,ex Deo genitum eſſe,1. Ioan. 5. Et in hac cõfeſſione ſolidatam eſſe aduerſus omnes inſultus ſatanæ Eccleſiã. Quare igitur, quem Chriſto capiti iunctũ confidimus,temere abijceremus? Cõfidimus autem & nobis, ſi quid humanum patiamur eandem beneuolentiã à nullis Chriſtianæ charitatis amatoribus denegandam. quandoquidem pro noſtro captu,non niſi digniſſima Chriſto,& maxime conſentanea ſcripturis,ſentire nos & docere,perſuaſiſſimũ habemus. Et quoniam congregare & non diſpergere, eſſeq; pro Chriſto, & non contra Chriſtum militare ſtudemus:nobis etiam curæ eſt,ut Chriſto capiti,ita & eius membris gloriam illius promouere quærentibus adhærere. Iam ſi qui ſunt, qui uiciſſim pro fratribus nos habere nolunt, & abijciunt: ſua culpa ut periclitentur prohibere non poſſumus, tametſi caſum illorum deploremus. Cæterũ quod ad ſacramentariam cauſam attinet,ſicut auerſamur tanquã ſanctæ eccleſiæ Chriſti hoſtes, omnes qui contemptim ac prophane ſentiunt ac loquuntur de ſacramentis à Chriſto inſtitutis:quales ſunt,qui uulgarem cœnam ex diuina faciũt,nihilq; proponi præter panem ac uinum fidelibus in cœna, irridentes autem, aut nudum abſq; efficacibus promiſſionibus ſymbolum ac ludum arbitrantur: Ita etiam non poſſumus aſſentiri ijs, qui elementis ſupra id quàm decet, uel fidei analogia permittit, tribuunt.

De ſacramentis prophanè ſentientes qui.

D Quoniam enim diuus Petrus non eſt ueritus dicere, Et nos ſeruat baptiſmus, non qui maculas carnis deponit, ſed conſcientiæ bonæ erga Deum reſponſio, per reſurrectionem Ieſu Chriſti: ubi nimirum prouide de baptiſmo & abſq; contemptu loquitur. & Paulus quoq; ab elementis auocans,omnibusq; renunciare audens, ut quàm ampliſſimam cognitionem Chriſti mereatur, ubiq; nouam creaturam & gratiam nobis commendat. Pertinet igitur etiam ad nos, Bonum eſt gratia ſtabiliri cor,non cibis è quibus nullam utilitatem conſecuti ſunt patres, qui in illis uerſati ſunt.Idcirco regiam uiam incedentes, & nec ad dextram, nec ad ſiniſtram declinantes,hinc contemptores ac prophanatores myſteriorum relinquimus:inde ſuperſtitioſulos, qui uel tranſſubſtantiationem ſomniant,quaſi elementũ panis uel uini non ſit in cœna,& ſola illorum accidentia ſuperſint:uel in pane, tanquam in uaſculo uinũ, locali (quæ corporibus propria eſt) continentia Chriſti corpus circumſcribatur,uel ut ignis in ferro candente φυσικῶς contineatur. Fatemur autem panem ac uinum in cœna dominica principio ob inſtitutionem Chriſti,& claram exhibitæ ſacroſanctæ mortis illius annunciationem adeò ſanctificari & conſecrari, ut nihil auguſtius uel diuinius populus ille Dei prior habuerit: reiq; corporis & ſanguinis Domini fiant, quotquot illo pane ueſcuntur indigne. Deinde ob fidem eorum, qui uerbis Domini, promittentis & uitam ac remiſſionem peccatorum in ſui corporis pro nobis traditione, & ſui ſanguinis effuſione,credunt, cum magna animi alacritate ac gratiarumactione aſſerimus, uere paſci & refici animas uero illo corpore & ſanguine,utpote corporum noſtrorum alimoniam afferentibus,& ad reſurrectionem ſui diuini ſpiritus uirtute inſeparabili uegetãtibus: atq; ita ſemper teſtati ſumus adeſſe Chriſtum ipſum in cœna & cõgregatione fideliũ.

Et

A Etquamuis non dicamus corpus illud panaceum, uel pani unitum, uel labijs ac dentibus proprie premi: non tamen ipſum à ſpiritu diuino ipſius ſeparari propterea unquam diximus, imò ſeparationem illam realem uti ſummam peſtem execramur. Nõ enim ideo ſeparatur corpus uel humanitas Chriſti à deitate, quia hęc ubiq; eſt ac immenſa: illa uero circumſcripta, & certum locum occupans. Cũ pa- *Separatio realis in pane ſacramentali.*
ne etiam ac uino ſymbolικῶς nihilominus & contemplatione fidei, corpus & ſanguinem tradi & accipi dicimus. Vnde intantum nõ abhorremus à modo loquen- b
di ueterum, ut etiam non ſine ſumma contumelia & dolore audiamus, nõ accipere nos in cœna Domini uerum corpus, ſed uel panem ſolum uel ſymbolum duntaxat corporis: quandoquidem hac iniuria noſtræ fidei contradicitur. Aſſerimus item incredulos ac prophanos conſpurcatores myſteriorum peccare in Chriſtum ipſum, & reos corporis, ac ſanguinis fieri, etiamſi nec corpus nec ſanguinem Chriſti contingant, niſi συμβολικῶς. Non ſolum enim ſpernunt panem ac uinum, uel ſolum ſymbolum, ſed quod in eccleſia ſanctorum diuinum ac ſacroſanctum eſt, in qua & Chriſtus præſens eſt ſuis, utpote Deus uegetans, paſcens, regens, & defendens à peccati, à mortis, & ab inferni tyrannide. In qua confeſſione haud dubitamus nos, & quotquot ſic ſentiunt, Chriſto placere, & illi placentes in conſcientia pacem bonam ſeruare, nihilq; quod uel ad fidem, uel ad charitatem pertinet omittere. Eatenus mi Bucere accedere Lutheranis nos poſſe uideor. Intelliges d
autem & ex Fratrum literis, quanta & ipſis ſinceritatis cura. Obſcuritatẽ eccleſijs noſtris periculoſam refugimus. Age mi Frater, ut de te fratres ſibi perſuadent.

Vale: Tiguri. 3. Septemb. Anno 1 5 3 0.

IN PRECEDENTEM EPISTOLAM HAEC SVNT A M. *Bucero adiecta.*

a Qɥidam inter diſputandum de præſentia corporis Chriſti, uiſi ſunt naturas duas in Chriſto cõfundere: his tamen, dum ambas in unitate perſonæ cõfiterentur, uoluit cõdonare quod de proprietatibus utriuſq;
B *naturæ non loquerentur ad normam priſcæ Eccleſiæ, & Patrum orthodoxorum, quorum fuit ipſe obſeruantiſſimus. b Hic uides hunc uirum nullam aliã cõiunctionem panis & corporis Chriſti negaſſe, quàm naturalem & localem. c Iſtud tradi & accipi* συμβολικῶς *& contemplatione fidei ſic intellexit, quod propriũ obiectum traditionis & acceptionis corporalis ſymbolum ſit, fidei autem corpus Chriſti. Mox enim cõtumeliã ſummã, & iniuriã fidei noſtræ agnoſcit, dicere nos in cœna uel panẽ ſolum, uel ſymbolũ duntaxat accipere. d Timebant iſti, ne ſolida expreſſione exhibitiõis corporis Chriſti cũ pane, ingeretur iterum uulgò localis, & cũ pane naturaliter uniti corporis Domini præſentia: indeq; reuocaretur ſuperſtitio falſæ fiduciæ in hanc præſentiã, citra uerã in Chriſtũ fidem. Hæc inſynceritas fidei & obſcuritas illa eſt, quã iſti timuerũt, quorũ etiam cauſa Oecolampadius illa,* συμβολικῶς *& contemplatione fidei, libenter uſurpauit.*

HVLDRICHVS ZVINGLIVS ANDREAE HOSIANDRO APVD *Norimbergam Chriſti Euangelium adnuncianti, fratri ſuo chariſſimo.*

GRATIAM & pacem à Domino. Sunt quidam hodie tam peruerſe docti & religioſi, Hoſiander colende, ut quicquid ab eis diſſentiat, etiamſi ueriſſimum ſit, reijcere, contumeliaq; ſumma adficere nõ pudeat. Quales hac tempeſtate (prò dolor) plurimi reperiuntur, dum pars carnem Chriſti corpoream in cœna dominica edi adſerimus, pars negamus. Illi iſtis ignauorum, imò impiorum nomina opprobrant: Hi cõtrà, illos ſpiritu inanes eſſe dicunt. Quam equidem audaciam ferri cenſerem, ſi inter ſe mutuo libris miſſis, aut epiſtolis tantummodo digladiarentur, non etiam totos ſermones aut annos quoq; conſumerent in hoc, ut carnem aut in cœna retinerent, aut uacationem à cœna impetrarent. E quorum numero ſis nec ne, tu uideris. Rumor certe magnus eſt, te in hoc fuiſſe iam ſeſquiannum: uolo enim libere tecum per epiſtolam agere. Quantum quæſo putas interea deceſſiſſe pietati ac innocentiæ? Nobis certamen eſt cũ cacodæmonibus & carne: miſſis ergo iſtis, ad ſuperſtitionem conuertimus

C uertimur & contentionem? Carnem querimur apud rudes auferri, haud aliter q̃ ſi religionis ſumma ſit in commanducata carne: interea pullulant peſſimi mores, friget charitas, ſuſpecta redditur omnis in Deum pietas. Cur hoc non uidemus, optime Hoſiander? ſi religio atq; innocentia nobis unice ſunt cordi, Cur his neglectis ad infirma elementa redimus? quæ ubi poſtliminio reducta erunt, ſummam impietatem ſecum trahent, quemadmodum prius quoq; fecerunt. Quæ oro promiſſio facta eſt, ſi carnem carnaliter edamus? Scio ut à ſpirituali manducatione ad carnalẽ deſiliatis, ſimplicibusq; ſic imponatis: En uobis hæreticos iſtos, qui ignorant quid proſit Chriſti caro manducata, cum Chriſtus ipſe dicat: Niſi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis uitam in uobis: &, Qui manducat carnem meam, & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in illo, &c. Quaſi uero obſcurum eſſe poſſit, Chriſtũ hic de ſpirituali modo manducatione loqui, cum nos de carnali digladiemur. Quid igitur obſecro cauſæ eſt, cur tu apud eccleſiam tuam ſic aduerſus ueritatem debaccheris, homo ſatis iuuenis, iuuenilia q; ſectans deſideria: id quod annuli in digitis concionantis iactati, & mundior iſta exquiſitiorq; ueſtis, non membrorum tantum, ſed ueritatis quoq;, quam uſqueadeò ſtudes uenuſto ſermone amicere, ut auditores laborare ſatis cogantur ut intelligant. Qua tu re ad loquacitatem animos citius pertrahes, quàm ad pietatem. Traxiſti iam, ut aiunt, prudentiſſimum Senatum in hanc ſententiam, ut flamma ferroq; parent malo occurrere: quod profecto malum non eſt, ſed uera ſcripturisq; ſacris firmata ſententia. Clamas apud eccleſiã tuã, nos mendacijs niti. Deinde apud amiculos ea nobis imputas, quod Norimbergam ſcripſerimus, Vrbanum noſtrũ eſſe factum & Billicanum, cum illi à uobis ſtent. Quaſi uero ipſe Vrbanus non dede-

Carnis Christi manducatio ſpiritualis.

D rit ad nos ſua ipſius manu epiſtolã, qua teſtetur ſe à nobis ſtare: Et Billicanus ipſe ad OECOLAMPADIVM, & coram Petro Gynoræo, homine & pio & docto, non ſit confeſſus ſe cõtra noſtram ſententiam nihil poſſe. Dij meliora mi Hoſiander, quàm ut mendacijs fulcire conſilium ſit, eam rem quæ ſuis ipſa uiribus ſic cõſtat, ut nullis uentorum procellis, nullo fulmine, machinis nullis, uſ in uniuerſum nulla concuti poſſit. Quid enim omnia quæ nunc poſtremum in lucem dedit Lutherus, ſunt, quàm inanes offutiæ? quibus intra duos menſes ſic reſpondebimus, ut de tanto uerborum exercitu ne miles quidem unus ſaluus euaſurus ſit: Domino ſic ueritatem protegente, ut mundus uideat, quid atrum ſit quid album. Quapropter mi Hoſiander animum pone, atq; uiciſſim hæc noſtra ſine adfectu perlege. Iam indubie ſenties quo loco res ſit, quomodoq; tibi minime committendum ſit, ut Senatum ueſtratem huc inducas, unde referre pedem pudeat. Sentiet mundus aliter Luthero ſæuiente. Quod ubi factum erit, quomodo ſtabunt iſti, qui aut contra ueritatem pugnauiſſe, per errorem eſſe factum confitebuntur: aut ſi in errore perſtabunt, per impietatem miſcere audebunt omnia? Non præteribunt tres anni, quin Italia, Galliæ, Hiſpaniæ, Germania pedibus in noſtrã ierint ſententiam. Quò ſe tunc uertent, qui gladio ferreo nunc tentant, quod gladio ſpiritus perficere non poſſunt? Tibi ergo, ut ſanctus uir ſis (cuius nos nomen tuũ Hoſiandri admonet) ſic agendum eſt, ut nunquam pœnitens dicturus ſis, nõ putaram. Ipſe plane dudum nominatim in te ſcripſiſſem, cũ propter ſermones & epiſtolas, qui ſcripti tantum in quorundam manus inciderunt: tum propter aſinum iſtum Althamer, qui dicitur te dictante omnia in nos nequicquam (tam uana enim ſilentio q̃ reſponſione melius uincũtur) ſcribere: ſed urbis ueſtræ reuerentia peperci. Debes ergo tu quoq; cautius agere, ne bene cõſtitutam, omnibusq; gratam in odium aliquod imprudens trahas, Vale: & ſatis acerba ſi apices adfectumq; tuum expendas, ſolida uero & ſalutaria, ſi animum noſtrũ, æqui boniq; facito. Neq; enim tam

impotenti

A impotenti animo ſum, ut ſi nihil de ea ſperandum eſſet, tacere nõ poſſem quin aliquid in te iacerem: ſed bene mihi præſagiens, futurũ ut ueritatem amplectaris, tam libere ad te ſcripſi. Tiguri, 6. die Maij. 1527.

IOANNES OECOLAMPADIVS, AMICO N. GRAtiam & pacem à Chriſto Domino, ac Deo noſtro.

ET MIHI pace & concordia Eccleſiarum nihil optabilius contingere poſſet: neq; illi, quatenus cum ueritatis confeſſione licuerit, deero, mi Frater. Vereor autem pleroſq; id nõ curare. Nam quid Pyrkaimerus ueſter omiſit, quod ad me perdendũ attinet? Tales ſcilicet ſcriptores pacem fouebũt? At uidebit, quàm prudenter egerit. Sed tu mauis ut aperte dicam, quid ſentiam, ſi forte reconciliari ualeamus. Verũ mentẽ meam ex tot libris clare potuiſſes cognoſcere. Atqui neq; hoc tibi denegabitur.

Intolerabilem ſermonem dico, panem ſubſtantiue eſſe corpus Chriſti. 1

Naturale corpus Chriſti credo in uno duntaxat loco eſſe, nempe in cœlo: alio- 2
qui non eſſet uerum corpus.

Corpus adeſſe pani, libenter fatebor, eo modo quo adeſt ipſi uerbo, per quod 3
panis fit ſacramentum, & uiſibile uerbum.

Sacramenta niſi eſſent à Chriſto inſtituta, uerboq; fidei ſanctificata, non eſſent 4
ſtatua Coclitis ſuperiora uel digniora. Et ſtatua, & Sacramenta aliud ſunt ſecundum ſubſtantiam: & aliud, quàm ſecundum ſuàm ſubſtantiam ſunt, ſignant.

Sermo promiſſionis non excidit, etiam ſi panis non ſit ſubſtantiue corpus Chri- 5
ſti: hoc enim Chriſtus non promiſit futurum. Nam ſi hæc promiſſio poſſet probari, equidem ultrà non contenderem.

Verba cœnæ hanc promiſſionem habent, nobis datum corpus Chriſti, quate- 6
B nus pro nobis mortuum eſt, & ſuà morte noſtram aboleuit: & ſanguinem nobis datum, quatenus pro nobis effuſus eſt in remiſſionem peccatorum.

Hoc uerbum fidei ſanctificat ſacramenta. 7

Veritatem myſterij non negat, imò maxime puriſſimeq; confitetur, qui haſce 8
promiſſiones amplectitur. Is enim ſolus uere ſpiritualiter manducat carnem, & bibit ſanguinem.

Verbum efficit omnia quæ Deus uult: placet. ſed ſubde: quod Deus uult exter- 9
no uerbo, uel ſymbolo, uel ſcripturis, hoc tantum tribuere ut admoneant, reliquũ ſpiritu ſuo operatur.

Pani per uerbum corpus datur, ſicut uerbum habet in ſe corpus. 10

Per fidem abſentiſſimum corpus Chriſti, animo præſentiſſimum eſt. 11

Per fidem mens fidelis in uerbo uiſibili & audibili corpus Chriſti, ut in uerbo 12
cognoſcit tale, quale eſt, ut tu dicis, uere, & ſecundum ſubſtantiam, licet in myſterio per ſpeculum in ænigmate: ſed hoc non facit panem ſubſtantiue eſſe corpus, neq; naturale corpus ponit in diuerſis locis: ſicut nec facies hominis in diuerſis locis eſt, quia in diuerſis ſpeculis uidetur.

Qui ſpiritum Chriſti ſortiti ſunt per fidem, non ſolum in animis præſentem car- 13
nem Chriſti habent, ut ij qui fidiſſimorum amicorum oblectantur memoria, amicos habent animis inſedentes: ſed etiam συνεκδοχικῶς, quia uere Chriſtum iuxta ſpiritum eius in ipſis, tanquam templo eius, habent: habent & corpus eius uere, licet in cœlo ſit, à quo diuinitas non eſt ſeiuncta.

Chriſtus in cœlo carnem noſtrã geſtat, et nos in terra carnẽ Chriſti, iuxta ſpeciẽ. 14

Om̃is illa præſentia carnis ualde utilis eſt: inutilis aũt et abſq; elẽcho fidei, ſi panẽ 15
ſubſtãtiue corpus dicamus, aut corpus Chriſti in multis locis ſimul eſſe aſſeramus.

K Qui

16 Qui tropum ſermonis in uerbis cœnæ reijciunt, cōtentioſos ſe declarant, & pre
C ter analogiam fidei ſcripturam interpretantur.

17 Bene & religioſe loquuntur, qui ſe dicunt accedere ad corpus Domini, uel man
ducare corpus: Prophane & contemptim, qui tantum panem & ſignum ſuſcipe-
re ſe dicunt. declarāt enim infidelitatem ſuam. Iniuria fidelis ſe affectū, & pro pro-
ditore haberi putat, ſi ſolum ſacramentum, & non etiam rem, quam ſacramentū
ſignat, manducaſſe dicat: tametſi illud ore, hanc animo. Hinc apparet mos loquen
di ueterum.

18 Obſeruandum nobis docentibus, in quantis tenebris caliget populus, ut quàm
apertiſſime, & abſq; ſubtilitate uerborum cognoſcat myſterium, ne in grauiores
cæcitates ruat.

Habes mi N. ſimpliciter, et aperte confeſſionem meam, à qua non uideo ut poſ-
ſim uel ad tranſuerſum digitum abſcedere. Tu ut facis, cura ſedulo ea quæ ad pa-
cem eccleſiæ, & Deus pacis erit tecum. Amen.

IOANNES OECOLAMPADIVS ERASMO RITTER,
Eccleſiaſtæ Scaphuſano, fratri chariſſimo.

GRATIAM & pacem à Chriſto. Nunciauit mihi ſalutem tuo nomi-
ne, Eraſme dilecte, Oſualdus, qui & has literas reddidit, quæ ſanè ad
modum grata fuit: Eiuſdem enim Domini miniſtri ſumus & fratres.
Cauſabat neſcio quid, quod literas tuas nō expectarit. Fuiſſent autē
illæ multo gratiſſimæ, & ad ſcribendum alacriorem feciſſent. Verum pro epiſto-
la iuſta fuerit Oſualdus, qui & uitam, & mores tuos mihi deliniauit. Gratiæ ſint
Chriſto, à quo ſanctus ille ſpiritus afflatus eſt: ut iam non mediteris ea quæ retrò
ſunt, ſed enitaris ad ea, quæ ante oculos: Et curæ ſit non tantum docere uerbo, ſed
& perſuadere exemplo uitę. Tantum oro, ut pergas. Chriſtus defenſor & propu-
gnator ſuorum erit, qui & ingratis ſolem ſuum oriri permittit: & impios ad pœni-
tentiam preſtolatur. Excelſo nobis opus eſt animo, qui totum mundum, tanquā
D umbras rideat. Hic non deerit, ſi expenderimus uerba Chriſti nos roborantis, &
dicentis: Nolite timere eos, qui occidunt corpus: ſed metuite magis eum, qui ani-
mam & corpus in gehennam mittere poterit. Si Dominus pro nobis, quis contra
nos? Quid habet huius uitæ momētanea felicitas, quod cœleſtibus promiſſis præ
De ceremonijs in cœna Domini obſeruandis. ferendum? Sanctè igitur facis & fideliter. Porro quod ad ceremonias cœnæ Do-
minicæ pertinet, uiſum eſt quibuſdam, ut te commonefacerem, ut relictis in totū
papiſticis, (quę ſemper priſtinam ſuperſtitionē ac impietatem fouent: Cōmunes
cum nobis obſeruares: non ita tumultuarias, ut frigidum auditorem uel ſpectato-
rem dimittant: neq; ita curioſas, ut conſcientijs periculoſæ ſint. Hac ſanè in re cun-
ctatior ſum ad impellendum alios. Fortaſſis tuo ſenſu abundare poteris, & ego
Athenas noctuam. Optarem quidem, ſi Eccleſijs omnibus integrum foret, cere-
monijs ijſdem cunctos uti. ſed nemo hoc perſuaſerit hac tempeſtate: neq; admo-
dum utile eſſet. Denuo enim hebetiores libertatem Chriſtianam proſtituerent, no
uumq; Papatum inſtituerent. Viderit igitur unuſquiſq;, ut plebi ſuæ maxime uti-
lia proferat: ne deteriorem relinquat, quàm receperit. Imo ſi fieri poteſt, nihil offen
diculorum patiatur. Plurimū ſanè nobis eſt negocij, quod nec ſomniculoſos, nec
meticuloſos requirit. Sunt quibus Eccleſię noſtræ mos magis probatur, propter
exhortationes & admonitiones præcedentes: quem ex libello noſtrarum ceremo
niarum cognoſcere potes. pauca enim mutamus adhuc in his. Pro ſuggeſtu legi-
mus omnia uſq; ad uerba cœnæ, quę ante altariū uel menſam recitantur: mox fa-
cta oratione, & conuocatione, ſequitur cōmunio. Interim dum communio fit, can
tat plebs

A tat plebs pſalmodias uernaculas. Finita autem communione, dimittitur cum ex-
hortatiuncula. Nihil ita mihi curæ, quàm ut plebs teneat rationem myſterij, chari-
tatem proteſtetur, & fidei unitatem cum Eccleſia catholica: ſeipſam probet, ſi pu-
blicis criminibus obnoxia abſtineat, peccata ſua confiteatur, & uerbis Euangeli-
cis abſolutam ſe cognoſcat, maxime autem memor ſit paſſionis Dominicæ: & ex
eius recordatione, fraterni obſequij fiat auidior, & ſic demum gratias agat. Hæc
dum nos agimus, nemini legem præſcribimus: imò neq; nos uſum hunc pro lege
ſuſcepimus, quanto minus, nec tibi tanquam legem obtruſerim. Verum quia iſte
tam enixè literas meas petijt, atq; adeo hac de re: nolui difficilis eſſe. & te boni cō-
ſulturum coniecto, quicquid ſcripſerim. Conſtanter agito, & Vale. Baſileæ.

QVID DE EVCHARISTIA VETE-RES TVM GRAECI, TVM LATINI SENSERINT, DIALOGVS,

Autore IOANNE OECOLAMPADIO: *in quo etiam Epiſtolæ Philippi Me-lanchthonis & Ioannis Oecolampadij inſertæ.*

IOANNES OECOLAMPADIVS CANDIDO LECTORI S.

SCIMVS quidem magnanimum & patientiſſimum eſſe debere
miniſtrum Chriſti, præceptoriſq; ſui exemplo ad iniurias moro-
ſitatesq; hominum, qui natura imbecilles ſunt, ferendas, para-
tum. Eſt tamen et pernicioſa patientia, ſi reiecto omni zelo glorię
Dei, ueritatis, ac charitatis proximi, ſic tua patientia abuti ſinas:
ut ea quæ ad gloriam Chriſti, quæq; ad ſalutem multorum per-
tinent, uel metu, uel oſcitantia poſtponas. Beatus itaq; eſt, qui cum patientia zelū
retinet, & cū zelo patientiam non amittit. Et nos quidem inter multa, quę quoti
die à uarijs aduerſarijs, indigna & citrà omnē culpam noſtrā accidunt, per gratiā
B Chriſti ferenda, quæ id genus, meminimus, nec aliter quàm ſola tolerantia ulciſci
meditamur. Quæ autem gloriæ Chriſti præiudicare, & fratrum curſui uel in agno
ſcenda ueritatis ſynceritate, uel tenenda religionis puritate, obſtare animaduerti-
mus: non carnalibus armis, ſed ſpiritualibus admonitionibus ea pro noſtra parui-
tate reprimere, officij noſtri eſſe arbitramur. Quoniam igitur in cauſa Euchariſtię,
non pauci olim amici noſtri non modo aberrant, ſed adeo errorem ſuum amant,
ut nobis diſſentientibus, etiam fraternitatis ius negent: & ſibi non ſubſcribentes,
ſatanæ tradant: inſuper ut pleraq; indigna prætercam, non ſolum diuerſa à catholi
ca fide lectori obtrudunt, ſed etiam nos de pluribus hæreſibus, quas omnibus mo
dis execramur, ſuſpectos reddunt. inter quos cæteris modeſtior Melanchthon eſt,
qui paruo quidem libello, in quo patrum ſententias aliquot congerit, parum ex-
pendit, quomodo illorum dictis contra ipſos certet, & contra matrem pugnare no
lentes filios armet, adiectis quæ in errore ſuos retineant, & alios infirmiores per-
plexos reddant. Quamuis in Marpurgico colloquio potuiſſet ipſi cum ſuis ſatis-
fieri, ſi tam purgatis affuiſſent auribus, quàm obſtinatis animis ſua qualiacunque
qualitercunq; defendere ſtatuiſſent. Porro quandoquidem tum illi nondum pro
fratribus nos habendos cenſebant, tametſi nos illorum infirmitatē aliquantiſper
tolerare parati eſſemus: diſceſſum eſt amicis cōditionibus, ut ſaltem in hoc mutuū
gratificemur, quo ad cauenda Eccleſiæ offendicula abſtineamus ab amaris illis
ſcriptis, quibus hactenus uelitatū: & nos potius amice priuatis literis erudiamus.
Et ſperabamus quidem hoc illis futurum curę. Obtuleram ſanè ego Melanchtho
ni epiſtolam, cui nondum ſatisfecit: niſi hoc ſit ſatisfacere, è ſublimi ſcripta deſpice
re, & nullam expoſitionē admittere: id quod mihi non fuerit rationem fidei redde
re, ſed tollere. Quod tamen & ipſum ab hoc, qui frater eſſe nō uult, cum alijs quæ
ſui de nobis falſo euulgarunt, tolerandū. Sed quod iterum libello ſuo acerbiuſcu-

Digitized by Google

C lo errorem propagare nititur, intolerabilius eſt, quàm ut à nobis diſſimuleť: peri-
culoſius eſt, quàm ut contemnať: triſtius, quàm ut riſu diluať. Multum quidē ille
cōſcientiarū rationē prætexit: ſed qui hanc, ut decet, obſeruant, oculatius cuncta
perluſtrant. Verū pone illum adhuc eſſe infirmū, abeſſeq́ technas omnes, ut libēs
recipio: Igiť non ingratū illi ſit, ſi & noſtram reſponſionē adijciamus, imò illam ex
torqueri coniectamus. Nam cum illi meam offerrem epiſtolā apologeticā, ſequē-
ti libro inſertā: diceremq́, maluiſſe me priuatim quàm publicè agere, ut maior paci
locus ſit: teſtarerq́ utilius fuiſſe, & ſuam epiſtolam non ita ſtatim euulgatā: reli-
quit ille tum liberū, ederem non ederem. Sed & ſic non cohibui, uerum ex poſte-
riore illa quam ad Federicum Myconiū ſcripſit, intelleximus ſatis quid nobis fa-
ciundum, ne olim negligentię pœnam ſoluamus Chriſto iudici. Proinde & tu Le-
ctor, ne offendaris precor. ſunt certe de hac re ad faſtidium uſq́ perſcripti libri, &
audiendo laſſeſcūt aures, legendoq́ caligāt oculi. At nos dialogo rem ita tempera
mus, ut ſperemus non iniucundā fore lectionem: multaq́ ex Gręcorum Latino-
rumq́ fontibus purius quàm hactenus deriuata, fructū aliquē allatura. Plurimū
enim refert, de ſacramentis illis recte ac ſobriè ſapere & loqui poſſe. Habent enim
in ſe totius Chriſtianiſmi uirtutē reconditam, quæ non in hac re ſola cōſiſtit, quod
panis eſt ſymbolū corporis Chriſti. Diſcitur em̄ & Chriſtus ipſe quantus quantus
eſt, cum in capite, tum in membris. Vnde neceſſe eſt, ut omnes qui de Chriſto nō
recte ſentiunt, ijdem nec de Euchariſtia bene ſentire poſſint: & non eſt ſtatim poſ
ſibile, ut quis per omnia de Chriſto ut oportet credat, & in Euchariſtia erret. Eſt
Euchariſtia. enim Euchariſtia, certiſſima de Chriſto annunciatio, ſacramenta ſacramentorum
in ſe continens. Mirum aūt eſt, cum aduerſarij noſtri nos de Chriſti uel diuinitate,
uel humanitate male docuiſſe nuſq́ conuicerint, qui fiat ut Euchariſtiæ negociū
intelligere non poſſimus. Nos ſanè contrà ex ratione ſacramenti cognouimus,
D illos non tam purè ut decebat Chriſtū annunciare: ſicut hinc quaſi ex inexhauſta
pharetra, ueteres ſcriptores contra omnigenas hæreſes iacula acuta ſemper depro
mere ſoliti ſunt. Nónne hinc Chriſtus ipſe Iudęos, nō ne Paulus initio idololatras,
& iterū ſchiſmaticos, & pauperū cōtemptores perſtringit? Nónne Marcionē, Ma
nichęū, & Valentinū, partim creaturas infamantes, partim reſurrectionē negan-
tes, Tertullianus & Irenæus expugnāt? Nónne Arrianos Hilarius, Euchitas Am
philochius, Anthropomorphitas Cyrillus: & in cōcilijs Alexandrino & Epheſi-
no Neſtorianos, Chiliaſtas Hieronymus, Donatiſtas Auguſtinus, Leo primus et
Gelaſius Eutychianos, Abelhardū impiū Bernardus, inde ſumptis argumētis pro
be cōſtringunt? Poſſemus aūt & nos Miſſatores, & qcquid eſt ſuperſtitioſorū ho-
minū, ſiquidē Euchariſtiæ uis cognita fuerit, fidelib. & probe initiatis inde repro-
babiles oſtendere. Neceſſe eſt igiť, non uulgarē cognitionem in ſacramentis tradi,
citraq́ illā eccleſiaſticos uix recte ītelligi. Propterea nō ſit moleſtū lector, in his ali
quandiu uerſari. Nos em̄ ex Gręcis & Latinis meliore fide optima quæq́ protuli
mus, & maxima ex parte ipſos ſuorū dictorū interpretes cōſtituimus. Nō eſt em̄
ut à nobis quaſi Neodogmatiſtis abhorreas. Cęterū nō ita nos tibi cōmendaueri-
mus, ut aduerſarij noſtri, quicunq́ tandē illi ſunt, maxime aūt Philippus, peius au
diant: niſi quatenus hac in cauſa inferiores ſunt, & à ueritatis agnitione infirmio-
res abſtrahunt. Dona em̄ Chriſti in illis non ſolū nollemus contempta, ſed optare-
mus etiā cunctis eſſe uſui: & nos quidē ea non mediocriter admiramur. Ad hæc
fieri poteſt, quod ſummis uocis petimus, ut tandē & ipſi agnoſcant hāc noſtrā de
Euchariſtia ſententiā, uere germanā, & patribus gratiſſimā, multoq́ magis piam
quàm arbitrenť hodie. Multa enim negare putamur, quæ ſemper fideliter docui
mus: & multa itē aſſerere exiſtimamur, qbus nunq́ nō cōtradiximus. Hoc ſi intel
lexerint olim, ut ſpes eſt, cū lucro reſarcient Eccleſiæ detrimentū, quod huius diſ-
ſidij

A ſidij offendiculo accepit. Et propterea tacere nobis non licuit, neq; em̃ prætermittendum aliquid, quod ad lucrifaciendos fratres pertinet. Sed iã perge ad Dialogũ: & ſis tu ſimplicitate Nathanaël, ego autem mihijpſi conſtabo. Vale.

NATHANAEL ET OECOLAMPADIVS INTERLOCVTORES.

DISPLICEBIT tandẽ & mihi illa tua cauſa. OEC. Quę illa? NAT. Sacramentalis. OEC. Qui ſic? NATH. Audes reclamantibus ferè doctis omnibus, nouũ dogma aſſerere. OEC. Egon' dogma nouum? ſed pace tua dixerim, ita de me pronunciant, uel meam ſententiam neſcientes, uel alioqui indocti. NATH. Indoctos nihil moror. Qui hodie minime temerarij, fideq; digniſſimi cenſent̃, de te ſic cõſtanter ſcribũt. & non ita pridem haud contemnendæ exiſtimationis amici habiti, qui nimirũ te norunt, & quos tu nequaq; contemnere debebas. Roſenſes, Clichthouæos, Fabros, et multos alios magis maledicos quàm theologos, non eſt mirũ ſi negligas. Maledicentiam etiam ipſe abominor, adeo ut uirulenta iſta, ſępius à lectione ipſorum me abſterruerint, ut ut alios cõuitia ineſcent: quo nomine & Lutherus à ſuis libris me nonnihil alienauit. At qui tibi tuiſq; refragantur, ſedatiore animo ſunt, & pacis ubiq; cupidiſſimi uident̃. OEC. Quamuis hoc dogma nec nouũ ſit, nec meũ, ſed eccleſiaſticũ: patiar tamẽ interim nouũ dici & meum, donec rem melius agnoſcas. Sed dic quęſo, qui nã ſunt uiri illi pacifici? NATH. De Eraſmo et Me-

B lanchthone loquor, quorũ ingenijs nihil uiuidius, quorũ facundia nihil luculentius, quorũ autoritate nihil plauſibilius habet̃: et ij quidem olim te inter amicos numerabant, nũc uero etiã ſcriptis ſi nõ tibi, certè cauſæ tuę aduerſant̃. OEC. Neq; ego illos cõtempſerim, ſed quantũ uterq; ſuis affectibus hac in re imperet, periculum feci. Illi, ingratũ eſt à me nominari, ingratius uituperari, ingratiſſimũ laudari, ut et ſcriptis ad Pyrckhaimerũ prodidit: Hic, fraternitatẽ, q̃ in Chriſto cum illo ſperabam inuiolabilem, Marpurgi, cõram Heſſorum illuſtri Landgrauio, cum ſuis repulit. Vnde hortor: ut, & ipſe iudicijs à perturbata mente profectis, parũ tribuas: et ne tam dicentes illos admireris, quàm dicentiũ ſentẽtias expendas. NATH. Inexpectata narraſti: patiunt̃ igitur et illi humanũ quiddã? OEC. Non errabis, ſi & inhumanũ quiddã dixeris pati. Nam ut humanũ eſt labi, ita inhumanũ eſt ſic cũ amicis agere. NATH. Quid ſi uulnera iſta, aliorũ oſculis præferenda ſint? Vulnera, inq̃. Intelligo em̃ quantum ſit, Chriſtiano homini Aue denegari, & membrũ Chriſti pro fratre non agnoſci. Nihilominus & hoc cogito, quid ſi ita merearis? Equidẽ quanto illos in te ſeueriores cõperio, hoc cauſę tuę minus ſubſcribo. Neque enim mihi uериſimile eſt, in alijs prudentes, in hoc hallucinari: & in cunctos tam faciles, in amicũ tam auſteros eſſe. Quin potius illorũ autoritas inde mihi cõmendatur magis, quàm obſcurat̃. Inde prauati iudicij, et leuitici zeli eſt, etiã in amiciſſimos ſtringere gladiũ, ſi pietas poſtulet. Ad hęc tuo ſilentio illorũ cauſam cõfirmaſti, tuã hactenus infirmaſti. OEC. Neq; illuc ſpectat excuſatio mea, ut in alijs cauſis de illis peius ſentias, de quibus ipſe magnificè loquor & ſentio, beneq; eis precari non ceſſo. At monendus uideris, ne quod ipſis etiã ingratũ eſſe non dubito, ſic illis addictus ſis, ut citra probationẽ quaſi indubitata oracula, cuncta quę uel ſcribunt, uel loquunt̃, ſuſcipias. Adhuc em̃ carne ueſtiti, ſicut cæteri mortales, alicubi impingere poſſunt, et errare. Magni ſint et ſancti, quis inuidet? ſed interim doctrina illorũ, non iuxta ipſorũ faciẽ, ſed iuſto iudicio dijudicanda. Aut quare nos illorũ amplitudine grauati, cum bona cauſa periclitabimur? Ideo em̃ à noſtra ſententia nunc refugis, nõ quia reprobabilẽ demonſtraſti: ſed quia illi, & tanti, abhorrent. Quid ſi mentẽ noſtrã nunq; rectè intellexiſſent illi tanti? Quid ſi ideo excitati à Deo illi tanti, ad cõntradicendum, ut ueritas cõflictu magis elucefcat? Quid ſi Deus ignobiles mũdi, præteritis aliquandiu illis tantis clariſſimis, deligat? Verita-

C ti igiť ut obſcurorũ humilitas, ita maximorum uirorum claritudo præiudicare nõ debet. NATH. Bene mones, ueritati plus debemus. Et nulli angelo, nedum ulli mortaliũ ſic obęratos nos eſſe decet, ut noſtrũ iudiciũ omne excludamus, ubi de fidei dogmatis ſermo eſt. Ceterũ nec ego perſonarũ acceptor ſum, moueorq́ magis rationibus, q̃bus illi nituñ, ad quas omnino ſiles. OEC. Non omnino tacui, quãuis aliquid priſtinæ amicitię dederim. Et Eraſmo quidẽ cur reſponderem multis, cũ ille rem tantũ obiter, & nondum pro ſua eruditiõe iuſto opere tractarit: & quę ille in epiſtolis ad uarios ſcripſit iam ſępe, cũ per Zuingliũ, tum per Bucerũ, uiros hac in cauſa nõ aſpernandos, uana eſſe cõmonſtrata ſint: Melanchthoni reſpondi familiariter per epiſtolã, fidei meæ rationẽ proferens, quamuis nihil dum apud illũ profecerim. NATH. Melanchthonis epiſtolã legi, & Latino & uernaculo ſermone ſcriptã: tuam non legi. nec uenit in mentẽ, quid uel tu uel alij ad Eraſmi argumenta reſponderitis. Sed de illo nunc nõ eſt ut plura loquamur: ſatis mihi fuerit, ea quæ Melanchthoni reſpõſa ſunt, legere. Exhibe igiť legendũ, ſiquidẽ exemplar epiſtolæ habes præſens. OEC. Exhiberẽ libens, ſed uereor adhuc ne magis in alterã partẽ propendeas: & præoccupatus tantorũ uirorũ fauore, minus attẽto iudicio legas. NATH. Fruſtra de meo periculo es anxius. OEC. Timeo ne tibi eueniat quod multis. NATH. Securus eſto, ſi te cognouero ſincere docentẽ, attentior ero, nec te abhorrebo. OEC. Iam libens cõmunicabo, ſed ut uideas q̃ alienus ſim à dolis, oro ut prius Melãchthonis epiſtolã legas, quã ex Spirenſib. comitijs ad me dedit. Habeo eñ & illã: futurumq́ ſpero: ut illa lecta, meã maiore cũ fructu lecturus ſis. NAT. Sequar cõſiliũ tuũ: ſed legere malo impreſſam, quã ipſe circumfero, quandoquidẽ infelicior ſum in legendis illius characteribus. Vt igiť inoffenſa ſit ꝓnunciatio, et melius ſingula obſeruẽ, noto exemplari utar, tu auſculta an cũ tuo cõueniat. OEC. Scio probe cõuenire: cõtuli eñ. Recita igiť. NATH.

D DOCTISSIMO VIRO D. IOANNI OECOLAMPADIO *ſuo amico, Philippus Melanchthon.*

ALIQVOT accepi tuas epiſtolas, quæ quoniam extant in eis multæ non obſcuræ ſignificatiões ueteris tuæ erga me beneuolentię, & uoluntatis in amicitia conſtantiſſimæ, ualde gratę mihi fuerũt. Nã meus animus idem eſt erga te, qui fuit ſemper. Ego aũt admiratiõe doctrinæ & uirtutũ tuarũ incenſus, ſemper & amaui te plurimũ, & ſingulari quadã pietate colui. Atq́ utinam ea eſſent tempora, ut frui hac noſtra amicitia poſſemus. Sed incidit horribilis diſſenſio de Cœna Domini, quę ueterẽ conſuetudinẽ officiorũ, quibus inter nos certare ſolebamus, impediuit: beneuolentiã uero erga te meam, non labefecit. Itaque ſi quid in me deſideras officij, tempora magis quàm fidẽ meã accuſare te uelim. Quod ad cauſam, quã agis, attinet, ualde: doleo ea de re diſſenſionẽ exortam eſſe, quæ à Chriſto ad glutinandã charitatem inſtituta eſt. Scis aũt me hactenus magis extitiſſe ſpectatorẽ huius fabulæ, quàm actorẽ. Et multas graues habui cauſas, cur non admiſcuerim me tam odioſo certamini. Interea nulla alia cura ullius rei animum meum magis exercuit, quàm huius negocij. Et non modo cogitaui ipſe, quid in utranq́ partem dici poſſit, ſed inquiſiui etiã ueterum ea de re ſententias. Ego enim nolim alicuius noui dogmatis in Eccleſia, uel autor uel defenſor exiſtere. Cum omnia quæ in utraq́ parte firmiſſima uidentur expendi, dicam pace tuã, non tamen eo in ſententiam tuam. Nullam enim firmam rationem inuenio, quæ conſcientiæ diſcedenti à proprietate uerborum ſatisfaciat. Nihil autem ad hunc diem de hoc negocio ſcripſi, quia uidebam futurũ quicquid ſcriberem, ut me allegari à Luthero tanquam domeſticum teſtem iniqui iudices dicerent. Nihil autoritatis in noſtra ſententia futurum erat, quia in

Digitized by Google

A in alterius gratiam ſcripta uideretur. Sed ſpero te melius de meis moribus ſentire;

ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλησιν
ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴπῃ.

Qualiſcunqꝫ enim ſum, certe nunquam amaui Epicureos iſtos, cuiuſmodi multi ſunt hoc tempore, qui religionem irrident, & quibus uoluptati eſt de maximis rebus homines fallere. Semper, ut ſcis, ſtudioſus fui doctrinæ Chriſtianæ: fuitqꝫ ob eam cauſam mihi curæ, ut eam diligenter cognoſcerem. nec ſine paruo negocio, dum quæro quid ſequi tuto poſſim, extricaui me ex ſcholaſticis diſputationibus, partim etiam ex amicorum meorum diſputationibus, cuius rei nonnulla extant teſtimonia. Quod ſi gratiam aucuparer, non ignoro, quàm multos, magnos & eruditos uiros habeat ueſtra factio: horũ amicitiam non contemnerẽ. Itaqꝫ ſi mihi ueſtra ſententia de cœna Domini placeret, ſimpliciter profiterer. Vos abſentis Chriſti corpus, tanquam in tragœdia repræſentari cõtenditis: Ego de Chriſto uideo extare promiſſiones: Ero uobiſcum uſqꝫ ad conſummationẽ ſeculi, & ſimiles: ubi nihil eſt opus diuellere ab humanitate diuinitatem. Proinde ſentio hoc ſacramentũ ueræ præſentiæ teſtimoniũ eſſe. Quod cũ ita ſit, ſentio in illa cœna præſentis corporis *κοινωνίαν* eſſe. Cum proprietas uerborũ cum nullo articulo fidei pugnet, nulla ſatis magna cauſa eſt, cur eam deſeramus. Et hæc ſententia de præſentia corporis, conuenit cum alijs ſcripturis, quæ de uera præſentia Chriſti: apud nos loquuntur. Nam illa eſt indigna Chriſtianis opinio, quod Chriſtus ita quandam cœli partẽ occuparit, ut in ea tanqꝫ incluſus carceri ſedeat. Tu colligis abſurda multa, quæ ſequant hanc ſententiam. Colligis etiam quaſdã ueterum ſententias, quæ pro te uidentur facere. Sed abſurda minus offendent eũ, qui meminerit de rebus cœleſtibus ex uerbo Dei, non ex Geometria faciendũ eſſe iudiciũ: quiqꝫ tentatus didicerit nullam eſſe rationẽ, quæ conſcientiã ſatis docere poſſit, cum à uerbo Dei diſceſſerit.

Res diuinæ Dei uerbo iudicandæ.

B In ijs locis qui citantur ex ueteribus, agnoſco quandã eſſe diſſimilitudinem: ſed tamen ex his, ſi quis prudenter eliget grauiſſimorum autorum dicta, inueniet pleraque quæ oſtendunt hanc quam nos ſequimur, ueteris eccleſiæ, quatenus nobis nota eſt, communem fuiſſe ſententiam: tametſi tu quidẽ homo diſertus, quoſdam locos nimis callidè interpretaris, & ad tuam cauſam detorques. Veteres cum de reſurrectione diſputant, allegant cœnã, nec inepte, meo quidẽ iudicio: ſignificauit em̃ Chriſtus Apoſtolis ſe reſurrecturũ eſſe, quia ſui corporis *κοινωνίαν* inſtituit. Neceſſe em̃ erat, ut uiueret corpus, quod nobis impartiendũ erat. Quod ſi ueteres ſenſiſſent abſens corpus repræſentari, quomodo inde probarent reſurrectionem? quia etiam ſi non reſurrexiſſet Chriſtus, tamen abſens corpus & cõſumptũ repræſentari potuit, ſicut in fabulis Hector repræſentat̃. Sed non inſtitui nunc diſputationem: tantũ hæc ſcripſi, ut meam erga te beneuolentiã perpetuã cognoſceres: neqꝫ tamen uolui, quid ſentiam, diſſimulare. Teqꝫ rogo, ut conſideres, quantam rem, quamqꝫ periculoſam ſuſceperis. Verum illud eſt, nimiũ altercando amitti ueritatem: atqꝫ hæc multo magis periclitatur in his tam uiolentis concertationibus. Quare ſatius eſſet, hac de re aliquot bonos uiros in colloquium unà uenire.

Nimium altercando ueritas amittitur.

Video quæ ſemina harum diſputationum ſparſa ſint in ueterum libris: ſunt & in quibuſdam nuper natis ante hunc tumultũ. Video cauſſam ueſtrã præſidijs ingeniorũ niti, & uos habere ſtudia theatri, non tantũ manifeſta, ſed occulta etiã: quæ haud ſcio, an efficatius uobis ſuffragentur, quàm manifeſta. Satis nota eſt mihi tua modeſtia: quare nõ arbitrabar opus eſſe, ut te admonerẽ, ut cogitares homines ingenioſos & prudentes interdũ labi poſſe: & in negotijs ſpiritualibus in primis periculoſa eſt ingenij fiducia. Scis ſcriptũ eſſe: Abominatio apud Deũ eſt, quicquid eſt ſublime in mũdo. Et multo plures ſunt, quàm putent̃, qui tantũ ea amplectunt̃

in re-

C in religione, quæ ingenijs eruere ac comprehendere potuerūt. Poſtremo te rogo, ut hanc meam epiſtolā optimo atq; amiciſſimo ſcriptam animo, boni cōſulas. Vale. Spirę, An. 1529. NATH. Quid poterat ſimplicius et magis amice, addo ſumma breuitate, neruoſius ſcribi: plus habet in receſſu, quàm in fronte. Ideo auidus ſum legendæ etiā tuæ epiſtolę. Recita tu illā, nec pręcipita lectionē. plus em̄ me afficit, ſi tu, qui autor es, pronunciaueris. OEC. Nō expectas ſcio, parem in mea reſponſione facundiam, ſed in tractando negocio fidē & grauitatem: itaq; legam.

IOANNES OECOLAMPADIVS PHILIPPO MELANCHTHONI. S.

IGITVR mi Philippe, ſi fieri omnino nequit, ut ſolitis inter nos certemus officijs, id quod gratiſſimū eſſet: boni cōſulamus, uel amicitiā illam noſtrā ueterem in tantis temporū noſtrorū difficultatibus ac periculis manere ſaluā, et nō labefactatā. Qua in re operā etiam ipſe dabo, ut eā quo ad ſpiritus hos regat artus, inuiolatā conſeruē. Porrò hęc ipſa, ut ἀνυπόκριτος ſit, exigit, ne uel reſpuant quæ amicè admonent, uel intermittant quæ admonere poſſent ſtudia. Eapropter amica illa & diſerta tua de cœna Dominica epiſtola, animo perquàm placido à me ſuſcepta eſt: tametſi minus perſuadeat, & intempeſtiuè à typographo tuo inuulgata ſit. maluiſſem quidem non publicatā. Auſpicatiora enim ac magis plauſibilia, eruditi hactenus è tua officina retulerunt. Veruntamen animaduertēs quę hodie ſecula ſint, & quod tuum cōſiliū, facile indignationē excluſi. Sunt em̄ amicorum etiā delicta, ſi qua incōſideratius fiant, cum infecta eſſe nequeant, uel obliuioni danda, uel ęquiſſima interpretatione honeſtanda: id quod & de te mihi polliceor, ſiquidem in hac ſatisfactione quippiam deſideraueris, etiamſi in lucem prodierit. cauebo tamen ne prodeat, niſi de tua ſententia antea certior reddar. Nunc epiſtolę tuę reſpondebo, ſeruans et ipſe epiſtolarē breuitatē: tu iudicio, quo

D præ alijs ſingulari prædıtus es, attentiore legas. uideris enim hactenus, ut libere dicam, humanū quiddam paſſus: uel certe, niſi me omnia fallant, noſtram de Eucharıſtia ſententiam nondū habuiſſe perſpectam. Non enim abhorrere à nobis oportebat, quaſi nouum aliquod dogma adferamus: neq; enim uel Chriſti uerbū à nobis negligitur, uel Patrū obſeruabiles termini ſuo mouentur loco, quandoquidē à nobis accuratius quàm uulgo putant, ſunt lecti. Dabis extortę gloriatiunculę ueniam. Sunt etiā maiore fide ac candore tractati, quàm ut calliditas, uel γραφοτυραννὶς ſtudium noſtrū exiſtimari debeat. Accipe igitur qua ratione in ſacris ſcripturis, & in eccleſiaſticis ſcriptoribus uerſemur: & opinor conſilium hoc noſtrū minime te damnaturum. Indubitatum aūt habe, nos nequaq; noſtri ingenij uiribus fiſos: id quod primum à religioſa Patrum, quantum ad hanc rem pertinet, obſeruantia cognoſces. Nā ubi ambiguū & obſcurū ac conciſum quiddā alicubi ſcribūt, operępreciū duximus, eorū quæ ſcribunt certā mentē ex apertiſſimis ipſorūmet declarationib. cognoſcere. Quid hoc, oro, uię cōpendio tutius? Utiq; rectum factū fateris. Ecce paſſim obuiū eſt, quod ſacramentū corporis Chriſti ψιλῶς et ſine additamento Corpus & ſanguinē Chriſti appellitāt. Quoniam aūt contentio orta eſt, quid de eo ſacramento ſentiendū, nónne prudēter eò recurrimus, ubi dilucidius & copioſius de hoc tractant: quod & fecimus non ſine iudicio ac delectu, obuia quæq; deuorantes. Eſt inter alios applauſibilis fidei, & dilucidę enarrationis ſcriptor, Auguſtinus Hipponenſis, quē ſuper hac cauſa ut audiremus, dignū iudicauimus. Perſuaſum em̄ eſt, ſi ille clare nobiſcum faciat, neutiq; à nobis diſſenſuros, quotquot illū anteceſſerūt orthodoxos doctores, qbuſcunq; tandē uerbis ſentētiā ſuā explicent. Quomodo em̄ ille diuerſum ab Ambroſio, à q̄ initiatus eſt, doceret? Quomodo Cypriani, Tertullianiq;, patriæ ſuę clariſſimorū ſcriptorū, fidem ignoraſſet?

A raſſet? Quõ Romanorũ Græcorum, & Aegyptiorũ confeſſioni, quas aliàs citare
non dedignatur, contradiceret? Ille igitur aurem uellicauit, & ab errore reuocauit,
cum diligentius expenderem, quid in tertio de Trinitate, quid in lib. 16. de doct.
Chriſtiana, quid in Epiſtolis ad Bonifaciũ, Euodium, & Dardanũ, quid aduerſus
Fauſtũ & Adimantũ reſcripſerit. In quibus libris omnia palàm et dilucide narrat:
In eandẽ locutionũ claſſem conijcit, Hoc eſt corpus meũ, Anima eſt ſanguis, Pe-
tra erat Chriſtus. Conſuetudinẽ ſui ſeculi fuiſſe teſtatur, ſacramenta rerũ ſignatarũ
uocabulis appellari ſolita. Probe monet, ne ſigna pro rebus accipiamus. Oſtendit
uerba & ſacramenta eiuſdẽ efficaciæ, atq; id genus multa. Vnde non parũ miror,
quo pacto hoc uerbũ tibi exciderit, quod ad meã cauſam Doctores torqueã, qui
me ſibi tam potẽter uindicãt. Verũ quoniã diſputationẽ deuitamus uterq;, cõiecta
re inde potes, quod noſtrũ in tractãdis eccleſiaſticis doctorib. ſtudiũ ſit. Itaq; pluri
bus nũc moleſtus eſſe nolim. Vnũ quod à te cõmemoratur præterire ſilentio non
licet: Veteres ais, cũ de reſurrectione diſputarẽt, allegaſſe cœnã: nec inepte. Signi
ficauit enim Chriſtus ſe reſurrecturũ eſſe, quia corporis ſui *κοινωνίαν* inſtituit. Ne-
ceſſe enim erat, ut uiueret corpus quod nobis impartiendũ erat. Quod ſi ueteres
ſenſiſſent, abſens corpus repræſentari, quomodo inde probarent reſurrectionem?
Hæc tua argumentatio. Non ignoro, mi Philippe, cum Tertullianũ, cum Irenæũ
ſic ratiocinari ſolitos: nec miror. ſunt enim hæc ſacramẽta, ut Nicenus Canon ha
bet, *τῆς ἡμετέρας ἀναστάσεως σύμβολα*. Nónne & Paulus à baptiſmo colligit nos
cõplantatos in ſimilitudinẽ mortis Chriſti, ut reſurrectionis quoq; conſortes red-
damur? Verũ ad declarationẽ exemplo magis familiari utamur. Nónne et ſponſa
oſtenſo arrabone coniugẽ ſibi obtigiſſe probat? nec ſecus hic agitur. Etenim cum
panis qui nobis corpus Chriſti repræſentat, naturã habeat alendi corpus, utiq; &
B cœleſtis panis ſi per fidẽ manducet, in ſe habet, ut uiuificet ac paſcat in uitã æternã,
ſicut apud Ioannẽ teſtat̃ ipſe de ſe: Panis aũt quem ego dabo, caro mea eſt, quam
ego dabo pro mũdi uita. Iam corpus Chriſti quod manducatur fide & pro nobis
fractũ, & in cruce mortuũ, minime nos paſceret niſi diuinũ eſſet, & reſurrexiſſet,
nobiſq; reſurrectionis cauſa fuiſſet. Quid igitur mirũ ſi à tanti ſacramẽti ſymbolo
noſtra reſurrectio colligat̃? Origenes ut eſt allegoriarũ diues, etiam abũde probat,
ſed hæc nunc ſufficiãt, maxime quia Dominus inquit: Hæc eſt enim uoluntas pa
tris qui me miſit, ut omne quod dedit mihi non perdã ex eo, ſed reſuſcitẽ in nouiſ-
ſimo die. Tu uero reſurrectionẽ colligis, quia corporis ſui in cœna *κοινωνίαν* inſti-
tuit? Age uero mi Philippe, & hanc Paulinã conſideremus clauſulã. Spectas enim
arbitror ad hoc quod ait: Panis quem frangimus, nónne communicatio corporis
Chriſti eſt? Et quid oro, hiſce uerbis uoluit? nũquid uolebat carnaliter carnẽ Chri
ſti à nobis edi cõmuniter, ut conſortiũ reſurrectionis adſequamur? Eadẽ nimirum
ratione craſſius & de baptiſmo ratiocinari liceret. Sed quod huc attinet, nemo pie
& ſine mẽdacio panẽ frangit, niſi qui credit etiã pro ſe Chriſti corpus fractũ, & ſe
cum cætera multitudine participiũ tantæ dignitatis habere. Quibus Chriſtus ſuũ
ſpiritũ nõ denegauit, & quorũ in ſe carnẽ geſtauit, ut ſit ſua, eamq; pro illis patri in
cruce obtulit: ij utiq; magnã cum Chriſto ſocietatẽ habent, etiãſi carnalẽ illã man-
ducationẽ ignorent. Illi ſunt certe mẽbra corporis eius, de carne eius, et de oſſibus
eius. Illi ſunt pueri, qui cõmunicarunt carni & ſanguini eius. Hæc eſt uera noſtra
cõmunio, quã neceſſario ſequit̃ reſurrectio. Nam cum caro noſtra ſit eiuſdẽ natu-
ræ cum carne Chriſti, & inhabitet in nobis idem ſpiritus, qui corpus Chriſti è mor
tuis excitauit: utiq; idẽ & noſtra corpora excitabit, quomodo & alio in loco Pau-
lus ratiocinatur. Si mortui non reſurgent, nec Chriſtus reſurrexit. Vbi autem hæc
recipiunt̃, & ex confeſſo ſunt, quid facilius et euidentius, quàm ex ſymbolis tanta

Sacramenta reſurrectionis ſymbola.

C nobis myſteria annunciantibus, probare reſurrectionē? præſertim ſi in uerba pro-
miſſionis Chriſti ſignis adhibita reſpicias, & uideas ea non tam ſignis, quàm no-
bis miram dignitatē exhibere. Porrò quod nondum tibi ſatis innotuerit noſtra ſen
tētia, quomodo adeſſe corpus Chriſti aſſeramus, hinc liquet, quod ſubdis hęc uer
ba: Etiāſi non reſurrexiſſet Chriſtus, tamen abſens corpus & cōſumptū repræſen
tari potuit, ſicut in fabulis Hector repræſentaī. Non aſſentimur Philippe: non enī
uere panis nobis corpus Chriſti figurabit, ſi non paſcamur. Non paſceremur aūt,
ſi uel deſtituti ſpiritu Chriſti, uel ſi corpus Chriſti mortuū māſiſſet, & cōſumptio-
nem eſſet expertū. Quę enim nobis inde ſpes reſurrectionis? Proinde nullo modo
uere corpus per panem ſignificari poterat, niſi diuinū eſſet quod reſurgere potue-
rit, & nobis quoq; reſurgendi cauſa eſſet. Atqui corporalis Chriſti præſentia: tam
non attinet ad noſtram reſurrectionem roborandam, quàm non opus erat Centu
rioni ad curandum puerum ſuum. Idcirco mi Philippe, ſi quid uoles de hac re diſ-
ſerere, uide & ipſe quàm periculoſam prouinciam accedas. Mihi certiſſimum eſt,
ueteres orthodoxos pro nobis ſtare, quāuis ab hominibus non pendeamus, tam-
etſi prophetantibus illis non minus quàm uiuentibus, aures libentes arrigamus.
Omnibus tamen modis ſanctius eſt nobis uerbum Dei: de quo deinceps, quanta
eius religione teneamur. Videmur tibi à proprietate uerborum diſcedere, & con-
ſcientijs male conſulere: ſed immerito male audimus. Non enim qui genuinā uer
borum mentem ſeruamus, proprietatē relinquimus, ſed multo magis aſtruimus.
Nónne fideliter agimus, ſi intellectū noſtrum in obſequium Chriſti abducimus?
Fidei uerbum. Laudabis ſcio. Iam quod eſt uerbum fidei? nónne fateri Chriſtū uerum hominem
eſſe Dominum, & reſurrexiſſe à mortuis? Igitur adulterinū eſt, quicquid huic con
feſſioni derogat. Ponere autē corpus Chriſti ἀσχημάτιστον, καὶ ἀπερίγραπτον, καὶ ἄτο-
πον, καὶ πολύτοπον, quid aliud eſt quàm imaginariū & non uerum aſſerere Chri-
D ſtum? & ſi talem in pane inuenimus, quomodo analogiæ fidei cōſentaneum erit,
carnem Chriſti ſub pane præſentem carnaliter manducari? Conſectaneum ergo,
nihil proprietati uerborum decedere, ſi tropus admittatur: ne quippiam ſtatuatur
humanitati Chriſti aduerſum, id quod dogma ueſtrum minatur. Tropus ſanè cu-
ſtoditus, proprietatem uerbi: quod Chriſtus uoluit, explicat: neglectus autem,
longe aliud quàm loqui oportebat, edocet, facietq; ut cum articulis fidei ſtrenue
pugnetur, nullæq; ſcripturæ, imò ne iota unum aſtipulentur: ſed ſimul contra-
dicat, quicquid Chriſtum piè nobis prædicat. Hic tu refugies, & indignam Chri-
ſtiano opinionem dices, Chriſtum aliquam cœli partem occupaſſe, tanquam in
carcere ſedentem. Bene dicis: Nemo enim Chriſtianus ſic loquitur. Cœli quippe
locum Chriſti corpori tribuentes, non carcerem, ſed ipſo digniſſimū habitaculum
damus: & nihilominus aliquem locum cœli occupat, qualiſcunq; tandem ille ſit,
propter ueri corporis modum, ut Auguſtinus ait. Sed et Lucas Actorum primo,
& Paulus ad Theſſalonicenſes & Philippenſes conuincunt Chriſtum alicubi lo-
caliter, ut ſic dicam, contineri, idq; in cœlis. Et præſcribit hoc fidei regula: à qua
quicquid diſſidet, iure nobis abominatio eſt & anathema. Deperiret alioqui tota
noſtræ reſurrectionis aſcenſioniſq; ſpes, ſi ueritatē humanæ carnis ſic prodamus.
Videris igitur quibus nitare, & quos ſequaris. Nos enim nō rationis fiducia, neq;
geometrię certitudo, ſed fidei (quę ueritatē corporis Chriſti aſſerit) religio, ne ſecus
ſentiamus, obſtringit. Fides non patitur forma, ſpecie, dimenſionibus, quantitate,
partium ſitu, & ſimilibus, uerū & noſtro cōſubſtantiale corpus omnino exui: ſiue
de his geometræ doceāt, ſiue non doceāt. Chriſtus qui diſcipulis manus et digitos
oſtendit, hanc ſuſpicionē euellit. Proinde mi Philippe, ad ſcripturas ipſe non acce
do, niſi fide primum armatus; nihil ſuperſtruo, niſi hoc fundamentū praiecerim,

A nullam uocem accipio, quæ Ieſum neget uel Dei uel hominis filiũ, & ſic in obſe-
quio Chriſti mancipiũ. Attendo non ſolũ quid ſonent uerba, ſed quid paſtor ille
optimus ſuis ouibus dicat, atq; id genuinã uerborũ proprietatẽ et ſimplicitatẽ iudi
co. Quod tibi quoq; neceſſe eſt ut probeſ. Nam alioqui non uideo, quid errorum
ſcripturis non cõfirmetur, quomodo hæretici unquã confutenſ, quid ſani proferri
queat, quando nam conſcientias conſolaturi ſumus? Hoc ſanè eſt τὸ ἐπίπεμπτον,
quod in ſanctiſſima oblatione adijciendum. Hæc erit in ſymbolis theologia ſince
rior, non ſi panem ſecerimus ſubſtantiue corpus Chriſti, uel ſub pane corpus dica
mus, uel corpus etiam ab impijs manducari dicamus: ſed ſi ex ſenſibilibus inſen-
ſibilia & inuiſibilia cognoſcamus, & externis relictis ad ſpiritualia proficiamus.
Verũ Deum et uerum hominẽ, Chriſtum fatemur: ſed corpori illius alium locum
aſſignamus, cui uos innumera loca, quod ueritati corporum non congruit. Aut ſi
corpus hic localiter contineri inficias itis, quid uolunt cõtentiones ueſtræ, quibus
abſurda refellitis, et multa loca uni corpori uindicatis, tot miranda cõfirmatis, ado
rationem requiritis, mireq; ut nodũ illum ſoluatis torquemini? Vnde autẽ habes
quod dicis, cõtendere nos corpus Chriſti tanquã in Tragœdia repræſentari? Cau
ſam certe noſtrã multo aliter proponimus. Iudę & infidelibus hoc eueniat, qui ue
ritatẽ non amant. Nobis aũt & fidelibus, per ſpiritũ Chriſti hæredibus, ampliora
& promiſſa ſunt & exhibentur. Multum ſanè inter ſacramentorũ ueritatẽ, & ſce-
nicam uanitatẽ intereſt. Videmus in theatris hiſtriones, puellis arrabones coniu-
gij tradere, & coniugij iura non conſtare. Videmus in nuptijs ſponſum, ſponſam
annulo ſubarrare, et nemo ſeparat quos Deus cõiunxit. Ridebimus ne ſponſam,
& eam theatricæ ſaltatriculæ cõparabimus? dicentes, annulũ habes, ſignum con-
iugij habes, ſpõſum non habes: niſi in annulo corporaliter ſponſum haberi dicas.
B Quas tu haberes gratias ei, qui te ſola aqua tinctum, & ab inuiſibili gratia alienũ
diceret? licet aquam non aſſereres eſſe ſpiritũ ſanctũ, uel gratiam eius, & negares
eam, utpote ratione non præditã, gratiæ ſpiritus capacem? Poſſis ne maiori contu
melia notari? Sic & nobiſcũ, ubi ſacramentorũ honos illæſus manet, ibi ficticiæ re
præſentationes non ſunt; ubi in ueritatis ac ſinceritatis azymo aguntur omnia, ibi
non ſola figura quæritur, ſed ſanctiſſimi ſœderis, & indubitato exhibendorũ pro-
miſſorũ conteſtatio fit, habet fides ſuã poſſeſſionẽ, habet hypoſtaſin, habet guſtũ
per ſpiritũ. Neq; enim humiliter ad panẽ uel uinũ reſpicitur, ſed exaltãtur interim
animi per fidem. Multum abeſt à ſcenica uanitate, qui Chriſtum ubiq; agnoſcit
ob immenſam eius maieſtatẽ, qui illum in corde ut in templo experitur propiciũ,
qui & in cœlis glorioſa carne regnantem, magna ſocietatis eius olim potiendæ fi-
ducia, celebrat, eaq; carne uegetatur ac paſcitur. Quomodo talis maxime in cœna
ἄχριστος reputabitur? Etiam nos non reijcimus promiſſionẽ, Ecce ego uobiſcũ ſum
uſq; ad conſummationẽ ſeculi; fatemur non defore Chriſtum, duobus in ſuo no-
mine congregatis. gaudemus enim eſſe inhabitatorẽ cordium tanta ſœlicitate, ut
& conſcientię quietæ, uiuaces ac beatæ ſint, & ultra nec eſuriant, nec ſitiant. Quid
igitur periculi denunciatur? quæ conſcientiarũ terriculamenta ſuperſunt, ubi nul-
lus accuſator auditur, nulla condemnatio timetur, omnia aduerſa manca ſunt, o-
mnis tentatio cedit? Quis mortuus Hector tantum ualet in tragœdia? Auguſtiora
igitur & diuiniora ſunt noſtra. Demũ in hoc potiſſimũ hæres: quũ Chriſtus unus
ſit Deus & homo, & humanitatẽ à diuinitate auellere neutiquã liceat, cõuinci, ut
etiam in cœna corpus Chriſti ſit præſens. Hic mi Philippe, plus periculi. Circun-
ſpecte enim de naturis in Chriſto loquendũ, ne pro una perſona, unam naturam
ſtatuamus, & dum humanitati plus quàm par eſt tribuimus, diuinitatẽ ac huma-
nitatẽ fœdemus, facientes ex diuinitate naturã quæ incrementum recipiat, & hu-
mano corpori ueram corporis ſubſtantiam adimamus, ſi ſit ἀσχημάτιστον. Aliter

c deuerbi, aliter de corporis natura loqui conuenit. Verbū proprio loco non tenetur, & ſupra omnē locū eſt. Si ita de corpore loquaris, corpus nequaq̄ erit. Inhabitat uerbum ſuum templū, & totum inhabitat: ſed ideo non eſt anguſtius, & nihilo minus etiam totum eſt in cœlo. Prodigioſe in hunc modum de corpore loqueremur. Quum Lazarus moreretur, non erat illi corpus uel humanitas Chriſti præſens, & nihilominus non erat ſeparata à diuinitate, quæ ubiq; præſens. de qua re Fulgētius ad Thraſi. lib. 2. copioſius: & Auguſtinus ad Dardanum, multisq; alijs in locis. Sunt autem & alia, quæ me mouent certiſſimis plerophorijs, ita ut (quantum ad hanc rem) coram Deo, extra periculum me eſſe cōfidam, utcunq; mundus abhorreat. Proinde tu, ut in alijs prudenter agis, in hanc harenam non niſi optime inſtructus progredere. Periculoſiorem enim tu mea oppugnando, quàm ego defendendo prouinciam ſubiturus es. Conſultius item & mihi uideretur, ſi breui aliquot uiri ſuper hac re in colloquium ueniant, id quod optas, & ego in uotis ſemper habui. Sed orandus Deus, ut citra contendendi libidinem & faſtum congrediantur, ne indigni diuina ueritate, maiore diſſidio laborare incipiant. Infeliciter certe libellis digladiatum eſt, qui uel innocentiſſimi à maledicis peſſime excepti ſunt. Quod ſi maior expectanda calamitas, et mutuis ſic concidemus uulneribus, nihil inde futurū uideo, quàm ut exarmatos fidei hoſtes, in noſtrum excidium iuuemus. Sed ut cōcludā, non eſt quod tantopere noſtra diſpliceant: nulla eſt *καινοτομία*, nulla uel ſcripturæ ſacræ, uel fide dignorum patrum deprauatio: nihil iacturę facimus, Chriſtum non diuellimus. Carne eius ſpiritualiter paſcimur & *μυστικῶς* manducamus: tantum elemento non plus tribuimus, quàm par eſt. Habes itaq; mi Philippe Oecolampadium, quamuis dogmate diſſentientem à te, ſemper tamē ac cōſtanter optima tibi precantē. Vale. OEC. Quid in hoc reſpōſo deſideras Nathanaël? Intellexiſtin'? NATH. Intellexi, & in aliquot locos digeſſi. Non

D cedis in amicitia. Miror autem, ſi ille nunc frater eſſe dedignetur. In cauſa non uis uideri tui ingenij uiribus fidere, uel uerbum Chriſti negligere, uel patres contempſiſſe. Auguſtinū per omnia tuum facis. Doces quo pacto ueteres à cœna reſurrectionem probent. Deinde oſtendis, quid ſit à proprietate uerborum diſcedere: & quomodo Chriſti corpus in cœlo, quomodo etiam in cœna repræſentet: addens quantum inter ſacramentorū ueritatem ac ſcenicam uanitatē diſtet, & quàm non diuellas humanitatem à diuinitate. Hęc fere capita ſunt Epiſtolę, quibus ego non poſſem contradicere, & miror ſi Melanchthonē nihil permouit. OECOL. Nihil profecit. Quid quod non ſolum ſtrenue cōtempſit, ſed & cum ſuis fraternitate indignos nos cenſuit? NATH. Hoc mihi errore ipſo grauius & peſtilentius uidetur. OEC. Fortaſſis non attendūt, quanti Chriſtus charitatē faciat. NAT. Quid ſi aliquando agnoſcant? OEC. Vtinam. Non enim tam male nos habet noſtra iniuria, atque nobis illorum dolet miſeria. Miſeri autem, qui charitatis expertes. Quis enim locus charitati, ubi propter doctrinam eos abieceris, quos meliora docere nequeas? NATH. Iudiciū hoc Chriſto relinquamus. Redeo ad Epiſtoām tuam, quam non per omnia clare intelligo. Nam & dicta patrum ſuccinctius indicaſti, & nonnulla in quibus hæſito, non adiecisti. Quid ſi idipſum & Melanchthonē remoretur? OEC. Non opinor. poterat enim coràm indicare, Hæc & illa minus ſolida ſunt. Sed eandem cantilenam canebat, hoc addens: Licet pro nobis ſtare Auguſtinus uideatur, ſe freros uerbo Domini et aliorum doctorū, à ſua ſententia non ceſſuros. NAT. Si uidit Auguſtinū uobis aſtipulari, indigne factū, quod pacem non uobiſcū inijt. Sed nondū ei ſatis perſuaſum erat, illum uobis aſſentiri. quod in de conijcio, quia nuper ędidit patrum ſententias, in quibus & Auguſtini dicta ut ſibi ſeruiāt uindicat. OEC. Non ignoro: uenerūt em̄ & in meas manus. ſed optaſſem illū reſpondiſſe Epiſtolæ meæ, quod plus cauſæ proderat [illegible] petit. Non

A enim,niſi inſenſatus ſim,multis me peti aculeis non ſentio. Nam licet nomē præ-
tereat,inuidioſiore tamen periphraſi traducit,quādoquidē præ alijs patrū ſenten-
tias exponendas ſuſcepi. NATH. Si offendit,quis prohibet,quominus & tu re-
ſpondeas?uel deeſt quod reſpōdeas? OEC. Abūde ſuppetit Nathanaël,& ſi nūc
ociū eſſet,refellerē pleraq;. NATH. Libellus paruus eſt,et putas diluendo non
ſufficere tempus? OEC. Argumenta autem non pauca ſunt. NAT. Nondū in
troſpexi penitus:titulo credidi,& bibliopolæ, qui aiebat ueterum ſententias indi-
care, tecum è diametro pugnantes. OEC. Ego autē legi & relegi totū, & multo
minus quàm putabā, ſententiarū reperi:ſed ſi uis etiam tibi ſuper hac re dabimus
reſponſum. Tu tamen prius bene relegito libellum:ipſe domū interim uadam,al-
laturus promptuarium ſententiarum mearum, è quibus oſtendam tibi, quàm in-
circunſpecte & ἀμυήτως in ſacris doctoribus uerſetur Melanchthon. NATH.
Non poteris horulam iſtam collocare melius.

PHILIPPVS MELANCHTHON FRI-
derico Myconio S. D.

MItto tibi locos ueterū ſcriptorū de cœna Domini, ut promiſi: qui teſtantur
illos idem ſenſiſſe,quod nos ſentimus:uidelicet,corpus & ſanguinem Do
mini uere adeſſe in cœna Dominica. Quanquā aūt fides non pēdeat ab humana
autoritate,ſed à uerbo Dei:tamen cum ſcriptura imbecilles à fortioribus cōfirma-
ri uelit,iuuat habere Eccleſiæ teſtimonia in omni genere tentationū. Vt eñ uiuos
libenter cōſulimus,quos iudicamus uſum aliquē habere ſpiritualiū rerū:ita & ue
teres,quorū ſcripta probantur,cenſeo cōſulendos eſſe. Sunt & aliæ cauſæ,cur ue-
terū teſtimonia non contemnā. Exiſtimo enim hoc cōmuniter ſenſiſſe Eccleſiam,
quod iſti ſcripſerunt. Neq; uero tutum eſt,à cōmuni ſententia ueteris Eccleſiæ di-
ſcedere. Quibuſdā ualde hebetes uidemur,quod in uerbis Euāgelij, HOC EST
B CORPVS MEVM, non uideamus metaphorā, nec intelligamus nos ab infinitis
quæſtionibus unius beneficio metaphoræ liberari. Videtur inſania eſſe,ſententiā
omnium longe abſurdiſſimam mordicus tenere,cum aliam commodiſſimam of-
ferat metaphora. Hi deſiderabunt in me iudicium hic etiam, quod in his teſtimo-
nijs hyperbolas & allegorias non deprehenderim. Ego uero non ignoro hæc σο-
φὰ φάρμακα, ut Poëta uocat,quibus medicantur has ſententias alij. Verum quid
non poterit eludi hac arte, ſi licebit allegorias cōminiſci noſtro arbitrio? Quidam
enim callidi homines totam religionis doctrinam hoc modo transformarunt in
Philoſophiam. Ego has ſententias autorum ſine gloſſematis nudas propoſui, ut
iudicium candido Lectori relinquerem,utrum de corporali præſentia loquantur,
an de ſola efficacia. Ego quidem ſtatuo eas ῥητῶς aſſeuerare,quod corpus Domi-
ni uere aſſit in cœna Dominica. Nonnulli ſine delectu maximum numerum te
ſtimoniorum congeſſerunt,in quibus pleraq; ſunt ambigua & obſcura. Nos tan-
tum ea recitauimus,quæ uidebantur eſſe quàm maxime perſpicua. Origenes lu-
dit ſuo more allegorijs,nec quicquam ex eo certi poteſt colligi. Apud Hieronymū
extant loci quidam,qui ut non magnopere muniant noſtram ſententiā,tamen ad
uerſarijs nihil patrocinantur. Apud Nazanzenū nullam ſatis claram ſententiam
reperi. Ex Baſilio citat Gracianus locum quendam, qui certe non aduerſatur no-
ſtræ ſententiæ. Damaſcenum non aſſcripſi,qui noſtram ſententiam copioſe defen
dit. Et quanquā non admodū uetus ſcriptor eſſe uideatur,tamen opinor eum ſcri
pſiſſe hoc quod diu iam ſenſerat publice Græca Eccleſia. Beſſarion multorū auto
rum nomina receſet, quē optarim potius intregras eorū ſentētias poſuiſſe:præſer
tim cum de re tanta iuſtā diſputationē inſtituiſſet, & in ijs locis uerſaret,ubi locu-
pletiſſimæ bibliothecæ fuerunt:& ita abundaret ocio,ut tam magnū librū & ple-

nas

C nas ἀμόλγας ληρῶν aduerſus Trapezontiū ſcripſerit. Quædam ex Auguſtino Gra
cianus intempeſtiue detorſit ad cœnam Domini, quæ citantur contra nos, & mul
Gracianus. tos uehementer exercent. Sed illum locum proprius inſpectum comperiemus ni
hil ad rem facere. Duos locos ad ſummum, nec amplius, proferunt iſti qui à nobis
diſſentiunt, ex ſcriptoribus ueteribus ad ſententiam ſuam confirmandam. Ego no
uum dogma, quod maximam ruinam rerum maximarū ſecum trahit, ſine firmio-
ribus teſtimonijs non uelim profiteri. Graue eſt enim ſuſtinere conſcientiam ex-
citatæ tantæ diſcordiæ. Caroloſtadius primus excitauit hunc tumultum, homo fe-
rus, ſine ingenio, ſine doctrina, ſine ſenſu cōmuni, quem nullum unquam huma-
nitatis officium aut intelligere aut facere animaduertimus, tantum abeſt ut in eo ſi
gnificatio aliqua ſpiritus ſancti animaduerſa ſit, imò extant manifeſta ſigna impie
tatis. In tota doctrina ſolebat ἰουδαΐζειν καὶ στασιάζειν. Damnabat omnes leges ab
Ethnicis cōditas, contendebat in foro, Ius ex Moſe dicendum eſſe, non intelligens
uim & naturam Chriſtianæ libertatis: totam illam fanaticam Anabaptiſtarū do-
ctrinam ſtatim initio τοῖν ἀμφοῖν amplectebatur, cum cœpiſſet eam in Germania
ſerere Nicolaus Stork. Et controuerſiam de cœna Domini, tantum odio Lutheri,
Nicolaus Stork. non aliqua pietatis opinione mouit. Etenim cum εἰκονομαχία ipſius à Luthero im
probata eſſet, cœpit iſte inflāmatus immani cupiditate uindictæ quærere cauſam
uēdibilē, qua Lutheri exiſtimationē prorſus obrueret. Bona pars Germaniæ teſta
ri poſſit, nihil me in hac re fingere. Quanquam ſi teſtibus opus ſit, libelli ipſius aduer-
ſus autorē dicent certiſſimū teſtimoniū. In his apparet hominē ne ratione quidem
aliqua in ſpeciem probabili motum eſſe ad ſcribendū. Quàm ſuauiter nugatur de
demonſtratione uocis τοῦτο? Quod affert ad cauſam tantam Eccleſiæ ueteris, aut
ullius magni autoris teſtimoniū? Quę uox eſt in tota diſputatione, in qua ſit aliqua
pietatis ſignificatio? Tantum uociferatur, ut nunc ſolent homines βάναυσοι in-
D ter pocula, qui nullis fabulis, niſi maxime profanis, delectantur. Ad hæc magnā li
brorū partem conſumit in conuicijs, & homo inſulſus ſtudet etiā urbanitatis lau-
dem auferre. Qui tam imparatus ad tantā cauſam accedit, is oſtendit ſe aliqua cæ-
ca cupiditate præcipitem ferri, non moueri ratione aut ſtudio pietatis. Atque hic eſt
huius fabulæ πρωταγωνιστής: nam poëta alius quiſpiā eſt, qui nulli cedit hanc lau-
dem inuenti dogmatis. Verū hęc de Caroloſtadio ſcripſi propter uicinos noſtros,
ut ſi quid autoritatis eſt in noſtro teſtimonio, admoniti caueāt ab iſto portento. Mi
ras enim artes tenet, & mire fucata officia quibus ſe inſinuat in hominū animos,
tametſi naturā diſſimulare non diu poteſt. Habet ingenium uehemens & inquie-
Vuiglephus. tum: quare ambitionē, iracundiā, & inuidiā cito prodit. Inſpexi & Vuiglephum,
qui ualde tumultuatur in hac cōtrouerſia: ſed deprehendi in eo multa alia errata,
ex quibus iudiciū de ſpiritu eius fieri poteſt. prorſus nec intellexit, nec tenuit fidei
iuſticiā. Inepte confundit Euangeliū & politica, nec uidet Euangeliū nobis conce
dere, ut legitimis omniū gentiū politijs utamur. Contendit presbyteris non licere,
ut poſſideāt quicquā propriū. Decimas nullis uult ſolui niſi docētibus, quaſi uero
Euangeliū uetet uti politicis ordinationibus. De dominio ciuili ſophiſtice et plane
ſeditioſe rixat̄. Ad eundē modū de cœna Domini ſophiſtice cauillat̄ publice rece-
ptā ſententiā. Apparet hanc cauſam & in ueteribus Synodis agitatā eſſe. Nam in
decretis citat̄ fragmentū ſymboli Epheſini non aſpernandū. Vtinā uero iſti qui au
toritatē Canonū defendūt, haberēt ueteres Canones de dogmatibus. Nunc enim fe
rè nullos habent, niſi nuper natos, de regno, de dignitatibus, & ſimilibus rebus, ni
Synodorū ueterū autoritas. hil ad Eccleſiā pertinētibus. Ego ueterū Synodorū autoritatē libenter ſequor: &
quantū exiſtimare poſſum ex his monumentis, quæ alicubi in hiſtorijs reperiunt̄,
uideo eas prudentiſſime & ſanctiſſime iudicaſſe. Nam Synodus Nicena Euange-
lium

A hum Ioānis mirabili diligētia introſpexit:& Gangrenſis ſynodus præclare intellexit uim & naturā Chriſtianæ libertatis,quæ contra fanaticos quoſdā homines,Pepuſianos opinor,ſimiles Anabaptiſtis noſtri temporis,de uſu politicarum ordinationū decreta plena pietatis cōdidit.Sed nihil opus eſt omnes ſynodos recenſere. Meo quidē iudicio magna eſt temeritas,dogmata ferere non cōſulta Eccleſia ueteri.Itaq; collegi hos locos de cœna Domini,ut in prōptu haberemus teſtimonia ueterum,in quibus affirmaŕ uere adeſſe corpus Chriſti in cœna Dominica. Vale.

Pepuſiani, Anabaptiſtis noſtris ſimiles.

CYRILLVS IN CAPVT XV. IOANNIS, VBI TRActantur hæc uerba:*Ego ſum uitis uera.*

NOn tamen negamus,recta nos fide charitateq; ſincera Chriſto ſpiritaliter cōiungi: ſed nullam nobis coniunctionis rationem ſecundū carnem cum illo eſſe,id profecto pernegamus,idq; à diuinis ſcripturis omnino alienū dicimus. Quis enim dubitauit,Chriſtum etiam ſic uitem eſſe, nos uero palmites qui uitam inde nobis acquirimus?Audi Paulum dicentem:Quia omnes unū corpus ſumus in Chriſto,quia & ſi multi ſumus,unū tamen in eo ſumus:omnes enim uno pane participamus. An fortaſſis putat ignotam nobis myſticæ benedictionis uirtutem eſſe?quæ quum in nobis fiat, nónne corporaliter quoq; facit cōmunicatione carnis Chriſti,Chriſtū in nobis habitare?cur enim membra fidelium,membra Chriſti ſunt?Neſcitis,inquit, quia membra ueſtra, membra ſunt Chriſti?membra igiŕ Chriſti,meretricis faciam membra?Abſit, Saluator etiā:Qui manducat carnē meam,ait,& bibit ſanguinem meū, in me manet & ego in eo. Vnde cōſiderandum eſt,nō habitudine ſolum(quę per charitatem intelligitur)Chriſtum in nobis eſſe, uerum etiam & participatione naturali.Nam quemadmodum ſi quis igne liquefactam ceram alij ceræ ſimiliter liquefactæ ita miſcuerit,ut unum quid ex utriſq; factum uideatur, ſic cōmunicatione corporis & ſanguinis Chriſti ipſe in nobis eſt
B & nos in ipſo.Non poterat enim aliter corruptibilis hæc natura corporis ad incorruptibilitatē & uitam traduci,niſi naturalis uitæ corpus ei coniungeretur.

CYRILLVS IN CAP. SEXTVM IOANNIS, VBI REPREhenduntur Iudæi,quod offenſi eſſent ſermone Chriſti, de manducatione carnis.

NAm cum oporteret eos qui diuinā uirtutē Saluatoris ac poteſtatē ſignorum miraculo perceperūt,ſermonē eius libenter ſuſcipere, & ſi qua difficilia uidebantur eorū ſolutionē quærere:cōtra omnino faciunt, & Quomodo poteſt hic carnē ſuam nobis dare,de Deo non ſine magna impietate cōclamāt:nec in mentē uenit, nihil eſſe impoſſibile apud Deū.Nam cū animales eſſent,ut ait Paulus,ſpiritalia intelligere nō poterāt, Sed fatuitas quædā tā magnū ſibi uideŕ myſteriū:ſed nos magnū queſo à peccatis aliorū profectū faciamus,& firmā fidē myſterijs adhibētes,nunq; in tā ſublimib. rebus, illud quomodo aut cogitemus aut ꝓferamus. Iudaicū eñ hoc uerbū eſt,et extremi ſupplicij cauſa.Ideo Nicodemus etiā cū diceret.Quomodo hæc fieri poſſunt?merito audiuit,Tu es magiſter in Iſraël,& hæc ignoras?Aliorū igiŕ,ut diximus,culpa ꝑdocti,cū Deus opereŕ,nō quęramus Quomodo? ſed operis ſui uiā atq; ſcientiā illi ſoli cōcedamus. Nā queādmodū quāuis nullus nouit quid nā ſecundū naturā Deus ſit,iuſtificaŕ tamen per fidem,cum credat præmia illum redditurū quærentibus eum: ſic etſi operū eius rationem ignorat.cum tamē fide omnia illū poſſe nō dubitet,non cōtemnenda probitatis huius premia cōſequeŕ.Ita profecto nos affici per prophetā Eſaiā Dominus ipſe hortaŕ: Non enim ſunt cōſilia mea,inquit,ut conſilia ueſtra:nec ſicut uiæ ueſtrę,uiæ meæ ſunt,dicit Dominus:Sed ſicut exaltatur cœlum à terra,ſic exaltatæ ſunt uię meæ à uijs ueſtris,& cogitationes meæ à cogitationibus ueſtris. Qui autem ſapientia &

C uirtute adeo excellit, quomodo non operabitur ita miraculoſe, ut operũ ſuorũ ra-
tio mentẽ noſtrã effugiat? Nónne uides quid ſępenumero mechanici faciũt? Incre
dibilia uidentur nobis nõnunquã enarrare, ſed tamẽ quia ſimilia ipſos feciſſe uidi
mus, poſſe peragi ab ipſis facile credimus. Quomodo igit̃ ſummis cruciatibus di-
gni non erũt, qui rerũ omniũ opificẽ Deũ ita cõtemnũt, ut, Quomodo, in operib.
ſuis dicere audeãt? quẽ totius ſapientiæ largitorẽ eſſe nõ ignorãt, quẽ omnia poſſe
ſcriptura nos docuit. Si uero tu ô Iudęe, Quomodo, etiã nunc clamas, hãc tuã im-
peritiã ego quoq; ſecutus, libẽter quomodo ex Aegypto exiuiſti rogabo, quomo-
do in ſerpentem Moſaica fuit uirga conuerſa, quõ lepra manus affecta, uno mo-
mento temporis in priſtinũ ſtatũ reſtituta iterũ fuit? quomodo in naturã ſanguinis
aquæ trãſierũt? quomodo patres tui per media maria ut per aridã effugerũt? quo-
modo per lignũ amaritudo aquarũ in dulcedinẽ recidit, quomodo è lapide fon-
tes aquarũ fluebãt? quomodo ſtetit Iordanis? quomodo ſolo clamore inexpugna-
bilis Iericcho cecidit? Innumerabilia ſunt in quibus ſi Quomodo quæris, uniuer-
ſam euertere tibi ſcripturã neceſſe erit, prophetarũ doctrinã & ipſius Moſi ſcripta
cõtemnẽti. Quare credidiſſe Chriſto potius uos oportuit, & ſi quid arduũ uideba
tur, ab eo humiliter petere, quàm ueluti temulentos exclamare, Quomodo poteſt
hic nobis ſuã carnẽ dare? Nónne uidetis, quia cum hæc dicatis, ſtatim cum iſta uo
ce arrogantia magna ſignificatur?

ET DEINDE.

AMen amen dico uobis, niſi mãducaueritis carnẽ filij hominis, & biberiti
eius ſanguinẽ, non habebitis uitam in uobis, &c. Miſericors certe ac mitis
Chriſtus eſt, ut à rebus ipſis uidere licet: non enim aſpere ad crudelitatẽ eorum re
ſpondit, nec ullo modo cõtendit, ſed uiuificantẽ huius myſterij cognitionẽ iterũ
atq; iterum in mentibus eorũ imprimere ſtudet. Et quomodo quidem carnẽ ſuam
D dabit ad manducandũ, non docet, quia intelligere illi non potuerunt. Quàm ma-
gna uero bona ſi cum fide manducabunt, adipiſcentur, id iterum atq; iterum ape-
rit, ut æternæ deſiderio uitæ ad fidem cõpellantur, per quam etiam doceri facilius
poterũt. Sic em̃ Eſaias dixit: Si enim, inquit, non credideritis, nec intelligetis. Opor
tebat igitur fidei primum radices in animo iacere, deinde illa quærere quæ homini
quærenda ſunt, illi uero antequã crederent importune quærebant. Hac igitur de
cauſa, Dominus quomodo id fieri poſſit, non enodauit: ſed fide id quærendũ hor
tatur. ſic credentibus diſcipulis, fragmenta panis dedit dicens, Accipite & mandu
cate, hoc eſt corpus meũ. Calicem etiam ſimiliter circuntulit dicens, Bibite ex hoc
omnes, hic eſt calix ſanguinis mei, qui pro multis effundetur in remiſſionẽ pecca-
torum. Perſpicis, quia ſine fide quærentibus myſterij modum nequaquã explana
uit, credentibus aũt etiam non quærentibus expoſuit. Audiant hæc qui ex arro-
gãtia nondũ Chriſti fidem ſuſcipere uolunt: Niſi manducaueritis, inquit, carnem
filij hominis, & biberitis eius ſanguinẽ, non habebitis uitam in uobis. Non enim
poſſunt cum ſanctificatione beatę uitæ fieri participes, qui per myſticã benedictio
nem Ieſum non ſuſceperũt. uita enim ſecundũ naturam ille eſt, qui ex uiuo patre
genitus eſt: ſed non minus corpus quoq; ſuum uiuificat. Coniunctũ enim ineffabi
liter eſt filio Dei, à quo uniuerſa uiuificantur, idcirco corpus ſuum dicitur, et unus
cum eo eſt. Nempe poſt incarnationẽ unus eſt, & unus manet abſq; diuiſione ul-
la, præterquã quod Dei patris uerbũ & templum à uirgine ſuſptũ, idem natura
nõ ſunt. Nõ em̃ eſt eiuſdẽ ſubſtãtæ uerbo Dei homo aſſumptus, unus tamẽ cum
illo eſt coniunctione ineffabili. Quoniã igitur Saluatoris caro uerbo Dei, quod na
turaliter uita eſt, coniuncta, uiuifica effecta eſt; quando eam comedimus, tunc ui-
tam habemus in nobis, illi coniuncti quæ uita effecta eſt. Hac de cauſa in exuſci-
tandis mortuis non ſolummodo uerbo atq; imperio ut Deus utebatur, uerum e-

etiam

Digitized by Google

A etiam carnem ſuam quaſi co operatricem nonnunquã adhibebat: ut re ipſa oſtenderet, carnem quoq; ſuam, quoniam ſibi coniuncta eſt, uiuificã eſſe, atq; fideles doceret ſuum, non alterius corpus eſſe. Nam quando ſynagogæ principis filiolã ſuſcitabat, manum eius apprehẽdit, ut ſcribitur, & erexit, dicens: Puella ſurge. Ita ut Deus & uerbo & carnis ſuæ tactu eam excitauit, unam ab uno ſe Chriſto Deo uidelicet atq; homine operationẽ producens. Quando etiam in ciuitatem Naim uocatam ingrediebatur, & efferebatur unigenitus matris filius iam mortuus, tetigit corpus eius, dicens: Adoleſcẽs dico tibi ſurge. Non ergo uerbo ſolum ſemper, ut diximus, uerum etiam tactu mortuos excitabat: ut oſtenderet corpus quoq; ſuum uiuificare poſſe. Quod ſi ſolo tactu ſuo corrupta redintegrãtur, quomodo non uiuemus QVI CARNEM ILLAM, ET GVSTAMVS, ET MANDVCAMVS? Reformabit enim omnino ad immortalitatem ſuam participes ſui. Nec uelis Iudaicè, Quomodo, quærere: ſed recordare, quãuis naturaliter aqua frigidior ſit, aduentu tamen ignis frigiditatis ſuæ oblita æſtuat. Hoc ſane modo etiã nos, quamuis propter naturam carnis corruptibiles ſimus, participatione tamen uitæ ab imbecillitate noſtra reuocati ad proprietatem illius, ad uitam reformamur. Oportuit enim certe ut non ſolum anima per ſpiritum ſanctum in beatã uitam aſcenderet, uerum etiam ut rude atq; terreſtre hoc corpus cognato ſibi guſtu, tactu, & cibo ad immortalitatem reduceretur.

CHRYSOSTOMVS IN SEXTVM CAPVT *Ioannis, Homilia* XLV.

QVando enim ſubit quæſtio Quomodo aliquid fiat, ſimul ſubit incredulitas. ita & Nicodemus perturbatus eſt, inquiẽs: Quomodo poteſt homo in uentrem matris ſuæ iterato introire? Idẽ & hi nunc: Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum? Nam ſi hoc inquiris, cur non idem in quinq; panum miraculo dixiſti? Quomodo eos in tantum auxit? Quia tunc tantum ſaturari curabant, non conſiderare miraculum. Sed res ipſa tunc docuit, inquies. Ergo ex eo & hæc credere oportuit, ei facilia factu eſſe. Propterea id prius fecit miraculum, ut per illud non eſſent amplius increduli his, quæ poſtmodum diceret. Illi quidem tunc temporis nihil ex his dictis, nos ipſius beneficij utilitatem cepimus. Quare neceſſario dicendum, quàm admiranda myſteria: & cur data ſint, & quænam eorũ utilitas. Vnũ corpus ſumus, et membra ex carne & oſſibus eius: quare initiati eius præceptis parere debent. Vt autem non ſolum per dilectionem, ſed re ipſa in illam carnem conuertamur, per cibum id efficitur, quem nobis largitus eſt. Cum enim ſuum in nos amorem indicare uellet, per corpus ſuum ſe nobis commiſcuit, & in unum nobiſcum redegit, ut corpus cum capite uniretur: hoc enim amantium maxime eſt.

B

CHRYSOSTOMVS IN CAPVT XXVI. MATTHAEI, *Homilia* LXXXIII.

VIgilandum igitur eſt: non enim paruum ſupplicium indigne communicantes expectat. Cogita, quanta indignatione aduerſus proditorem, aduerſus eos qui crucifixerunt ipſum mouearis: & caue ne tu quoq; corporis & ſanguinis Chriſti reus efficiaris. Illi acerbiſſime trucidarunt, tu poſt tot tantaq; beneficia ſordida ſuſcipis omnia. Non enim ſufficit ipſi hominẽ fieri, flagellis interim cædi: ſed nos ſecum in unam, ut ita dicam, maſſam reducit: neq; id fide ſolũ, ſed re ipſa nos corpus ſuum efficit. Qua igitur re mundiorem eſſe non oportet eum, qui hoc ſacrificio participaturus eſt? quos radios ſolares non deberet excedere manus illa, quæ hanc coronã pertractat? os, quod igne impletur ſpirituali? lingua, quæ cruentatur hoc admirabili ſanguine? Veniat in mentem tibi quo ſis honore honoratus,

C qua menſa fruaris. Ea nanq; re nos alimur, quã angeli uidentes tremunt, nec abſq; pauore propter fulgorem qui inde reſilit aſpicere poſſunt: & nos in unam cum illo maſſam reducimur, Chriſti corpus unũ, & caro una. Quis loquetur potentias Domini? auditas faciet omnes laudes eius? Quis paſtor unquã membris ſuis oues ſuas nutriuit. Multæ matres poſt partum alijs nutricibus infantes dederunt, quod ipſe facere noluit: ſed proprio corpore nos alit, & ſibi coniungit atq; conglutinat. Conſideremus autẽ, inquies, licet aperte ad omnes pertineat. Nam ſi ad naturam noſtram deſcendit, patet quoniã ad omnes: quod ſi ad omnes, & ad unumquenque profecto. Sed cur non omnes inde lucrũ conſecuti ſunt, inquies? Id certe non illius cauſa, qui maxime hoc optat, accidit, ſed eorum culpa qui eum ſuſcipere nolunt. Singulis enim fidelibus per hoc myſterium ſe cõiungit: & quos peperit, non alij nutriendos tradit, ſed ipſe ſtudioſiſſime alit. Hac etiam re tibi perſuadens, carnem illum tuam aſſumpſiſſe. Tanta igitur charitate atq; honore affecti non torpeamus. Non uidetis quanta infantes animi alacritate mamillas arripiũt, qua preſſione papillis infigũt labia? non minore cupiditate nos quoq; ad hanc menſam, & ad huius calicis ſpiritualem accedamus papillam: immo uero maiorẽ deſiderio, quaſi lactẽtes pueri gratiam ſpiritus ſugamus: unus ſit nobis dolor, una mœſtitia, ſi hoc alimento ſpirituali priuamur. Non ſunt humanæ uirtutis hæc opera, quæ tunc in illa cœna confecit, ipſe nunc quoq; operatur, ipſe perficit: miniſtrorũ nos ordinem tenemus, qui uero hæc ſanctificat, & tranſmutat, ipſe eſt.

CHRYSOSTOMVS DE DIGNItate Sacerdotum.

Ὢ τοῦ θαύματος· ὢ τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας· ὁ μετὰ τοῦ πατρὸς ἄνω καθήμενος, κατὰ τὴν ὥραν ἐκείνην ταῖς ἁπάντων κατέχεται χερσὶ, καὶ δίδωσιν αὑτὸν τοῖς βουλομένοις περιπτύξασθαι καὶ περιλαβεῖν. ID EST,

D O ingens miraculum. O magnam Dei beneuolentiam erga nos. Is qui ſedet ſuprà cum patre, illa hora omnium manibus detinetur, & dat ſe uolentibus circundare & complecti.

VVLGARIVS IN MATTHAEVM.

Οὐ γὰρ εἶπε, τοῦτό ἐστι σύμβολον, ἀλλὰ τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα, δεικτικῶς, ἵνα μὴ νομίσῃ τις τύπον εἶναι τὰ φαινόμενα. ID EST,

Non enim dixit, hoc eſt ſymbolum: ſed, hoc eſt corpus meum, demonſtratiue: ne quis putaret ea quæ cernuntur typum eſſe.

VVLGARIVS IN MARCVM.

CVm benedixiſſet, hoc eſt, gratias egiſſet, fregit panẽ, id quod etiam nos facimus, preces adiungendo, HOC EST CORPVS MEVM: hoc, inquam, quod ſumitis. Non enim figura tãtum & exemplar quoddam Dominici corporis panis eſt, ſed in illum conuertitur corpus Chriſti. Dominus eñ dicit, Panis quem ego dabo, caro mea eſt: non dixit, figura eſt carnis meæ: ſed, Caro mea eſt. Et iterũ: Niſi ederitis carnẽ filij hominis. Et quomodo, inquis, caro non uidetur? O homo, propter noſtram infirmitatem iſtud fit, quia enim panis quidem & uinum ex his ſunt quibus aſſueuimus, ea non abhorremus: ſanguinem uero propoſitum & carnem uidentes, non ferremus, ſed abhorreremus. Idcirco miſericors Deus, noſtræ infirmitati condeſcendens, ſpeciem quidem panis & uini ſeruat, in uirtutẽ autem carnis & ſanguinis tranſelementat.

HILARIVS LIBRO OCTAVO de Trinitate.

SI uere igit̃ carnẽ corporis noſtri Chriſtus aſſumpſit, & uere homo ille, qui ex Maria natus fuit, Chriſtus eſt, noſq; uere ſub myſterio carnẽ corporis ſui ſumimus,

A mimus,& per hoc unũ erimus,quia pater in eo eſt,& ille in nobis:quomodo uoluntatis unitas aſſeritur, cum naturalis per ſacramentum proprietas perfectæ ſacramentum ſit unitatis? Non eſt humano aut ſeculi ſenſu in Dei rebus loquendum, neq; per uiolentam atq; impudentem prædicationem cœleſtium dictorum ſanitati,alienæ atq; impiæ intelligentiæ extorquenda peruerſitas eſt. Quæ ſcripta ſunt legamus,& quæ legerimus intelligamus,& tum perfectæ fidei officio fungamur. De naturali enim in nobis Chriſti ueritate quæ dicimus,niſi ab eo diſcimus, ſtulte atq; impie dicimus. Ipſe enim ait: Caro mea uere eſt eſca, & ſanguis meus uere eſt potus. Qui edit carnem meam, & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in eo. De ueritate carnis & ſanguinis nõ relictus eſt ambigendi locus. Nũc enim & ipſius Domini profeſſione,et fide noſtra,uere caro eſt & uere ſanguis eſt. Et hæc accepta atq; hauſta id efficiunt, ut & nos in Chriſto, & Chriſtus in nobis ſit. An'ne hoc ueritas non eſt? Contingat plane his uerum non eſſe,qui Chriſtum Ieſum uerum eſſe Deum negant. Eſt ergo in nobis ipſe per carnẽ,& ſumus in eo, dum ſecum hoc quod nos ſumus,in Deo eſt. Quod autem in eo per ſacramẽtum communicatæ carnis & ſanguinis ſimus,ipſe teſtatur, dicens: Et hic mundus iam me non uidet,uos autem me uidebitis,quoniã ego uiuo,& uos uiuetis:quoniam ego in patre meo,& uos in me,& ego in uobis. Si uoluntatis tantum unitatem intelligi uellet,cur gradum quendam atq; ordinem cõſummandæ unitatis expoſuit, niſi ut cum ille in patre per naturam diuinitatis eſſet, nos contra in eo per corporalem eius natiuitatem,et ille rurſum in nobis per ſacramentorum ineſſe myſterium crederetur, ac ſic perfecta per mediatorem unitas doceretur: cum nobis in ſe permanentibus ipſe maneret in patre,& in patre manens ipſe maneret in nobis,& ita ad unitatem proficeremus:cum qui in eo naturaliter ſecundum natiuitatem æternam ineſt, nos quoq; in eo naturaliter ineſſemus,ipſo in nobis naturaliter permanente.

B Quod autẽ naturaliter in nobis hæc unitas ſit,ipſe ita teſtatus eſt: Qui edit carnem meam, & bibit ſanguinem meum,in me manet, & ego in eo. Sicut miſit me pater uiuens,& ego uiuo per patrem. Et qui manducat carnem meam, & ipſe uiuet per me. Viuit ergo per patrem:& quomodo per patrem uiuit,eodem modo nos per carnem eius uiuemus. Hæc ergo uitæ noſtræ cauſa eſt,quod in nobis manentem per carnem Chriſtum habemus, uicturi per eum ea conditione qua uiuit ille per patrem. Si ergo nos naturaliter ſecũdum carnem per eum uiuimus, id eſt, naturam ſuæ carnis adepti:quomodo non naturaliter ſecundum ſpiritum in ſe patrem habeat,cum uiuat ipſe per patrem? Item: Hæc autem idcirco commemorata ſunt à nobis,quia uoluntatis tantum inter patrem & filium unitatẽ hæretici mentientes, unitatis noſtræ ad Deum utebantur exemplo, tanquam nobis ad filium, & per filium ad patrem obſequio tantum & uoluntate religionis unitis,nulla per ſacramentum carnis & ſanguinis naturalis communionis proprietas indulgeretur,cum & per honorem nobis datum Dei filij,& per manentem in nobis carnaliter filium,& in eo nobis corporaliter & inſeparabiliter unitis myſteriũ ueræ ac naturalis unitatis ſit prædicandum.

CYPRIANVS AD CAECILIVM.

QVærendum eſt enim,ipſi quem ſint ſecuti. Nam ſi in ſacrificio,quod Chriſtus eſt,non niſi Chriſtus ſequẽdus eſt:utiq; id nos obaudire & facere oportet,quod Chriſtus fecit,& quod faciendum eſſe mandauit.

CYPRIANVS IN SERMONE DE COENA DOMINI: SI *tamen non fallit titulus,ſed cuiuſcunq; eſt autoris opus,apparet non eſſe recens ſcriptum.*

PAnis iſte quem Dominus diſcipulis porrigebat,non effigie,ſed natura mutatus, omnipotẽtia uerbi factus eſt caro:& ſicut in perſona Chriſti humanitas

 uidebatur,

A mus erat, ut ſitiens populus bibere non poſſet. Miſit Moſes lignũ in aquã, & ama-
ritudinẽ ſuam aquarũ natura depoſuit, quam infuſa ſubito gratia temparauit. Sub
Eliſæo propheta uni ex filijs prophetarũ excuſſum eſt ferrum de ſecuri, & ſtatim
m erſum eſt, Rogauit Eliſæũ qui amiſerat ferrũ, miſit etiã Eliſæus lignũ in aquam;
& ferrum natauit: utiꝗ; & hoc præter naturam factum eſſe cognoſcimus. Grauior
eſt enim ferri ſpecies, quàm aquarũ liquor. Aduertimus igitur maioris eſſe uirtutis
gratiam, quàm naturam. Et adhuc tantum propheticę benedictionis numeramus
gratiam. Quod ſi tantum ualuit humana benedictio, ut naturam cõuerteret: quid
dicemus de ipſa conſecratione diuina, ubi uerba ipſa Domini ſaluatoris operañ?
Nam ſacramentũ iſtud quod accipis, Chriſti ſermone conficitur. Quod ſi tantum
ualuit ſermo Eliæ, ut ignem de cœlo deponeret: non ualebit Chriſti ſermo, ut ſpe-
cies mutet elementorum? De totius mundi operibus legiſti: Quia ipſe dixit, & fa
cta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt. Sermo ergo Chriſti, qui potuit ex nihilo
facere quod non erat, non poteſt ea quæ ſunt in id mutare quod non erant? &c.
Hęc tam longa recitatio exemplorum clare oſtendit, autorem ſenſiſſe panem non
eſſe tantum ſignum, ſed naturam panis mutari. Gratianus citauit locum ex Au-
guſtino, qui male detortus ad cœnam Dominicam multos offendit. Quare ne
quis imprudens falleretur, duxi eum aſcribendum ac reponendum eſſe: prius re-
citabo totum caput, ut extat in libro Decretorum. Prima quidem hæreſis in diſci-
pulis Chriſti, uelut à duricia eius ſermonis facta eſt. Cum enim diceret, Niſi quis
mãducauerit carnem meam, & biberit ſanguinẽ meum, non habebit uitam æter-
nam. Illi uero non intelligentes dixerunt ad inuicẽ: Durus eſt hic ſermo. Quis eñ
poteſt manducare? dicentes, Durus eſt hic ſermo, ſeparauerũt ſe ab illo, et remanſit
cum duodecim diſcipulis. Diſcedentibus, illis inſtruxit, eos qui remanſerunt: Spiri
B tus eſt, inquit, qui uiuificat, caro nihil prodeſt. Verba quę locutus ſum ad uos, ſpiri
tus & uita ſunt. Intellexiſtis ſpiritualiter, ſpiritus & uita ſunt. Intellexiſtis carnali-
ter, etiam ſic illa ſpiritus & uita ſunt. ſed tibi non ſunt ſpiritus & uita, qui ſpirituali
ter non intelligis. ſpiritualiter intelligite, quæ locutus ſum. Non hoc corpus quod
uidetis, manducaturi eſtis, et bibituri illum ſanguinem, quem effuſuri ſunt qui me
crucifigent: Sacramentũ aliquod uobis cõmendaui, ſpiritualiter intellectũ uiuifi-
cat uos. Caro aũt non prodeſt quicꝗ;. Sed quomodo illi intellexerunt, ſic reſpõde
runt. Carnẽ quippe ſic intellexerunt, ſicut in macello uendiꝛ, aut in cadauere dila-
niaꝛ. Sciens aũt Ieſus, ait: Hoc uos ſcãdalizat, quia dixi, Do uobis carnẽ meã man-
ducare, & ſanguinẽ meum bibere. Si ergo uideritis filiũ hominis aſcendentẽ ubi
prius erat. Quid eſt hoc? hic ſoluit quod illos mouerat, hinc apparebit unde fuerãt
ſcandalizati, hic planè intelligent, Illi aũt putabant erogaturũ corpus ſuum. Ille di
xit ſe aſcenſurũ in cœlum, utiꝗ; integrũ: Cum uideritis filium hominis aſcendentẽ
ubi erat prius, certe uel tunc uidebitis, quia non eo modo quo putatis, erogat cor-
pus ſuũ: uel tunc intelligetis, quia gratia eius non conſumiꝛ morſibus. Item donec
ſeculũ finiaꝛ, Dominus ſurſum eſt: ſed tamen etiã hic nobiſcũ eſt ueritas Domini.
Corpus eñ in quo reſurrexit in uno loco eſſe oportet, ueritas aũt eius ubiꝗ; diffu-
ſa eſt. Hactenus recenſui totũ caput eo ordine, quo apud Gratianũ extat. Eſt aũt
ex uarijs locis conſutũ, quorũ aliqui intempeſtiue detorquentur ad cœnã Domi-
nicã. Nemo ignorat, quantũ referat, quo loco, qua occaſione aliquid dicatur: aut
multa aliter dici cum obiter ad aliquã rem alludimus, ꝗ; ubi tota de re inſtituiꝛ inte
gra oratio, Quare & nos expẽdere cõuenit, quo in loco, quo cõſilio hæ ſententiæ
ab Auguſtino dicanꝛ: quod cum fiet, intelligemus eas nõ refragari receptę ſenten-
tiæ de cœna Domini. Ac iure deſiderari diligẽtia poteſt in his, qui tot ſeculis docue
runt Eccleſias, & infinitas diſputationes de cœna Domini reliquerũt; neꝗ; tamen

C dederunt operam, ut huiuſmodi locos, qui poterant Lectorem non ſtultum offendere, uel patefacerent, uel refutarent. Ego Gracianum exiſtimo priuati uſus cauſa hos centones collegiſſe, qui poſtea, quia pontifices non curauerunt, ut haberet Ecclesia aliquam ſummam uel dogmatum, uel ordinationum Eccleſiaſticarũ, ab omnibus auide recepti ſunt. Nuſquam enim alibi extabat ullius ſynodi memoria, nuſq; ordinationes Eccleſiaſticæ perinde in unum aceruum collectæ reperiebantur. Porrò nemo nõ cupiebat ueteris Eccleſiæ acta & decreta cognoſcere. Sed apparet iſtum bonum uirum dum omnia conuerrit, quædam parum congruentia interdũ contexere. Certe hoc caput ex diſſimilibus locis coaceruatũ eſt. Nam initio uerſus aliquot ſumpti ſunt ex enarratione Pſalmi quinquageſimi quarti, ubi hæc extant uerba. Prima hęreſis in diſcipulis Chriſti uelut ad duritiã ſermonis ipſius facta eſt. Cum enim diceret: Niſi quis manducauerit carnẽ meam, & biberit ſanguinem meum, non habebit uitã in ſe: Illi non intelligentes dixerũt ad inuicẽ, Durus eſt hic ſermo, quis poteſt eum audire? dicentes, quia durus eſt ſermo hic, ſeparauerũt ſe ab illo. Et remãſit cum alijs duodecim. Tantũ ſumpſit ex enarratione Pſalmi quinquageſimi quarti. cætera quæ ſequuntur uſq; ad poſtremã periodum, mutuatus eſt partim ex enarratione Pſalmi nonageſimi octaui, partim ex cõmentario in ſextũ caput Ioannis, ubi Auguſtinus de fructu ſacramenti, ſeu de manducatione ſpirituali multa dicit, quę nos non inuiti amplectimur. Atqui hæc non impediunt manducationẽ ceremonialẽ. Nam ut uſus ſacramenti cognoſcendus eſt, ita etiam ritus à Chriſto inſtitutus retineri debet, ſicut uerbũ oportet retinere. Paulus enim inquit, Euangeliũ eſſe potentiã Dei ad ſalutẽ omni credenti, hoc eſt, fidem & ſpiritum ſanctum concipi per Euangeliũ, per uerbum & per ſacramenta. Neq; enim ſunt inſtituta ſacramenta tantum ut ſint profeſſionis noſtræ ſigna coram hominibus, ſicut toga ſignum Romani ciuis erat: ſed ſunt tradita, ut per ea coram Deo eri-

D gantur corda noſtra, & fidem concipiant. Adeſt Deus, & impellit ac mouet corda per hæc quæ auribus atq; oculis percipimus. Itaq; quæ de manducatione ſpirituali alicubi dicuntur, non impediunt ceremonialem. Nec ideo abroganda eſt Chriſti inſtitutio, quia ſine ſpiritu ſancto inutilis eſt: ſed illud magis conſiderãdum eſt, nec ſpiritum ſanctum contingere, niſi cum uerbo ac ſacramentis corda cõcipiunt conſolationẽ. Sed poſtrema periodus magis offendit, quam tamẽ cum uiderimus unde ſumpta ſit, intelligemus nihil ad hanc rem facere. Eſt aũt ſumpta ex cõmentario in ſeptimum caput Ioannis, ex initio triceſimi tractatus. Et ut intelligi poſſit, nullam ibi mentionem cœnæ fieri, integra ſententia ponenda eſt, ſic inquit Auguſtinus: Euangelij ſancti lectionem, de qua pridem charitati ueſtræ locuti ſumus, iſta quæ modo lecta eſt, hodierna conſequitur. Dominũ loquentem audiebant & diſcipuli & Iudæi, ueritatem loquentem audiebant & ueraces & mendaces, charitatem loquentem audiebant & amici & inimici, bonum loquentem audiebant & boni & mali. Illi audiebant, ſed ille diſcernebat. Et quibus ſermo prodeſſet, & profuturus eſſet, uidebat & præuidebat. In illis eĩ qui tunc erãt, uidebat: in nobis qui futuri eramus, præuidebat. Nos itaq; ſic audiamus Euangeliũ, quaſi præſentẽ Dominũ: nec dicamus, O illi felices, qui eũ uidere potuerũt, quia multi in eis, qui uiderunt & occiderũt. Multi aũt in nobis, qui nõ uiderũt & crediderũt. Quod enim precioſum ſonabat de ore Domini, et propter nos ſcriptũ eſt, et nobis ſeruatũ eſt, & propter nos recitat̃, & propter poſteros recitabit̃, & donec ſeculũ finiat̃. Surſum eſt Dominus, ſed etiã hic eſt ueritas Domini. Corpus eñ Domini in quo reſurrexit, in uno loco eſſe oportet, ueritas eius ubiq; diffuſa eſt. Dominum ergo audiamus: & quod ipſe donauerit, de uerbis eius & nos dicamus, &c. Vulgati codices habẽt: Hic eſt ueritas Dominus, corpus enim Domini in quo reſurrexit, uno loco eſſe po-

A eſſe poteſt: ſed homines non omnino rudes literarum facile iudicare poſſunt, hāc lectionē mendoſam eſſe. Plane habet aliquā ſedulitatis laudem Gracianus, quod non grauatus eſt tot autores excutere, & hunc ſententiarū aceruum undiq; ex tam uarijs locis congerere, ſed cum in hoc negocio, cōſcientiæ in diſcrimen uocentur, non eſt tutum huiuſmodi excerptis fidem habere. Interdum ſententiæ ſunt mutilatæ, interdū male detortæ. Idem enim alio dictū loco, non ſemper idem ualet. Neq; opus eſt procul exempla quærere: uel hæc una Auguſtini ſententia oſtendit, quantum ſuo poſita loco diſtet ab intellectu, quem parit in alio loco. Palàm eſt, Auguſtinum hic prorſus nullam mētionem cœnæ Domini facere. Iubet audire Chriſtum in Euangelio loquentē, quia ipſe corā nunc non doceat homines. Loquitur igitur de cōuerſatione uiſibili, qualē oportet eſſe docentis. Hanc negat competere Chriſto paſſim inter homines: quia oporteat uno in loco, uidelicet in cœlis perpetuam eius eſſe conuerſationē. Ne uerbū quidem hic de cœna Domini dicitur. Tantum negat conuerſationē uiſibilē, qualis eſt docentis, competere Chriſto paſſim. Hoc mihi quidē non uidetur apte ad cœnā Domini detorqueri. Ac ſi quis eſt, cui hic locus perſuadet, Auguſtinū ſenſiſſe quod corpus Chriſti nō ſit in cœna: is meo iudicio utitur coniectura leuiore, quàm res tanta poſtulat. Ego quidē nouū dogma in Eccleſia ſecutus, hanc cōiecturā profiteri non uelim. Tota oratio de perpetua conuerſatione loquitur: ex qua ſi unum uerſum trāſtulerimus ad alios præſentiæ modos, quomodo ſciemus Auguſtinū uoluiſſe hunc de alia re intelligi, quàm de qua in præſentia loquebatur. Vulgo aiunt uerba ſecundū ſubiectā materiam accipienda eſſe: quod ſi hic facimus, facile poterit intelligi, hunc locum non patrocinari his qui negant corpus Domini adeſſe in cœna. Non ignoro, multa paſſim occurrere dicta in ſcriptoribus, quæ ſuſpicax ingenium uarie afficere queant. Nam alias aliter

B loquuntur, cum in alio argumento obiter hanc rem attingunt, ſed non eſt iudicanda coniecturis hæc cauſa, certa & clara teſtimonia proferenda ſunt, ex quibus ueteris Eccleſiæ ſententiam colligamus. Si in religione ualebunt coniecturæ, omnia poterūt labefactari. Hæc eò dico, ut Lector expēdat, quomodo in hoc loco aliud Auguſtinus dicat, aliud per coniecturā ratiocinētur iſti, qui eum ad cœnam Domini transferunt. Cum autem Auguſtinus hic nullam mentionem cœnæ Domini fecerit, non eſt cauſa, cur hic locus offendat quenquā. Nullam hic diſputationem inſtitui, neminē decreui lædere, neq; quicquā dixi ad ullius contumeliam. Tantum hunc locum Auguſtini patefacere uolui, de quo ſæpe interrogatus ſum. Neq; quiſq; ægre ferre debet, quod in re tanta iudicaui, non temere fidē habendā eſſe uulgo citatis teſtimonijs, ſed conſiderandū eſſe, quo loco, quo conſilio, dicta ſint. Hæc cura mea non eſt reprehendenda in his qui ueritatē quęrūt. Nā ſi in foro arbitrant inciuile eſſe, non inſpecta tota lege pronūciare: multo magis in cōtrouerſijs religionis, decet nos integra teſtimonia requirere. Neq; uero quiſq; mihi perſuaſerit, Auguſtinū hoc loco ſic alligare corpus Chriſti ad unum locum, ut nuſq; alibi eſſe poſſe cōfirmet, præſertim cū ſcriptura nuſq; affirmet, Chriſtū ita uno in loco eſſe, ut alibi eſſe nō poſſit. Quid enim afferri poteſt, præter humanæ rationis iudicium: cur hoc modo includamus Chriſtū in unum locum? Quod ſi ſatis eſſe putaſſent ueteres, nunquam extitiſſent ullæ controuerſiæ, de præſentia corporis Domini in cœna. Quis ēn non uidit abſurda quæ cōſequebant? ſed omnes ita ſenſerunt, iudiciū rationis debere ſcripturę cedere. Et idem autor Ioan. 6. de Chriſto inquit: filiū hominis, tametſi uerſaret in terra, tamen in unitate perſonę in cœlo fuiſſe. uerba eius hæc ſunt: Chriſtus ergo unus eſt uerbū, anima & caro. Vnus Chriſtus filius Dei & filius hominis: Vnus Chriſtus filius Dei ſemper, filius hominis ex tēpore. Tamen unus Chriſtus ſecundū unitatē perſonæ in cœlo erat, quādo in

terra

A tis patiemur nos abſtrahi à ſcripturis, nihil habebimus præſidij in ulla tentatione. In afflictionibus iubemur petere, ſperare, & expectare auxilium à Deo. An nihil cauſæ habet hic ratio, cur reclamet? Non cernit præſentia Dei, ſi quid promiſit boni, uidetur alijs promiſiſſe: uidetur enim iraſci nobis propter peccata. Hic maxima rationi diſſenſio eſt, cum promiſſionibus. Quàm difficulter perſuaderi poteſt rationi, quod Deo ſimus curæ, quod afficiatur noſtris malis. Hoc uero multo etiam difficilius perſuadetur, quod propter Chriſtũ gratis, ſine noſtris meritis in gratiam recipiamur, exaudiamur, defendamur, & adiuuemur. Itaq; ſi hic uincent abſurda, quæ ſic rationi uidentur, ſi pluris fient quàm uerbum Dei, nullam conſolationem in afflictionibus habebimus. Nec pauciora abſurda in tali certamine incurrunt in oculos, quàm in quæſtione de cœna Domini: ſed hæc non mouent ocioſos animos. Illæ Geometricæ & Phyſicæ ſpeculationes magnum tumultum excitant in animo uacuo, & qui conſueuit rationes quærere de doctrina religionis, & id facimus omnes paulum modò ſtudioſi. Sed recurrẽdũ eſt ad ſcripturas, ubi cum non inueniam teſtimonium, quod corpus Chriſti neget adeſſe in cœna, aut interpretetur uerba cœnæ aliter, quàm ſonant uerba: non habeo rationem ſatis firmam nouæ ſententiæ docendę: præſertim quæ tanta ſcãdala excitat, quę ego ſcio non poſſe perferri, niſi habeamus firma & certa ſcripturæ teſtimonia. Me uero etiam alia multa in ſcripturis mouent, de Chriſto dicta, ut uere eum adeſſe poſſe ſacramento ſentiam. Nec uideo cauſam, cur non ibi uere adeſſe poſſit, ubi uere aliquid efficit. Conſtat autem ſacramenta ad hoc inſtituta eſſe, ut per ea Deus moueat & exuſcitet mentes ad credendũ. Non enim ſunt inſtituta, ut tantum ſint notæ ac ſigna profeſſionis, quæ diſcernant nos ab alijs gentibus, ut toga Romanos diſcernebat à Græcis, aut uarietas ueſtitus diſcernit monachos. Neq; parũ refert in hac controuerſia, uerum uſum ſacramentorum tenere: de quo magis proderat Eccleſias fideliter docere, quàm de Geometricis ſpeculationibus, quæ tantum reddunt mentes

B prophanas, non alunt fidem aut timorem Dei. Sed facio finem. non enim inſtitui diſputationem, ſed dum Auguſtini locum repono, hæc dicenda fuerunt, ut clare appareret illam ſententiam ad hanc controuerſiam nihil pertinere. OEC. Perlegiſtin' libellum? NATH. Etiam. OEC. Cenſes'ne adhuc illi reſpondendum? NATH. Maxime: non enim omnes æque patrum mentem tenemus, dum tu illos pro te, ille pro ſe ſtare contendit. OEC. Sed unde incipiendum putas, uel qua ratione? equidem magis concordię quàm contentioni ſtudeo, ſed illi ſecus uiſum: dumq; nimiũ urget, rapitur quò illum rapi doleo. NATH. Nihil magis ad conciliandos diuerſa ſentientes facit, atq; perſpicuam eorum quæ obijciuntur dilutionem ante oculos ponere. Id tibi curæ ſit: euentum Deo committas. OEC. Videtur res breuiore cõpendio effici. NATH. Quonã? OEC. Multa ſunt quæ etiam ipſi fatemur, nec eſt opus ut contra nos fruſtra pugnetur, quaſi ea negemus. Quædam etiam contra nos dicta putantur, quæ tamen pro nobis ſunt. Itaq; ſicubi panis ille Dominicus, & cœna ſancta, atq; θυσίαι ac φρικωδέσται & corpus Domini dicitur, non contendimus: nam & nos ſic appellamus, non ſolum quod à Domino Ieſu Chriſto ſanctè initiata & inſtituta, ſed etiam quod in ea ſanctificatoris ſpiritus ſancti mirificam operationem, fidelium pectora experiuntur. Item non dicimus panem hunc nudum quidem ſignum in cœna, ſed efficax quodammodo, operante ſpiritu ſancto in fideliũ cœtu: ut fiat nobilius quoddam ac ſanctius corpus, nobis Chriſto capiti in unum corpus coadunatiſ. Hoc cum dicimus, minime Chriſtum à cœna abeſſe aſſerimus. Ad hæc non auferimus è cœna, alimentum uitæ, carnem & ſanguinem Chriſti, & Chriſtum ipſum. Nam niſi animę noſtrę hoc pabulo fuerint paſtæ, nequaquam uitam habituræ ſunt. Præterea nunquam à nobis negatũ eſt, quin cœna etiam fidei ſeruiat, cum excitandæ, tum augendæ. Vbi

N enim

C enim memoria mortis Chriſti tanta pietatis deuotione recolitur, ubi promiſſiones
tantæ recitãtur, utiq; ſuſcitabula aſſunt fidei, tametſi omnia operatio ſpiritus ſancti
efficiat. Quamuis autem adijciamus, Dominum hæc & alibi abſq; ſymbolis ope-
rari, neceſſaria tamen ſacramenta ſunt, ut teſſeræ fidelium ab infidelibus. Demum
licet naturale corpus Chriſti in cœlo dicamus, non tamen diuinitatem, quæ præ-
ſens adeſt, à corpore Chriſti auellimus. NATH. Si hæc fatemini, uideo pleraq;
adducta non militatura aduerſum uos, & miror cur ita cõtra uos clamatũ ſit nunc
tot annis. OEC. Hæc etiã in reſpõſionibus, quas anno ab hinc quinto dedimus,
legere licet: ſed ſemper talia nobis obiecta ſunt, quaſi nobis ſit panis cõmunis, &
qualem piſtor coquit, uel ſignũ nudum abſq; promiſſionibus: unde & careamus
pabulo animarum, ſanctimonia, Chriſtoq; ipſo. Quæ omnia uaniſſime obiecta
eſſe, ſcripta noſtra teſtificant. NATH. Quid igitur præterea exigunt à uobis ad-
uerſarij, & quod eſt caput diſſenſionũ? Ex dictis enim liquet, utrinq; in confeſſo
eſſe, adeſſe Chriſtũ in cœna, manducariq; carnem & ſanguinẽ eius. OEC. Diſſi-
dium magis eſt de modo præſentiæ uel abſentiæ, q̃ de ipſa præſentia uel abſentia.
Nemo enim tam obtuſus eſt, qui aſſerat omnibus modis adeſſe uel abeſſe Chriſti
corpus. NATH. Nondum apparet, qua in re diſſideatis. OEC. Vrgent aliqui, pa
nem Dominicum eſſe ipſiſſimũ corpus Chriſti, ita ut quicunq; ſiue pij, ſiue impij
illo paſcantur, non ſolum panem & ſacramentum, ſed etiam corporaliter corpus
Chriſti manducent, ac in os ſtomachi tranſmittant. Nos uero cõtradicimus, & ele-
mentũ nequaq; in talem honorẽ euectũ aſſerimus, ut omniũ digniſſima creatura,
in unam naturalemq; illius ſubſtantiam ſe uniat: uel ita naturaliter in eo continea
tur, ut per ipſum, tanq; per medium cannalẽ, transfundatur gratia quam ipſe ſpiri
tus ſanctus fidelibus concedit: & contactu uel guſtu eius etiam impij, ipſum uerũ
D corpus Chriſti contingant ac edant, gratiæ'ue participes fiant. Habes ut ſcinda-
mur, & quorſum Chriſti, Patrumq; dicta, pro ſuo quiq; ſenſu accõmodent. Vide
nunc utrã ipſe malis ſequi ſententiã. NATH. Neutrã adhuc, ut ingenue fatear, e-
ligere ualeo: adeo lectus libellus iterũ me perplexũ reddidit. OEC. Non ſuccẽſeo
tibi: gratior enim hæc uox eſt, quàm ſi iureiurando teſteris te omnino eſſe confir-
matum, & alterã ut certiſſimã à te firmiter credi, ut quidã ſolent, quum neutrã re-
ceperint: uiri mẽdaces ac doloſi, irriſores Dei ac hominũ, digni ut etiã auferatur ab
eis talentũ quod acceperũt. NATH. Errare me poſſe ut hominẽ, ſcio: ut Chriſtia-
nus autem ab errore quàmprimum liberari cupio, eapropter nec obſiſto, nec con-
tendo, ſi quid certius offeratur. OEC. Auſpicata ſunt & hęc, liberũ igitur ſit quod
uoles rogare, uel ſi placet, totum expendere: ut ſicut amore ueritatis quædã reſpui
mus, ita quæ bene dicit, approbemus & nos. NATH. Exorditur, ueterũ teſtimo-
nia non eſſe aſpernanda: & male tutum eſſe, à communi ſententia ueteris Eccleſię
recedere. OEC. Certiſſimũ eſt: ſed quum hac uia olim incederemus, peſſime tra-
ducebamur à ſciolis, quaſi humanis traditionibus addicti uerbum Dei reliquiſſe
mus, quo tamen & ipſi potiſſimũ nitebamur. Nunc uideant quàm prudenter ipſi
præ ſua ſapientia omnes contemnant. NATH. Conqueritur, hebetes ſe haberi,
qui beneficio unius metaphorę, quã non uident in uerbis, Hoc eſt corpus meum,
à multis quæſtionibus liberari poſſent, malintq; abſurdiſſimã omniũ ſententiam
amplecti. OEC. Multum alioqui & præclare illorũ laudes prædicamus, hic con-
trouerſia non finit. Nihil nouum eſt, ſi etiam doctiſſimorum uirorum oculi interim
præſtringantur. Certe ſapientia non eſt, metaphoram, quam analogia fidei com-
mendat & exigit, negligere, & uere abſurda ſequi. abſurdum enim eſt, quicquid
fidei contradicit. NATH. At illi ſuam ſententiam fidei non putant contrariam.
OEC. Nón ne tibi indicatum eſt in Epiſtola mea, quàm contradicat illis fides?
Aliena enim à fide ſunt, uerbum uniri alteri naturæ, quàm humanæ, ſubſtãtialiter,

aliter

A aliter nos uiuificari, quàm Chriſti incarnati & paſſi ſpiritu: corpus Chriſti dimenſionibus exutũ eſſe, & id genus cætera conſectanea ſunt. NATH. Memor ſum, ſed ſub finẽ de hiſce plura. pergimus nunc. Sicut metaphorã in uerbis Chriſti non agnoſcit, ita non ſine aculeo, etiam teſtimonia patrum ſic ſimpliciter recipi uult, & allegorias ac hyperbolas σοφὰ φαλέρματα appellat: qua arte callidi homines, totam religionis doctrinã in philoſophiã hoc modo transformarunt. OEC. Sed quid ob tendet, ſi doctores ipſos ſuarũ ſententiarũ interpretes fecerimus? erunt'ne & tunc al tuta remedia? An non ubiq; gentiũ innocentiſſimæ fidei habetur, cõferre obſcura cum dilucidis, & incognita per notiora declarare? Quid tam facit ad contentiones ac hæreſes confirmandas, atq; troporũ omniũ contemptus? quid iterũ tantum obeſt erroribus, ut in tempore cõmõſtrare, quid ſimpliciter, quid obſcurius dictũ? Et illi quidem ubiubi reperiunt ſcriptum corpus uel ſanguinẽ, ſuum errorẽ firmari credunt, cum doctores ipſi indicarint, quomodo uelint uerba ſua accipi. Fidelis interpres, & à fraudibus & à tyrãnide cauet. Tyrannis eſt, tempeſtiuos negligere tropos, ſophiſtice autem & impoſtura, intempeſtiuos illos adhibere. Nos à cauſſis abſtinebimus, ipſi tyrannidem ne exerceant. NATH. Hoc gratũ erit & condu cibile. Philippus nudas abſq; gloſſematis autorũ ſententias propoſiturũ ſe pollice tur, relicto Lectori iudicio, an de corporali præſentia loquantur, uel ſola efficacia. OEC. Magis proderat, Lectorẽ ſimplicẽ genuino iſtarũ ſententiarũ ſenſu ex ipſis autoribus petito, non deſtitui: & profecto multo ſatius erat, quàm tam acerbas ap pendices adijcere, & tam iuuenili cenſura à libero iudicio iterũ reuocare. NATH. Si tu id præſtiteris, probe tuo fungeris munere. ille interim quod conducere puta uit, in mediũ attulit: & laudem meretur, quod dum alij confuſa & obſcura cõgeſſerunt, ipſe ea duntaxat recitat quæ magis perſpicua. OEC. Gratianus ſanè, Gui-

B mundus, Lanfrancus, & ex recentioribus quidã, parũ Lectori cõſuluerũt. At ſi de noſtra lucubratiuncula loquit, non attendit ſcopũ noſtrũ. Noluimus eñi, & nunc quoq; nolumus, ea duntaxat proferre, quæ pro nobis ſtare uidebant: ſed etiã uelle explanare, quæ contra nos facere uidebant, quod multo fidelius gratia Chriſti tra ctauimus, quàm ut à tot calumniatoribus carpi meruerimus. An aũt ita perſpicua ſint ſua, poſthac uidebimus. NATH. Tu Origenẽ quaſi tibi aſtipulantẽ citaſti? OEC. Etiã, nec pœnitet. NATH. At Melanchthon inquit, ex eo, utpote allegorijs ludẽte, nihil certi poſſe colligi. OEC. Non ignoramus illũ nimiũ eſſe in allegorijs, ſed eſt ubi dextre allegorias tractat, quas nemo Eccleſiaſticus ſine temeritate ſpre uerit. Eſt ubi non minus dextre uerſat in hiſtorijs, ut in libris cõtra Celſum, in qui bus etiã ſæpe eucharistiæ meminit, idq; ſecundũ noſtrã ſententiã. At ſi quis legat homiliã ſeptimã ſuper Leuiticũ, facile inueniet, tunc carnalẽ manducationẽ igno ratam, quæ ſi omnino, ut neceſſe eſt, nulla eſt: utiq; nec in pane caro carnaliter edi tur. Dicit enim: Si quis ſecundũ literã ſequatur hoc quod dictũ eſt, Niſi manduca ueritis carnẽ filij hominis & biberitis ſanguinẽ illius: litera occidit. & cætera, quæ ibi dicit, tanta cum aſſeueratione, cum quanta nuſq;. Non erat igitur negligendus. NATH. Nec magnopere curandus, quia & alia ſuſpecta ſcripſit. OEC. Sed in re eucharistiæ, nemo ueterũ notauit illum erroris. unde quod dicitur & de Tertullia no, nõ eſt cẽſendus in illis erraſſe, de quibus nemo ueterũ redarguit. NATH. Sed non dicit, Hoc non eſt corpus. OEC. Neq; nos id requirimus: ſed homini nõ con tentioſo ſatis eſt, cognoſſe carnalẽ carnis manducationẽ, ad literã quæ occidit ſpe ctare. NATH. Idem dicit & de Hieronymo, quod nihil nobis patrocinet. OEC. Nihil' ne? imò multũ, idq; multis in locis. Multa cõmonſtrare poſſem, in quibus ty pum ſanguinis, calicẽ uocat. Sed quia alibi ſimpliciter uocat corpus & ſanguinẽ, certiſſima requiramus. Iã nõ inueniemus certiora & apertiora, q̃ quæ ab ipſa uerborũ cœnæ expoſitione petunt. NATH. Recita. OEC. Dicit igitur in Matthæũ.

Digitized by Google

C HIERONYMVS SVPER MATTH.

POſtquam myſticũ paſcha fuerat impletũ, & agni carnes cum Apoſtolis comederat, aſſumit panem qui confortat cor hominis, & ad ueri paſchæ tranſgredit̃ ſacramentũ: ut quomodo in præfiguratione eius Melchizedec ſummi Dei ſacerdos, uinũ et panes proferens fecerat, ipſe quoq; ueritatẽ corporis et ſanguinis repræſentaret. NATH. Quid hæc patrocinantur? OEC. Nonne fidelem interpretem agebat Hieronymus? NATH. Quis negaret? OEC. Quæ ſunt fidelium interpretum leges? nunquid neceſſaria cognitu omittere, & commenta obſcuriora, & à ſaniore intellectu abducentia, adnotare? NATH. Quis hoc diceret? OEC. Quopacto igitur officij ſui immemor factus eſt Hieronymus? quare panem ſacramentũ facit? & nõ dicit, Tranſit ab agno myſtico ad naturale corpus ſuum? Quare item Tertullianũ imitans, exponit quod ſicut Melchizedec prolato pane & uino, ueritatem corporis & ſanguinis repræſentat? Sed fortaſſis obſeruatio hæc mea ſuſpecta eſt. Audi oro Bedam, qui ob ſingularẽ in tractandis ſcripturis fidem, Venerabilis appellatus eſt. Is tanquam paraphraſtes Hieronymianæ breuitatis, in ſuis ſuper Marcũ & Lucam commentarijs, mentem autoris probe & diffuſe explicat.

Interpretis fidelis officium.

BEDA SVPER LVCAM.

ET accepto pane, gratias egit, et fregit, & dedit eis dicẽs: Hoc eſt corpus meũ, quod pro uobis datur. Hoc facite in meam commemorationem. Finitis paſchæ ueteris ſolennijs, quæ in cõmemorationẽ antiquæ de Aegypto liberationis agebantur: tranſit ad nouum, quod in ſuæ redemptionis memoriam Eccleſia frequẽtare deſiderat. ut uidelicet pro carne agni uel ſanguine, ſuæ carnis ſanguinisq; ſacramentũ, in panis ac uini figura ſubſtituens, ipſum ſe eſſe monſtraret, cui iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, Tu es ſacerdos in æternũ, ſecundũ ordinem Melchizedec. Frangit autem ipſe panem quem porrigit, ut oſtendat corporis ſui

D fractionem, non ſine ſua ſponte futuram: ſed ſicut alibi dicit, poteſtatem ſe habere ponendi animam ſuam, & iterum ſumendi eam. Et ſicut de ueteribus terminandis egerat, ſic & de nouis incipiendis patri gratias agit, nobis pariter exemplum tribuens, in omni boni operis inchoatione uel perfectione patrem qui eſt in cœlis eſſe glorificandum. Quod autem dicit, Hoc facite in meam commemorationem: exponit Apoſtolus Paulus, qui cum uerba ipſius poneret, dicentis, Hoc facite in meam commemorationem, hoc eſt corpus meum quod pro uobis confringitur: & iterum, Hic eſt calix nouum teſtamentum in meo ſanguine, hoc facite quotieſcunq; biberitis in meam commemorationem: ſubiunxit exponendo, & ait, Quotieſcunque enim maducatis panem hunc, & calicem bibitis, mortem Domini annunciate, donec ueniat. Similiter & calicem poſtquam cœnauit dicens: Hic eſt calix nouum teſtamentum, in ſanguine meo, quod pro uobis fundetur. Quod dicit, Similiter & calicem, ſubauditur ἔπὶ τοιυῦ dedit eis. ut ſit plena ſententia: Similiter & calicem poſtquam cœnauit, dedit eis. Quia ergo panis carnem confirmat, uinum uero ſanguinem operatur in carne: hic ad corpus Chriſti μυστικῶς, illud refertur ad ſanguinem. NATH. Sunt ne hæc apud Bedam? OEC. Sunt. NATH. Non uidetur aliter intellexiſſe Hieronymum, quàm tu. dicit enim pro carne agni uel ſanguine, ſuæ carnis ſanguinisq; ſacramentum: non dicit ſuam carnem & ſanguinem. Et dicit in panis ac uini figura ſubſtituens, quod intelligo repræſentare eſſe. Et quomodo clarius diceret, quàm dum dicit, Quia ergo panis carnem confirmat, uinum uero ſanguinem operatur in carne, hic ad corpus Chriſti myſtice, illud refertur ad ſanguinem? Itaq; omnino ueriſimile eſt, Hieronymũ in tua fuiſſe ſententia. De Nazanzeno poſtea ſic inquit: Apud Nazanzenũ nullã ſatis claram ſententiam repperi. Dic Oecolampadi, habes ne tu clari quippiam? OEC. Habeo, ſed quid tandem illi ſatis clarũ eſt? NATH. Modo nobis non ſit obſcurũ, profer.

OEC.

A OEC. Legimus in ſermone de baptiſmo, *αἰδέσθητι τὴν μυστικὴν τράπεζαν ᾗ προσῆλθες, τὸν ἄρτον οὗ μετείληφας, τὸ ποτήριον οὗ κεκοίνωκας, τοῖς χριστοῦ πάθεσι τελούμενος.* Reuerere myſticam menſam, panem quem ſimul accepiſti, poculum cuius particeps fuiſti, Chriſti paſſionibus initiatus. NATH. Iniuato ſufficerent hæc: non ſum tam craſſus, quin uideam quid uelit. Menſam ponit, quam inſtruit pane & poculo: ſed illam myſticam uocat, nimirum quia initiati, Chriſti paſſionem meditantur, & annunciant, et ſe participes meriti Chriſti agnoſcunt: & non adiungit, Reuerere panem, qui eſt ipſiſſimus Chriſtus, ſed myſticum eſſe ſinit. OEC. Etiam ego ſic intelligo, contentus his quæ docentur. Tametſi alijs quoque in locis, de oblatione corporis multo ſecus quàm recentiores, ſed ut Cyprianus & alij ueteres, tradidit: ut in carminibus ad Epiſcopos.

Ὦ θυσίας πέμποντες ἀναιμάκτους ἱερῆες,
Ὦ ψυχῶν ταμίαι μεγακυδέες, ὦ μεγάλοιο
Πλάσμα θεοῦ χείρεσιν ἐν ὑμετέρῃσι φέροντες.
O ſacrificia mittentes incruenta ſacerdotes,
O animarum glorioſi cuſtodes, ô magni
Figmentum Dei in manibus ueſtris ferentes.

Vides quid ille de ſacerdotibus? Gratiarum actiones apud Deum, & populi curam commendat. Hoc enim inſinuat per incruentas uictimas, & magni figmentũ Dei in manibus. Et profecto nihil perſpicuum eſt apud ueteres pro defendendo illorum errore: proinde conſulto prætereunt. At non pauca illi habent pro nobis. Vis ut ego pro nobis quendam fide, patientia, ſanctimonia, eruditione, autoritate ſummum, adducam ex illis, qui perſpicua de his loquatur? NATH. Quid detre-
B ctarem? qui nihil aliud hoc die agere decreuerim. Sed quis ille? OEC. Athanaſius. NATH. Quis illum reſpueret? Quid dicit? OEC. In libro quo explanauit, Qui dixerit uerbum contra filium hominis, dimittetur illi: qui autem dixerit contra ſpiritum ſanctum, non dimittetur ei neq; in hoc ſeculo; neq; futuro, quædam ex ſexto Ioannis Capite enarrat. NATH. Recita.

ATHANASIVS IN LIBRO QVO EXPLANAT, QVI *dixerit uerbum contra filium hominis: &c.*

Καὶ αὐτὴ ἡ τοῦ ἀναγνώσματος παρατήρησις τοιαύτην ἔμφασιν τινὰ περιέχειν μοι δοκεῖ, καὶ δεικνύειν ἀμφοτέρας εἰς αὐτὸν φθάνειν τὰς βλασφημίας, καὶ περὶ ἑαυτοῦ εἰρηκέναι τόν τε υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τὸ πνεῦμα. ἵν᾽ ἐκ τοῦ μὲν τὸ σωματικὸν ἑαυτοῦ δείξῃ, ἐκ δὲ τοῦ πνεύματος τὴν πνευματικὴν ἑαυτοῦ καὶ νοητὴν καὶ ἀληθεστάτην θεότητα δηλώσῃ. καὶ γὰρ τὸ μὲν λαβεῖν δυνάμενον συγγνώμην, ἐπὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου συνέταξεν, ἵνα τὸ σωματικὸν ἑαυτοῦ σημαίνῃ. τὴν δὲ ἀσύγγνωστον βλασφημίαν εἰς τὸ πνεῦμα φθάνειν δεδήλωκεν. ἵνα πρὸς ταύτην πολλὴν τοῦ σωματικοῦ τοῦτο λέγων τὴν ἑαυτοῦ θεότητα δείξῃ. τοῦτον δὲ τὸν χαρακτῆρα καὶ ἐν τῷ κατὰ ἰωάννην εὐαγγελίῳ ἑώρακα. ὁπηνίκα περὶ τῆς τοῦ σώματος βρώσεως διαλεγόμενος, καὶ διὰ τοῦτο πολλοὺς ἑωρακὼς τοὺς σκανδαλισθέντας, φησὶ ὁ κύριος. τοῦτο ὑμᾶς σκανδαλίζει, ἐὰν οὖν θεωρῆτε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἀναβαίνοντα ὅπου ἦν τὸ πρότερον. τὸ πνεῦμα ἐστὶν τὸ ζωοποιοῦν, ἡ σὰρξ οὐκ ὠφελεῖ οὐδέν. τὰ ῥήματα ἃ ἐγὼ λελάληκα ὑμῖν, πνεῦμα ἐστὶ καὶ ζωή. καὶ ἐνταῦθα γὰρ ἀμφότερα περὶ ἑαυτοῦ εἴρηκε, σάρκα καὶ πνεῦμα, καὶ τὸ πνεῦμα πρὸς τὸ κατὰ σάρκα διέστειλεν. ἵνα μὴ μόνον τὸ φαινόμενον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀόρατον αὐτοῦ πιστεύσαντες μάθωσι. ὅτι καὶ ἃ λέγει, οὐκ ἔστι σαρκικά, ἀλλὰ πνευματικά. πόσοις γὰρ ἤρκει τὸ σῶμα πρὸς βρῶσιν, ἵνα καὶ τοῦ κόσμου παντὸς τοῦτο τροφὴ γένηται. ἀλλὰ διὰ τοῦτο τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀναβάσεως ἐμνημόνευσε τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ἵνα τῆς σωματικῆς ἐννοίας αὐτοὺς ἀφελκύσῃ. καὶ λοιπὸν τὴν εἰρημένην σάρκα βρῶσιν ἄνωθεν, οὐράνιον καὶ πνευματικὴν τροφὴν παρ᾽ αὐτοῦ διδομένην μάθωσιν. ἃ γὰρ λελάληκα ὑμῖν, πνεῦμά ἐστι καὶ ζωή, ἴσον τῷ εἰπεῖν. τὸ μὲν δεικνύμενον καὶ διδόμενον, ὑπὲρ τοῦ κόσμου δοθήσεται τροφὴ ὡς πνευματικῶς ἐν ἑκάστῳ ταύτην ἀναδίδοσθαι, καὶ γίνεσθαι πᾶσι φυλακτήριον, εἰς ἀνάστασιν ζωῆς αἰωνίου. οὕτω καὶ τὴν σαμαρεῖτιν ἀφέλκων ὁ κύριος ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν, πνεῦμα εἴρηκε

C τὸν θεὸν ὑπὲρ τοῦ μηκέτι σωματικῶς αὐτὸν, ἀλλὰ πνευματικῶς διανοεῖσθαι περὶ τοῦ θεοῦ. οὕτως καὶ ὁ προφήτης θεωρῶν τὸν λόγον γενόμενον σάρκα, εἴρηκε. πνεῦμα προσώπου ἡμῶν, χριστὸς κύριος. ἵνα μὴ ἐκ τοῦ φαινομένου νομίσῃ τις ἄνθρωπον ψιλὸν εἶναι τὸν κύριον, ἀλλὰ καὶ πνεῦμα ἀκούων, γινώσκῃ θεὸν εἶναι τὸν ἐν σώματι ὄντα. Porrò & ipſa lectionis obſeruatio talem quandam euidentem ſignificationem exhibere mihi uidetur, ac oſtendere utranque blaſphemiam in ipſum pertingere; deq́ eodem dictum eſſe, filium hominis & ſpiritum ſanctum, ut ex illo quidem oſtendat ſe corporeũ eſſe, ex ſpiritu autem ſpiritualem ſuam & mente perceptibilẽ ueriſſimamq́ deitatem monſtraret. Nam ueniam poſſe conſequi, ad filium hominis retulit, ut corporeum illum eſſe ſignificaret. Cæterum blaſphemiam non remittendam, declarauit pertinere ad ſpiritum: ut cum oppoſita diſtinctione, corporeum illud dicendo, & deitatem ſuam oſtendat. Hunc autem characterem ſermonis in Euangelio ſecundum Ioannem uidi, quando de corporis manducatione diſſerens, & ob hoc multos uidens offenſos, inquit Dominus: Hoc uos ſcandalizat? ſi igitur uideritis filium hominis aſcendentem ubi erat prius. Spiritus eſt uiuificans, caro non prodeſt quicquam. Verba quę ego locutus ſum uobis, ſpiritus ſunt & uita. Nam & hoc loco utraq́ de ſeipſo dicit, carnem ac ſpiritum: & ſpiritum ab eo quod eſt ſecundum carnem diſtinxit, ut non ſolum uiſibile, ſed etiam inuiſibile, quod in ipſo erat, credentes diſcant: quod & ea quæ dicit non ſunt carnalia, ſed ſpiritualia. Quod enim comedentibus ſuffeciſſet corpus, ut totius mundi alimonia fiat? Sed ea propter meminit aſcenſus filij hominis in cœlum, ut illos à corporali cogitatione auelleret, & poſthac diſcãt carnem dictam cibum cœleſtem, ſuperne uenientem, & ſpiritualem alimoniã quam ipſe det. Nam quę locutus ſum uobis, inquit, ſpiritus ſunt & uita. Quod idem eſt, perinde ac dicat, quod quidem oſtenditur occiditur, pro mundi dabitur alimonia, ut ſpiritualiter in unoquoq́ diſtribuatur, ac fiat omnibus conſeruatorium in reſur-
D rectionem uitæ æternæ. Sic etiam & Samaritanam abſtrahens Dominus à ſenſibilibus, ſpiritũ dixit Deum, ut neutra de Deo cogitaret illa corporaliter, ſed ſpiritualiter. Sic & propheta uidens uerbum factum carnem, dixit, Spiritus faciei noſtræ Chriſtus Dominus; ut ne ex eo quod uiſibilis eſt, putet quis Dominum eſſe hominem purum: ſed & ſpiritum audiens, cognoſcat Deum eſſe in corpore. Hæc tantus ille uir. Quid tibi de his uerbis uidetur? nonne in multis nobis ſuffragantur? NATH. Pleraq́ ſecus dicit quàm Lutherus, qui indignatur uobis ſupra modum, quod antidiaſtole carnis & ſpiritus debeat ad carnẽ & ſpiritũ Chriſti referri. iam uideo hoc non eſſe ueſtrũ cõmentũ. OEC. Etiã Auguſtinus & Cyrillus alicubi ſic exponunt, & Lutherus ipſe quoq́ in Sermone ſuper uerba, Caro mea uere eſt cibus. Et in Poſtilla, ſuper Dominicã ſeptuageſimę. NATH. Pulchre etiã docet, ut à ſenſibilibus ad cœleſtia ueniamus, & in unoquoq́ ſpiritualiter alimonia iſta diſtribuat̃, ubi alij corporaliter corpus manducari uolũt, ægreq́ ferũt quod aſcenſio eis obijciatur. Eapropter ſi ueteres audire non dedignati eſſent, & illum iure non reſpuiſſent, ponentẽ ueſtra duo illa pręcipua fundamenta, nempe ſpiritualẽ manducationẽ, & corporis aſcenſionẽ non pati cœnam qualem illi uolunt. OEC. Putas etiam Baſiliũ omnino tacuiſſe? NATH. Tu uideris. OEC. Hoc quod ad monachos ſcribit, de fide & deuotione habenda in ſumptione Euchariſtię, nihil curat Philippus: ſed quia tanta dicto illo tractant̃, utiq́ diligentius ab illis erat exponendum. Cæterũ quia olim tractauimus, affirmantes etiam tunc in Euchariſtia ſuſcitabula fidei charitatiſq́ eſſe myſteria, iſtud iam non repetimus. Hoc iterum addimus, quod & in ſua liturgia ac miniſterio, panem Dominicum libenter uocarit ἀντίτυπον: quod Damaſcenus parũ apto gloſſemate diluit, quaſi ſcilicet propterea quia conſecratur, deſinat eſſe exemplar. NATH. Vellem quod aduerſarij eos Patres qui pro ſe ſtant aduocaſſent, ſiquidem nihil contra uos militant. Nam ſi cauſa

uincunt,

A uincunt, quæ tanto ueterũ conſenſu, ut aiunt, confeſſa: quare etiã illi omniũ mini-
me ſuſpecti, nihil dicunt quod illis ſuffregetur? OEC. Etiã ſilentium ipſum, ſi qui
dem tantum eſſet, clamaret Patres illos minime ſuſpicatos unq; fore tam male ini-
tiatos Chriſtianos, quibus in mentẽ ueniat, tale quid credendũ præſcribere, quiq;
terminos quos ſtatuerũt moturi eſſent. NATH. Apparet. At Damaſcenus, cui ui-
detur non ignotũ quod olim ſenſit publicè Græca Eccleſia, probe Melãchthonis
ſententiam defendit, & Beſſarion etiam multorũ autorũ nomina recenſens, cum
illis facit. OEC. Nequaq; dixerim illos omnino rudes. Hunc glorioſiorem quàm
etiam fide digniorem dicũt: illum autem iudicio minus ualuiſſe, Melanchthon in
Hypotypoſibus teſtis eſt. & ſiquidem tam probe norũt illi quid ueteres ſenſerint,
quare papiſticã illam tranſſubſtantiationẽ aſſerunt, quam certe Melanchthon ne
quaq; approbat, & ueteribus ignotam cognoſcit. NATH. Quare illum non aſcri
pſerit, ſuſpicari feciſti. OEC. Neſcio an fortuito factum ſit. Nam ſi circumſpecte
feciſſet, neq; Theophylacti, quem Vulgariũ uocant, dicta citaſſet. Inuenire autem
poterat ex latinis recentioribus, ſubſidiarios tales: quales Anshelmi, Guimundi,
Lanfranci, Paſchaſij, Algeri, & id farinæ plurimi. Commendari poterant etiam no
ſtri Clichthouæi, Roſenſes, Eccij, ac Fabri, qui omnes eandem cantilenã canunt.
NATH. Sint autẽ quales quales illi, in hoc tamen ſtrenui. Noſtram enim, inquit
Melanchthon de Damaſceno, ſententiam defendet. OEC. Bellus profecto μελο-
ποιὸς eſt, & alibi acutus diſputator, ſerio loquor: ſed hic, & in alijs quibuſdam lan-
guidus ac imbellis miles. NATH. Quare hoc dicis? OEC. Argumentatur ut io-
mnes qui decipi merentur. NATH. Quomodo? OEC. Principio ſenſum ſuum
inferunt in ſcripturas, deinde ratiocinantur ab omnipotentia Dei: & quod teme-
re aſſerunt, ineffabilis cuiuſdã modi prætextu fucant & cõfirmant. Hæ ſunt huius
B & ſimilium inuictæ copiæ. Ab his ſcilicet diſcemus, quod nouum, quod uetus do
gma. NATH. Eſt ut dicis? OEC. Omnino. NATH. Infirmas itaq; lanugines il-
las, uel minima diuini ſpiritus aura difflabit. OEC. Vbi ingruerint turbines, non
ſubſiſtunt ædificia, quę ſuper harenam extructa. NATH. An non ſuper firmã pe
tram uerbi Dei ædificarũt omnes illi? OEC. Non aſſentior, quoties ſenſum ſuum
inducunt. Speciem enim uerbi Dei afferunt, uerbũ Dei non afferunt: id quod hæ
retici paſſim facere ſolent, omneſq; uolũt uideri uerbo Dei niti. NATH. Pruden
ter igitur agit Melanchthon, quod horum teſtimonia non aſſcribit. OEC. Pruden
tius mea ſententia facturus, ſi hoſtes pro hoſtibus habuiſſet, nullãq; taliũ hypera-
ſpiſtarũ feciſſet mentionẽ. Sanè Caroloſtadius & Vuiclephus Antichriſti hoſtes,
quos mox inſectatur, qualeſcunq; tandem ſint, certe non peſſimi mortaliũ, minus
flagellari, quàm iſti laudari merentᷓ. NATH. Abſtinuiſſe uelim hunc ab his mor-
ſibus, maxime cum ſcribat, ſe ſcriptis ſuis neminẽ uoluiſſe lædere. OEC. Profuiſ-
ſet cauſæ ſuæ: ſed quis ſapit omnibus horis? NATH. Pergamus igitᷓ ad alia. Vos,
inquit, ex ueteribus ſcriptoribus ad ſummũ duos locos, nec plures ad confirman-
dam ſententiã ueſtrã proferre: eſtis ne adeo teſtimoniorũ inopes? OEC. Dij melio
ra: iuſtior nobis teſtiũ eſt copia. neſcio tamen quos duos dicat, num Tertullianũ et
Origenẽ, uel aliud par quoddã. quamuis non à copia, ſed à fide teſtiũ, ueritas addi
ſcitur. Pluris enim apud me fuerit unica unius Auguſtini exactior ſententia, quàm
ſexcentorũ Lanfrancorum & Guifortorum teſtimonia. Verum ita ſolent Retho-
res, ut ſuam quidem cauſam magnificam, aduerſariorũ autem contemptiſſimam
reddant. Quid ſi uiſurus ſis in caſtris noſtris plurimos, quos ille ſuarum partium
autumat? NATH. Videre cupio, qui nam illi? OEC. Legito quæ de concilijs ſcri-
bit. NATH. Apparet hanc cauſam, inquit, & in ueteribus cõcilijs agitatã: nam &
in decretis citatur fragmentũ ſymboli Epheſini non aſpernandũ. OECOL. Bene
coniectat, agitatam dicit: ſed res poſtulabat aliquot teſtimonia recitari, quod non
facit.

C facit. Age ut cognoſcat nos etiã hac in re multo diligentiores fuiſſe, expendamus quid in illis actum ſit: ut debitur ꝗ ſententia noſtra antiquis Synodis nihil cõtradicere. Nunquam enim illas quantum ad dogmata attinet, paruifecimus: imò mire ſuſpeximus. NATH. Laudabo te ſi bona fide quædam inde citaris. OEC. Eam ob cauſam dudum ieram domum, græca iſta collectanea allaturus. NATH. Maxime mihi probantur Niceni et Epheſini cõciliorum dogmata. OEC. Et ego illis libenter ſubſcribo, & quæ in his acta ſunt recitabo. NATH. Præualebis igitur & tu grauiſſimorũ teſtimoniorũ, ſi aſtipulabũtur, numero. Examinatim tibi aduolabunt admirabiles ac diuini Patres. nam quales poſteritas non habuit, & fortaſſis nec habitura eſt, illis conſilijs interfuerunt. Quid igiť in illis, maxime Niceno, decretum? ego in meo codice preter ſymbolum fidei & capitula quædam, quæ tunc fortaſſis cõdere proderat, nihil lego, præſertim de eucharistia nihil inuenio. OEC. Non mirum eſt. In actis habent Græci & alia de Paphnutio, ac philoſopho quodam, deꝗ Conſtantino, quibus nos Latini caremus. Sanè quę citabimus, attentos requirunt. Quid enim de ſacramentis ſentiẽdum, probe docebit Canon. Leguntur duo capita, unum de baptiſmo, alterũ de cœna diuina: ambo legemus, & primum de baptiſmo. NATH. Recita primum Græce, & dein interpretator.

EX CONSILIO NICENO.

περὶ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος.

Τὸ βάπτισμα ἡμῶν, οὐ τοῖς αἰσθητοῖς ὀφθαλμοῖς κατανοητέον, ἀλλὰ τοῖς νοεροῖς. ὕδωρ ὁρᾷς; νόησόν μοι τὴν ἐν τοῖς ὕδασιν κρυπτομένην τοῦ θεοῦ δύναμιν, ἐν γὰρ πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρὶ βαπτίζεσθαι ἡμᾶς οἱ ἱεροὶ διδάσκουσι λόγοι. ἐν γὰρ πίστει τοῦ βαπτίζοντος, καὶ τοῦ βαπτιζομένου, διὰ τῆς ἱερᾶς ἐπικλήσεως πλήρη τοῦ ἁγιασμοῦ τοῦ πνεύματος, καὶ τοῦ θείου πυρὸς νόει τὰ ὕδατα. αὐτὸς γάρ, φησί, βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. κατέρχεται μὲν οὖν βαπτιζόμενος ὑπεύθυνος ἁμαρτημάτων, καὶ τῇ τῆς φθορᾶς δουλείᾳ ἐνεχόμενος. ἀνέρχεται δὲ ἐλευθερωθεὶς τῆς τοιαύτης
D δουλείας, καὶ τῆς ἁμαρτίας υἱὸς τοῦ θεοῦ, καὶ κληρονόμος χάριτι αὐτοῦ γεγονώς, συγκληρονόμος δὲ χριστοῦ, αὐτὸν ἐνδυσάμενος τὸν χριστόν. καθὼς γέγραπται, ὅσοι εἰς χριστὸν ἐβαπτίσθητε, χριστὸν ἐνεδύσασθε.

DE SANCTO BABPTISMO.

BAptiſma noſtrũ non ſenſibilibus oculis, ſed mentalibus conſiderandum eſt. Aquam uides? Conſidera diuinam uim, quæ in aquis latet. Nos enim ſpiritu ſancto & igni baptizari tradunt ſacra eloquia. Nam in fide eius qui baptizat, & eius qui baptizatur per ſanctã inuocationem plenas ſanctificatione ſpiritus, & diuini ignis cogita aquas. Ipſe enim, inquit, baptizabit in ſpiritu ſancto & igni. Itaꝗ deſcendit quidẽ is qui baptizatur, peccatis obnoxius, & corruptionis ſeruitute detentus: aſcendit autẽ ab ea ſeruitute & peccatis liber, filius Dei & hæres gratia Dei factus, cohæres autem Chriſti, ipſum indutus Chriſtum, ſicut ſcriptum eſt: Quotquot baptizati eſtis in Chriſtum, Chriſtum induti eſtis. Hucuſꝗ Canon. Vides hic in baptiſmo ſacramentorum rationem? Ex duobus enim quæ uario modo accipiuntur, unum efficitur. eſt enim ſenſibile & externum, eſt etiam inuiſibile & latens, quod per illud ſignificatur: non quod ſit ſubſtantialis uel perſonalis unio duarum naturarum, neꝗ enim aqua baptiſmi ipſe ſpiritus ſanctus eſt, uel ſpiritus ſancti gratia, quam in aqua intelligimus, ita ut duo illa unam nobis naturã ac ſubſtantiam conſtituant: ſed uno uocabulo ſignificans et ſignificatum recenſentur, ut dum uno uocabulo duo cõtinentur, quaſi in una natura partim ſenſuum, partim mentis ſeruiant uſui, minus tamen illis quàm huic. NATH. Hoc nimirum uidetur uelle Canon: Externis oculis aquam, internis uirtutem Dei contemplandã tribuit. Sed quomodo latet in illa diuina uis? OEC. Neꝗ hic craſſum licet intelligere, ita ut elementũ, rei ſummæ cuius non eſt capax, particeps fiat. Aqua enim quoniam inſenſata eſt, ac rationis expers, gratiam ſpiritus ſancti, cuius ſola mens domicilium eſt, in ſe non habet. Nam ut annulus nuptialem fidem in ſe non continet, ita

Canonis intellectus.

A tinet, ita nec illa tantam gratiã. Sed utentibus illo ſymbolo legitime, uere & abſq; damno gratia adeſt. Hoc Canon aperte habet, dicens: In fide eius qui baptizat & baptizatur, per ſanctã inuocationẽ plenas ſanctificatione ſpiritus & diuini ignis cogita aquas. Quibus uerbis monet, Vide quomodo lateat uis, quid ue gratię ſanctificationis ſit capax: quaſi dicat, Ad fidem reſpiciendum erit, ſi ſpiritus ſancti uaſculum inquiris. ſicut annulus per ſe non eſt capax fœderis, ſed in fide ſponſi & ſponſæ, per mutuam promiſſionẽ, cogita annulũ coniugalis fœderis indiſſolubile uinculum poſſidere. Et uident externi oculi nihil præter annulum, interni uero matrimonij uinculum. NATH. Hoc ſatis perſpicuum eſt. OEC. Obſerua interim per inuocationem, tantam gratiam & in fide conſecutũ iri. Vt autem ſpiritus ſanctus reformet ac innouet, & à peccatis purget pectus, conſcientiamq; ſerenet, ipſe nouit, Nam is modus ineffabilis eſt, quomodo ex ſaxeo corde carneum fiat, ex cæcoac bruto intelligẽs ac diuinarũ rerum conſcium. Satis enim miraculorum hic eſt. Hoc & Cyrillus dilucide tradit, reſpõdens Iuliano apoſtatæ, ridenti nos aqua à peccatis ſanctificari, quæ corporis morbos non tollat: & craſſius uim diuinam elemento nos tribuere ſuſpicanti. NATH. Oro ne graueris & id recitare. Multi enim ſumus ad hæc capienda parum exercitati, tibiq; nonnulli minus credunt.

OECOL. Libens narro, ut inde alia quæ Cyrillus uir doctiſſimus ſcripſit, rectius intelligantur.

CYRILLVS CONTRA IVLIAnum libro ſeptimo.

CVm prius depoſuerimus tenebras leuitatis Græcorum à mente noſtra, & dæmoniorũ turbis ualedixerimus, omnemq; ipſorum pompam & cultum prudentiſſime reſpuerimus, & tunc ueritatis lumine mentalem cordis oculum di-
B latauerimus, agnoſcentes eum qui natura & uere omniũ natiuitatis autor, & maximus rex ac Deus eſt: confitemur fidem in patrem et filium et ſpiritum ſanctum, & ita ad alterius uitæ exordium uenientes, ingreſſi ueræ pietatis ſemitas, Chriſto annuente iuſtificamur. Per illum enim nobis miſericors eſt pater, iuſtificante legis latore, & ab omni nos crimine liberante, & pœnam pręuaricationum remittente, & etiam in mente ſanctificante per ſpiritum ſanctum, & reformante nos modo quo ipſe nouit ad nouitatem mentis caſtę ac iuſtæ. Quis tum adhuc condemnet, uel quæ ſit macula, dicere non poſſum. Vides ibi quò ſpectet beatus Pater, cui ſanctificationem tribuat, quantam miſericordiam patri, quantum fauorem Chriſto, quantã efficaciã ſpiritui: reformandi autem modum Deo relinquat? NATH. Video. Recita nunc quæ de cœna Dominica traduntur.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΘΕΙΑΣ ΤΡΑΠΕΖΗΣ ΚΑΙ ΤΟΥ ἐπ' αὐτῆς μυστηρίου τιμίου σώματος καὶ αἵματος χριστοῦ.

Ἐπὶ τῆς θείας τραπέζης πάλιν κἀνταῦθα, μὴ τῷ προκειμένῳ ἄρτῳ, καὶ τῷ ποτηρίῳ ταπεινῶς προσέχωμεν, ἀλλ' ὑψώσαντες τὴν διάνοιαν, πίστει νοήσωμεν κεῖσθαι ἐπὶ τῆς ἱερᾶς ἐκείνης τραπέζης τὸν ἀμνὸν τοῦ θεοῦ, τὸν αἴροντα τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ἀθύτως ὑπὸ τῶν ἱερέων θυόμενον, καὶ τὸ τίμιον αὐτοῦ σῶμα καὶ αἷμα ἀληθῶς λαμβάνοντας ἡμᾶς πιστεύειν ταῦτα εἶναι τὰ τῆς ἡμετέρας ἀναστάσεως σύμβολα. διὰ τοῦτο γὰρ οὔτε πολὺ λαμβάνομεν, ἀλλ' ὀλίγον, ἵνα γνῶμεν ὅτι οὐκ εἰς πλησμονήν, ἀλλ' εἰς ἁγιασμόν.

DE DIVINA MENSA ET DE SACRAMENto precioſi corporis & ſanguinis Chriſti, ſuper illam.

ITerum etiam hic in diuina menſa, ne humiliter intenti ſimus ad propoſitũ panem & poculũ, ſed exaltata mente, fide conſideremus ſitum eſſe in ſancta illa menſa agnum Dei, tollentem peccatum mundi, qui non uictimarum more à ſacerdotibus ſacrificatur: & nos uere precioſum illius corpus & ſanguinem ſumentes credere, hæc eſſe noſtræ reſurrectionis ſymbola. Nam propter hoc neq; multum

C accipimus,ſed parũ, ut ſciamus quod hæc non ſatietati,ſed ſanctimonię ſeruiant. NATH. Gratificabere aduerſarijs tuis,prolato hoc Canone. Nonne iterum habebunt quo glorientur? Nonne illis aſſentiri uidetur? OEC. Fieri poteſt,ut aliquandiu glorientur. Palata enim uiciata pro ſolito ſapore iudicant. Tu ſi ſapienter contuleris, actum eſſe de illis teſtabere. Vide quomodo ſtatim eandem hic rationem eſſe uelit,quę & in ſacramento baptiſmi.quia inquit,Etiam hic:hoc eſt,ſicut de baptiſmo diſſeruimus,ita etiam hic fieri oportet. Vides hic panem & uinũ pro poni,caue ne ad illa ſpectes,mentalibus tibi oculis opus eſt:ſicutq; alibi fide conſideras latentem in aqua uim Dei,ita hic fide conſidera agnum tollentem peccata mundi,menſæ ſuperimpoſitum. Signanter dicit,ne humiliter intendamus. Quid eſt humiliter intendere? Nimirum iuxta ſenſus iudicare,et nihil amplius ſpectare, quàm quod obuiũ eſt ſenſibus. Humiles intellectu erant Capernaitę,qui carnem ſenſibus propoſitam uolebant, & carnali ac communi more mãducandam præci pi putabant. Nec minus humiles Semicapernaitæ,qui ſatis capiunt carnem Chriſti non communi modo manducandam poponi:ſed nihilominus ſenſibus, quod menti proponitur, carnaliter edendum dari uolunt. Atqui ſenſibus nihil proponi tur,ſublimiori modo adeſt, quàm quod ad ſenſus ullo modo pertineat. Oculi eñ carnei nec uiſibiliter nec inuiſibiliter obuiã habent in pane carnẽ:oculi aũt mentis pręſentẽ habent,etiã ſenſibus maxime abſentẽ. Mens enim altius euehitur. Quid ad ſenſus noſtros his quæ in tempore,in motu, & in loco præſentia ſunt,addictos pertinent ea quæ olim præterierunt,& iam non ſunt? ut quod Chriſtus paſſus eſt, & quod Chriſtus reſurrexit. Quid nunc ad ſenſus ea,quæ poſt multa tempora futura ſunt? ut quod reſurgemus, & Chriſti claritati configurabimur. Nihil horum ſenſus nunc capit,& tamen in ſacramento hæc aſſunt: ſed propterea ſenſus non decipitur,quia nihil ei proponitur. At mens apprehendit quæ olim facta, & quæ

D futura,& quæ loco abſunt,tanquam futura,dum uel in ſigno proponuntur: & ſiquidem ſpiritus ſanctus ſua operatione aſſit, etiam maximorum donorum capax fit,non ſolum mens,ſed & caro noſtra per fidem mentis,dum ſenſus menti ſeruit, & ſymbolo foris admonetur. Igitur menti non ſolum agnus pręſens,ſed is agnus, qui pro peccatis mundi occiditur,& qui reſurgit,quãuis olim occiſus ſit à Iudæis: illum oculis contemplamur,ut nunc ſinit noſtra mortalitas, & contemplando ac credendo mens accipit & manducat, fideq; panem ac uinum cognoſcit noſtræ reſurrectionis ſigna. & non aliter agnoſcit uere ſic ſignificatiua, niſi credat: nempe quod ſicut grana, quæ in terram cadunt mortua, multum fructum & panem nobis producunt, paniſq; frangitũt edatur & paſcat,inq; uita conſeruet:ita & mens cognoſcens,quod Chriſtus moritur,ut reſurgat,et reſurrectione ſua nobis quoq; reſurgendi autor fiat,credendo illorum donorũ particeps fiat. Hæc igitur qui credimus, accipimus corpus Chriſti, & ſacramentum corporis Chriſti uere. Caro enim eius in nobis eſt,& nos in illo:quia ſpiritus eius nos uiuificat,& membra capiti adunat, unde ut prior Adam mortis nobis autor,ita poſterior uitæ. Spiritualis enim mand ucatio per fidem efficit, ut maneamus in Chriſto,& ipſe quoq; in nobis,participatione etiã naturali. ſed de his poſtea. NATH. Dicit uere accipere cor pus & ſanguinem credentes,nonne ſatis perſpicue? OEC. Sed adhibe modum, ne humilius quàm par eſt ſapias et credas:hac fide tuum erit corpus,eritq; tibi cibus ac reſurrectio,ultra autem addit. Propterea parum accipimus de his, pane ſci licet & uino: ſufficit enim pãrum ad ſignificationem & eleuationẽ mentis. Atqui Chriſtus totus ſumitur, & pedes ac inteſtina cum capite agni in figura ut edantur præcepta ſunt. Non ſunt enim elementa hæc ordinata ad ſatietatem,ſed ad ſancti moniam, quæ nobis conſtat fide in Chriſtũ paſſum, non fide qua humiliter ſenti mus in pane corpus Chriſti latẽs. NATH. Mallẽ alios interpretes huius Canonis,

quàm

A quàm te:non quod uerbis tuis fidem non habeam,ſed expertus es,quàm difficile alijs perſuadeas. OEC. Etiam ſine calcare tuo id facturus eram. Obſeruaui enim & alios ſic de ſacramentis differentes, Nam & Chryſoſtomus in homilia,ante uerba quæ citat Melanchthon,ſic ſcribit.

CHRYS. IN HOMIL. LXXXIII.

Πειθώμεθα τοίνυν πανταχοῦ τῷ θεῷ, καὶ μηδὲ ἀντιλέγωμεν, κἂν ἐναντίον δοκῇ τοῖς ἡμετέροις λογισμοῖς καὶ ταῖς ὄψεσι τὸ λεγόμενον, ἀλλ' ἔστω καὶ λογισμῶν καὶ ὄψεως κυριώτερος αὐτοῦ ὁ λόγος. οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν αὐτοῦ μυστηρίων ποιῶμεν, μὴ τοῖς κειμένοις μόνοις ἐμβλέπωμεν, ἀλλὰ τὰ ῥήματα αὐτοῦ κατέχωμεν. ὁ μὲν γὰρ λόγος αὐτοῦ ἀπαραλόγιστος. ἡ δὲ αἴσθησις ἡμῶν εὐεξαπάτητος. οὗτος οὐδέποτε διέπεσεν. αὕτη δὲ τὰ πλείονα σφάλλεται. ἐπειδὴ οὖν ὁ λόγος φησί, τοῦτ' ἐστι τὸ σῶμά μου, καὶ πειθώμεθα, καὶ πιστεύωμεν, καὶ νοητοῖς αὐτὸ βλέπωμεν ὀφθαλμοῖς. οὐδὲν γὰρ αἰσθητὸν παρέδωκεν ἡμῖν ὁ Χριστὸς, ἀλλ' αἰσθητὰ μὲν τὰ πράγματα, πάντα δὲ νοητά. οὕτω καὶ ἐν τῷ βαπτίσματι, διὰ αἰσθητοῦ μὲν πράγματος γίνεται τοῦ ὕδατος τὸ δῶρον, νοητὸν δὲ τὸ ἀποτελούμενον ἡ γέννησις καὶ ἀνακαίνησις. εἰ μὲν γὰρ ἀσώματος ἦς, γυμνὰ μὲν αὐτά σοι τὰ ἀσώματα παρέδωκε δῶρα, ἐπειδὴ δὲ σώματι συμπέπλεκται ἡ ψυχὴ ἐν αἰσθητοῖς τὰ νοητά σοι παρέδωκεν. πόσοι οὖν λέγουσιν ἐβουλόμην αὐτοῦ τὴν μορφὴν ἰδεῖν, τὸν τύπον, τὰ ἱμάτια, τὰ ὑποδήματα, ἰδοὺ αὐτὸν ὁρᾷς, αὐτοῦ ἅπτῃ, αὐτὸν ἐσθίεις, καὶ σὺ μὲν ἱμάτια ἐπιθυμεῖς ἰδεῖν. αὐτὸς δὲ αὐτόν σοι δίδωσιν οὐκ ἰδεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ φαγεῖν καὶ ἅψασθαι καὶ λαβεῖν ἔνδον. Credamus igitur ubiq; Deo,ſed ne cõtradicamus,etiam ſi cõtrariũ uideatur noſtris rationibus et oculis,quod dicitur:ſed ſit etiã rationibus & uiſu magis ratus ſermo eius. Sic & in ipſius ſacramentis faciamus: ne ſolũ ſpectemus in ea quæ propoſita,ſed & uerba eius retineamus.Sermo enim eius decipere nequit,ſenſui uero noſtro facile imponitur, Ille nunq; excidit,iſte ſæpius labitur.Itaq; ſermo dicit,hoc eſt corpus meũ, & perſuadeamur & credamus, & mentalibus oculis ipſum uideamus.Nihil em̃ ſenſibile tradidit nobis Chriſtus:

B ſed res quidẽ ſenſibiles ſunt, omnia autẽ intelligibilia ſunt.Sic & in baptiſmo,per rem quidẽ ſenſibilem fit aquę donũ:quod autem perficitur,nempe regeneratio & renouatio,mẽte percipitur.Nam ſiquidẽ incorporeus eſſes,nuda hæc tibi omnia tradidiſſet dona:quia aũt corpori cõiuncta eſt anima tua,in rebus ſenſibilibus ea quę mente percipiuntur tibi tradidit.Quot nunc dicũt,uellem eius figurã uidere,ueſtes, calciamenta? Ecce ipſum uides,ipſum tangis,ipſum manducas,& tu quidem ueſtes uidere cupis?ipſe aũt ſe tibi dat non ſolũ ut uideas,ſed et ut manduces & tangas, & introrſum ſumas. NATH. Agnoſco imitationẽ Canonis: ſed quid, dum ille ſic urget ut uerbũ Dei præualeat rationi? Nonne hoc agit, ut reiecto omni tropo,rigorẽ literæ ſequamur:& ſi tropũ admiſerimus,rationẽ nõ Chriſtũ audiamus? OEC. Non huc tendit oratio, Petrus peruicacior erat,ſuum diuino ſenſui præferens. Tales & hodie ſunt, qui nihil niſi terrenũ ſectantes dicunt, Quid hic præter panem & uinum? quæ illic Domino ſeruitus exhibetur? Spectant ſolũ quod proponitur:quò autem uerbum ducat Dominicũ,non curant, & mente Chriſtum ac eius merita non conſiderant. Si ad hæc reſpexeris, ſequentia uerba cohærebunt. Nihil enim ſenſibile, inquit, tradidit Chriſtus, licet dederit panem ac uinum? non quod panis & uinum non ſint ſenſibilia, ſed quod in illis mentem hærere noluit. Nam in ſuum corpus,quod eſt panis uitæ ſubuehit,dicẽs,Hoc eſt corpus meum: perinde ac dicat,Hoc licet panis ſit,ſignificat tamen tibi corpus,& quid illo perficiam te docebit.Quæ non uides,mente comprehendas. Vnde & in baptiſmo ſimilis eſt mentium exercitatio. At ſi dicas,quid ad hoc nobis opus pane? Reſpondet: Corporei ſumus,& huiuſmodi ſymbolis opus habemus, quibus admoneamur & congregemur. νοητὰ enim uocat, quæ mente percipiuntur & intelligibilia. Vnde ex hac intelligentia poſteriores ſermones apud Chryſoſtomũ omnes clari ſunt.Chriſtũ uidemus,ſed quibus oculis? animi:tangimus, ſed quibus manibus? animi:mãducamus, ſed quibus dentibus? animi. nihil enim ſenſibile tradit. Vera

Digitized by Google

A quæ iam intelligimus, operatione graui onerati ſumus: ſed pauca quædã pro multis, eademq́ factu facillima, & intellectu auguſtiſſima, & obſeruatione caſtiſſima, ipſe Dominus, & apoſtolica tradidit diſciplina, ſicuti eſt baptiſmi ſacramentum, & celebratio corporis & ſanguinis Domini. Quæ unuſquiſq́ quum perceperit, quò ferantur imbutus agnoſcit, ut ea non carnali ſeruitute, ſed ſpirituali potius libertate ueneretur. Vt aũt literam ſequi, & ſigna pro rebus quæ his ſignificantur accipere, ſeruilis infirmitatis eſt: ita inutiliter ſigna interpretari, male uagantis erroris eſt. NATH. Quid ad tam aperta uel mutire poſſunt? OEC. Alij reſpondent: Stet pro illis Auguſtinus, Eccleſia autem & omnes alij nobis aſtipulantur, quaſi ſcilicet Eccleſiæ mentem ignoraret Auguſtinus. Alij uero ſubargutantur, et dicũt: Hoc de celebratione & actione dicit, non de ſacramento corporis. NATH. Tales mihi ſponte peccare uidentur, eſſeq́ indigni uenia. Oportebat uel ex uerbo celebrandi admoneri, quàm putam ac ſpiritualẽ eſſe noſtram ſeruitutem deceat, & diſſimulamus, fingimusq́ quaſi alio reſpiciat. Nunquam potero illorum ſequi friuolas nugas. OEC. Etiamſi non contemnantur, poterunt ex eodem libro iterum confundi. NATH. Quo dicto? OEC. Sic legitur cap. 16.

AVGVSTIN. LIB. III. CAP. XVI.

SI autem flagitium aut facinus iubere uidetur, figurata locutio eſt: Niſi mãducaueritis carnem filij hominis, non habebitis uitam in uobis. facinus uel flagitium uideť iubere. Figura ergo eſt, præcipiens paſſioni Domini cõmunicandum: & ſuauiter atq́ utiliter in memoria recondendum, quod pro nobis caro eius crucifixa & uulnerata ſit. NATH. Nec hæc dicta diluerint facile, qui Auguſtinum

B non totum reijciunt. OEC. Eſt quod ganniant: Illis ſolum facinus præcipi, qui ut Capernaitæ quaſi è macello cadauer deuorare cogitent. NATH. Fucus eſt. Etenim ſi ſacramentalem illum modum, quem dicunt, manducandi noſſet Auguſtinus, recte aſſcripſiſſet, eſſe modum quo caro edatur carnaliter, citra crudelitatem & flagitiũ: ſed tantum ſpiritalem hunc modũ, à catholicis edoctus erat. OEC. At contendendi apud illos nullus finis. Age adhuc apertius oſtendã ex Heſychio presbytero Hieroſolymitano, quid ſentiendum ſit, et quomodo exaltanda mens.

HESYCHIVS LIB. VI. CAP. XXII.

in Leuiticum.

QVi comederit de ſanctificatis per ignorantiam, addet quintam partem cum eo quod comedit, & dabit ſacerdoti in ſanctuariũ, nec contaminabunt ſanctificata filiorũ Iſraël, quæ offerunt Domino: ne forte ſuſtineant iniquitatem delicti ſui, cum ſanctificata comederint. Ego Dominus, qui ſanctifico eos. Sancta ſanctorũ ſunt proprie Chriſti myſteria, quia ipſius eſt corpus, de quo Gabriel ad uirginem dicebat: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi, ideo quod naſceť ex te ſanctũ, uocabiť filius Dei. Sed & Eſaias, Sanctus Dominus & in altis habitat: in ſinu uidelicet patris. Ab hoc em̃ ſacrificio nõ ſolũ alienigenas & inquilinos & mercenarios prohibuit, ſed & ne per ignorantiã perciperẽ præcepit. Per ignorãtiã aũt percipit, qui uirtutẽ & dignitatẽ eius ignorat, nempe qui neſcit quod corpus hoc & ſanguis eſt ſecundũ ueritatẽ, ſed myſteria quidẽ percipit, neſcit aũt myſteriorũ uirtutẽ. Ad quem Salomon dicit, uel magis ſpiritus qui in eo erat: Quando ſederis ut comedas cum principe, diligenter attende quæ poſita ſunt ante te. Aperte & ipſe cõpellens et cogẽs ignorantẽ, addere quintã partem. Hæc em̃ Quinta addita, intelligere nos intelligibiliter diuina & myſtica facit. Quid ſit aũt Quinta, ipſa te uerba legiſlatoris docere poſſunt. Ait em̃, Addet quintam partẽ cum eo quod comedit. Et quomodo eius quod iam comedit & cõſumpſit, addere quis quintã poſſit: neq́ enim aliud aut aliunde, ſed de ipſo & cum eo,

O 3 uel ſicut

C uel ſicut LXX. ſuper ipſum iubet, adde Quintā. Ergo Quinta eius ſuper ipſum ſer-
mo eſt, qui prolatus eſt ab ipſo Chriſto, ſuper Dominicū myſteriū. Ipſe eñ liberat
nos ab ignorantia, & additus prohibet ne carnale quippiam & terrenum de ſan-
ctis arbitremur: ſed ſancit, ut diuine ea & ſpiritualiter accipiamus, quod Quinta
proprie nominat̄. Quia qui in nobis eſt diuinus ſpiritus, & ſermo quem tradidit,
ſenſus qui in nobis ſunt cōponit, & non ſolum noſtrū guſtum producit ad myſte
riū, ſed & auditū & uiſum & tactū & odoratū, ita ut nihil in eis minori rationi &
infirmæ menti proximū, de his uidelicet quę ualde ſuperna ſunt, ſuſpicemur. Qui
cunq; ergo ſanctificata per ignorantiā comederit, ignorans eorum uirtutē, ſicut di
ximus, addet Quintā eius ſuper eo, dabit ſacerdoti in ſanctuariū. Sanctificationē
enim myſtici ſacrificij, & à ſenſibilibus ad intelligibilia translationē ſiue cōmuta-
tionē, ei qui uerus eſt ſacerdos, uidelicet Chriſto oportet dari: id eſt, ipſi de eis mi-
raculum cedere & imputare, quia per eius uirtutē, & prolatū ab eo uerbum, quæ
uidentur tam ſanctificata ſunt, ut cunctū carnis excedant ſenſum. Recte ergo ad-
didit: Nec cōtaminabunt ſanctificata filiorū Iſraël, quæ offerunt Domino, ne fortè
ſuſtineant iniquitatem delicti ſui, cum ſanctificata comederint. Qui enim Chriſto
ſuorum myſteriorū ſanctificationē imputant, & addētes ſibimetipſis Quintā quæ
prolata eſt, uidelicet uerbū eius, quod producit ſenſus noſtros ad ſublimiora: non
contaminant ſancta ſanctorum, utpote qualia oportet de eis intelligentes, ſed nec
inducunt ſuper ſe iniquitatem delicti in comedendo ſancta ſanctorum. Nec enim
ut ad cōmunem accedunt cibum, ſed ſicut ad myſticum et terribilem ac cœleſtem
accedunt: ad quem qui temere accedunt, non ſimpliciter peccant, ſed iniquitatem
delicti ſui portare dicuntur. Delictū autem proprie à legiſlatore dicitur peccatum,
quod in Deum committitur: & ea quæ ad hoc pertinent, in ſacrificijs quæ pro de
lictis offeruntur pridem oſtendimus. Vnde & nunc quum dixiſſet, Ne fortè ſu-
D ſtineant iniquitatē delicti ſui: recte ſubdidit, Ego Dominus qui ſanctifico eos. o-
ſtendens quod delictum, id eſt, impietas in Deum, incompetens ſanctorum per-
ceptio appellatur. Tendit enim ad Deū ſanctificantē eos, qui modo quo oportet
conſumunt, & qui ſanctificationis cauſa, non autem contaminationis propoſuit
ſuum myſterium. Admirari autem nimis legiſlatorē oportet, quod et ubiq; diſcre-
tione uſus eſt, & Dominicum myſterium ſignificans ſecundum LXX. duntaxat
tranſlationem, ſanctorum ſancta illud appellauit, quia ſacrificium ſancti ſancto-
rum eſt. Iſraël autem addens, fidelem populū per hoc ſignificauit, id eſt, eum qui
per myſticum hoc ſacrificium Deum uidet, & propterea proprie Iſraël appellatur.
Hij quæcunq; conſecrant Domino, id eſt, quæ ex ſemetipſis in Dominicum ſacri-
ficium afferunt, ſancta ſanctorum fiunt. Corpus enim ex eis cōficitur Chriſti, qui
quia primitiæ eſt noſtræ conſperſionis, recte ex noſtris primitijs conſtitit. NATH.
Audiui libens hoc teſtimoniū: ſed uide, an non aduerſarij dicere poſſint, Manife-
ſte hic contineri, eos ignorare uirtutem huius ſacramenti, qui neſciunt quod cor-
pus hoc & ſanguis ſit ſecundū ueritatem. OEC. Scio illos etiam in plano impin-
gere, & amplexari ea quæ pro ſua ſententia uident̄, neglectis his quæ contra ſe pu-
gnāt. Nam nec nos negamus, ut prius dixi, hoc corpus & ſanguinē eſſe ſecundū
ueritatē. Nam licet panis per ſe ſit typus dūtaxat, Eccleſia tamen typo non eſt con
tenta, & mente uerum corpus per typum apprehendit, id quod ἐπιπεμπτον uocat
ſcriptura, id eſt, aliquid ſuper quinque, quod interpretantur Quintam cum eo.
Hæc autem Quinta erit, uerbum Domini, Hoc eſt corpus meum. NATH. Siſte
ſermonē: ſi addendū eſt uerbum hoc, plane uicerunt. Quid enim aliud clamant
aduerſarij, quàm uerbum Domini? OEC. Nemo ideo ſuccenſet: neq; controuer
ſia eſt de autoritate uerbi Domini, ſed quæ ſit uis uerborum quæritur, & quid nam
exigant, expendendum relinquitur. Itaque ne claudas aures expoſitioni, obſerua

potius

A potius quid ſubdat Heſychius,dicit enim:Additus ſermo ille prohibuit,ne carnale quippiam de ſanctis arbitremur: ſed ſancit ut diuine ea ac ſpiritualiter accipiamus,quod Quinta cum eo ἐπιτιμητικῶς appellatur proprie. Vult igitur ut correctis ſenſibus, à ſenſibilibus ad intelligibilia transferamur. Tantum enim non clamat, hoc tibi nūc non ſit panis loco,non eſt quod externis ſenſibus ſeruias:ſymbolum eſt alterius cœleſtis panis,quem mentis tuæ oculis uide,dentibus preme,in odore unguentorum eius nares imbue. Commendatum tibi potius ſit quod ſignificat, quàm quod externis oculis ſeſe offert:hoc uera fide amplectere,hoc ſumma dilectione colito,ita ſanctificabis ſacrificium,ita liberaberis ab ignorantia,ita à ſenſibilibus ad intelligibilia te transferes. Atqui non cuiuslibet eſt,ad tantam contemplationem uenire ex ſymbolis,ita ut ſanctū etiam ſibi fiant: ſed Chriſti ſacerdotis beneficio contingit his uerbis ſic inſtitui, ut hunc panem tantæ rei conſecratum diſcamus,cuius etiam ſpiritu ſit,ut in ipſum rapiamur,& unum cum ipſo corpus efficiamur. Hinc etiam apparet, qui rei fiant corporis & ſanguinis Chriſti. NATH. Iam uideo quantum adhuc humi repant aduerſarij,quamq; fœde contendant de re quam neſciunt,& ſcire nolunt. OEC. Si hæc ſpectarent,pax omnibus eſſet,uideretur q; quomodo idem corpus Chriſti in multis locis fractum non minuatur, nec conſumatur: quomodo totum in parte qualibet, quomodo tantum ab uno quantū à mille ſumatur, & quomodo materia panis aſſit & non aſſit,& uale quidem dicatur ſenſibus,aberrent q; ſenſus,& non aberrent: & quos ſermones ſtupeſcunt ac irrident ethnici,eos ueros eſſe experiantur initiati. Verū niſi hæc capiant, neceſſe eſt ut & ueteres ſcriptores non intelligant, et aliorū uel errores cōfirment, uel nouos abſurdiores ſtatuant, proh maxima Eccleſiæ Chriſti iactura. NATH.

B Non eſt hic deplorandi locus. OEC. Vide ſi hæc intelligantur,an non intellectu faciles ſint,quidā loci Hieronymiani,qui quoſdā torquent. NATH. Quos dicis?

HIERONYMVS AD HEDIBIAM IN DICTVM *Domini, Non bibam amodo, &c.*

EX hoc loco quidam mille annorum fabulam ſtruunt, in quibus Chriſtū regnaturū eſſe corporaliter contendunt,& bibiturū uinū quod ex illo tempore uſq; ad conſummationē mundi non biberit.Nos autem audiamus,panē quem fregit Dominus,deditq; diſcipulis,eſſe corpus Domini ſaluatoris,dicēte ipſo,Hoc eſt corpus meum;et calicem illum eſſe,de quo iterum locutus eſt,Bibite ex hoc omnes. Hic eſt ēm calix noui teſtamenti,qui pro multis effundet̄ in remiſſionē peccatorū. Iſte eſt calix de quo in propheta legimus, Calicem ſalutaris accipiā & nomen Domini inuocabo. Et alibi:Calix tuus inebrians quàm præclarus eſt. Si enim panis qui de cœlo deſcendit eſt corpus Domini, et uinū quod diſcipulis dedit ſanguis eſt illius noui teſtamenti,qui effunditur in remiſſionē peccatorū:Iudaicas fabulas repellamus,et aſcendamus cum Domino in cœnaculū magnū ſtratum atq; mundatū,et accipiamus ab eo ſurſum calicē noui teſtamenti,ibiq; cum eo paſcha celebrantes inebriemur ab eo uino ſobrietatis. Non eſt enim regnum Dei cibus & potus,ſed iuſticia & gaudium,& pax in ſpiritu ſancto. Nec Moſes dedit uobis panem uerū,ſed Dominus Ieſus:ipſe conuiua & conuiuiū,ipſe comedens & qui comeditur:illius bibimus ſanguinē,& ſine ipſo potare non poſſumus,et quotidie in ſacrificijs eius,de genimine uitis ueræ & uineæ Sorek,quæ interpretatur electa, rubentia muſta calcamus,& nouum ex his uinū bibimus in regno patris,nequaquam in uetuſtate literæ,ſed in nouitate ſpiritus, cantantes canticū nouum,quod nemo poteſt cātare,niſi in regno Eccleſiæ,quod eſt regnū patris. NATH. Et ego cenſuiſſem hæc dicta illis ſuffragari, & adhuc appareret,niſi aliam dudum ſententiam accepiſſem, iam perplexus nō probe intelligo. Corpus enim Domini, ideſt panē qui eſt ſacramentū corporis,dicit eſſe panē,qui de cœlo deſcendit:& uinum

quod

C quod dedit diſcipulis, ſanguinem ſuum noui teſtamenti. Nónne hoc ſatis confirmat aliorum ſententiam? OEC. Sed cur non expendis, quid uelit dicens: Aſcendamus in cœnaculum magnum ſtratum, & accipiamus ab eo ſurſum. Non conjectas quid hoc uelit? An non hoc eſt exaltare mentē, ultra ſenſibilia iſta. Inferius cœnaculum ſenſuum eſt, ſuperius mentis, cui puro & mūdato ſe Dominus reuelat: illic paſcha noſtrum ac tranſitum facimus à terrenis ad cœleſtia, lætitiaq; perfruimur ſobria, citra cibum potumq; corporalem. Ibi quia Chriſtus ſe reuelat, ſe communicat, paſciturq; fide noſtra, & nos fide ipſo paſcimur & reficimur, lætiq; nouo ſpiritu cantamus noua cantica. NATH. Video quàm ſincere & religioſe locuti fuerint, & intelligo aliqua ex parte phraſin illius purius quàm antea. OEC. Intelligis igitur & illud Hieronymi in epiſtola ad Titum: Tantum intereſt inter panes propoſitionis & corpus Chriſti, quantū inter umbram & corpora, inter imaginem & ueritatem, inter exemplaria futurorum, & ea ipſa, quæ per exempla figurabantur. NATH. Videor mihi intelligere, quia nunc non ſine epipempto offerunt ſacerdotes. Nam ueteribus adhuc erat uelamen poſitū ſuper oculos, ne mentalibus oculis ueritatem cernerent mundo affulſuram: unde humiliter uerſabantur in umbra. At ubi nobis lux tam clare orta eſt, non iam umbram, ſed corpus habemus: & ſiquidem externa & oculis ſubiecta, quę apud priſcos et apud noſtros, cōtuleris, parū diſcriminis reperies: uerum ſi adiunxeris uerbum Chriſti, hoc noſtrum myſteriū glorioſius erit multo, & menti præſens longe felicius ſtatuit quod aduenit, quàm quod olim umbra uenturū à longe monſtrabat. OEC. At ſi quis propheticis oculis præditus fuiſſet, nunquid & ille olim Chriſtum præſentem uidiſſet? NATH. Nulli exhibitum Chriſtum uiderunt, ſed futurum cognoſcebant. Eapropter nos feliciores ſumus. Sed quid ſi aduerſarius ulterius exigat, non ſatis
D ſibi eſſe ſi ita Chriſtus aſſit menti: ſed ut conficiatur corpus Domini, neceſſe ſit ſubſtantiā panis in corpus tranſire, uel adeſſe corpus Chriſti ſubſtantiæ panis? OEC. Heſychius in libro ſeptimo prædicti commentarij declarat quid ſatis ſit. NATH. Hoc audire cupio. OEC. Audi igitur.

HESYCHIUS LIBRO SEPTIMO
in Leuiticum Cap. XXIII.

ATq; in eodem die quo manipulus conſecratur, cædetur agnus immaculatus in holocauſtum Domino. Volens nos in die, qua Domini reſurrectionem & manipuli intelligibilem oblationem celebramus, non obliuiſci Dominici ſacrificij, ex quo nobis eſt oblatio manipuli: ſed cædere agnum immaculatum anniculum in holocauſtum Domino. Intelligibilem agnum, Domini traditionē, immolantes myſtice, & offerentes: ipſius autem ut ſacrificium cædens, memoriā fecit. Neq; enim aliter, ſed per eius meditationem & uirtutem à ſenſibilibus ad intelligibilia transferuntur ea, quæ nullo ſacrificio peraguntur. Et quod hoc eſt ſacrificium? Duæ decimæ ſimilæ conſperſæ oleo. Oportet enim ſcire perfectam humanitatem, & perfectam diuinitatem contemperari, id eſt, in unum conuenire in oleo, id eſt, per eam quam erga nos habet cōpaſſionem. Sic enim ſacrificium odor ſuauitatis Domino inuenitur, ſapientibus nobis de eo, quæ digna ſunt. In quibus autem ſacrificium et per quos agitur, quomodo celebratur intelligibilis agni oblatio, quod ſequitur oſtendit. Neq; enim in ſanguine, neq; per irrationabilia animalia, ſacrificium à nobis Deus ſuſcipit, ſecundū quod ſequentia demonſtrant. Ait enim: Liba quoq; uini, quarta pars hin, panem & polentam. Quia dubium futurū erat forſan à quibus myſterium ſacrificij quod per Chriſtū eſt, quod ſuperius diximus, celebratur. habes ecce intelligibilis Melchiſedec oblationem, quę in pane et uino perficitur, in qua quarta pars hin in libis uini offertur, ut per quartā Euangelicam traditionem, quæ in libris quatuor eſt: per libationem uero, Dominicum ſermo-

nem

A nem ſignificaret cum ait: Hic eſt meus ſanguis, qui pro uobis fundetur. Hæc ille. Eſſent & hæc, ſi aures audiēdi inuenirēt, ſatis plana, ne uel impanationis, uel trāſubſtātiationis modus in cœna dominica recipiatur. Dicit eñ: Neq; aliter, ſed per eius meditationē & uirtutē à ſenſibilibus ad intelligibilia transferūtur ea quæ in illo ſacrificio peragūtur. Cōmendaī aūt ſtudiū meditatione, gratia, uirtute. Et iterum ut nugis præcludatur feneſtra, quantū intelligere ſcireq; oporteat, mōſtraī: nēpe perfectā humanitatē, & perfectā diuinitatē, cōuenientē in ea quā circa nos habet cōpaſſionē. Totū igiī, quantū ad Chriſtū attinet, myſteriū explanatū eſt. Quis igiī cōmentis illis erit locus? Quod Nicææ cōſtitutū eſt, & à patrib. obſeruatū, ſanctū manet. Oſtenſum eñ eſt, quomodo in ſymbolo uere ſumaī, uel etiā nō ſumatur corpus & ſanguis. At ſi qd reliquū, de illis in ſequētib. dabitur narrādi occaſio. NATH. Quid præterea apud ueteres legis, quo aduerſarios niti putas?

QVID ACTVM CVM EVCHITIS, *uel Meſſalianis, de Euchariſtia.*

OEC. Valentiniano imperāte, orti ſunt Meſſaliani, ij, ut Theodoretus ſcribit, negabāt diuinū cibū uel ꝓdeſſe, uel obeſſe. Sed Letoij Melitenēſis, & Amphilochij Iconij, et Flauiani Antiocheni epiſcoporū uigilātia, dolis eorū detectis, ſtatim è ꝓuincia eiectos idē tradit, cū multa monaſteria ſua cōtagione infeciſſent. Hæc quidā hiſtoriarū ignari legentes, nos illis annumerare audent, re nondū ſatis cognita. NATH. Et quāobrem uos illis iungūt? OEC. Fortaſſis alibi legerūt, quod iuxta ſcripturā dicimus, Iuſtū ex fide ſua uiuere, & ſalutē nō eſſe ex operib. aquam ablutionū nō purgare, ut Petrus inqt. et, Melius eſſe gratia, q̄ eſcis pereuntibus ſtabilire cor. Inde temere addūt, negare nos ſimpliciter eſſe utilia uel dānoſa ſacramenta, quando uerā iuſticiā, & regnum Dei intra nos eſſe fatemur. Sed
B nemo audijt à nobis, nihil periculi uel utilitatis ad nos redire ex ſacramētorū uſu. Sacramentis enim utūtur uel fideles, uel infideles; illis ad ſalutē, his ad iudicium data dicimus. Agnoſcimus enim quantū alij à ſpiritu ſancto iuuētur, quantū alij peccēt, ſpiritus ſancti gratiā negligentes. Mira igitur calumnia eſt, nos illis cōiungere. NATH. Rē oro dilucidius narra. OEC. Deprehendit per Adelphū Flauianus Antiochenus Epiſcopus, illos ideo ſacramenta flocciſacere, quod ſe ſolo precū ſuarū ſtudio inhabitantē in ſe malū dæmonē abigere dicebant, quē à progenitoribus ſicut naturā ſe trahere dicebāt, & illo expulſo aduenire ſpiritū ſanctū, qui ſenſibiliter ac uiſibiliter ſuā præſentiā demonſtret, & corpus à paſſionibus motus cuiuslibet liberet, animāq; à mala uolūtate penitus liberet, ita ut nequaquā opus habeat ieiunio macerāte, uel doctrina refrenāte, futura præuideat, & trinitatē oculis cernat. Et hæc quidē illi. Nos autē planè diuerſa docemus, nempe nō operib. nos iuſtificari ut illi, neq; noſtris precibus tribuimus, ſed ſpiritui ſancto ſanctimoniam, neminem in hac uita prorſus perfici dicimus. Damnati igiī iuſtè illi, qui gratiā ſpiritus ſancti irridebāt. Nos cū ſacramētis etiā ſpiritus ſancti operationē agnoſcimus, tametſi illā elementis nō tribuamus. Ignorabāt iſti ſacramenti uirtutē, quibus ita incognitus Chriſtus, ut ſuis ſtudijs acceptū ferrent, quod Chriſto oportebat. Quid nobis cōmune cū illis? Symbola ſacra extra uſum aſſerimus nihil ab externis alijs differre, illi etiā in uſu. Nos in nobis inuiſibilē ſpiritus ſancti operationē nō diffitemur, ſi fides nō abſit, quæ & ipſa ſpiritus ſancti donum eſt: illi nec in ſignis, nec in ſe uirtutē ſpiritus ſancti agnoſcunt. NATH. Prudētia ubiq; opus, ne uel ad dextrā, uel ſiniſtrā declines. OEC. Id nobis curæ. NATH. Qui ad ſiniſtrā aberrāt? OEC. Qui uim & energiā, ſanctimoniā & beatitudinē elementis tribuunt, cuius natura nō ſunt capaces. De nobis ſcribit Paulus, Vos eſtis templum Dei. Superſtitioſi id lapidibus tribuentes, à prophetis redarguti ſunt. Paulus & ſe & Apollo nihil eſſe teſtatur, tametſi fideliſſima organa ſiue ad plantandum,

C dum,ſiue ad rigandum,ut Deo ſpiritui ſancto ſua dignitas maneat ſalua. NATH. Qui ad dextram excurrunt? OEC. Hi qui dum elementis diuinã operationẽ non aſcribendã cognoſcunt,uel ſymbola prorſus abijciunt,uel ſpiritus ſancti donum prorſus excludunt,ſua ſcilicet ſuperbia excæcati. NATH. Fortaſſis quidã metuũt ſymbola iſta non eſſe magna ſacramenta, niſi ſic præſens ſit caro Chriſti, uel impanata,uel in ipſum panẽ transſubſtantiata. OEC. Abſit metus ille. Magna enim ſunt,ſi Chriſtus inſtituens ſpectetur: commendatiſſima ſunt, ſi beneficia & quæ annuncient conſideretur,ſingularẽ prærogatiuã habẽt,ſi charitatis fœdera, quæ tanto glutino connectuntur,expendantur. Annón hæc omnia Chriſtianis ſancta & magna? NATH. Nemo negat, uerũ indignis & porcis non eſſent ſacramenta. OEC. Sunt nihilominus. Nam licet ipſi dignitatem illorũ non attendãt, animaduertit tamen fidelium Eccleſia, qui porci conculcent & indigne tractent. NATH. Si igitur baptiſmus & cœna ſacra exiſtunt apud porcos,quanto magis apud fideles? OEC. Rectè colligis.accedit enim horum ſanctificatio per ſpiritum ſanctum, ſine quo nihil proficit uel prædicatio,uel celebratio. Quis narraret quantũ & uerbo & ſacramento operetur diuina uirtus, ut excitentur graui ſomno preſſa pectora,ut fide illuminentur,ut charitate inflammentur,ut ad gratitudinem uel cõtempta morte proſiliant, ut agnito abba patre, quanto arrabone ſecuri ſint. Porrò ad hæc obtinenda,non opus eſt pani carnalis Chriſti præſentia, modo quo illi ſentiunt. Vt nos in unum corpus cũ Chriſto fiamus, & panis cũ primitijs conſperſionis unus efficiamur,ſolius diuini ſpiritus eſt operatio:ut tantũ, tamq́ efficax ſacramentũ ſit,mirifica Dei energia eſt. Quorũ corda ſpiritus tangit & aperit, ij tantis ſymbolis, dum Deo operanti parent, mire proficiunt. Quorũ uero pectora obſedit liuor,inexcitabilis ſocordia,ſuperbia, hypocriſis, amor mundi inſanus, mali-
D gnitas: paruipendũt non modo ſigna, ſed & beneficia Chriſti omnia, & ſibiipſis autores damnationis fiunt. Parata quidem cœna eſt,ſed indigni ut ea fruãtur, qui à ſpiritu ſancto ut ea fruantur non efficiuntur idonei. NATH. Intelligo autẽ idem eſſe ſacramentũ,quod boni maliq́ participant, quantũ ad elementũ & ſignificantiæ uim,& utrinq; ſanctũ. Efficaciæ tamen diuerſitas magna,prout animi manducantiũ diuino ſpiritu afflantur,uel deſtituti ſunt: & quantũ illis ob fidẽ utilis, tantum iſtis ob contemptũ damnoſa eſt cœna per ſe delicatiſſima. Nihil igitur uobis cum Euchitis,quos Meſſalianos uocant,commune.

QVOMODO ANTHROPOMORPHITAE *in Euchariſtia errarunt.*

OEC. Orta eſt et alia apud ueteres de Euchariſtia dubitatio, an ſi quæ reliquæ mãſerint in ſequentẽ diẽ,ſanctificationi ſeruiãt: & uiſæ ſunt Anthropomorphitis inutiles. hos arguit Cyrillus in Epiſtola ad Caloſyriũ epiſcopũ Arſenoiten.

CYRILLVS IN EPISTOLA AD *Caloſyrium Epiſcopum.*

Ἀκούω δὲ, ὅτι εἰς ἁγιασμὸν ἀπρακτεῖν φασὶν τὴν μυστικὴν εὐλογίαν, εἰ ἀπομένοι τὰ λείψανα αὐτῆς εἰς ἑτέραν ἡμέραν. μαίνονται δὲ ταῦτα λέγοντες. οὐ γὰρ ἀλλοιοῦται χριστὸς, οὐδὲ τὸ ἅγιον αὐτοῦ σῶμα μεταβληθήσεται, ἀλλ' ἡ τῆς εὐλογίας δύναμις, καὶ ἡ ζωοποιὸς χάρις διηνεκής ἐστιν ἐν αὐτῷ. Cæterum audio quod dicant, myſticam benedictionem, ſi ex ea remanſerint in ſequentẽ diẽ reliquiæ, ad ſanctificationẽ inutilem eſſe. ſed inſaniunt hæc dicentes. Non enim alius fit Chriſtus, neque ſanctum eius corpus immutabitur: ſed benedictionis uirtus & uiuifica gratia perpetua manet in illo. NATH. Quid ſi & te redarguat his uerbis? OEC. Tam nihil cõmune habemus cum Anthropomorphitis, quàm nihil commercij cum Meſſalianis. Anthropomorphitæ enim & ipſi ſenſu miſerrimi, humana membra diuinitati aſcribebant, & gratiam ſpiritus ſancti etiam ipſi neſciebant. Proinde & uim myſteriorũ negabant

A bant,imaginabanturq́ quicquid pani corruptibili acciderit, id neceſſario & corpori accidat:& à ſola carne, ignorantes ſpiritum, expectabant ſanctificationem. Inſanos igitur illos uocat,qui ſic de Chriſto & eius corpore ſentiant. Nã licet panis benedictus ſit corruptioni obnoxius,at nõ idẽ corpori Chriſti accidit.unde licet nõ ſit tam recens ſequenti die atq; primo, eodẽ tamen modo, ſicut priore die, ſeruire poteſt ſanctificationi. Chriſtus idem eſt heri ac hodie,& corpus eius ſupra mutationẽ eſt:à quo nunquã ſeparatͬ ſpiritus & uiuifica gratia, quæ eſt uis per Eucharistiã(quã hic benedictionẽ uocat) ſeparatur. Quãdiu igitͬ ei ui ſeruire poteſt, tamdiu & ad ſanctimoniã utilis eſt. Atqui nõ eſt, ut pani illã uim propterea feras acceptam,uel Chriſtũ alliges. Chriſti enim eſt,qui manducatur. Hinc ueterũ religio, qui ægrè ferebant Euchariſtiã cadere in terrã: quã ut Euſebius ait, hoſpitib. & infirmis afferebãt. Alij ultra triduũ nõ reſeruabãt,alij nec in craſtinũ. Origenes in Leuiticũ dicit, dominum nõ iuſſiſſe in cœna reſeruandã Euchariſtiam. Variatum igitͬ in hoc apud ueteres,ſuis abundantes ſenſibus:nõ tamen ſic errorẽ illum craſſum confirmantes,quaſi carnẽ Chriſti interim extra miniſteriũ panes conſeruent. Nõ igitur cũ Anthropomorphitis taxari poterimus, qui Chriſtũ nõ mutari, gratiãq́ eius minime conſumptibilẽ fatemur. Et propterea etiã heſternis reliquijs ſanctificari ægros,ut ſolitũ loquendi morẽ nõ aſperner,nõ negauerimus: tametſi in Eccleſia incolumes id agere hortamur, ut uerior ſit dominica cœna. NATH. De ſanctificatione & Anthropomorphitis ſatis dictum. audiam nunc quid ſit in Epheſino concilio de hac re actum.

QVID ACTVM IN EPHESINO
concilio contra Neſtorium.

OEC. Non multa inuenies,occurrũt tamen aliqua. Quia enim Neſtorius,myſterij huius ſacramentũ & uim conculcabat,unã Chriſti perſonã in duas diuidens,accepit Cyrillus ſynodi nomine occaſionem à myſterio redarguendi illũ: & iterum apparebit nos cũ Neſtorio non damnari. Scripſit autem Cyrillus,nomine patrum qui Antiochiæ congregari, cõtra Neſtoriũ epiſtolam cum duodecim
B anathematiſmis, in qua leguntur ea quæ & in Canonibus noſtris habentur. Ea epiſtola poſtea à ducentis patribus in Epheſino concilio approbata eſt. NATH. Recita quantum huic inſtituto ſeruit.

CYRILLVS IN EPISTOLA QVADAM
contra Neſtorium.

Καταγγέλλοντες γὰρ τὸν κατὰ σάρκα θάνατον τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ, τουτέστιν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τήν τε ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσιν, καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν ὁμολογοῦντες, τὴν ἀναίμακτον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τελοῦμεν λατρείαν, πρόσιμέν τε οὕτω ταῖς μυστικαῖς εὐλογίαις, καὶ ἁγιαζόμεθα, μέτοχοι γινόμενοι τῆς ἁγίας σαρκὸς καὶ τοῦ τιμίου αἵματος, τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ, καὶ οὐχ ὡς σάρκα κοινὴν δεχόμενοι. μὴ γένοιτο. οὔτε μὴν ὡς ἀνδρὸς ἡγιασμένου, καὶ συναφθέντος τοῦ λόγου, κατὰ τὴν ἑνότητα τῆς ἀξίας, ἤγουν ὡς θείαν ἐνοίκησιν ἐσχηκότος, ἀλλ' ὡς ζωοποιὸν ἀληθῶς, καὶ ἰδίαν αὐτοῦ τοῦ λόγου. ζωὴ γὰρ ὢν κατὰ φύσιν ὡς θεός, ἐπειδὴ γέγονεν ἓν πρὸς τὴν αὐτοῦ σάρκα, ζωοποιὸν ἀπέφηνεν αὐτήν. ὥστε κἂν λέγῃ πρὸς ἡμᾶς, ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐχ ὡς ἀνθρώπου τοῦ καθ' ἡμᾶς ἑνὸς καὶ αὐτὴν εἶναι λογιόμεθα. Annunciantes enim eã quæ ſecundũ carnem mortẽ unigeniti filij Dei, hoc eſt, Ieſu Chriſti, & ex mortuis reſurrectionem inq́ cœlos aſſumptionẽ confitentes, incruentum in Eccleſijs perficimus cultum, accedimusq́ ſic ad myſticas benedictiones, & ſanctificamur, efficimurq́ participes ſanctæ carnis & precioſi ſanguinis, noſtri omnium ſeruatoris Chriſti, & non quaſi carnem communem accipientes (abſit) neq; etiã quaſi carnẽ uiri ſanctificati, & copulati uerbi ſecundũ unitatem dignitatis, hoc eſt, quaſi diuinam inhabitationem aſſecuti: ſed ut uere uiuificam & propriam ipſius Verbi. Vita enim cum

C ſit ſecundum naturam ut Deus, poſtquam factum eſt unum cum ſua carne, uiuificam illam eſſe declarauit, atq; ita licet dicat nobis: Amen amen dico uobis, niſi ederitis carnem filij hominis, & biberitis illius ſanguinem, ut non hominis cuiuſdam ſicut nos, etiam illam eſſe cenſemus. NATH. Heu quàm parum aſſueti ſumus modo, quo locuti ſunt ueteres. En ipſe cum antea edoctus ſim quid ſentiendum, adhuc tamen ſubinde hæſito, audiens carnẽ & ſanguinem, cuius participes efficimur accedentes ad myſticas benedictiones. OEC. Quid erubeſcis diſcere cupiens? nõ ſolus offenderis his dictis. Quin expende ſingula particulatim, ne uerborũ multitudine obruaris. Primũ dicit in quo cultus noſter, uel ut alibi uocat, ſacrificiũ noſtrũ perficiatur: nempe ſi annuncietur mors Ieſu Chriſti filij Dei, eiuſq; reſurrectio & aſcenſio. Hoc profecto perſpicue dictũ eſt, ſi quis loquẽdi modum recipiat. Nã & alibi ad Reginas, incruentũ ſacrificiũ angelis tribuit, intelligẽs glorificationem, qua Deũ celebrant. NATH. Non ſuſpicabar tam clare nobis definiri noſtrum ſacrificiũ. OEC. Obſerua diligenter, & adhuc clarius rem agnoſces, ubi tanta beneficia Dei, & opera Chriſti ſuauiter annunciata fuerint, fidelis anima deſiderio Chriſti languere incipit, qui ſe accipi iuſſit in myſticis benedictionibus, id eſt, ſacramentis corporis & ſanguinis: proinde accedit, & iterum in pane & uino altiora addiſcit, corpus eſurit, ſanguinẽ ſitit. In deſiderio enim ita ſanctificatur, ut uerè etiã particeps fiat. Nã ſpiritus Chriſti in nobis, & noſtra caro in illo eſt, unoq; ſpiritu copulamur cũ capite noſtro, qua copula et nos unũ corpus efficimur. Et hucuſq; de Euchariſtia. Intelligis ne? NATH. Arrident. depingit rem totam, ſi intelligatur bene. OEC. Deinde hinc ad diſputationẽ ſuã uertit argumẽtũ, quærẽs, Cuius carnis particeps eſſe cupis? nũ uulgaris hoĩs? At illa nõ uiuificat: nũ ꝓphetę? nec illa uiuificat. Qualẽ igitur carnẽ deſideras? eã quæ propria eſt Dei, et quæ in
D una ꝑſona eſt cũ uerbo. Illa eñ qa eſt cognata nobis, qa eſt primogenita, etiã dat nobis uitã æternã. Idem enim ſpiritus qui ſuſcitauit Chriſtũ ex mortuis, ſuſcitabit etiam mortalia corpora noſtra. Quod Neſtorius impius nõ approbaret, qui perſonam diuidit, & carnẽ filij hominis, quæ nõ ſit propria filij Dei, & quæ paſcere nequit, manducat. Vides igitur, nobis cũ Neſtorio nihil cõmercij. Nos eñ uirtutem ſacramenti nõ ignoramus, ut ille. Non dijudicabat ille corpus domini pro dignitate, licet digniſſimum omniũ aſſereret: quia nõ dicebat propriũ Dei, unde nõ poterat illi eſſe panis uitæ. Nihil igitur illi proderat mors, uel reſurrectio uel aſſenſio, uamq; et abominabile erat ſacrificiũ eius. At nos Chriſti carnẽ prædicamus, et celebramus, ut uere diuinam, uiuificatricemq; noſtræ carnis, quæ pro nobis mori & uitam nobis impetrare potuit, cuius ſanguis noſtra abluere potuit peccata, cuius reſurrectio etiã nos reſurgere, & aſcenſio etiã nos in cœleſtibus cõſidere facit. Hoc certè noſtrũ ſacrificiũ acceptũ Deo ſcimus. Magna igitur eſurie huius carnis edulio refici quærimus, & ad myſticas quidẽ benedictiones, hoc eſt, propoſitam ſenſibilem cœnã, corpore appropiamus, ore guſtamus: ſed animus totus eſt in illo conſiderando, qui peccata noſtra redemit, & animæ deſideriũ noſtrum explere ſufficit. Vnde credentes, ſpiritu illius ſanctificamur, per quem natura noſtra (cum qua eius natura una eſt, etiã uegetatur in æternã uitã. Quãto felicius noſtrũ quàm Neſtorij conuiuiũ? NATH. Perſuades. OEC. Cæterum epiſtolæ Cyrillus adiunxit anathematiſmos, uel capita duodecim, quorũ præſenti negocio undecimum congruit, quod et cum cæteris exponere ad preces patrum idem dignatus, apertam huius myſterij mentionem fecit. NATH. Audire & illum uelim. OEC. Anathematiſmus hic eſt.

ANATHEMATISMVS VNDECIMVS CYRILLI.

Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ τὴν τοῦ κυρίου σάρκα ζωοποιὸν εἶναι, καὶ ἰδίαν αὐτοῦ τοῦ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγου, ἀλλ' ὡς ἑτέρου τινὸς παρ' αὐτὸν, συνημμένον μὲν αὐτῷ κατὰ τὴν ἀξίαν, ἤγουν μόνην

θεία

A θείαν ἐνοίκησιν ἐσχηκότος, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ζωοποιὸν, ὡς ἔφημεν, ὅτι γέγονεν ἰδία τοῦ λόγου τοῦ τὰ πάντα ζωοποιεῖν ἰσχύοντος, ἀνάθεμα ἔστω. Si quis nõ fatetur domini carnem uiuificam eſſe,& propriam uerbi quod ex Deo patre, ſed quaſi alterius cuiuſdam ab illo, coniunctã qdẽ ei ſecundũ dignitatẽ, hoc eſt, ſolã diuinã inhabitationẽ habentis, & non potius uiuificã, ſicut diximus, quia facta eſt propria uerbi omnia uiuificare uolẽtis, anathema ſit. NATH. Satis intelligo te alienũ ab hoc anathematiſmo, niſi expoſitio aliud uelit, quàm ipſe adhuc capiã. OEC. Expoſitio hæc eſt.

ἜΚΘΕΣΙΣ.

Τὴν ἁγίαν καὶ ζωοποιὸν καὶ ἀναίμακτον ἐν ἐκκλησίαις τελοῦμεν θυσίαν, οὐχ ἑνὸς τῶν καθ' ἡμᾶς καὶ ἀνθρώπου κοινοῦ σῶμα πιστεύοντες εἶναι τὸν προκείμενον, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ τίμιον αἷμα, δεχόμενοι δὲ μᾶλλον ὡς ἴδιον σῶμα γεγονὸς, καὶ μὴν καὶ τὸ αἷμα τοῦ πάντα ζωοποιοῦντος λόγου. κοινὴ γὰρ σὰρξ ζωοποιεῖν οὐ δύναται. καὶ τούτου μάρτυς αὐτὸς ὁ σωτὴρ λέγων, ἡ σὰρξ οὐκ ὠφελεῖ οὐδὲν, τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιοῦν. ἐπειδὴ γὰρ ἰδία γέγονε τοῦ λόγου, ταύτῃ τοίνυν νοεῖται καὶ ἔστι ζωοποιὸς, καθά φησιν αὐτὸς ὁ σωτὴρ, καθὼς ἀπέστειλέ με ὁ ζῶν πατὴρ, κἀγὼ ζῶ διὰ τὸν πατέρα, καὶ ὁ τρώγων με κἀκεῖνος ζήσει δι' ἐμέ. ἐπειδὴ τοίνυν Νεστόριος καὶ οἱ ταῦτα φρονοῦντες παραλύουσι ἀμαθῶς τοῦ μυστηρίου δύναμιν, ταύτῃ καὶ μάλα εἰκότως γεγονὼς ὁ ἀναθεματισμός.

Sanctũ ac uiuificum & incruentũ in eccleſijs operamur ſacrificiũ, nõ unius qui ſicut nos, et communis hominis corpus eſſe credentes, quod proponitur, ſimiliter & uenerabilem ſanguinẽ: ſed accipientes magis, ut factum propriũ corpus, & etiam ſanguinẽ omnipotentis uerbi. Communis enim caro uiuificare nequit. cuius teſtis eſt ipſe Seruator dicẽs, Caro prodeſt nihil, ſpiritus eſt q uiuificat: quoniam propria facta eſt uerbi, Sic igiť cogitatur, & eſt uiuifica, ſicut dicit ipſe Seruator: Et
B ſicut miſit me uiuens pater, & ego uiuo propter patrem, & qui manducat me uiuet propter me. Quoniam igitur Neſtorius, & qui eadem ſentiũt, indoctè deſtruunt myſterij uirtutẽ, ob hoc & rectè factus eſt anathematiſmus. NATH. In hanc expoſitionẽ ſi olim incidiſſem, planè tuæ ſententiæ contrariã iudicaſſem: nũc paulo prudentior tuo colloquio factus, trutinandũ pondus uerborum cenſeo. OEC. Coniectabam certè iterũ te hæſitaturũ. NATH. Quid eſt ſanctum et uiuificum & incruentũ ſacrificiũ? OEC. Supra dixit cultũ, & alibi gratiarũ actionẽ, & δοξολογίαν. NATH. Etiã hunc locum profer. OEC. Sic ſcribit ad Reginas de recta fide.

CYRILLVS AD REGINAS DE RECTA FIDE.

Ὥσπερ γὰρ καίτοι φύσει κύριος ὢν, μεμένηκεν ὅπερ ἦν κἂν εἰ γέγονεν ἐν τῇ τοῦ δούλου μορφῇ, οὕτω φαμὲν ὅτι καίτοι μυρίους ἔχων ἐν οὐρανῷ τοὺς ἱερουργοῦντας αὐτῷ, τὰς νοητὰς δηλονότι καὶ ἀναιμάκτους θυσίας, ὕμνους καὶ δοξολογίας, καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς ἱερωσύνην ποιεῖται λαχεῖν, ἀποσώζων πανταχοῦ τοὺς τῆς ἀνθρωπότητος μέτρους τὰ πρέποντα τε καὶ ἐοικότα αὐτῇ.

Etenim quemadmodum cum natura Dominus ſit, etiã manſit id quod erat, licet in forma ſerui factus eſſet: ita dicimus quod cum in cœlo habeat innumeros ſibi ſancte offerentes, ſpirituales ſcilicet & incruẽtas hoſtias, hymnoſq; & glorificationes, etiã noſtrũ ſacerdotium habet acceptum, ubiq; ea quæ humanitatis menſuras ac conditiones decent, & illi conformia ſunt, cuſtodiens. Audis hic et in cœlo incruentas hoſtias? Et quæ illæ aliæ, quàm hymni & angelici illi concentus? ut ne ſuſpiceris illos Iudaicos uel papiſticos ſacrificatores. Nos enim pure (tametſi nũc in ſymbolis, et ea quæ humanitatis ſunt) et gratias agẽdo ſinceriter angelorũ exẽplar imitari decet. Itaq; noſtra gratiarũ actio incruẽta hoſtia eſt, eadẽ & ſancta eſt ac uiuifica, non ut operibus noſtris quippiã aſcribamus, ſed in ipſa, ut dixi: ſpiritus ſancti gratia, quæ ineffabiliter agit in cordibus, mire operať. NATH. Hoc mi-

C nus impedierat. ſed dicit σῶμα πιστεύοντες εἶναι τὸ προκείμενον, hoc quod proponitur
corpus eſſe credentes. Eſſe dicit, non ſignificari, non figuram eſſe: dictionū pro-
prietatem relinquito, σοφὸν φάρμακον ne adhibeto. OEC. Sacrificio quale ſit co-
gnito, intelligere etiam decebat, quid ſequentia uelint. Sed ne putes tibi uerba da
ri, exemplo ſolito nos in proprietatem uerborū nō peccare docebo. Accepto an-
nulo à ſponſo, ſponſa uere dicit, hoc uerum eſt coniugium: ob ſignificantiæ uerita
tem ac certitudinē. Cur nō & hic ſimiliter? Sicut em̄ illa per fidem reſpicit ad men
tem ſponſi, ſigno ſibi credenti certo manifeſtatam: ita & nos in ſymbolis ad uerita
tem promiſſionis attendentes, minime fallimur, & nō ludum arbitramur. En hoc
nequaquam fuerit à proprietate uerborū receſſiſſe. NATH. Arridet quidem ra-
tioni quod dicis, ſed odi rationem. OEC. Dic primum, an fidei conſonū ſit quod
dico? NATH. Maxime. OEC. Putas igitur ratione te manuduci? NATH. Opi-
nor. OEC. Equidem diuerſum ſentio. NATH. Quid audio? OEC. Vnde habet
infeliciſſima mendica, ut perſuadeatur ſibi regis ditiſſimi filium diſpenſari? quæ
nam illam docebit ratio? imò quæ non ratio terrebit? & ſi annulus offeratur, rideri
ſe putabit; & ſi dicatur, ſpoſa eris ac regina, pro ſtulta ſe haberi cogitabit. Sic illam
ratio inſtituet, etiam additis uerbis ac ſignis. Quanto magis ſi incomparabiliū filij
Dei & peccatricis animæ non ſolū coniugiū, ſed & incorporationem illā ratio au-
diet, abſterrebitur? Nónne uerum dico? NATH. Contradicere nō poſſum. OEC.
At fidei quid eſt impoſſibile? NATH. Hoc quod dicis, eſt fidei facillimum. OEC.
Iam ſi ueraciſſimus ſponſus ſponſæ, miſſa imagine dicat, Hoc eſt corpus ſponſi:
nunquid eadem fidei facilitate, imaginē eſſe naturale corpus aſſentietur? Et quid
dicet fides? an quia contradicit ratio, ipſa non contradicet? & quia uerba tale quid
D dam ſonare uidentur, nō fluctuabit? NATH. Certè fluctuabit nihilominus. OEC.
Vbi eſt ergo illa ὑπόστασις, & fulcrum ſtabile fidei, quod ambiguitatē etiam cōtra
dicente mundo reſpuit? NATH. Verbi firmitate nititur mens. OEC. Quid dicis
uerbum? ſonum ne, an ſenſum ſermonis? Si ſolo ſtrepitu niteris, infirmam elegiſti
baſin: ſi ſenſu proprio, nō multo firmiorē: ſin ſenſu Dei, bene habet res. Vide au-
tē, an ſenſus Dei tā inutiles ſeq́ indignas cogitationes te doceat. NATH. Mihi ni
hil inutile & indignū Deo uidetur, quod ille docet. OEC. Dabis ne & tu nobis
contentioſum Nathanaël? NATH. Minime. OEC. Certè initium uideo conten-
tionis. repetis em̄ & tu principiū: facis perinde ac doceat Deus, id quod minime
docet. NATH. Si nō auſim nudis uerbis credere, nihil tandē credā? OEC. Opor-
tet fide ac charitate præmunitū ingredi in ſcripturas. NATH. Hoc facere me pu-
to, et alieno ſenſum meū. OEC. Alteri hoc dixeris quàm mihi, ſi ſic uerſaris in ſcri
ptura. Porrò ex ipſo Cyrillo friuolas eſſe cogitationes tibi oſtendā, quas tu fidem
eſſe aſſeueras; antea tamen in hac expoſitione etiā hæc obſeruo, quæ ſit uis ſacra-
menti, quàm imperite Neſtorius deſtruit. Nunquid uis ſacramenti erat dicere, pa
nem eſſe ſubſtantialiter corpus? de hoc nō erat diſceptatio. Sed an caro Chriſti ut
propria uerbi uiuifica eſſet, controuertebatur. Hoc credere ſacramenti uis erat.
NATH. Si audiero ex Cyrillo, inutiles eſſe cogitationes illas, panem eſſe corpus
Chriſti, facile cedam. OEC. Hoc oſtendam. Nam expoſitio Cyrilli illa à Theodo
reto & orientalibus Epiſcopis, multum impugnata fuit. Illis autem reſpondens
ſcribit hoc quod dico. NATH. Cupio ut ipſe ſui interpres ſit. OEC. Audi.

CYRILLVS AD OBIECTIO
nes Theodoreti.

Ἐν δὲ γε τῷ πάλιν ἰδίᾳ φησὶν ὁ Νεστόριος. ἀκούσατε τοίνυν προσηκόντως τοῖς ῥητοῖς, ὁ τρώ
γων μου τὴν σάρκα, μνημονεύετε, ὅτι περὶ τῆς σαρκός ἐστι τὸ λεγόμενον, καὶ ὅτι οὐ παρ' ἐμοῦ προσ-
τέθειται τὸ τῆς σαρκὸς ὄνομα, ὥστε μὴ δοκεῖν αὐτοὺς παρερμηνεύειν, ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα καὶ πίνων
μου

A μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. μὴ εἶπεν ὁ τρώγων μου τὴν θεότητα, καὶ πίνων μου τὴν θεό-
τητα. ἀλλ' ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. μνημονεύετε
ὅτι περὶ τῆς σαρκὸς ἐστὶ τὸ λεγόμενον. ἀλλ' ἐν ὅτι προερμηνεύει, ἀκούσωμεν ἐκ τῶν ἀφεξῆς. καθὼς ἀ-
πέστειλέ με ὁ ζῶν πατὴρ, ἐκεῖνος λέγει τὴν θεότητα, κἀγὼ δὲ τὴν ἀνθρωπότητα. ἴδωμεν τίς ὁ παρερ-
μηνεύων. καθὼς ἀπέστειλέ με ὁ ζῶν πατὴρ, λέγει ὁ αἱρετικὸς ἐνταῦθα τὴν θεότητα λέγει ἀπεστά-
λεν ἐμὲ τὸν θεὸν λόγον ὁ ζῶν πατὴρ κατ' ἐκείνους, κἀγὼ ὁ θεὸς λόγος ζῶ διὰ τὸν πατέρα. εἶτα με-
τὰ τοῦτο, καὶ ὁ τρώγων με ἐκεῖνος ζήσεται. τίνα ἐσθίομεν; τὴν θεότητα ἢ τὴν σάρκα; περὶ μὲν τῶν
οὕτως ἀτόπως καὶ ἀτημελῶς αὐτῷ πεφλυαρημένων, μακρὸς ἤδη παρ' ἡμῶν πεποίηται λόγος.
τί δ' αὖ βούλοιτο νοεῖν, οὐ τὸν θεὸν λόγον, ἀπεστάλθαι λέγων σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα.
τιθεὶς δὲ πάλιν ἰδίᾳ τε καὶ ἀναμέρος, ὡς αὐτός φησι, τὸν φαινόμενον, οὐκ ἔχω λέγειν. μᾶλλον δὲ
καὶ ἐναργὲς ἤδη τὸ σόφισμα. τὸν γὰρ τῆς ἑνώσεως παραλύει τρόπον. ἵνα κοινὸν εὑρίσκηται τὸ σῶμα τοῦ
χριστοῦ. οὐκ ἔτι δὲ ἴδιον ἀληθῶς τοῦ πάντα ζωοποιεῖν ἐνισχύοντος. μικρὰ μὲν οὖν ὁμολογουμένως τῷ
θεῷ πάντα τὰ ἀνθρώπινα. ἐπειδὴ δὲ κατηξίωσε δι' ἡμᾶς τὴν τῷ κόσμῳ σωτήριον ὑπομεῖναι
κένωσιν, κἂν ἀπεστάλθαι λέγῃ, κηρύσσων αἰχμαλώτοις τὴν ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς τὴν ἀνάβλε-
ψιν, δοξάζεται δὲ μᾶλλον ὡς ὑπενεγκὼν τὸ μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τὸ ταπεινόν. καὶ οὐκ ἂν οἶμαι
τις διαπορίσαιτο τῶν εὖ φρονεῖν εἰωθότων, ὅτι καθῆκεν δι' ἡμᾶς ἑαυτὸν ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς. ἆρ' οὖν
ὡς ἕτερόν τινα υἱὸν καὶ χριστὸν παρὰ τὸν ἐκ θεοῦ θεὸν λόγον τὸν φαινόμενον εἶναι διαβεβαιοῦται, ᾧ
καὶ τὸ τῆς ἀποστολῆς προσνενέμηται χρῆμα; οὐκ ἀνθρωποφαγίαν ἡμῶν ἀποφαίνει τὸ μυστήριον, πα-
ρισῶν ἀνοσίως εἰς ἐξιτήλους ἐννοίας τῶν πιστευόντων νοῦν, καὶ λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις ἐπιχει-
ρῶν, ἃ μόνῃ καὶ ψιλῇ καὶ ἀζητήτῳ πίστει λαμβάνεται. οὐ γὰρ ἐπειδὴ οὐκ ἐσθίεται θεότητος φύσις,
διὰ τοῦτο κοινὸν εἶναι φαίη τις ἂν τὸ ἅγιον σῶμα χριστοῦ. In enarratione ſua iterum dicit
Neſtorius. Audite igitur & auſcultate dictis, Qui manducat meam carnem. Me-
mores eſtote, quod de carne dictum ſonat, & à me non eſt appoſitum carnis no-
B men, ut ne uidear ipſe ſiniſtre interpretari: Qui manducat meã carnẽ, et bibit meũ
ſanguinẽ, in me manet & ego in eo. Non dixit, qui manducat meã diuinitatem,
& qui bibit meam diuinitatem: ſed qui manducat meã carnẽ, et bibit meũ ſangui
nem, in me manet & ego in illo. Memores eſtote, quod de carne dictũ ſonat: ſed
aliquando fallit interpres. audiamus ſequentia, Sicut miſit me uiuens pater: ille
dicit diuinitatẽ, & ego humanitatẽ. Videamus uter male interpretetur: Sicut miſit
me uiuens pater: Dicit hæreticus hoc loco diuinitatem dici, quaſi ſecundum illos
dicat: Miſit me Deum uerbum uiuens pater, & ego Deus uerbum uiuo propter
patrem. Et deinde poſt hoc: Qui manducat me, ille uiuit propter me. Quem co-
medimus? deitatem ne uel carnem? Iam quidem ſatis diu productus eſt ſermo,
quem ille tam abſurde ac negligenter nugatus eſt. Quid autem intelligere uelit di
cens, unum Deum uerbum miſſum, eſſe incarnatum & hominem factum: uel
quem ponat ſeorſum & particulariter iterum eum qui uidetur, ut ipſe loquitur,
non poſſum eloqui: imò iam manifeſtarium cauillũ eſt, ſoluit enim unionis mo-
dum, ut cõmune inueniatur corpus Chriſti, non iam propriũ eius, qui uere uiui
ficare omnia ualet. Indubitanter omnia humana parua ſunt Deo uerbo, Quia au-
tem dignatus propter nos ſuſtinere illam mundo ſalutarem exinanitionem, licet
miſſum ſe dicat, prædicans captiuis redemptionem, & cæcis uiſum: glorificatur
tamen magis, utpote ferens diſpenſationis quæ in carne humilitatem. Neq; opi-
nor, ullum eorũ qui rectè ſapere ſolent, dubitaturũ quod propter nos ad hæc no-
ſtra ſe dimiſerit. Nonne igitur eum qui uidetur filium, & Chriſtum alium à Deo
uerbo qui ex Deo, eſſe affirmant, cui apoſtolatus functio tributa ſit? Nõ eñ ſacra-
mentũ noſtrũ hominis manducationẽ aſſerit, mentes credentiũ ad craſſas cogita
tiones irreligioſe introtrudẽs, & humanis cogitationib. ſubijcere enitẽs, ea quæ
ſola & pura & inexquiſita fide capiuntur. Neq; eñ quia diuinitatis natura non
comeditur, propter hoc cõmune quis dixerit ſanctũ corpus Chriſti. Hæc fide-

liter

C liter reddita ſunt, & in eis uidere licet mentẽ Cyrilli. Neſtorius pro ſuo errore fir-
mando rogat, nũ deitatẽ uel humanitatẽ manducare liceat. Cyrillus uidẽs craſ-
ſam intelligentiã, eã tollit dicẽs: Sacramentũ noſtrũ nõ aſſeuerat ἀνθρωποφαγίαν,
hoc eſt, hominis manducationẽ: nec mentes quæ pie credũt de Chriſto, extrudit
ad tam ſtultas cogitationes, ut cogitent ibi deliteſcere corpus, quales nobis homi
nibus obrepũt cogitationes, ſed potius fide ſola & pura citra inquiſitionẽ accipe-
re dicit. An nõ poterat indicare, latẽs in pane corpus Chriſti, ori ſtomachoq; mor
taliũ cõmunicandũ: ſed hoc humanũ & anile cõmentũ foret. Nam & hæc antro
pophagia eſſet, etiã ſi nõ dilanieť ut in macello uel dentibus caro. fides igitur pu
ra cõmendatur. NATH. Quæ eſt illa fides? OEC. Vtiq; illa quæ ſanctificat omnia
ſacramenta: uerbo enim fidei cõſecrãtur. Et quod ſit illud, doceat te Auguſtinus,
qui ſuper Ioannẽ inquit: Vnde tanta uirtus aquæ, ut corpus tangat, & cor abluat?
niſi faciente uerbo, nõ quia dicitur, ſed quia creditur. Alioqui & in ipſo uerbo, ali
ud eſt ſonus tranſiens, aliud uirtus manens. Et hoc eſt uerbũ fidei, de quo Paulus
Romanis: Hoc eſt uerbũ fidei quod prædicamus, quia ſi cõfitearis in ore Domi-
num Ieſum, & in corde tuo credideris quod Deus illũ ſuſcitauit à mortuis, ſaluus
eris. Idẽ nos quoq; fatemur in cœna, tantã uim panis eſſe dominici, ut ſaporẽ lin-
guæ præbeat, & mentẽ mire corpore Chriſti reficiat ac paſcat, nõ aliunde quàm fa
ciẽte fidei uerbo: nõ borũ prolatione, Hoc eſt corpus meũ, ſed fide illa pura, quod
corpus Chriſti paſſum eſt pro nobis, quæ nõ niſi ſpiritus ſancti dono conceditur.
Quæ ſanè fides in cœna nobis annunciatur tam uerbis q̃ ſignis. Vnde & illa fide
nos inq̃t mãducare Chriſtũ, uidelicet q̃ Deus et homo eſt in una perſona. Quod
ſi aliter ſapueris, neceſſe eſt ut in uanas cogitationes diffluas, & Neſtoriano erro-
D ri propior ſis quàm nos. NATH. Vtcũq; nunc idoneus efficior ad intelligenda
myſteria. Sed dic, nihil ne aliud de Euchariſtia obſeruaſti in actis ſynodi Epheſi-
næ? OEC. Iam nulla alia occurrunt. NATH. Pérge igitur ad alias.

QVID ACTVM IN CONCILIO Chalcedonenſi, contra Eutychianos.

OEC. Sequuti ſunt Eutychiani Neſtorianos, diuerſum dogma excitantes:
nempe, unã in Chriſto eſſe naturã ponebãt, quũ duæ ei ſint inſeparabiliter
iunctæ. Vexauit & hæc hęreſis aliquãdiu Eccleſias. Alexandrina & Epheſina fo
uebant, Cõſtantinopolitana & Romana dãnabant, Antiochena uariabat, Oeco
menica ſynodus Chalcedonenſis 630. patrum, damnabat. Flauianus epiſcopus
Conſtantinopolitanus, ſtatim ut impietatis uirus oboleuit, coacto concilio Euty
chen dãnauit. Idẽ egit & Romæ Leo primus. at de ſacramentis nihil actũ eſt, niſi
quod à uirtute ſacramentorũ, quã omnes hæretici ignorant, à quibuſdã aſſumpta
ſunt argumenta. Vnde Leo & hos, cũ à baptiſmo, tũ à cœna redarguit alicubi. Di
ligentiſſime enim laborauit, extirpaturus hæreſin eorũ qui ueritatẽ humanæ na-
turæ ſuſpectam reddebant, nõ raro (ut eſt in epiſtolis ad Flauianũ, ad Iuuenalẽ,
& ad Palęſtinos) à locis in quibus Chriſtus egit, & à paſſionibus illos cõfutabat:
ſed de illo argumento alibi. Scribit etiã Anatholio, quod obſcurius Lanfranco ci
tanti erat, ſic: Aliter enim in eccleſia Dei, quæ corpus eſt Chriſti, nec grata ſunt ſa
cerdotia, nec rata ſacrificia, niſi in noſtræ proprietate naturæ uerus nos pontifex
reconciliet, uerus immaculati agni ſanguis emũdet. Qui licet in patris ſit dextra
conſtitutus, in eadẽ tamen carne, quã ſumpſit ex uirgine, ſacramentũ propiciatio
nis exequitur. Hucuſq; citat Lanfrancus. At quod ad claritatẽ dicti pertinet ſequi
tur, dicẽte Apoſtolo: Ieſus Chriſtus qui mortuus eſt, imò qui reſurrexit, qui eſt in
dextra Dei, qui & interpellat pro nobis. Agnoſcis quod Leo hic non accipit ſacra
mentum pro ſymbolo, tametſi ſacrificiorũ nomine illud exprimat. Arguit autem
à uirtute ſacramenti uere pœnitentibus, pro quibus interpellat Chriſtus, non de-

Digitized by Google

A negandam communionis partem. Sed non eſt mirum in Lanfranco, idem em̃ & antea fecit, citãs ſermonẽ huius de ieiunio ſeptimi mẽſis. Habes em̃ ibi ſic ſcriptũ.

LEO IN SERMONE DE IEIVNIO SEPTIMI MENSIS.

HAnc confeſſionem dilectiſſimi, toto corde promentes, impia hæreticorum commenta reſpuite, ut ieiunia ueſtra & eleemoſynæ nullius erroris contagio polluantur. Tunc em̃ & ſacrificij munda eſt oblatio, et miſericordiæ ſancta largitio, quando hij qui iſta dependunt, quod operantur intelligunt. Nã dicente Domino, niſi manducaueritis carnẽ filij hominis & biberitis eius ſanguinem, nõ habebitis uitam in uobis. Sic ſanctæ menſæ communicare debetis, ut nihil prorſus de ueritate corporis Chriſti & ſanguinis ambigatis. Hoc enim ore ſumitur, quod fide creditur. Et fruſtra ab illis Amen reſpondetur, à quibus cõtra id quod accipitur, diſputatur. Hæc apud Leonem. Sed tu uide, Leo de ueritate corporis Chriſti agit: Lanfrancus aũt hinc errorẽ ſuũ inſinuare uult, quaſi eò ille reſpiciat, quod panis ille transſubſtantiatus ſit in uerũ corpus Chriſti. Ne autẽ tu decipiare, audi qd præmiſerit, ut quæ ſit illa confeſſio quã cõmendat cognoſcas, & quid de ueritate corporis et ſanguinis Chriſti contra Eutychianos, aduerſus quos ei negociũ erat, non ſit ambigendum. NATH. Quamuis Melanchthon hunc nõ citet: qa autem ex antiquis doctoribus teſtimonia profers, libenter audio ut conſcripta ſunt integra. Recita igitur. OEC. Fides catholica quæ omnibus reſiſtit erroribus, etiam ſimul omnes impietates refutat, damnans Neſtoriũ, diuina ab homine diuidentẽ, & Eutychen in diuinis humana uacuantem. Quoniã ueri Dei filius Deus uerus unitatem & æqualitatem habens cũ patre & ſpiritu ſancto, idem uerus homo eſſe dignatus eſt, non conceptu uirginis matris: ſeiunctus à carne, nec à partu: ſic humanitatem ſibi uniens, ut Deus incõmutabiliter permaneret: ſic deitatem homini

B impartiens, ut eã glorificatione nõ cõſumeret, ſed augeret. Qui em̃ factus eſt forma ſerui, forma Dei eſſe non deſtitit. nec alter cũ altero, ſed unus in utroq; eſt: ut ex quo uerbũ factũ eſt caro, nullis diſpenſationis uarietatibus fides noſtra turbetur: & ſiue in miraculis uirtutũ, ſiue in contumelijs paſſionũ, & Deũ qui homo eſt, & hominẽ credamus qui Deus eſt. Vides fidẽ illã de ueritate corporis Chriſti à nobis nõ negari? Idẽ à cœna ſic arguit, Conſtantinopolitanis ſcribẽs. In eccleſia Dei, in omniũ ore tã conſonũ eſt, ut nec ab infantiũ linguis ueritas corporis & ſanguinis Chriſti inter communis ſacramenta fidei taceatur. Quia in illa myſtica diſtributione ſpiritualis alimoniæ hoc impartitur, ut accipiẽtes uirtutẽ cœleſtis cibi, in carnẽ ipſius qui caro noſtra factus eſt trãſeamus. NATH. Vix intellexiſſem abſq; offendiculo hoc dictum, niſi cauſam adieciſſes quare ſic ſcripſerit. nõ contradicit enim tuæ ſententiæ. Vocat myſticã diſtributionẽ: ſed cuius rei myſticã? nimirum ſignificatiuã ſpiritualis alimoniæ. Et qua in re alimoniã? hoc inqt, ut accipientes uirtutẽ cœleſtis cibi, utiq; ſpiritũ ſanctificationis, quẽ Chriſtus ille panis uitæ, qui de cœlo deſcendit, largitur: hoc aſſequimur, ut trãſeamus in carnẽ illius, futuri incorruptibiles, ſicut caro eius, quæ noſtra caro eſt, ſecundũ naturã & nobis data. Qua re non eſt alia quæ magis nos paſcat. At Eutychiani quomodo agnoſcent carnem noſtram in Chriſto, in qua proprietates noſtræ carnis non agnoſcunt? & eundem ad lapidem impingere uidentur hodie, qui corpus Chriſti quantitate & ſitu ac alijs proprietatibus agnatis exuunt, ſine ulla ſcripturarum autoritate. Itaq; in dogmatis Leonem facile recipies. OEC. Libentiſſime. Quàm potens enim Cyrillus contra Neſtorium, tam uehemens eſt Leo contra Dioſcurum & Eutychen. Cæterum contra eoſdẽ, quartus ab illo Pontifex Gelaſius, et ipſe ſe ſtrenue geſſit, indicto Romæ prouinciali concilio, cuius liber cum teſtimonijs patrũ legitur contra Eutychen, habens à ſacramentis argumentationẽ, huic loco ſatis accommodam. NATH. Et quæ eſt illa? OEC.

C GELASIVS PAPA IN CONCILIO ROMANO.

CErtè ſacramenta quæ ſumimus corporis & ſanguinis Chriſti, diuina res ſunt, propter quod & per eadem diuinæ efficimur conſortes naturæ, & tamen non deſinit eſſe ſubſtantia uel natura panis & uini. Et certè imago & ſimilitudo corporis & ſanguinis Chriſti in actione myſteriorũ celebrantur. Satis ergo nobis euidenter oſtenditur, hoc nobis in ipſo Chriſto Domino ſentiendum, quod in eius imagine profitemur, celebramus & ſumus: ut ſicut in hanc ſcilicet diuinam tranſeunt, ſancto ſpiritu perficiente ſubſtantiam, permanẽt tamen in ſuæ proprietate naturæ, ſic illud principale myſteriũ, cuius nobis efficiẽtiã uirtutẽq; ueraciter repræſentant, ijs ex quibus conſtat proprie permanentibus unũ Chriſtũ, quia integrum uerũq; permanere demonſtrat. NATH. Fuitne etiã illa ſynodus celebris?

OEC. Fuit pleniſq; Romanis cõcilijs felicior & doctior, nec ſcripturarũ ſacrarũ nec patrũ cõtemptrix. Aperte docet ſubſtãtiam panis et uini in proprietate ſuæ naturę permanere, quod poſteritas dãnauit in Berengario. Deinde & celebrari imaginem corporis, & ſic illa in diuinã tranſire ſubſtantiã, ut iam unũ ſacramentũ ſit. Signa eñ licet diuerſas habeãt naturas, talia tamen ſunt, ut in unũ quoddã reducantur, quo & mens & ſenſus ſua inueniũt. NATH. Hic lõge aliter loquit, quàm Papiſtæ & Lutherani. Nã & impanationẽ & trãſſubſtãtiationẽ pulchre declinat: & pro te quidẽ aperte loquitur, ſed nonnulla ſubobſcure, ſiue id illius ruditate, ſiue mea tarditate accidat. Cœperũt eñ tunc barbaris ubiq; graſſantibus, & monachis nitorẽ ſermonis negligentibus, incultiora fieri ſecula. OEC. Quæ ſunt illa parum dilucida? NATH. Sacramenta diuinã rem uocat. OEC. Et nos cõfeſſi ſumus ita eſſe, cum propter inſtituentẽ, tũ propter ſpiritus ſancti in nobis operationem. Et hic inquit, quod per eadem nos efficimur diuinæ conſortes naturæ: non dicit,

D panis & uinum id dignitatis aſſequuntur. quod dicũt qui ſubſtantialiter panem eſſe corpus cõtendunt. Deinde cũ panis & uinũ utpote ſacramenta, ut imago & ſimilitudo celebrentur, nihilominus tamen fideliũ mens nõ imagini adhæret, ſed uero corpori. Trãſimus & nos in Chriſti corpus, & manet noſtrę naturæ proprietas, & Chriſto ſua proprietas ſtat ſalua. Nos enim unus panis & unum corpus ſumus, qui de uno illo pane participamus. NATH. Iã ſi dialectico ſyllogiſmo oſtenderes, facilius intelligerẽ cętera. OEC. Faciã. Sicut ſe habent ſacramenta, ita & ea quorum ſunt ſacramenta. Iam ſacramenta ita ſe habent, ut panis & uinum maneant in natura ſua, & accedat diuina ſubſtantia, cuius imago & ſimilitudo in pane ac uino, ita ut ſaluit utrinq; naturis, ad unum ſacramentum pertineant. Igitur contra Eutychen, ita etiam ea quorum ſunt ſacramenta, id eſt corpus & ſanguis, tale quiddã in ſe habẽt, nempe ut ſalua unitate pſonæ, nulla fiat naturarũ cõfuſio. Neceſſaria eſt hæc ἐπιφορὰ, et præmiſſæ, quæ nobis ſeruiũt, palàm â Romanis tũc aſſertæ ſunt. NATH. Bona eſt demõſtratio, ſi ex hac parte ſimilitudine uti licet. OEC. Patribus ſic uiſum, uerũ etiãſi non eſſet neceſſaria aliàs argumentatio, præmiſſæ tamen ut manifeſtæ à patribus aſſumptæ ſunt. NATH. Perge ad alias ſynodos.

QVID IN POSTERIORIBVS CONCILIIS *de Euchariſtia actum.*

OEC. Admodũ multæ fuerũt ad eradicãdas zizanias illas malas, ſed nõ legimus quod Euchariſtiæ negociũ tractarint. Origeniſtę eñ cõculcati ſunt, deinde & Eutychianorũ diſcipuli Monothelitæ. inter quos Sergius Cyrus, ac Pyrrhus præcipui, aſtute & ſolo nomine duas naturas ponẽtes, re aũt ipſa cõfundentes: quando Chriſto unã energiam & uoluntatẽ tribuunt, cuius erroris participes hodie inter aduerſarios noſtros multi ſunt, naturarũ proprietates diſtinguere neſcientes. Hic mihi occurrit, quod aliquando legentem turbabat. NATH. Quid illud? OEC. Sic in libris Conciliorum lego.

A

EX COMPENDIO SYNODORVM.

Πύῤῥος δὲ τὴν ῥώμην καταλαβὼν, ὡς πρεσβύτερος λίβελλον ὀρθοδοξίας ἐπιδέδωκεν, ὡς δὲ ῥαβέννῃ γενόμενος ἐπὶ τὸν ἴδιον ὡς κύων ἐπέστρεψεν ἔμετον. ὅπερ μαθὼν ὁ πάπας ῥώμης ὁ μακαρίτης θεόδωρος, τὸ πλήρωμα τῆς ἐκκλησίας προσκαλεσάμενος, καὶ τὸν τάφον τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων Πέτρου καταλαβὼν, αἰτήσας τὸ θεῖον ποτήριον, ἐκ τοῦ φρικτοῦ καὶ ζωοδότου αἵματος χριστοῦ ἐπιστάξας τῷ μέλανι, οἰκείᾳ χειρὶ τὴν καθαίρεσιν αὐτοῦ καὶ τῶν αὐτῷ κοινωνούντων πεποίηκε. Cæterũ ubi Pyrrhus Romã uenit, tanquã presbyter, libellum rectæ fidei obtulit; ſed ueniẽs Rauennam, tanquã canis ad ſuũ uomitum rediјt. hoc poſtquam reſciuit Papa Romanus beatus Theodorus, conuocata plena eccleſia, & appropians ad ſepulturam Petri apoſtolorum ſummi, poſtulatoq; diuino calice, ex horrendo, datoreq; uitæ ſanguine Chriſti ut irrorauit in atramentũ, ſua manu depoſitionẽ illius & illi communicantiũ fecit. NATH. Habet'ne aliquid momenti hæc hiſtoria? OEC. Plus pro nobis quàm contra nos, uinũ certè atramento commiſcebatur, ſanguis attemperari atramento non potuit, neq; debuit: ſed myſtico ſanguine atramentũ dilutũ, inabolebilem ſententiam declarabat, nec minus ratam quàm ſi ſcripſiſſet ipſe Chriſtus. Tu aũt obſerua quantũ abominetur Eccleſia naturarũ Chriſti confuſionẽ. Religioſe quidẽ ſacramentũ tractabat: ſed etiam hinc patet, quod tũc alterius exiſtimationis fuit habitũ ſacramentũ, quàm hodie apud Romanos. Sed nihil eſt rationibus actũ, quod ad hanc rem pertineat, illis temporibus. Deinde proximis ſeculis, non paruum excitarũt incendiũ imagines; item Mahumetus Aſiam, & barbari Italiam inuadentes: ſuper omnia autem ambitioſi pro pontificatu certantes, unde fit ut parũ diuinæ ſapientiæ haurire liceat ex poſterioribus Concilijs. Tandẽ ſub Conradis & Heinricis uentilari cœpit Euchariſtiæ negociũ, nouas tenebras meditante diabolo, inuentis ad hoc aptiſſimis

B miniſtris Epiſcopis, militaris quàm eccleſiaſticæ diſciplinæ magis peritis, & Imperatorum quàm Chriſti caſtra magis ſequutis. Pleroſq; enim ipſimet indignos cẽſuerũt apoſtolica ſede. Gregrorius ſecundoſeptimus è catalogo Pontificũ mouit Gregorium primoſeptimum, & alios inter ſe ac illum intercedẽtes, perpetuos Berengarij condemnatores. NATH. Parua ſpes ſub illis: atqui à quibuſdam hiſtoriographis multum celebrantur, & incertum quibus credas. OEC. Eſt ita.

DE CONDEMNATIONE BERENgarij & Adelhardi.

Dvos autem condemnatos illo tempore, Berengariũ & Petrũ Adelhardum legimus: & illis nos quoq; comparant. NATH. Si illi tam bene meriti ſunt excõmunicationẽ, ut priores, Neſtorius, Eutyches, Pyrrhus, & ſimiles, graue iudiciũ ueſtrũ fuerit. OEC. Vbi rẽ totã didicerimus, tũc tandem iudicabimus, quantum nobis licet. NATH. Dic primum, an putas duos illos iniuſtè condemnatos? OEC. Non dixerim, nam & alia præterea aſſeruiſſe dicuntur. Berengarius nonnulla affirmabat aduerſus coniugiũ & baptiſmũ paruulorum, ut Guimundus inquit. Adelhardus aũt aduerſus meritũ Chriſti, de quo poſtea. NATH. Non hoc quæro: ſed num ob hanc cauſam, condemnationẽ meruerunt? OEC. Ille mihi innocẽs uidetur, hic uero nequaquã. NATH. Temerariũ uidetur abſolui alterũ. OEC. At ſi audieris innocentiã eius, nõ putabis temerariũ. NATH. Quomodo non temerariũ? quũ ſeipſum ſecũdo dãnarit, & palinodiã cecinerit? OEC. Mala id cõſcientia feciſſe apparet, proinde in iudicio Domini ipſe uiderit. Cæterũ ſic accidat neceſſe eſt, ubi abſq; timore Domini, præliũ Domini decertamus. Erant illi ſimultates cũ Lanfranco & Rogerio: unde quamuis pro ſe ueritatem habuerit, gloriæ tamen ac uictoriæ, quàm ueritatis reuelandæ auidior, ad docendũ proſiluiſſe, Guimundo autore, cui in hac re crediderim, conſtat. Certè Lanfrancus pulchre dolos ſuos & amaritudinẽ declarat. Deinde etiam Berengarius parũ candide inceſſiſſe

C deprehenditur. Idcirco nõ eſt ut illius perſonã tueamur, cauſa potius diſcutienda
erit. Duo tũc libri de Euchariſtia habebãtur, unus Ioannis Scoti, hominis etiã Grę
ce nõ mediocriter docti, qui palàm cũ ex Dionyſio, tũ ex Auguſtino, ꝗd ſentien-
dum de Euchariſtia, docebat. auditor Bedæ fuerat, tempore Caroli magni. Alter
Paſchaſij, ex uarijs doctorũ ſcriptis cõflatus. Hic magis implicabat ꝙ explicabat
legẽtis mentẽ, multa ſanè piè dicta ita cõcinnans, ut craſſę opinioni quadrare pu-
tenť. Sacerdotib. hic quâm ille gratior erat, cœpitq; res in diſputationẽ hominum
uenire, et (ut fit) ſine modo, dũ alij craſſius & irreligioſius ſacramẽta prophanant,
alij ſupra modũ religioſi, etiã in ſuperſtitionẽ relabuntur. Vercellis igitur coijt cõ
ciliũ, ſed tantæ rei nõ reſpõdens. Ibi Berengarius nõ cõparuit, capti ſunt qui pro
illo rationẽ reddituri: carcerib. enĩ tyrannis indocta diſputare cœpit. Lanfranco,
Leonis Papæ familiaritas multũ fauoris addebat. Itaq; Scotus damnatus eſt, dam
nataq; Berengarij opinio, nimirũ ſacerdotio parũ Chriſtiano minus tribuẽs. Sed
nihil effectũ eſt. Andegaui enĩ plures cõuenientes cõtradicebant, & Berengario
ſubſcribebant. Idipſum accidit & Turoni: dedit prior cõdemnatio incrementum
ueritatis, & auidas mentes magis excitauit. Succeſſor Leonis, Victor Florentiæ,
ſimilibus ſuffragijs errorẽ cõfirmauit, eodẽq; effectu. Miſit & Turonã, in qua Ec-
cleſia etiã Berengarius inter primos erat, ſuos legatos: in quibus Hildprandus, qui
& Gregorius ſeptimus. ibi ob puſillanimitatẽ nõ erat integrũ Berengario cauſam
ſuã defendere, tantũ ſe catholicam amplecti ſententiã aſſerebat: quo dicto magis
eluſit legatos & conciliũ, quàm libertatẽ cõfeſſore dignã ſeruauit. Debebat enim
palàm etiã corã hoſtibus & in tormentis ſi adhibita fuiſſent, ſimulando ueritatem
nõ prodere. Nihil igitur promotũ eſt & Turoni. Accuſatus iterũ Romæ Berenga
rius, citatur, & ibi quoq; nõ tam de ueritate aſſerenda, quâm de ſalute corporis ſol
D licitus erat. unde & fœdã illã palinodiã, & modis omnib. abſurdã, ab Humberto
Cardinali præſcriptã, nullis coactus ſcripturis, præſidente Nicolao ſecundo, pro
feſſus eſt. Proinde domũ regreſſus, & male cõſcius, iterũ libere & ſcripſit & docu
it. Tandẽ in Lateranenſi concilio, ſub Hildebrando, qui eſt Gregorius ſecundoſe
ptimus, ut recantaret ſecundo adactus eſt. NATH. ô quàm miſerũ eſt genus ho-
minũ, quod etiã renitẽte cõſcientia, pauculos ærũnoſos dies ueritati reuelãdæ præ
fert. Putas aũt nullis ſcripturis cũ Berengario actũ eſſe? OEC. Viuo illo multi cõ
tra eũ ſcripſerũt. NATH. Ceſſit ne rationibus? OEC. Nõ: frigidiſſimis enĩ cauillis
agebant qui tunc ſcribebant ac diſputabant, & Domini Ieſu & ueterũ dicta Chri-
ſtianiſſima diluebãt. NATH. Quomodo uerba Chriſti, Hoc eſt corpus meũ, ex-
ponebãt? OEC. Hoc, id eſt, corpus meũ inuiſibile, quod ſub ſpecie panis cõtine-
tur, eſt corpus meũ: nolebãtq; panis naturã ultra reſtare, tãetſi & Paulus ipſe toti-
es panẽ appellet, & ab omnibus antiquis doctorib. materia ignorata ſit nõ ſuper-
eſſe. Vnde accidẽtia ſine ſubiecto fingebant, multaq; alia portenta. NATH. Quid
dicebãt autẽ ad Paulũ & ad doctores? OEC. In promptu habebãt cauilla. NATH.
Quæ? OEC. Vocari rẽ uocabulo rei ex qua facta, ut hominem terrã: uel quod
corpus eſt filij Dei, qui eſt panis cœleſtis, uel alio modo incõprehenſibili. NATH.
Hoc nihil erat dicere, urgẽt enĩ ueteres, ſubſiſtere et naturã panis. OEC. Quâm bel
la igitur cõmenta Lanfrancorũ, Rogeriorũ, Guimundorũ, & aliorum qui ex Lan-
franci ſchola prodierunt. Quid igitur talibus concilijs tribuendũ, in quibus nugæ
locũ inueniunt, ueritas cõtemptim exquiritur? NATH. Iã non miror, ſi illis cõtra
dicitur. Qui enim terrena non capiunt, qualiter cœleſtiũ capaces erunt? At ſe in-
terim acutos putant, ſi talia oggänniant. Sed nugatores illos apertius cognoſces.
Quando urgentur ex Auguſtino, & cõmuni totius Eccleſiæ conſenſu & expoſi-
tione, ſacramentum corporis dici corpus Chriſti: loquendi modum quem ubiq;
inueniunt, negare non poſſunt. Contendunt idem eſſe & figuram & ueritatem,

Chriſtumq;

A Chriſtumq́ ipſum eſſe ſacramentū, & ſic parum attentos paralogiſmis circum-
ueniunt. Vbi enim Auguſtinus definit, ſacramentum ſacræ rei ſignum eſſe, pu-
tant hanc generalem definitionem huic ſymbolo non conuenire. Si oſtenditur pa
nem eſſe figuram, dicunt, Chriſtum ſuiipſius figuram, eo quod figuret ſuum cor-
pus myſticum. Et quamuis non poſſint dicere, corpus Chriſti naturale & myſti-
cum, idem prorſus unū corpus eſſe, etiāſi unitate naturali unū ſit, quia unā naturā ha
bet. Audēt etiā dicere, hoc quod Dominus dedit, eſſe ſubſtātialiter corpus. & cū
oporteat mentē omnino eleuatā eſſe, illi hiſce figuris panis, uel etiam ut alijs uide
tur, ipſi pani adhibent corpus, ita ut ſubſtātialiter corpus in pane uel panis ſpecie
bus realiter exhibendum, uel exhiberi affirment: quod profecto non eſt eleuare
mentem ultra ſenſus, ſed deijcere infra ſenſuum cognitionem, & ſponte in tene-
bris uerſari. Et quicquid ex ueteribus protuleris eſſe μνημόσυνον, ſymbolum ac fi
guram, uno uerbo irrident, dicentes: Fractionem quidem immolationis & paſſio-
nis ſignum eſſe, ſed in pane uel eius figura non ſolum ſignum, ſed corpus ipſiſſi-
mum, quia panis in corpus tranſit: uel ut alij dicunt, in ſua manens natura. Et ſi-
quidem has offutias negaueris ſimpliciter, nihilominus conſcius quomodo fide-
libus Chriſti diuidatur & diſtribuatur uera caro, ne mens uel caro ſuis fraudetur
donis: ô Deum, quas blaſphemias, quæ conuitia audire oportet? NATH. Non
ſunt Eccleſiæ parum pernicioſi, qui multum cōtentioſi. Sed dic, ſcripturiſ'ne has
gerras confirmarunt? OEC. Minime. Vide autem, quò immodica rixandi libido
illos duxerit. Vt ſua ſententia conſtaret, non contenti fuerunt, quod ſymbolum,
guſtu, tactu, oculiſq́ ſeruiat: iniungunt miſero Berengario fateri, quod ſenſibili-
ter dentibus atterat. Faſſus enim eſt, panem & uinum non ſolum ſacramentum,
B ſed etiam uerum corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſenſualiter
non ſolum ſacramento, ſed in ueritate manibus ſacerdotum tractari, frangi, ac fi-
delium dentibus atteri. Vide an hoc ſit ultra uel infra ſenſus prouehi. Nō in hunc
modum ſeu ſenſum Gregorius Romanorum primus, neq́ Chryſoſtomus locu-
tus: etiamſi eadem ferè uerba dixerint, ut audies. Cogunt ut renuncies ſenſibus,
& ſenſualem guſtum ac tactum exigunt, non in ſolo ſymbolo? Quid oro tribuen
dum illis concilijs? NATH. Vt uideo, Theologorū & Canoniſtarū ſcholæ, mo-
nachorumq́ factiones, hinc potiſſimum ſuxerunt, quicquid in hac re habent er-
roris: & facti hominum ſerui, à libertate quam Chriſtus ſanguine ſuo peperit, ex-
ciderunt, ſiquidem tam abſurda recipiunt. alioquin à ſancta obedientia quis de-
hortaretur? OEC. Niſi olim aduerſus Eutychen, Neſtorium, & Arrium, maiori
quàm illi egiſſent ſtudio patres, uix ſcintilla fidei reliqua eſſet. NATH. Scio Me-
lanchthonem integriorē, quàm ut iſtarum ſynodorum comprobet tyrannidem,
alioqui Chriſtianis congregationibus non tam iniquum. OEC. Talis erat: nunc
qualis ſit non iudico, quandoquidem & à nobis abhorret. NATH. Vt dixiſti, ho-
mo eſt, fortaſſe ſententiam mutabit. Obliuiſcere horum, & de Petro Abelhardo,
qui fermè centum annis Berengarium ſecutus, narra. Hunc autem à Diuo Ber-
nardo in Senonenſi concilio, ut recantaret, adactum audio ſcripturis, & ui di-
uini ſpiritus.

QVARE IN RE EVCHARISTIAE
Abelhardus damnatus.

OEC. Nihil nobis cōmune cū Abelhardo. Quia ēm ſummā fidei negauit, nē
pe Chriſtū ſatisfeciſſe pro peccatis noſtris, et mortē eius nos uiuificare: qua
nā ratione nō impia eius de Euchariſtia opinio? Quod apte cōmemorat Ganfre-
dus Antiſiodorēſis, primū diſcipulus eius, deinde notarius Bernardi, ſic inquiēs:
Ego aliquādo magiſtrū mihi fuiſſe recordor, q cū pedib. & inteſtinis nihil āplius
de agno paſchali, aut ipſe uorans, aut diſcipulis exhibēs, & ſe pariter ac ſuos non
modica

C modica eius parte fraudabat. Siquidē precium redemptionis euacuans, nihil aliud in ſacrificio dominicæ paſſionis cōmendauit, niſi uirtutis eius exemplū, et amoris incentiuū, quaſi hæc duo in mortibus prophetarū exhibita nō ſint. Et qdē magna hæc uera, ſed nō ſola. Benedictus Deus, q mihi ſimul & uobis magiſtrū dedit poſtea meliorem, per quem prioris redarguit ignorantiam, inſolentiam confutauit. Ille enim tanquā uerus Hebræus auide prorſus uorabat, & uorandum nobis ſollicite cōmendabat caput agni cum pedibus & inteſtinis: ſic imitandū Dominum prædicans patientem, & ſic redamandum diligentem, ut principalem huius ſacrificij cauſam, uelut agni caput redemptionē in eo profiteremur, & adoraremus naturā humanā. Et hæc quidē diſcipulus eius: ex quibus apparet, ubi grauiter impegerit Adelhardus. Quod autē Bernardus non reprobarit in illo noſtrā, imò Chriſtianam ſententiam, potes uel ex dictis Bernardi de cœna domini accipere, ubi inter cætera ſic dicit: nam illic rem cœnæ ſatis exponit.

BERNARDVS IN SERMONE COENAE DOMINI.

Sacramentū dicitur ſacrū ſignū, ſiue ſanctū ſecretū. Multa qdē fiunt propter ſe, alia uero propter alia deſignanda, & ipſa dicunť & ſunt. Vt enim de uſualibus accipiamus exemplū, datur annulus abſenti propter annulū, & nulla eſt ſignificatio, dať ad inueſtiendū ad hæreditatē, quādo & ſignū eſt, ita ut iā poſſideat accipiens. Annulus nō ualet quicquā, ſed hæreditas eſt quā quærebā. In hūc itaq; modū appropiās paſſioni Dominus, de gratia ſua inueſtire curauit ſingulos, ut inuiſibilis gratia ſigno aliquo uiſibili præſtaretur. Et ſi totū hūc ſermonē perlegeris, nō inuenies aliam interpretationē. NATH. At idē, aiunt, alibi clarius dicit. OEC. Quid eſt hoc? NATH. Sic ſcribit. Potes'ne æſtimare, quale & quantū eſt hoc ſan-

D ctum ſanctorū, & ſacramentum ſacramentorum, amor amorum, dulcedo dulcedinū: hæc ſunt uerè feſta pocula, hæc ſunt gaudiorum fercula uitalia iuſtorū, hæc ſunt ſpirituales delitiæ iuſtorū & ſanctorū, hic bibuntur in loco uberi torrentes lactis, flumina mellis, liquores balſami cœleſtis: hic efficiť una caro ſponſa cū ſponſo, unus ſpiritus ſancta anima cū Chriſto, experientia horū & ſimiliū ſpiritus eſt ac uita, amici ſponſi, id eſt, boni epiſcopi, boni abbates et cæteri guſtauerūt, & pleniſſime experti ſunt, quod nos dicimus, ideoq; ad menſam altaris frequētius accedunt, omni tempore candida facientes ueſtimenta ſua, id eſt, corpora prout poſſunt melius, utpote Deum ſuum manu & ore contrectaturi, & colloquentem ſibijpſis audituri. Et poſtea: Tria in hoc altaris ſacramento attendere debes, ſpeciem panis, ueritatem carnis, et uirtutē gratiæ ſpiritualis. uſq; ad ſpeciē panis pertingit ſenſus exterior, ad ueritatē carnis fides interior, ad uirtutē gratiæ ſpiritualis charitas ſuperior. Speciē panis rodit aliquādo ſorex paruiſſimus, Chriſtianus etiā recipit peſſimus, uirtutē gratiæ ſpiritualis nō niſi prædeſtinatus recipit. Itē addit: Quod uidemus, ſpecies eſt panis et uini: quod autē ſub ſpecie illa credimus, uerū corpus eſt, & uerus ſanguis Domini, quod pependit in cruce & de latere fluxit. Comeſtio itaq; ſacramentalis, quantū ad uiſibilē ſpeciē, & quantū ad corporis Chriſti ueritatē, cōuenit bonis ac malis cōmuniter. Sed eſt alia comeſtio, ſicut iam diximus, bonorū ſolūmodo, quam per Dei gratiam ac per fidē ex dilectione operante, uitæ meritum efficit, & affectus mentiū in cordibus percipientiū uel miniſtrantiū, intercedēte ſpirituali & ſubtiliore quadā unione capitis et mēbrorū. Obſerua. Nónne & hæc clara ſunt & perſpicua? Deū ſuū manu & ore cōtrectaturi, & colloquentē ſibi audituri. Et deinde ueritatē carnis cōtineri dicit in ſacramento altaris, ad quā fides interior pertingit. Aut uidentur hæc tibi adhuc ambigua? OEC. Nō legerā illa apud Bernardum, ſed cōtra Adelhardum illam ſententiā aduerſariorum nō aſſerit. Super cantica autē ſatis docet, quid ſit audire Deum & habere collocutorē, addo & oſcula & amplexus myſticos. Vnde & uerba iſta quæ citas intel

A intelligo. Cæterũ quod uerũ corpus et ſanguinẽ ponit in myſterio, ſciui pridẽ: et ip
ſe eodẽ ſenſu nihil dubito, quo ille locutus eſt. Nã ꝗ credit etiã fide mortua Chri-
ſtũ filiũ Dei & Mariæ, pro noſtra recõciliatione & uiuificatione mortuũ, & teſtat
hoc ſacramento ſe id credere, illi utiq; uerũ corpus Chriſti eſt in ſacramẽto altaris.
Nã & ipſe ſubleuat ſenſus, tametſi gratiã & uirtutẽ nõ aſſequat. Ad hæc, eſto hu
milior ſit is q̃ ut capiat, Eccleſia tamen corpus Chriſti uerũ agnoſcit, propter quod
ille nequaquã impunis erit. Etenim ſic ſenſiſſe Bernardũ ſentio. Excellebat enim
exactiore iudicio omnes ſuæ tempeſtatis uiros. Nã & probe internoſcebat ac ex-
periebat, quid eſſet in myſterio paſci. Dicit enĩ ſuper illud, Sub umbra eius, &c.
Vmbra eius, caro eius, umbra fides, Mariæ obumbrauit proprij filij caro, mihi Do
mini fides: quanq; & mihi quomodo nõ obumbrat caro, qui in myſterio mãduco
eã? nihilominus uirgo fidei et ipſa experta eſt umbrã, cui dictũ eſt, Beata quæ cre-
didiſti. Et ſermone 39. in Cantica, Lauda dominũ Deũ Zion, quoniã confortauit
ſeras portarũ tuarũ, quoniã benedixit filijs tuis in te: Qui poſuit fines tuos pacẽ et
adipe frumẽti ſatiat te. Quis nõ uehemẽter cupit paſci, & ꝓpter pacẽ & ꝓpter adi
pem & propter ſatietatem? Nihil ibi formidatur, nihil faſtiditur, nihil deficit. Tuta
habitatio paradiſus, dulce pabulũ uerbum, opulentia multa nimis æternitas. Ha
beo & ego uerbũ, ſed in carne, angelus ex adipe frumenti ſaginat, & nudo ſatura-
tur grano: me oportet interim ſacramenti cortice eſſe contentũ, carnis furfure, lite
ræ palea, uelamine fidei. Et hæc talia ſunt, quæ guſtata afferũt ſanitatẽ, ſi modo de
primitijs fidei quantulũcunq; acceperint condimentũ. Prorſus mors mihi in olla,
niſi de prophetę farinula dulcoretur. Deniq; abſq; ſpiritu & ſacramentũ ad iudici-
um ſumit, & caro nõ prodeſt quicquã, & litera occidit, et fides mortua eſt. Sed ſpi
B ritus eſt qui uiuificat, ut uiuã in eis. At quãtalibet ſanè abundãtia ſpiritus pingue
ſcantilla, nõ pari iucunditate ſumitur cortex ſacramenti & adeps frumenti, fides
& ſpecies, memoria & præſentia, æternitas & tempus, uultus & ſpeculum, ima-
go Dei & forma ſerui: nempe in omnibus his fides mihi locuples, intellectus pau
per. Nunquid uero par intellectui fideiq;, cũ ſit meritũ in iſta, & illi in premiũ? Vi
des diſtare inter pabula quantũ inter loca, & ſicut exaltãtur uiæ cœli à terra, ita in-
habitantes in eo. Hæc Bernardus. Non'ne & ipſe ſymbolicã iſtam cognitionem
declarat in ſacramentis: neq; eò ducit quò ſui ſeculi ſcriptores pleriq;. ut interim de
carne, fide, & litera taceam, quæ huc nõ pertinent. Vt corticẽ ſacramentũ habet,
Chriſtum ut adipẽ, in quẽ proſpectant angeli, nobis nunc fide uelatum. NATH.
Mirũ eſt de hoc patre, ſi illis tẽporibus tam pure loqui auſus eſt, & inuidiæ Theo-
logorum non ſuccubuit. fortaſſis illum ſuauitas ſermonis defendit, & ſanctimo-
niæ opinio. OEC. Imò Deus, qui uario modo Eccleſiæ proſpectat: tametſi et illi ſu
os næuos permiſit, quos & ipſe multum deplorat. Patet etiam ex epiſtola eius ad
Hugonem, q̃ nõ alliget gratiã ſacramentis. Satis igitur nobis perſpectum, quid
priora, quid poſteriora ſecula ſpectarint: in quibus magis de componendis Papa-
rum ſciſmatis, de recuperandis terris amiſſis, de humiliandis Cæſaribus, de pro-
uehenda dignitate ſacerdotali, de monachis mendicis honeſtãdis, de canonizan
dis ſanctis mortuis, actũ, q̃ de ſumma fidei: quæ quaſi tyrannidẽ paſſa, neglectius
tractata eſt. Quid enĩ Conſtãtiæ, Baſileæ, Florẽtiæ, ac Laterani actũ, quãuis poſſi
mus narrare, cõſulto omittimus. NATH. Neq; interrogarim. Cõdemnati ſunt in
his Vuiclephus, Huſſius, & alij, quibus nihil horribilius, quàm talem Eccleſiæ fa
ciẽ uidere. Pauci in illis ea quæ Chriſti erãt quærebãt. OEC. Satis igitur diu in his
uerſati ſumus. NATH. Poterat uel ꝙ de Niceno Cõcilio ꝓpoſitũ, ſufficere. Videa-
mus nũc, an cõtra uos, uel cõtra quos pugnẽt patres illi, quos Melanchthon citat.
OEC. Placet: ſed unde incipiendũ? NATH. A Cyrillo, ut deinceps ad alios trãſ-
eas. OEC. Opinabar iam ſatisfactum de Cyrillo. mentem enim illius in concilio
Epheſino

C Epheſino audiuimus. NATH. Dabis aliqd tarditati meæ. OEC. Quære quod uis.

AD DICTVM CYRILLI SVPER ILLVD,

Ego ſum uitis uera, &c.

NATH. Vrget hic Cyrillus Chriſtum in nobis eſſe, ac nobis unitũ nõ ſolum
habitudine, qua per fidem & charitatem coniungimur, ſed etiam participa
tione naturali. OEC. Idem poſtea facit & Hilarius. NATH. Quæro, an tu etiam
hoc admittas. OEC. Nihil ita me conſolatur, tantum abeſt ut inficias eam. NATH.
Concedis etiã Chriſtũ uitem eſſe, & nos palmites? OEC. Etiam: quia Chriſtus ca
put eſt & primogenitus, nos membra & fratres. Iã nec caput erit, nec primogeni-
tus, niſi eiuſdẽ naturæ ſit cũ membris ac fratribus. Ad eandẽ eñ naturã pertinent
caput & membra, ſic etiam uitis & palmites: unde in eis eſt participatio naturalis.

NATH. Vt capis dictũ Apoſtoli: Membra igitur Chriſti, membra faciã meretri
cis? abſit. OEC. Non eſt aliud quod magis me generoſitatis admonet. Nõ ſolum
enim Chriſto dedicata ſunt membra, ſed quia tali capiti adhærent, ô meã igno-
miniã, ſi ea ſordidaro. NATH. Et quomodo intelligis, Qui manducat meam car-
nem, & bibit meũ ſanguinem, in me manet, & ego in illo? OEC. Si Chriſtũ per fi
dem ſequar, & recepero uti animæ meæ gratiſſimã eſcam, particeps naturæ illius
ero incorruptibilis. Contingens enim ipſum, neceſſe erit ut uiciſſim contingar.

NATH. Vt cõgruit exemplũ de cera? OEC. Bene. Nã ignis diuini ſpiritus lique
facit cerã carnis Chriſti, imò incorruptibilẽ fecit: ita eadẽ cera ſuæ carnis, ſuo igne
feruẽs, carnis quoq; noſtræ cerã, ſuæ natiuitatis cõtactu, ſiqdẽ eã fide recepenimus,
incorruptibilẽ facit. NATH. Nunquid hæc eſt uirtus ſacramentorũ, ut tanti bene
ficij cõpotes efficiamur? Dicit enim Cyrillus: An fortaſſis putat ignotã nobis my-
D ſticę benedictionis uirtutẽ? OEC. Etiã: ſed efficacia illa eſt ex ſanctificatione in ſpi-
ritu ſancto. Illius enim potentia, & abſq; ſymbolo æque efficax eſt & ſemper pu-
ra. Neq; enim ut conſors operationis aſſumit ſacramentũ, etiãſi per illud admone
at, excitet, beneficiaq; ob oculos ponẽs inuitet: neq; tantæ uirtutis capax elemen-
tum ſit, niſi forte ſacramenti nomine ſimul cõplectaris & organa illa ſpiritus, et ſpi
ritũ ſanctũ ipſum, qua ſynechdoche & ueteres uſi ſunt. At noſtra cõtrouerſia eſt
de ſacramento, inquantũ illius & impij ſunt, & eſſe poſſunt participes. Iã tale ex
impio non facit pium, id quod ſpiritus ſanctus per ſe ac ſolus facit, & hoc interim
utitur organo. Annon hæc uera ſunt? NATH. Aſſentirer per omnia, ſi nõ Cyrillus
adijceret uerbis Paulinis, Nam unus panis & unũ corpus multi ſumus: omnes
quidẽ de uno pane & de uno calice participamus. At fortaſſe putat ignotã nobis
myſticæ benedictionis uirtutẽ: quæ cũ in nobis fiat, facit quoq; CORPORA
LITER communicatione carnis Chriſti, Chriſtũ habitare in nobis. Nõ uides
ſignatum maiuſculis literis ſcriptum CORPORALITER? OEC. Video,
per gratiam Dei: uideo etiam quod hoc uerbo aliud uelit, quàm lectoris ſimpli-
citati neſcio qua fide obtruditur. NATH. Oſtende & mihi ut uideã. OEC. Cautiſſi
me loquitur: interpretando ea quæ Paulus dixerat, abducit ab elemento & exter-
no, & proponit uirtutem: quę nobis illo externo repreſentatur. Iſta, inquit, uirtus
ſcilicet, nõ ille panis, facit ac operatur Chriſtũ in nobis habitare, nõ ita corporali-
ter, quod panis habeat naturalẽ ac ſubſtantialẽ unionẽ cũ corpore Chriſti, ut obij
ciunt illa aduerſariorũ teretiſmata, ne dicã gloſſemata, quæ impugnamus: ſed ita
corporaliter, quod Chriſtus habitet in nobis. Exponit autẽ ſeipſum, dũ dicit com-
munione carnis. NATH. Et hoc ſic dici uolunt, communione carnis quæ eſt in
pane illo, quod tu uidere nõ uis. OEC. Fides non ſinit, quæ ſpiritui hoc tribuit: illi
us eſt uiuificare & ſanctificare: illius etiã eſt nulli rei inanimæ ſic addictũ eſſe, quo
cunq; tandẽ modo illis organis utatꝰ ſpiritus. Externa externã habẽt operationẽ,
intimus aũt ille penitiſſimã, Viuificator igitur ipſe, qui internã operatur ſanctimo-

niam

A niam,& corpus noſtrum aſſimilat corpori Chriſti, idē etiā ſuſcitabit mortalia corpora noſtra. Et iā antea oſtenſum eſt ex Cyrillo, ad obiectiones Theodoreti, quomodo dominicā carnē manducemus. Porrò ut latius uideas, ipſiſſimā hāc eſſe mētem Cyrilli, age iterum aliunde illius teſtimonia proferamus. Scribit ad Reginas.

CYRILLVS AD REGINAS SVPER HAEC *uerba: Quoniam pueri participes fuerunt &c.*

Τὰ παιδία φησὶν, ἐν τούτοις ἡμᾶς δηλονότι τοὺς ὄντας ἐπὶ τῆς γῆς, κατά γε τὸ ἐν ψαλμοῖς ὑμνούμενον, ὡς ἐκ προσώπου θεοῦ, ἐγὼ εἶπα, θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες. ὅσον γὰρ ἧκεν εἰς τὸ θείου δοκοῦν, καὶ εἰς ἐνοῦσαν ἡμερότητα κατὰ φύσιν αὐτῷ, πάντες ἂν ἦμεν τέκνα, καὶ ἀπωλίσθεν ἂν οὐδεὶς τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος. ἀλλά φησι ὁ Δαβὶδ, ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκομεν, καὶ ὡς εἷς τῶν ἀρχόντων πίπτομεν, τοῖς τῆς σαρκὸς πάθεσι τὸν οἰκεῖον ὑποφέροντες νοῦν. πῶς οὖν ἄρα κεκοινωνήκαμεν αἵματος καὶ σαρκός; ψυχὴ γὰρ ἡ ἀνθρωπίνη φύσιν ἑτέραν ἔχουσα παρὰ τὴν σάρκα τῇ πρὸς αὐτὸν συνθέσει καθ᾽ ἕνωσιν τὸ ἕν τι καὶ λογικὸν ἀποτελεῖται ζῶον, τουτέστι τὸν ἄνθρωπον. οὕτω τοιγαροῦν καὶ ὁ τοῦ θεοῦ λόγος ἐμψυχωμένῃ σαρκὶ, καὶ οὐκ ἀψύχῳ κατά τινας, ἑαυτὸν ἀπορρήτως ἑνώσας μετέσχεν αἵματος καὶ σαρκὸς παραπλησίως ἡμῖν, διὰ γεννήσεως δὲ δηλονότι τῆς ἐκ γυναικός. εἷς οὖν ἄρα κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, ὡς ἑνώσαντα μὲν ἑαυτῷ τοῦ θεοῦ λόγον τὸ ἀνθρώπινον, μεμενηκότα δὲ καὶ οὕτως ὅπερ ἦν. εἰ δὲ αὐτὸς κατήργηκε τοῦ θανάτου τὸ κράτος, ὡς ζωὴ καὶ θεὸς, ἴδιον αὐτοῦ νοεῖσθαι πρέπει, τὸ πέπονθεν τὸν θάνατον, ἵνα ὡς αὐτὸς ἀναστὰς καταργῆσαι λέγοιτο τὴν φθορὰν, καὶ εἰς ἅπαν ἡμῶν παραπέμψητο γένος τῆς ἀφθαρσίας τὴν χάριν. ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκομεν, οὕτω καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται. καὶ πάλιν, ὥσπερ δι᾽ ἀνθρώπου θάνατος, οὕτω καὶ δι᾽ ἀνθρώπου ἀνάστασις νεκρῶν. In his ſanè nos qui ſuper terram ſumus, pueros uocat, ſecundum quod in Pſalmis canitur, quaſi ex perſona Dei: Ego dixi dij eſtis, & filij altiſſimi omnes. Nā quantū attinet ad fauorem Dei, & ad benignitatē quæ natura ipſi ineſt, omnes eramus filij Dei, & nul
B lus à proprietate illius exciderit. Sed inquit Dauid: Sicut homines morimur, & ſicut unus principum cadimus, mentem noſtram carnis paſſionibus ſubijcientes. Quomodo igitur participes facti ſumus ſanguinis & carnis? Anima enim humana naturam aliam habens à carne, in compoſitione ad illam unum & rationale perficit animal, hoc eſt hominem: Sic igitur uerbum Dei animatæ carni, & non inanimatæ ut quidā uolūt, quod ſe ineffabiliter uniuit, particeps ſanguinis & carnis, ſicut nos per natiuitatē quæ eſt ex muliere. Vnus igitur Dominus Ieſus Chriſtus, utpote uerbum Dei, Ita uniuiſſe ſibi humanitatem, manſiſſeq́ et ſic id quod erat, & quod ipſe aboleuit mortis imperium, ut uita & Deus, proprium illius intelligere conuenit. Quod uero paſſus eſt mortem, ut ipſe reſurgens aboleuiſſe dicatur corruptionem. Etenim in omne noſtrum genus tranſmiſit incorruptionis beneficium. Nam ſicut in Adam omnes moriuntur, ita in Chriſto omnes uiuificabuntur. Et iterū: Sicut per hominē mors, ita per hominem reſurrectio mortuorum. NATH. Quorſum hæc citas? OEC. Vt uideas nobiſcum eſſe Chriſtum participatione naturali. NATH. Sed ſic etiam cum malis participaret? OEC. Etiam, at illi non participant ſpiritu cum Chriſto. Sed iterum audi ex eodē libro ſuper illud: Omnis uiri caput, Chriſtus.

IDEM EODEM LIBRO SVPER ILLVD, *Omnis uiri caput, Chriſtus, &c.*

Ἐπειδὴ δὲ δεύτερος Ἀδὰμ κατωνόμασται Χριστὸς, κεφαλὴ τέθειται, τουτέστιν ἀρχὴ τῶν δι᾽ αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν ἀναμορφουμένων, εἰς ἀφθαρσίαν, δι᾽ ἁγιασμοῦ ἐν πνεύματι. Quoniam autem ſecundus Adam nominatus eſt Chriſtus, caput poſitus eſt, hoc eſt, princeps eorum qui per illum ad ipſum reformantur in incorruptionem, per ſanctificationem in ſpiritu. Vides hic tribui ſpiritui ſancto unionem noſtram? Iam quoties unietur corpus Chriſti noſtro? ſi ante communionem in me habitat, quid adijcietur per ſecundā & tertiam communionē? An non liquidum eſt, me antea per

R Chriſtum

C Chriſtum uiuificatum? Quod ſi minus agnoſco, ut hypocrita condemnor, non dijudicans corpus Domini. Quid autẽ de, his qui uel per ualetudinẽ nunquam communicant myſterijs, alioqui fideles, & ſacramentorum minime contemptores, & ſpiritu Dei aguntur, ita ut & uitam & omnia pro Chriſto relinquere parati ſint? negabis tu illos non eſſe in corpore Chriſti, uel Chriſtum corporaliter habitare in eis? Nihil'ne corporibus illorum proderit, uerbum corpori humano unitum? Paulum igitur ſic citatum à Cyrillo arbitror, ut propoſito ſuo congruat. Nam ſi ideo unum corpus uocat, quia in pane caro ſumpta eſt communiter, futuri aliqui non ſunt palmites, qui ſunt palmites. Reſpexit igitur quò & Paulus, nempe ad communionem carnis Chriſti, quæ uere per ſanctificationem in ſpiritu contingit. Nam & ipſe in hunc modum intelligi uult locum iſtum Pauli, Reginis explicans & dicens.

CYRILLVS AD REGINAS.

Ἡ γὰρ ἀνθρώπου σὰρξ ὅσον ἧκεν εἰς ἰδίαν φύσιν, οὐκ ἂν εἴη ζωοποιός, ἀλλ' οὐδὲ τὸ αἷμα τὸ ἀνθρώπινον, εἰ κοινὸν εἴη καὶ καθ' ἑαυτό, ζωοποιεῖται δὲ τὸ σῶμα χριστοῦ καὶ τὸ τίμιον αἷμα πρέποντι μόνῳ θεῷ τῷ ζωοποιεῖν δύνασθαι τὰ ζωῆς ἐπιδεῆ. θεὸς οὖν ἄρα χριστός, οὕτω γὰρ ἔσται ζωοποιὸν τὸ σῶμα αὐτοῦ. Hominis enim caro quantum ad ſuam naturam attinet, non eſſet uiuifica: ſed neque ſanguis humanus, ſi communis eſſet & ſecundum ſeipſum. Viuificatur autẽ corpus Chriſti, & uenerabilis ſanguis, ſolo Deo quem decet uiuificare poſſe id quod uita indiget, Deus igitur eſt Chriſtus. Sic enim erit uiuificum corpus illius. Hæc ille. Vides nũc, quomodo corpus Chriſti uiuificum ſit? non quia in pane diſtribuitur carnaliter, ſed quia à Deo aſſumptum. NATH. Non putaſſem hoc dictum Cyrilli, aduerſarijs tam parum ſuffragari. Expendamus & alia, & primum.

D AD SECVNDVM CYRILLI DI*ctum, quod ſupra require.*

OEC. De quo agit hoc ſecundum? NATH. Firmã fidem adhibendam docet myſterijs, & in ſublimibus rebus nunquã uel cogitandũ uel proferendum iudaicum Quomodo, quod extremi ſupplicij cauſa. OEC. Quid igitur? Nõ licebit & nobis ſcripturas indagare, quomodo hæc ſcriptura cũ illa cõcilietur, aut quomodo exponenda ſit ſcriptura? Reijcit'ne omne Quomodo? Igit̃ etiã magnã partẽ utiliũ quæſtionũ. NATH. Nõ hoc uult. nam & Maria quærit ab angelo etiam in magno myſterio: ſed iudaicum Quomodo prohibet, quod nec ſapientiam nec omnipotentiã Dei curat, & uelle carnalẽ manere, ac de ſpiritualibus interrogare. Inuenies aũt et hoc Quomodo cũ apud Chryſoſtomũ, tũ apud Auguſtinũ, aliosq́ haud irreligioſe. OEC. Hoc certè pernicioſum foret, nos ab illo libẽter abſtinebimus. Iubet eñ & difficiliũ ſolutionẽ quærere, & ipſe Cyrillus expoſitũ modum indicat. Aut ſi prorſus omnino de modo quo manducat̃ Chriſtus rogare nõ licet, quare alij ſpiritualiter edi declararũt, & quare illis licet *ῥητῶς* affirmare panem ſubſtãtialiter eſſe corpus Chriſti: nobis autẽ nõ licet dicere, panẽ myſtice eſſe corpus? & quare illi audent corporaliter manducandũ dicere, nos aũt arguimur dicẽtes ſpiritualem eſſe cibũ? uel nos nõ redargui, uel ipſos idipſum criminis peccare nõ oportebat. NATH. Nõ puto illos omniũ expoſitionẽ hoc dicto reijcere. OEC. Quare igitur tanto ſupercilio nobis os claudere conãtur? Vis ſcire quomodo in colloquio Heſſico, de hac re actũ ſit? Inceſſebar tanquã argutulus à mortaliũ omniũ dicaciſſimo, quũ quædã de ueritate humanæ carnis in mediũ afferrem. Vrbanitatis igitur illius memor, ſequẽti die rogabã, an prorſus nõ liceat nobis de modo agere, quo ſit in pane corpus: afferebãq́ Auguſtini dictũ, admonẽtis ne de hoc dicto, Hoc eſt corpus meũ, pueriliter ſentiamus, & proinde opus nobis diſcere, ne toti pueri ſimus. Rogabã igit̃, an ipſe modũ indicare, uel ex me audire uelit,

& cum

Digitized by Google

A & cum ipſe nihil afferret, ego dicebam, tuto me poſſe hunc modum aſſerere, quem omnes ueteres doctores habent, quos eccleſia non reſpuit, dicentes menſam illam myſticam & in ſacramento corpus ſumi. Quæ expoſitio planè meæ ſententiæ quadrat. Nam ex doctoribus, præſertim Auguſtino, etiam oſtenſum, ut illi ſacramentorum rationem ponant. NATH. Et quid illi ad hæc? OEC. Mihi Auguſtinum relinquebant. NATH. Neque ego ſi uel iniquiſſimus eſſem cauſæ, te ſic incedentem taxarim. OEC. Iudica autem oro. Illi in eandem loquutionum ſpeciem ponere audent, quod nemo antea fecit. Hic eſt filius meus dilectus, & hoc, id eſt, Panis eſt corpus meum. Nos uero in hanc claſſem, poſt Auguſtinum: Sanguis eſt anima, Petra erat Chriſtus, Hoc eſt corpus meum. Vtri os obſtringes? noua ne afferenti, uel Auguſtinum ſequenti? NATH. Iudicare facile eſt. OEC. Animaduerti & Damaſcenum, & commentitios illos Ambroſium & Cyprianum, & miracula multa amantes, hoc dicto ſimiliter ſicut Melanchthon, ſuam ſententiam uoluiſſe ſtabilire, omnipotentiam Dei approbando: ſed intempeſtiuè, & non ita dextrè ut Cyrillus. Nam ſi non crederemus carnem Chriſti eſſe panem cœleſtem, nec diuinam nec uiuificam, ſi negaremus reſurrectionem, rectè ut Iudæis talia nobis obijcerent. Iam fidei primum mancipati ſumus, & edocti nos uiuificandos ſpiritu, quid ſi abſque dolo rogaremus? Per gratiam Dei quantum ad nos attinet, non ſumus animales, omnipotentem Deum non negamus, neque ſapientiam eius uellicamus: ſed admoniti, non ſinimus nos blandiloquentijs & argutijs à cognita ueritate abduci. NATH. Non improbo. Eſt enim tam prudentia, ne circumueniamur, quàm humilitate, ne ſupra quàm oportet ſapiamus, opus. Venimus nunc ad tertiam Cyrilli ſententiam.

AD TERTIAM CYRILLI SENTENTIAM, ſuprà uide.

B OEC. Quid noui habet, uel quid in illa pecco? NATH. Modū manducandi credentibus diſcipulis expoſitū dicit. Dedit enim illis fragmenta panis, inquiens, Accipite & manducate, Hoc eſt corpus meū. Quem tu alium modum ex his uerbis accipies, quàm in pane contineri corpus Chriſti ſubſtantialiter, et ſic edi? OEC. Venit autem mihi in mentem, quod Chryſoſtomus inquit, huic tuæ cogitationi contrarium.

CHRYSOSTOMVS IN HOMILIA.

Καὶ αὐτὸς οὖν ἔπιεν ἐξ αὐτοῦ. ἵνα γὰρ μὴ ταῦτα ἀκούοντες εἴπωσι, τί οὖν αἷμα πίομεν καὶ σάρκα ἐσθίομεν; καὶ θορυβηθῶσι τότε, καὶ γὰρ ὅτε τοὺς περὶ τούτων ἐκίνει λόγους, καὶ πρὸς τὰ ῥήματα αὐτὰ πολλοὶ ἐσκανδαλίζοντο. ἵνα οὖν μὴ καὶ τότε ταραχθῶσι, πρῶτος αὐτὸς τοῦτο ἐποίησεν, ἐνάγων αὐτοὺς εἰς τὴν κοινωνίαν τῶν μυστηρίων ἀταράχως, διὰ τοῦτο τὸ ἑαυτοῦ αἷμα αὐτὸς ἔπιε. Itaque & ipſe ex illo bibit. Ne enim audientes hæc dicāt, quid igit̃ ſanguinē bibimus & carnē edimus? turbenturque tunc. Etenim & quando de his ſermones mouebat, etiā uerbis ipſis offendebantur. Vt igitur ne & tunc turbentur, primus ipſe bibit, inducens illos ad communionē ſacramentorū intrepidā. OEC. Nonne ille mouet aliā rationē ſumendi cibū, nempe in ſacramento? NATH. Poſſunt & hæc uerba pro illis accipi. Scribūt em̄, ideo corpus Chriſti nō uiſibile dari, ne cuipiā horror ſit carnes edere, & quod ob hoc confortarit Chriſtus diſcipulos. OEC. Imò adhuc horror eſt, etiam inuiſibilem contingere, ne dicam manducare carnem, quæ pro me paſſa eſt, & nunc in tanta gloria regnat. An non & angeli Deum uidentes, faciem ſuam tegūt, nos autē hoc magis concutimur, quo ardentius illius glorioſam dignitatē cogitamus, ut experiuntur ſpirituales Dei filij, maxime ſi talia eis dicūtur. nihil ergo pio horrori decedit. Nō tamen dicit ille, horreant, ſed turbenť: fuiſſet ſanè maior offendiculi occaſio, corpus in pane latens edi, quàm ſimpliciter iubere edi; niſi indicaſſet eſſe ſacramentū & memoriale mortis,

C dicens: Hoc facite in mei memoriam. Cognoſcere quod caro Chriſti cæſa pro nobis, uiuificatrix ſit nobis id quod panis fractus & calix effuſus indicat, id tandẽ modũ oſtendit, quo=ſmodo edere licet carnem, ut Auguſtinus de doctrina Chriſtiana monuit, & Heychius quoq; inquit.

HESYCHIVS LIB. IIII. CAP. II.

Sacrificium de ſartagine diſpenſationẽ paſſionis appellat unigeniti, crucem aſſimilari ſartagini propterea iudicans, quia ſartago in tantũ fortis eſt, ut ſuperpoſita igni, ipſa quidem non conſumatur, nec aliquam corruptionem ſuſtineat aut imminutionem: ſuperpoſitos autem cibos mox ut ignẽ tetigerint, uel ſi duriores fuerint, non longo interuallo aptos eſui reddit. Sic & Chriſti crux fortis quidem in tantum fuit, ut omnem creaturam ſubijceret crucifixo, carnem autem eius quæ ad comedendum inepta erat ante paſſionem (Quis enim comere cupiebat carnem Dei?) aptam cibo poſt paſſionem faciebat. Si enim non fuiſſet crucifixum corpus eius, minime comederemus. Comedimus enim nũc cibum ſumentes eius memoriam paſſionis. Ecce mi Nathanaël, quid his clarius? NATH. Mallem ex ipſo Cyrillo talia diſcere. OEC. Audi quæ in Exodum ſcribit, ſi fortè ex illis iuuari queas.

CYRILLVS IN EXODVM.

Ἐσθίειν δὲ προστάττει τὰ κρέα ταῦτα τῇ νυκτὶ, τοῦτ᾽ ἔστι κατὰ τὸν αἰῶνα τὸν ἐνεστηκότα. οὕτω γὰρ αὐτὸν καὶ ὁ Παῦλος ἀποκαλεῖ λέγων, ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν. ἡμέραν ἐν τούτοις διαῤῥήδην εἰπὼν τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα, ὃν αὐτὸς φωτίζει Χριστός. φάγονται τοίνυν τὰ κρέα κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦτον φησίν. ἕως μὲν γὰρ ἐσμὲν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ, διὰ τῆς ἁγίας σαρκός τε καὶ αἵματος, καὶ παχυτέρως ἔτι μεταληψόμεθα τοῦ Χριστοῦ. εἰς δὲ τὴν ἡμέραν καταντήσαντες τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, καθὼς γέγραπται, καὶ εἰς τὴν λαμπρότητα τῶν ἁγίων ἀναβεβηκότες, καθ᾽
D ἕτερόν τινα τρόπον ἁγιασθησόμεθα πάλιν, καὶ ὡς οἶδεν ὁ τῶν ἐσομένων ἀγαθῶν διανομεύς τε καὶ δοτὴρ, ἄλλως τε καὶ ἀναλογίαν ἔχει τοῦ πάθους καὶ τοῦ οἰκονομικῶς παραδεχθέντος θανάτου τοῦ Χριστοῦ τῆς ἁγίας σαρκὸς ἡ μετάληψις, καὶ ἡ πόσις δὲ ὁμοίως ἡ ἐκ τοῦ σωτηρίου αἵματος. οὕτω γὰρ αὐτός φησιν, ὅτε τοῖς ἑαυτοῦ γνωρίμοις τοὺς ἐπὶ τῷ μυστηρίῳ νόμους ἐτίθει, ὁσάκις γὰρ ἐὰν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον, πίνητε δὲ τὸ ποτήριον τοῦτο, τὸν ἐμὸν θάνατον καταγγέλλετε. οὐκοῦν ἐπὶ μὲν τοῦ παρόντος αἰῶνος διὰ μὲν τῆς μετοχῆς τῶν ἀρτίως ὠνομασμένων καταγγέλλομεν εἰκότως τὸν θάνατον αὐτοῦ. ὅταν δὲ λοιπὸν ἐν τῇ δόξῃ παραγένηται τοῦ πατρὸς, οὐκ εὐκαίρως ἔτι τὴν ἔτι τῷ πάθει προσοίσομεν ὁμολογίαν αὐτῷ, ἀλλ᾽ ἐπιγνωσόμεθα μὲν καθαρῶς ὡς θεὸν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, ὡς ὁ Παῦλος φησί. δοξολογήσομεν δὲ φησὶν ὡς δεσπότην. ἅπαξ γὰρ ἀποθανὼν οὐκ ἔτι ἀποθνήσκει, θάνατος αὐτοῦ οὐκ ἔτι κυριεύει, κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνήν. διὸ δὴ καὶ ἔφασκεν, εἰ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριστὸν, ἀλλὰ νῦν οὐκέτι γινώσκομεν. τότε γὰρ οὐκ ἔτι ὡς ἔτι ἄνθρωπος, ἀλλ᾽ ὡς ὢν ὄντως θεὸς ἀληθινὸς λαμπρότερον ἐπιγνωσόμεθα. συμπεπερασμένης δὲ ἤδη τῆς οἰκονομίας, ἐφ᾽ ᾗ καὶ γέγονε σάρξ, ἀργήσουσι μὲν κατὰ τὸ εἰκὸς οἱ περὶ σαρκώσεως λόγοι. γνῶσις δὲ ἡ μείζων εἰσβήσεται, καὶ θεία ἐν ἡμῖν ἀναλάμψει σύνεσις παρ᾽ αὐτοῦ σωτηρίας τῆς ἐν δόξῃ θεοπρεπεῖ. Edere aũt præcipit carnes nocte illa, hoc eſt, præſenti ſeculo. Sic enim illud & Paulus nominabat, dicens, Nox profecit, dies appropinquauit. Diẽ in his manifeſte nuncupãs ſeculũ futurũ, quod illuminat Chriſtus. Edũt igĩt carnes hoc ſeculo, inquit. Nam donec quidẽ ſumus in hoc ſeculo, per ſanctã carnẽ & ſanguinẽ craſſius adhuc participes efficimur Chriſti. Vbi aũt occurrerimus in die illo uirtuti eius, ſicut ſcriptũ eſt, et in fulgorẽ ſanctorũ aſcenderimus, alio quodã modo ſanctificabimur iterũ, & ut nouit futurorũ bonorũ ille diſtributor & dator. Alioqui etiã analogiam habet paſſionis & mortis Chriſti in diſpenſatione oſtenſæ ſanctæ carnis ſumptio, & potus quoq; ſimiliter ex ſalutari ſanguine. Sic enim ipſe dicit, quãdo familiarib. ſuis de ſacramento leges ponebat: Quoties enĩ ederitis panem, & biberitis hunc ſanguinẽ, mortẽ meã annunciate. Igĩt in præſenti ſeculo per iã nominatorũ participationẽ, annunciamus merito mortẽ illius. Quãdo aũt poſtea in gloria aderit patris,

A tit patris, intempeſtiue tũ de paſſione aſſeremus confeſſionẽ illi, ſed agn oſcemus
quidem purè ut Deũ facie ad faciẽ, ut Paulus dicit: Glorificabimus aũt, in quit, ut
Dominũ. Semel eñ mortuus, nõ morit̃, mors illi ultra non dominabit̃, iuxta Pau
li uocẽ. Proinde & dicebat, Licet nouerimus Chriſtũ ſecundũ carnem, ſed nunc
non ultrà cognoſcimus. Tunc eñ nõ ab his per quæ eſt homo, ſed ab his per quę
eſt Deus uerus, clarius cognoſcemus. Abſoluta aũt tunc diſpenſatione, in qua &
factus eſt caro, ceſſabũt quidẽ ultrà, ut uerisſimile eſt, de incarnatione ſermones:
ſcientia aũt maior ſuccedet, et diuinior quidã in nobis fulgebit intellectus de illo
ſalutis, quæ quaſi in gloria diuina. NATH. Placuit hoc dictũ, quãuis illa crebra re
petitio nominũ carnis & ſanguinis ſubinde me morant̃: ſed nõ quæro. Dices eñ,
eleuata à ſenſibilibus mente, carnem & ſanguinẽ te ſumere, nec erit quod oggan
nire potero, maximè cũ in ſacris illorũ celebrationib. ſolenne eſt præmittere, Sur-
ſum corda. Alioqui pulchre ſymbolicã qualis nunc de Chriſto cognitionẽ docet
Cyrillus, & ut nunc Chriſtus prædicetur à nobis, & ut olim glorificandus ſit. Sed
dic quid eſt quod ſubdit hic loci, quod citat Melanchthon: Non poſſunt cũ ſan-
ctificatione beatæ uitæ fieri participes, qui per myſticam benedictionem Ieſum
non ſuſceperunt. OEC. Plana ſentẽtia: Fruſtra eſſe ſacramentũ ei qui Ieſum non
ſuſcipit, hoc eſt, ei qui illũ nõ credit eſſe uiuificatorẽ. Nã & fruſtra eſſet baptizari,
fruſtra, inquit, ad ſanctimoniã & æternæ uitæ participium, Ieſum non ſuſcipere.
Quotquot enim receperũt eũ, dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri. Et nõ dicit ſimpli
citer, in pane Ieſum nõ ſuſcipiũt: ſed Ieſum nõ ſuſcipientibus uult myſticã benedi
ctionẽ, hoc eſt, Euchariſtiã, ad ſanctificationẽ nõ prodeſſe. NATH. Ita eſt, ſed ego
non attenderã. Quid aũt ad hoc dices, quod inquit: Quod ſi ſolo tactu ſuo corru-
B pta redintegrãtur, quomodo nõ uiuemus, qui carnẽ illã guſtamus & manduca-
mus? Reformabit eñ omnino ad immortalitatẽ ſuã participes. OEC. Quoties di
cendũ erit, qualiter illius carnis participes ſimus, & quomodo illã manducemus?
ſed non grauor reſpondere. Si caro illa uiuificat tactu mortuos, quomodo ſpiritu
ſuo uegetatos, et ita ſui participes factos, ad immortalitatẽ nõ reformaret? NATH.
Nõ ſatis facis: ſubdit eñ, Oportuit certè ut nõ ſolũ anima per ſpiritũ ſanctũ in bea
tam uitã aſcenderet, ſed etiã ut rude atq; terreſtre hoc corpus, cognato ſibi guſtu,
tactu & cibo ad immortalitatẽ reduceretur. Audis cognatũ guſtũ, tactũ et cibum?
OEC. Et quorſum nos ages illis uerbis, ad ſenſibilem'ne cœnã uel ſpiritualẽ? Co
gnatus eñ & guſtus & tactus eſt in reb. ſenſibilibus. Iã ratio ſacramenti te omni-
no auocat à ſenſibilibus. Dic tu primũ, quid uocabis cognatũ guſtũ? NATH. Hæ
reo: nã ſi dixero ſenſualẽ eſſe guſtũ, mendax ero cũ reuocante Berengario: ſin la-
tere in pane corpus dixero, iterũ nõ erit cognatus carni noſtræ guſtus, etiã ſi in pa
ne (tuũ dicendi modũ ſequutus) ſenſui mente ac fide corpus ſumi dixero, nondũ
uideo ut ſit cognatus rei intactæ tactus. OEC. Qui ſacramentorũ rationẽ norunt,
nõ hærẽt. Nõ eſt eñ rarũ, ſenſibilib. tribui, q̃ inſenſibilium eſt, eo quod ſenſibilia
abſq; intelligibilib. inutilia ſunt, & ubi maximorũ myſteriorũ intelligentia eſt, ibi
ea quæ ſenſui ſeruiũt, nõ cõtemnuntur. Nõ enim ſic ſpirituales ſumus, ut cõfeſſio
ne ad ſalutẽ opus eſſe negemus. Iã cõfeſſio uel p̃ uerba, uel per opera, uel per alia
ſigna, maxime aũt ſacramẽta fieri ſolet, quæ nõ adminiſtrãtur niſi per corpus. Vn
de & corporib. quæ beatitudinis olim conſortiũ habebunt, ſuæ etiam exercitatio-
nes ſunt, ut & ipſa ſuam in regno Chriſti reſurgentię accipiant portionem. Igitur
diuinorum ſymbolorum contactus religioſus & guſtus beatus eſt, quibuſcũ tam
mirifica operat̃ ſpiritus ſanctus. Ne mireris igitur ſi hoc modo apud Gregorium
uel Auguſtinum legeris, ſanguinem in os noſtrum inſtillari. Non es memor, quid
de baptiſmo idem Cyrillus contra Iulianum apoſtatam dixerit? NATHANAEL.
Sum, & nunc capio, operationem dabis ſpiritui, dum ſuo munere externo illo

Digitized by Google

C fungitur ſenſus. OEC. Poterat autem te hoc & Tertullianus docere in libro de reſurrectione.

TERTVLLIANVS DE RESVRRECTIONE.

Videamus nunc de propria etiam Chriſtiani nominis forma, quanta huic ſubſtantiæ friuolæ ac ſordidæ apud Deum prærogatiua ſit, & ſi ſufficeret illi quod nulla omnino anima ſalutẽ poſſit adipiſci, niſi dũ eſt in carne crediderit, adeo caro ſalutis eſt cardo: de qua cum anima Deo alligitur, ipſa eſt quæ efficit ut anima alligi poſſit. Sed et caro abluitur, ut anima emaculet: caro ungit, ut anima conſecretur: caro ſignatur, ut & anima muniatur: caro manus impoſitione adumbratur, ut & anima ſpiritu illuminetur: caro corpore & ſanguine Chriſti ueſcitur, ut & anima de Deo ſaginet. NATH. Dicta tu hæc omnia pro te expones? OEC. Nec immerito: non enim uerba, ſed ſenſum ſequor. NATH. Potuiſſent ueteres alijs uerbis loqui, ne illi errori anſa fuiſſet præbita. OEC. Non debebant. Religionem enim merentur ſacra ſymbola, & uilitate uerborũ facile à porcis prophanata eſſent: unde rerum quas ſignificant uocabula ſortiuntur, ut Auguſtinus ait. NATH. Bene habet, ueniamus nunc ad Chryſoſtomum.

AD DICTA CHRYSOSTOMI.

require ſupra.

OEC. Iam antea Chryſoſtomum noſtrarum eſſe partiũ oſtendimus. quid igitur pro illis afferet? NAT. Quod conuertamur in illam carnem, non ſolum per dilectionem, ſed reipſa per cibum id efficitur, quem largitur nobis. OEC. Nonne hoc declaratum eſt, quomodo hoc cibo dominico fiat, ita tamen ut omnis energia ſpiritus ſancti ſit? Dictum etiam eſt, quod unum efficiamur
D natura cum Chriſto, futuri incorruptibiles, ſicut ipſum caput noſtrum. Legat autem quis oro totam illam Homiliam & inueniet, & quantum ſurgat aurei oris eloquentia. Fecit ſe, inquit, non ſolum uideri, ſed & dentes carni ſuæ infigi, & deſiderio ſui omnes impleri. Quid uidemus oro? quæ lineamenta Chriſti? Si de ſenſibilibus loqueris, falleris prorſus: ſin de ſymbolis, miniſtris ſenſuũ, & mens tua contemplatur quæ promittuntur, quid certius? Nam ſic poſt concilium Nicenum, ut nos habere debeamus, præſcribit. Dicam igitur illis, ut uertant folium, & legant quæ magis manifeſta ſunt.

CHRYSOSTOMVS SVPER IOANNEM HOMILia XLVI. *ſuper, Caro non prodeſt quicquam.*

HOC eſt, ſecundum ſpiritum uerba mea audienda ſunt. Qui ſecundum carnem audit, nihil lucrat, nihil utilitatis accipit. Carnale eſt dubitare quomodo de cœlo deſcendit, & Ioſeph filium arbitrari, & quomodo poſſit nobis carnem ſuam dare ad manducandum. Hæc inquam omnia carnalia, quæ myſtice & ſpiritualiter intelligenda ſunt. Et quomodo potuerunt intelligere, quid eſt carnem manducare? Expectare igitur eos oportuit, non diſcedere: interrogare, non deſperare. Quid eſt aũt carnaliter intelligere? ſimpliciter ut res dicuntur, neque aliud quippiã excogitare. Non enim ita iudicanda ſunt quæ uidentur, ſed myſteria omnia interioribus oculis conſideranda, hoc eſt, ſpiritualiter. NATH. Video quare tanta autoritate encomiũ ſanguinis Chriſti celebrat, utique ultra ſenſus, ultraque naturæ terminos animo euectus erat. OEC. Licet aũt in commentarijs eius animaduertere, quàm religioſe loquens de ſacramentis, quæ ad illa pertinẽt, coniungat pie, diſtinguat dilucide.

CHRYSOSTOMVS HOMILIA

XX. *in Secundam ad Corinthios.*

Σὺ δὲ τὸ μὲν θυσιαστήριον τοῦτο τιμᾷς, ὅτι δέχεται τὸ χριστοῦ σῶμα, τὸν δὲ αὐτὸ σῶμα ὄντα τοῦ χριστοῦ καθυβρίζεις, καὶ περιορᾷς ἀπολλύμενον; Cæterũ tu quidem altare

A altare hoc honoras, quia ſuſcipit Chriſti corpus, illum autem qui eſt ipſum corpus Chriſti,contumelia afficis, & pereuntem deſpicis? Vides hic præferri paupe rem Euchariſtiæ, & hanc quidem corpus appellari Chriſti,illum autẽ ipſum corpus? Caret'ne diſcrimine κατ᾽ αὐτιδιαστολὴν dicere corpus, & ipſum corpus? In explanatione quadam Matthęi,quam imperfectum opus Chryſoſtomi uocāt, & à doctis nequaquam contempta eſt,legimus hæc uerba:

CHRYSOSTOMVS. IN MATTHAEVM
Homilia XI. Operis imperfecti.

SI enim uaſa ſanctificata ad priuatos uſus transferre peccatū eſt ac periculum, ſicut docet nos Balthaſar,qui bibens in calicibus ſacratis,de regno depoſitus eſt & de uita.Si ergo hæc uaſa ſanctificata ad priuatos uſus transferre ſic periculoſum eſt, IN QVIBVS NON EST VERVM CORPVS CHRISTI, SED MYSTERIVM CORPORIS CHRISTI CONTINETVR: quanto magis uaſa corporis noſtri,quæ ſibi Deus ad habitaculum præparauit, non debemus in illis dare locum diabolo agendi quod uult. NATH. Hoc uerè clarum eſt, & magis perſpicuum, quàm aliquid quod à Melanchthone recitatū eſt ex autoribus. Video enim quod de uaſis ſanctificatis ſui ſeculi loquitur, in quibus myſteriū corporis Chriſti: non de ſolis Iudaicis, quæ myſterium corporis Chriſti nō habebāt. Satis admonitus ſum,ut dicta Chryſoſtomi intelligẽda ſint,quæ ex Homilia 43. citanť,fidelius cū his quæ præcedunt recitari à Melanchthone poterāt.Cæterū etiam ea mutile propoſita diligentius legẽs, inuenio ſanctū patrẽ magis in hoc ſudare,ut cõmemoret,quomodo nos in corpus Chriſti,& in unā cum eo maſſam tranſeamus,quàm ut panis materia in corpus Chriſti tranſeat,cōſidero igitur, quibus
B manibus,quo ore, ſuſcipere conueniat tanta myſteria. Vnus enim ferè omnium loquendi uſus eſt:& fateor nō eſſe conſectaneum,panem dominicum propterea ſubſtantialiter carnem Chriſti, niſi & oliueti montem, & cœnaculum & cætera quoq; iuxta literā intelligas, quæ apud illum ſequuntur. OEC. Negari igiť nō poteſt,Chryſoſtomum multis in locis ſanctè rhetoricari, & allegorijs ac hyperbolis tempeſtiuis uti. NATH. Nemo qui legit,non uidet ita ſe habere. Vnū tamen in eo dicto apud Matthæum,plus pōderis mihi uidetur habere. Si in miſcellaneis tuis Græcanicis habes uerba ſententiæ ſecundæ Chryſoſtomianæ à Melanchthone citatæ,recita. OEC. Sic habet. Οὐκ ἔστι ἀνθρωπίνης δυνάμεως ἔργα τὰ προκείμενα, ὁ τότε αὐτὰ ποιήσας ἐν ἐκείνῳ, οὗτος καὶ νῦν αὐτὰ ἐργάζεται. ἡμεῖς δὲ ὑπηρετῶν τάξιν ἐπέχομεν, ὁ δὲ ἁγιάζων αὐτὰ καὶ μετασκευάζων αὐτός. Non humanæ facultatis opera quæ proponuntur. Qui olim hæc in illa cœna fecit, hic & nunc ea operatur: nos aūt miniſtrorū ordinẽ retinemus. Qui aūt illa ſanctificat & tranſmutat, idem eſt. Quid in his uerbis te moratur? NATH. Deus in illa cœna quædam fecit ſupra humanā facultatẽ, quæ adhuc operatur, nimirū ſanctificando ac tranſmutando. Hæc non poſſunt conjectari eſſe alia, quàm quod ſanctificarit panem ac uinum, ac cõmutarit panem ac uinū in corpus & ſanguinẽ ſuū. Vel ſi quid tu certius habes, profer. hic non uideo quomodo tuus ſit Chryſoſtomus. OEC. Quamuis digreſſionum eius exhortationes, calore quodam effuſas, cum interpretationis gratia non contulerim, non tamen reſpuo. Noſtras adhuc erit, & à nobis non receſſit, ut reuocare opus ſit. Videamus quid olim in cœna ſua fecit Dominus, ſanctificauit nobis ſymbola. Neque enim alterius fuerit inſtituere ſacramenta tanta, quàm Chriſti. Ipſo igitur nunciante, ſanctificata ſunt in talem uſum, ut gratiæ agantur, charitasq; fœderetur. Et uſque in hunc diem, Chriſti inſtitutio ritum ſanctificat. Deinde mutatio quædam fit. NATHANAEL. Qualis illa? OECOLAMPAD. Non ut ſubſtantiæ panis proprietas in natura ſua deſinat eſſe: hoc enim de uino palàm negat Chryſoſtomus contra noſtros Papiſtas, ut in hac Homilia uidere licet. ſed

nec ut

A nem carnalē animæ cogitationē, nuda anima & pura mente ea quæ in cœlis ſunt circumſpicit? ô miraculum, ô Dei miſericordiam, qui cum patre ſurſum hora illa omnium tenetur manibus, & dat ſe uolentibus excipere ac amplexari, faciuntq́ hoc tunc ſub omniū oculis. Vide mi Nathanaël, nónne Chryſoſtomus uult omnia per ſpiritualē hominē hic conſiderari? Carnalis iterū crucifiget Chriſtū, uidens ſacrificantem. Ex terra cœlū faciet, audiens translatū in cœlū. At tu nunc uides in noſtra ſententia, recedere omnem carnalem cogitationem, puramq́ mentem requiri. Quæ ſanè mutatio, non paruum opus eſt, ſoliusq́ diuinæ miſericordiæ. Legam & alterum ex eodem libro locū. Εἰ γὰρ οὐ δύναταί τις εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἐὰν μὴ δι' ὕδατος καὶ πνεύματος ἀναγεννηθῇ, καὶ ὁ μὴ τρώγων τὴν σάρκα τοῦ κυρίου, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ πίνων, ἐκβέβληται τῆς αἰωνίου ζωῆς. πάντα δὲ ταῦτα δι' ἑτέρου μὲν οὐδενός, μόνον δὲ διὰ τῶν ἁγίων ἐκείνων ἐπιτελεῖται χειρῶν, τῶν τοῦ ἱερέως λέγω. Πῶς ἄν τις τούτων ἐκτὸς, ἢ τὸ τῆς γεέννης ἐκφυγεῖν δυνήσεται πῦρ, ἢ τῶν ἀποκειμένων στεφάνων τυχεῖν. οὗτοι γάρ εἰσιν οὗτοι, οἱ τὰς πνευματικὰς πιστευθέντες ὠδῖνας, καὶ τὸν διὰ τοῦ βαπτίσματος ἐπιτραπέντες τόκον, διὰ τούτων ἐνδυόμεθα τὸν χριστὸν, συνθαπτόμεθα τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ, μέλη γινόμεθα τῆς μακαρίας σαρκὸς ἐκείνης. Nā ſi nullus poteſt intrare in regnū cœlorū, niſi per aquā & ſpiritū regeneratus fuerit: & nō manducans carnē Domini & ſanguinē eius bibens, eiectus eſt à uita æterna: omniaq́ hæc per nullius quidē alterius, per ſolas aūt ſacras illas perficiuntur manus, ſacerdotis inquam: quo pacto poterit quis abſq́ illis uel gehennæ ignem euadere, uel repoſitas coronas aſſequi? Hi em̄ ſunt illi, quibus ſpirituales parturitiones concreditæ, & quibus natiuitas per baptiſmū permiſſa. Per hos induimur Chriſtū, ſepelimur cū filio Dei, membra efficimur beatæ illius carnis. En mi Nathanaël, prius dixit Chryſoſtomus, ſe ac ſacerdotes non eſſe niſi miniſtros. Nónne iam omnia illa diuina ſacerdotibus concedit? & quò nō euehit illos?
B Sed bene locutus eſt: miniſtri ſunt, operatio Domini eſt, ſymbola corpori adhibentur, ſpiritus Chriſti efficax eſt. Vnde ubi ſpiritualis ſenſus nō deeſt, tolerabiles ſunt ij ſermones, deeſt gloriatio, creſcit religio. Vbi carnales aūt illæ nugæ, dominatur ſuperbia, audiuntur blaſphemiæ crebræ, abominabile fit miniſterium, quo nihil habet orbis excellentius. Et hinc nimirū, quod ita contemptibile factum eſt ſacerdotiū, ut quaſi ſal infatuatū foris proijciatur, & ab omnibus conculcetur. Verum ne euagetur oratio, iterū uides ſub finem, quod'nam ſit miniſteriū noſtrum: nempe ut membra efficiamur carnis illius ſanctæ, id eſt, capiti adhæreamus, nō illuc ſpectat eloquentiſſimus Epiſcopus, ut panis ipſe tantam dignitatem acquirat.
NATH. Sans intelligo, & poſthac non obijciam Chryſoſtomū. Quid autem reſpondes ad Theophylactum, quem Vulgarium uocat?

AD THEOPHILACTVM RESPONSIO.

OEC. Ex recentioribus eſt, in pleriſq́ abbreuiator Chryſoſtomi, minore iudicio pleraq́ cōgeſſit, & proinde cū iudicio legendū cenſeo. NATH. Quare igitur tu Latinis illū obtruſiſti? OEC. Sperabā, ut diligenter præmonui, cū iudicio lecturos. nō eſt em̄ liber, ut Plinius uult, in quo prorſus nihil boni ſit. Et quoniam ille etiam alios legerat, citra periculum arbitrabar euulgabilem. Sanè in re Euchariſtiæ apparet minus exercitatus. NATH. Videtur. Nam Papiſtis accedit, ni fallor, in manifeſtario abſurdo, quod manentibus ſpeciebus, ſubſtantiā panis in uirtutē carnis & ſanguinis mutet Deus. Deinde nemo, ut ille facit, negare poteſt, quin ea quæ uidentur figura ſint ac ſymbola: quæ aūt nō uidentur, corpus & ſanguis. OEC. Ipſe nō ſatis mirari poſſum, quare ad tam miſera ſubſidia confugiat Melāchthon. mihi perinde eſt ac ſi uel Nicolaū ſecundū, uel Gregoriū ſecundoſeptimum opponat, anguſtioris ſpiritus patres, quâm qui tā ſacra caperent. Ad hæc, lōge alijs uerbis in noſtris exēplaribus legit, quod in Matthæum hic citatur, ſed eiuſdem cenſuræ eſt. NATHANAEL. Relinquamus igitur, & ad probatiores

C nos conferamus.primusq; occurrit Hilarius, hic mihi ſpinoſior uidetur.

AD DICTVM HILARII.

OEC. Non pugnat cõtra nos, ut olim & nominatim contra Lutherum ſcri-
pſi. Audiam autẽ quæ te in illius uerbis offendãt. NATH. Principio dicit,
quod uere ſub myſterio carnẽ corporis ſui ſumimus, et per hoc unũ erimus. Et an
tea dixit, nos uere uerbũ carnẽ cibo dominico ſumimus, quomodo nõ naturaliter
in nobis manere exiſtimãdus eſt, q̃ et naturã noſtræ carnis inſeparabilẽ ſibi homo
natus aſſumpſit, et naturã carnis ſuæ ad naturam æternitatis ſub ſacramẽto nobis
communicãdæ carnis admiſcuit? OEC. Sæpius audiſti, hæc à nobis nõ negari. Si
enĩ memores, qđ ſuprà de naturali participatione dixerimus, id quod magnũ ſa
cramentũ eſt, uides idipſum et Hilariũ aſſerere, ſic Chriſtũ naturaliter habitare in
nobis, id quod cibo dominico teſtamur & gratias agimus, interim eius rei maiorẽ
ſanctimoniã operãte ſpiritu ſancto obtinẽtes: atq; adeo hinc à ſacramentorũ ratio
ne hæreticorũ obſtruunt̃ ora. NATH. Ne properes oro, nõ ſunt tã paruæ res, ut
uel ego faſtidiã, uel te laboris pigere oporteat. OEC. Vere de rebus maximis ſer-
mo eſt, ſed nullibi periculoſius multiloquiũ. Dicã tamen quantũ ſatis eſt. Quid ſit
naturaliter in nobis habitare Chriſtũ, ipſe exponit, nempe quod homo natus inſe
parabilẽ noſtræ carnis naturã ſibi aſſumpſit. Non ſunt mea uerba, ſed Hilarius ſic
exponit. Eſt ergo ipſe in nobis per carnẽ, & ſumus in eo, dũ ſecũ hoc quod nos ſu
mus in Deo eſt. Hæc ille. Quid manifeſtius diceret? NATH. Nollẽ manifeſtiorẽ
interpretẽ. OEC. Cæterũ natura humana in Chriſto, diuinitati iũcta eſt hac ratione
ſumme myſtica, ut ipſa Chriſti caro nobis quoq; cõmunicet̃, id eſt, ut natura unũ
cũ illa ſimus, participes immortalitatis et gloriæ reſurrectionis, qua ille fruit̃, ſecun
dũ quod Dominus dixit, Vt omnes unũ ſint, ſicut & tu pater in me, & ego in te.
Neq; enĩ hæc de unanimitate animorũ, ſed etiã de unitate honoris & gloriæ intel
D ligenda accipimus. Hoc ſibi uolũt uerba Hilarij dicẽtis: Naturã noſtræ carnis ad
naturã ęternitatis admiſcuit. Cauſa adiungit̃, ſubiunctis his uerbis: Sub ſacramen
to cõmunicatæ nobis carnis, in quib. nõ de ſymbolo cœnæ, ut Lutherus craſſe in-
terpreta:, loquitur: ſed quoniã ita ſe demiſit filius Dei, quod naturam noſtrã aſſum
pſit, utiq; hoc nobis ſacramentũ, id eſt, arcanũ inde commendatur, quod & natu-
rã ſuã nobis cõmunicarit, ut immortales etiã nos efficiamur. Et ita rẽ ſe habere in-
uenies, dũ ſubdit: Quod aũt in eo ꝑ ſacramentũ cõmunicatæ carnis & ſanguinis
ſimus, ipſe teſtat̃, dicẽs, Et hic mundus iã me nõ uidet, ſed uos uidebitis, quoniam
ego uiuo, et uos uiuetis, quoniã ego in patre meo, et uos in me. Audis quod dicit,
ego uiuo, et uos uiuetis, ego in patre, et uos in me? Huc enĩ omnis diſputatio Hila
rij tẽdit. NATH. Sed nihil reſpõdiſti ad hoc, quod uere carnem ſumimus cibo do-
minico. OEC. Quid reſponderẽ? intelligis'ne grammatica? Nónne ipſe diluit ad
dens, ſub myſterio carnem corporis ſui edimus: quaſi dicat, teſtimonium uel à cœ
na habes, in qua id magnifice prædicat̃. NATH. Quare non potius dicis, in qua
corpus & ſanguis uere ſumuntur? OEC. Et ſi ita dicerẽ, ut nunquã negaui, quid
illorum cauſam iuuaret? nunqđ propterea panis ſubſtantialiter erit? uel ineſt pani,
ut uolunt, corpus Chriſti? Scis enĩ iã, qualiter corpus Chriſti accipimus. NATH.
At Lutherus te irridet, qui dicis ſpiritualiter intellecta & credita, ubi Hilarius ha-
bet: Hæc accepta atq; hauſta id efficiũt, ut & nos in Chriſto, & Chriſtus in nobis
ſit. OEC. Rideat ille, & carnaliter accipiat ac hauriat, uideatq; quid ſine fide profi
ciatur, an accipientes & haurientes impij in Chriſto ſint, & Chriſtus in eis. Nobis
certum eſt, etiãſi ſacramenta accipiant impij, quia tamen fide & ſpiritualibus gu-
ſtibus reſpuũt, Iudas fore, & ad regnũ Dei non pertinere, eq; cœleſti conuiuio eij-
ci. Fideles uero etiã his nõ acceptis, modo abſit contẽptus, in Chriſto eſſe, & Chri
ſtum in ipſis dicimus. Si ita placet, dicant & ſe facere quod Chriſtus in nobis ſit,

quia

A quia ipſis prædicantibus aliqui credunt. Nuſquam Hilarius aſſerit, quod ipſi prætendunt, panem illum eſſe ſubſtantialiter corpus Chriſti, etiamſi cũ fidelib. unum natura corpus ſit Chriſtus. NATH. Putat de te ac tui ſimilibus Hilarium loqui, ubi ait non eſſe humano aut ſeculi ſenſu de rebus diuinis loquendum. OEC. Hilarius hæc ſe poſtea contra hæreticos loqui teſtatur, qui negant unitatem naturæ in Chriſto & Deo patre, uel in nobis & Chriſto. Hos etiam nos deteſtamur. Illi non capiunt quid dictum ſit, Chriſtus uerè eſt eſca: nos uero ſcimus, quia & ſcimus Chriſti carnem diuinam & uiuentem propter patrem, & uiuificam, quia propter illam uiuimus. Quid adhuc habes contra nos? NATH. Volebam colligere ex illis, panem ſubſtantialiter eſſe corpus Chriſti, & ſic efficere nos immortales. OEC. Sed ubi hoc dicit Hilarius? NATH. Quoniã ex prædictis nõ colligo, & uideo aliter accipi ſacramentũ, proinde non hic ſubſiſtã. Vt uideo facilius ab alijs uidemini, quàm conuincimini. Audiam nunc quid de Cypriano dicas.

AD DICTVM CYPRIANI.

OEC. Vides quàm pauca ex illo citarit Melanchthon? NATH. Potuiſſet plura. OEC. Vellem protuliſſet. Hoc certè quod producit in medium, in epiſtola ad Cæcilium: Oportere facere in cœna quæ Chriſtus fecit, & quod faciendũ mãdauit, quis negat? NATH. Sed præteris quod dicit, In ſacrificio quod Chriſtus eſt. OEC. Declaret igitur ſeipſum Cyprianus. Scribit aduerſus eos qui uinum in cœna nõ adhibebant, ſic aũt alijs clariorib. uerbis in eadẽ epiſtola ſuiipſius interpres eſt. Et quia paſſionis eius mentionẽ in omnib. ſacrificijs facimus (paſſio eſt enim Domini ſacrificiũ quod offerimus) nihil aliud quàm quod ille fecit facere debemus. Scriptura enim dicit: Quotieſcunq; enim ederitis panẽ iſtũ, & calicẽ iſtum biberitis, mortẽ Domini annunciabitis quoaduſq; uenit. Quotieſcunq; ergo calicem in cõmemorationẽ Domini & paſſionis eius offerimus, id quod conſtat Dominum feciſſe faciamus. Nõnne hæc magis perſpicua ſunt illis à Melanchthone B adductis? NATH. Sunt. Apparet igit, ſicut paſſio ſacrificiũ eſt, ita & cœna Dominus eſt qui ſacrificatur, nempe ob memoriã. Sed quid ad aliã ſententiã dicis, quæ incerta an ſit Cypriani. OEC. Habeo gratiã, quod ſuppoſititia nõ pro germanis apponit. Citra dubiũ, multa erudita dixit ille, & tantũ nõ totũ hoc myſteriũ explicat: ſed male conſulit lectoris ſimplicitati, dũ obſcuriora proponunt omiſſis dilucidis, quæ tamen utpote promiſſa expectantur. Dixerat ille mutatũ omnipotẽtia uerbi panẽ nõ effigie, ſed natura mutatũ & factũ carnẽ. Et ſicut in perſona Chriſti humanitas uidebatur latebatq; diuinitas, ita ſacramẽto uiſibili diuina ſe infundit eſſentia. Dixerat illa, & plus ſatis durè: Quis oro uel Romanus, uel Saxo hæc ſimpliciter dicta acceperit? Quare non adiecta & ea, quæ ſententiam mitigant? qualia plurima traduntur in eo ſermone. Congeſtus enim ex uarijs eſt, & ſunt quædam Cyrilli, quædam Heſychij, & aliorũ quorundam dicta, ſicut & Paſchaſij liber. Igitur hoc non eſt perſpicua afferre. Veruntamen ſi autor ille tam probatur, legatur alius ſermo de unctione, in quo longe clariora dicuntur, quæ nobis aſtipulantur. Expedit autem clariſſima quæq; ſectari. NATH. Quæ illa? OEC. Lege.

IN SERMONE DE VNCTIONE CHRY*ſmatis, qui aſſcribitur Cypriano.*

DEDIT itaq; Dominus noſter in menſa, in qua ultimum cũ Apoſtolis participauit conuiuiũ, proprijs manib. panem & uinum, in cruce uero manibus militũ corpus tradidit uulnerandũ, ut in Apoſtolis ſecretius impreſſa ſyncera ueritas & uera ſynceritas, exponeret gentib. quomodo uinũ & panis caro eſſet & ſanguis, & quibus rationibus cauſæ affectibus cõuenirent, & diuerſa nomina uel ſpecies ad unam reducerent eſſentiam, & ſignificantia & ſignificata ijſdem uocabulis cenſerent. NATH. Hæc profecto multo clariora ſunt: unde quæ ſuperius di

C ℞a,aliam intelligentiam ut accipiant, neceſſe eſt,quàm prima facie oſtentant.

AD DICTA IRENAEI.

OEC. Gaudeo te uidere, quo candore rem agant Melanchthon & alij: utinam & ipſi agnoſcerent hominibus adhuc eſſe oculos, ut de æterno iudice taceam. NATH. Irenæus ut annis prior, ita & autoritate uenerabilior uidetur:ille fortaſſe plus proderit eis. OEC. Ita ſibi perſuadent. NATH. Imò etiam multis alijs. OEC. Quibus? NATH. Non minimis. OEC. Credo: ſed ij reſponſiones noſtras non legunt, uel obiter legunt, oſtendimus enim principio cum hanc cauſam ageremus, & deinde Luthero ac alijs, Irenæi aliam eſſe mentem quàm ipſi putant, uerbaq; eius miſerè torqueri: ſed narratur ſurdis fabula.

NATH. Quid ſi illi non legerint, legent tamen alij. OEC. Hos magis oportebat reuocari, per quos & alij abducuntur. Sed ita uiſum eſt Deo. Dic tu quid probes ex dictis Irenæi? & refer perſonam uel Lutheri, uel Melanchthonis.

NATH. Irenæus dicit, Calicem euchariſtiæ communicationem ſanguinis Domini, & panem quem frangimus,communicationem corporis eius. Item dicit,Calicem qui eſt creatura,ſuum corpus confirmauit,ex quo auget corpora noſtra. Quando ergo & miſtus calix & factus panis percipit uerbum Dei, fit Euchariſtia ſanguinis & corporis Chriſti,ex quibus augetur & ſubſiſtit carnis noſtræ ſubſtantia: quomodo negant carnem capacē eſſe donationis Dei, qui eſt uita æterna, quæ ſanguine & corpore Chriſti nutritur? Idem & alio loco dicit,Quomodo dicunt carnem in corruptionem deuenire,& non percipere uitam, quæ à corpore Domini & ſanguine alitur? Quia igitur hinc nobis eſt reſurrectio, utiq; panis eſt corpus illud uiuificum ſubſtātialiter. OEC. At ego ſi eſſem Valentinus uel Manichæus,nihil terrerer,ſi ſic argueres, Panis eſt corpus Chriſti, uel Chriſti corpus edimus carnaliter,igitur reſurrecturi ſumus.Inutilis enim eſſet conſequentia. Sed
D inde confutarer,ſi docerer carnem uiuificam noſtram eſſe, & unam nobiſcum,ſpiritu ſancto nos illi ut capiti uniente. Sequeretur enim,ſurrexit caput Chriſtus,unde & nos reſurgemus qui membra: quia uiuificator eius ſpiritus eſt in nobis. Id autem quia docetur in cœna perfectiſſime,multum ualet argumentatio iſta. Fatemur enim nos ali corpore Chriſti, atq; adeo etiam corpora noſtra. Quæ enim reſurgunt,utiq; in uitam æternam aluntur,ſed non hoc inde eſt, quod panis factus eſt ſubſtantialiter corpus Chriſti, uel carnaliter corpus Chriſti habens, de qua re & in Epiſtola noſtra diximus. NATH. Sed quid dices ad hoc,quod dicit,Quemadmodum qui eſt à terra panis percipiens uocationem Dei, non eſt iam communis panis,ſed Euchariſtia ex duabus rebus conſtans,terrena & cœleſti. Sic & corpora noſtra percipientia Euchariſtiam, iam non ſunt corruptibilia, ſpem reſurrectionis habentia. OEC. Libenter recipimus. Euchariſtiā enim nunquā pro communi pane habuimus,ſed ut in illa uerè panis eſt, cuius eſt alere corpus,ita cōplectit̃ corpus Chriſti,qđ dat etiā ipſam corpori noſtro reſurrectionē. Conplectit̃ aūt ſacramentali modo,ita ut duo hæc unū ꝗddam ſint. Porrò extra uſum, panis eſt figura. Vbi aūt aceſſerit operatio ſpiritus ſancti, cuius panis nō eſt capax,ſed nos, tunc demū corpus pane paſcit̃,animus aūt fide & interna manducatione, Chriſti uero corpore reficit̃. Et panis ꝗ terrenus eſt, ſimul & cœleſtis eſſe incipit. NATH. Videris hic proxime ad illorū accedere opinionē. Dicis eñ Euchariſtiā & panem & corpus Chriſti cōplecti, an non dicis ita? OEC. Dixi: ſed nolo ut fallacijs mecū agas, Euchariſtiā à ſanctificatione quæ in fidelibus eſt nō ſeparaui. Non eñ hæc unio hucuſq; pertingit,ut panis ſit ſubſtātialiter corpus Chriſti, uel quod corpus ita ut imaginatū eſt in illis ſpeciebus cōtineat̃. addidi eñ modo ſacramentali, quē ſatis expreſſit Cyprianus in ſermone de Vnctione,& nos ſæpe diximus. NATH. Vbi tam cœleſtia accedūt,nihil minus erit panis,quàm communis. OEC. Vis ten

tem ſimi-

Digitized by Google

A tem ſimilitudiue, & rem dilucidius narrem? NATHANAEL. Quàm uellem.
OEC. Pone carbonem parum candeſcentem, pone etiam ſolem maxime fulgi-
dum. Et ille quidem uix ea quæ iuxta ſe & proxime uicina facit conſpicua, admo
nere tamen poteſt maximi luminis: hic aūt, ſolē inquã, totũ mundum illuminat.
Ad hæc pone etiã, quod poſſit ſol mentes illuſtrare, & corpora glorioſa reddere,
ac ſicut ipſe eſt, lucida. Iã ſi ſol iſte ſe demitteret, fabriq; uel carbonarij corpus aſſu
meret, illud ſuo iubare glorioſum redderet, in ſignum quod omnes fabros ac car-
bonarios, ſuo iubare ſic glorioſos & mente & corpore facturus ſit, modo ſe colãt,
& ſui beneficij memores ſint, ne autem beneficium memoria excidat, illius fulgo
ris ac iubaris ſymbolum ſacrum faciat carbonem, quem uel parare, uel in uſu habe
re illi ſolent, data promiſſione, ſi ſe cœleſti carbunculo fruanẽ, ipſos etiam glorio-
ſos fore. hoc aūt ut ſignificet & cõmendet, dicat, Equidem in cœlũ me recipiam,
& non adero, Hic autẽ corpus meũ. Vos interim hoc ſymbolo admoneamini do-
nec ueniã, & uos quoq; illuc glorioſos transferã. Interim uobis adero, & mentes
ueſtras illuſtrabo. Itaq; ſi carbonarij ac fabri nõ iam fabriliter & prophanè, ſed reli
gioſe carbonem hunc ſacrum in memoriam tantæ gratiæ, in medium protulerint,
incipiantq; diuino munere mentes illorum angelicis fulgoribus coruſcare, nõ ſi-
ne maxima certiſſimaq; ſpe corporum ſuorũ in reſurrectione glorificandorũ: non
tu illam ſolennitatem duplici natura conſtare diceres, terrena ſcilicet, carbone in-
quam, cuius tenuis admodum nitor, & cœleſti, quæ mentes tam potenter irradi-
et, tantãq; ſpem præſtet? Non tu carbonẽ illum dices, carbonẽ ſolennitatis, cõmu
nicationemq; æterni luminis incarnati? NATH. Dicerem. OEC. Quærã ſi libet
ultrà. NATH. Et quamobrẽ nõ quæreres? OEC. Si aūt carbo ille, quamuis per ſe
B parũ luceat, nec capax ſit angelici fulgoris, nullãq; reſurrectionis ſibi cõmunican-
dæ promiſſionẽ habeat, maneat in ſuæ naturæ proprietatibus ſimiliter ut antea: &
corpus illud à ſole aſſumptum, ſine ulla ſui mutatione maneat in cœlo, an carbo
ille ſolare corpus appellari & eſſe queat? NATH. Te audire malo: ſic enim iuxta
illos uerbo dominico fidens aſſererem. OEC. Neq; ego negarim. At ſi cœleſte il-
lud corpus carboni indas, manebit'ne carbo in proprietatibus ſuæ naturæ, maxi-
me ſi ſubſtantialem dicas carbonẽ cœleſte corpus? NATH. Hoc non dico quod
ſit ſubſtantialiter cœleſte corpus, nam & illi ab hac ſententia recedunt, ſed quid ſi
ſynecdochen admitterẽ, ut continens dicatur contentum? OECOLAMPADIVS.
Diceres'ne etiam continens eſſe contentum? NATHANAEL. Nunquam pro-
prie, ſed tropo quodã & figurato ſermone. nunquam enim proprie cantharus eſt
uinum. OEC. Rectè, ſed hic adhuc parum appoſitè loqueris. Eſt enim alius mul
to conuenientior tropus. NATH. Dic quis ille? OEC. Nónne ea quæ ſimilitu-
dinem aliquam inter ſe habent, & quanto propriorem aſſequuntur, hoc uerius de
ſe prædicantur ob ſimilitudinem, quàm ea quæ prorſus diſſimilia ſunt? NATH.
Exemplo demonſtra. OEC. Offer cantharum cum uino, & pictum uinum cum
promiſſione, utrum prius pronunciabis eſſe uinum? nónne uinum? NATH. Fate
or. at ſi porrigas cantharum cum uino, ſynecdoche familiarior eſt. OEC. Sed un-
de fit hoc? Nónne quia iã antea didiciſti, ſolere uinũ afferri in cantharis? Quod ſi
nunquã audiuiſſes uel uidiſſes, uinũ in uaſis eſſe, & rẽ præter naturã eſſe putares,
nequaquam amplectereris ſynecdochen, præſertim ſi & alia ſymbola adhibean-
tur ad aliam ſignificationẽ manuducentia, ut in cœna agnus paſchalis: & addere
tur, hoc faciendum in memoriam, non monearis autem res nouas condendas.
Itaq; ſi carbonem dixero, cœleſtem carbonem ob ſimilitudinem, multo uériſimili
us fuerit: quàm ſi dixero, corpus cœleſte in carbone naturaliter contineri: & uera
erit prædicatio, carbo eſt cœleſte corpus. NATH. Perſuaſiſti etiam de pan, eut ſit
corpus Chriſti. OEC. Vltrà. Nónne ſi omnium mentes admonitione ſymboli ui-

C deres cum tanta ſpe illuſtratas, amœna erit locutio, etiam carbonem factum eſſe cœleſtem, quamuis ipſe in ſua natura maneat, & ſol ille, cuius corpus in cœlo omnes præſentes irradiat? NATH. Eleganter profecto dicetur. OEC. Accommoda igitur ſimilitudinē panis. illo paruo tempore paſcit, & à nobis paratus eſt: at Chriſtus de ſe dicit, ſe panem eſſe cœli, ex quo qui manducat, uiuet in æternum. Idem Chriſtus ineffabilem illam ſui corporis alimoniam commendaturus adiecit, Hoc eſt corpus meum: memorialem relinquens panem illum, qui ſymbolum & ſacramentum eſt æterni panis. Verū in panegyri illa dum admoniti hoc ſymbolo operante ſpiritu ſancto, animi noſtri æterno pane paſcuntur, etiam ſi panis ille in naturam corporis Chriſti realiter nō tranſeat. Quare igit̄ nō poſſit dici ex duabus conſtare naturis, quarū altera corpus ad tempus paſcat, altera uero in æternū: ſicut carbo ille parum lucet, ſol autem omnia lumine ſuo implet? NATH. Iam planus mihi eſt Irenęus, nec facile quis magis accommodam expoſitionem attulerit. OEC. Scio id contentioſis nō ſatisfacere. NATH. Attentas'ne hoc? OEC. Fruſtra foret conari. NATH. Relictis igitur ipſis, ad alia tranſi. Ambroſius occurrit, quid tu de libellis illius, qui hic citantur, ſentis?

AD DICTA AMBROSII.

OEC. Non ſunt Ambroſij Mediolanenſis; nam ille quidem de ſacramentis ſcripſit, ſed is liber deſideratur. Mentionē eius libri facit Auguſtinus in libris de Retractatione, & ex eo citat non pauca doctiſſimè ſcripta cōtra Iulianum. NATH. Scio ita eſſe: ſed Philippo ſunt coniecturæ, quod libelli illi non ſint diſſimiles alijs eius ſcriptis, quāuis confuſæ ſcriptos teſtetur. OEC. Quoniam igit̄ tantopere placēt, expēdito uerba, ſi addictus es Lutheranis. Recipis'ne nō eſſe panē

D quod natura formauit? et benedictione naturā mutari? Sed hoc ueterib. ſcriptoribus nunquā placuit, manēt em̄ iuxta illos proprietates naturæ. NATH. Eādē poſt Chriſtū fateor, uinū adhuc eſſe progeniē uitis: & poſt Paulū, Panem ſcio eſſe panem, licet dominicū. OEC. Recipis quod dicit? Si tantum humana ualet benedictio, ut naturā cōuerterit, dices humanā benedictionē facere tot miracula, quæ recitantur? NATH. Minime. Sed autor ille nō eò reſpexit, dicturus per puros homines alia miracula facta, hoc per filium Dei. OEC. Sed qualis erit hæc mutatio? dic oro: conferenda'ne cum ea, in qua res ſenſibiliter aliæ factæ ſunt? NATH. Dicere nō poſſum. Cęterū ſi de his loqueret̄ autor ille, ut de alijs ſacramētis, facilis fortaſſis intelligētia foret. OEC. Cur igitur non apertiora proponit, qualia ſcilicet ille in commentarijs Epiſtolæ ad Corinthios habet. NATH. Et quid illic? OEC.

AMBROSIVS IN EPIST. AD *Corinthios.*

QVIA enim morte Domini liberati ſumus, huius rei memores in edendo & potando, carnem & ſanguinem quæ pro nobis oblata ſunt, ſignificamus. Et deinde: Teſtamentum nouum ergo ſanguine conſtitutum eſt, quia beneficij diuini teſtis eſt, in cuius typum calicem myſticū ſanguinis, ad tuitionē corporis & animæ noſtræ percipimus: quia ſanguis Domini, ſanguinē noſtrū redemit: id eſt, totū hominē ſaluū fecit. NATH. Et hoc eſt quod moratur: quomodo poteſt typus percipi ad tuitionē corporis ac animæ? OEC. Non hæret animus in typo uel calice, ſed confidit in ipſo ſanguine, per quē habemus redemptionē totius hominis. Verū quid opus multis? attendat̄ ſacramentorū ratio, ſtatimq́ apparebit quomodo corporis & ſanguinis participes ſimus, quomodo mādūcemus et edamus, & quouſq́ pertingant impij, quóue fideles. NATH. Dudum didici, & mihi uidetur, quicquid tandem dicat autor libri de ſacramentis. Et quid eſt quod tempore Berengarij habitus fuit ille pro Ambroſio? OEC. Vtinam tūc ſolus iſte liber alieno titulo ſe uenditaſſet. NATH.

A

AD DICTA AVGVSTINI.

SVPEREST ut de Auguſtino quoq; loquamur. Sed nihil ex illo citat Melanchthon pro ſe, uel contra nos. Diluit autē obiectionem unam & alteram. OEC. Diligenter conſideraſti ſingula. NATH. Opinor. OEC. Quid ſibi uult quod libēter amplectiẽ ea quæ Ioannis 6. ſcribūtur ab Auguſtino? mihi ſanè uideẽ ibi error ſuus funditus euerti, dū aſcenſio cōmemoratur. et quāuis Melanchthon putat illic dicta manducationi ceremoniali, quemadmodū nos docemus, nihil obſtare: inuenimus tamen eadē ipſi obſtare nō parum. NATH. Quomodo? OEC. Auguſtinus em̄ corpus in uno loco uult agere: illi etiā in panē ita collocāt, ut corpori uni multa loca tribuant. Intelligis iterū de quo corpore loquar? Scio alios multa hinc inde teſtimonia ad ſuum propoſitū deflectere, ſed totus pro nobis eſt. NATH. Quid hoc tibi ſeruit, quod dicis Chriſtū in uno loco eſſe? OEC. Si ita eſt, ut uerè eſt, nō iā continetur in pane corporaliter, neq; ut locū illic habeat, neq; ut quantitatē. NATH. Et hoc opinor admittent. admiſerūt em̄ quidā ex illis. OEC. Scio quoſdam admittere, ſed ſi admittunt panē non dare locū corpori, ubi eſt illa ſynecdoche illorū? quid adhuc cōtendunt IBI eſſe corpus? Quo poſito, auferēt nobis ueritatē humani corporis, niſi fortaſſis iuxta noſtrū ſenſum locuti fuerint. Iam amittere ueritatē humani corporis, ſacramenti ratio maxime negat. Conſtanter aūt ſentit Auguſtinus, ibi nō eſſe corpus uerè, ubi locū nō habet. Sic em̄ libro 83. quæſtionū diſtinguit inter Deū & corpus. Deus non alicubi eſt: quod em̄ alicubi eſt, loco continetur: quod continẽ loco, corpus eſt. Deus autem non eſt corpus, igitur non eſt alicubi. Sed multo clarius ad Dardanum hæc legimus.

AVGVSTINVS AD DARDANVM.

B NAM ſpacia locorum tolle in corporibus, & nuſquā erūt: & quia nuſquam erūt, nec erūt: tolle ipſa corpora qualitatib. corporū, nō erit ubi ſint. et ideo neceſſe eſt, ut nō ſint. Quoniā aūt huc tendit ſermo Melanchthonis, ut Chriſtum etiam ſecundum quod homo eſt, ubiq; inuenire liceat: quàm aliena ſit hæc ſententia à mente Auguſtini, audi integrum caput, & deinde iudica.

IBIDEM AVGVSTINVS AD DARDANVM.

CVM enim ſit Chriſtus Deus & homo, Deus utiq;, unde dicit: Ego & pater unum ſumus. homo aūt, unde dicit: Pater maior me eſt. Ideōq; filius Dei unigenitus à patre, unde dicit: Et filius hominis ex ſemine Dauid ſecundum carnem. Vtrinq; in illo obſeruandū cum loquiẽ, uel cū ſcriptura de illo loquiẽ, & qd ſecundū quid dicaẽ intuendū. Nā ſicut unus eſt anima rationalis & caro, & unus Chriſtus eſt uerbū & homo. Proinde quod ad uerbū attinet, creator eſt Chriſtus. Omnia em̄ per ipſum facta ſunt. quod uero ad hominē, creatura eſt Chriſtus. Factus eſt em̄ ex ſemine Dauid ſecundū carnē, & in ſimilitudinē hominū factus. Itē quia in homine duo ſunt, anima & caro, ſecundum animā triſtis fuit uſq; ad mortem, ſecundum carnem paſſus eſt mortem. Nec tamen cum filium Dei Chriſtum dicimus, hominem ſeparamus: aut cum eundem Chriſtum filium hominis dicimus, ſeparamus Deum. ſecundum hominem nanq; in terra erat, nō in cœlo ubi nunc eſt, quando dicebat, Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui de cœlo deſcendit filius hominis qui eſt in cœlo. Quamuis ſecundum id quod filius Dei erat, eſſet in cœlo: ſecundū id uero quod filius hominis erat, adhuc eſſet in terra, nondūq; aſcēdit in cœlū. Similiter cū ſecundū id quod filius Dei eſt, ſit Dominus gloriæ: ſecundū id autem quod eſt filius hominis, crucifixus ſit. ait tamen Apoſtolus: Si enim cognouiſſent Dominum gloriæ, nunquam crucifixiſſent. Ac per hoc & filius hominis erat in cœlo, & filius Dei ſecundū hominē crucifigebatur in terra. Sicut ergo potuit rectè dici, Dominus gloriæ crucifixus, quū ad ſolam carnem illa paſſio pertineret; ita rectè dici potuit, Hodie mecum eris in paradiſo, cum iuxta huma-

nam

C nam humilitatem per carnem in ſepulchrũ, per animã in inferno illo die futurus eſſet. iuxta diuinã uero immutabilitatem, nunquã de paradiſo, quia ubiq; eſt ſemper, receſſiſſet. Noli igit̃ dubitare, ibi nũc eſſe hominẽ Chriſtũ Ieſum, unde uenturus eſt, MEMORITERQVE RECOLE, ET fideliter tene Chriſtianã cõfeſſionẽ, Quoniã reſurrexit à mortuis, aſcẽdit in cœlũ, ſedet ad dextrã patris, nec aliũde quàm inde uẽturus eſt ad uiuos et mortuos iudicãdos. Et ſic uẽturus eſt illa angelica uoce teſtãte, quẽadmodũ uiſus eſt ire in cœlũ, id eſt, in eadẽ carnis forma atq; ſubſtãtia: cui ꝑfecto immortalitatẽ dedit, naturã nõ abſtulit. Secundũ hãc formã non eſt putandus ubiq; diffuſus. Cauendũ eñ, ne ita diuinitatem aſtruamus hominis, ut ueritatem corporis auferamus. Non eſt autem conſequens, ut quod in Deo eſt, ita ſit ubiq; ut Deus. Nam & de nobis ueraciſſima ſcriptura dicit, quod in illo uiuimus, ſumus, et mouemur: nec tamen ſicut ille ubiq; ſumus, ſed aliter homo ille in Deo, quoniam & aliter & Deus in homine proprio quodã & ſingulari modo. Vna enim perſona Deus & homo eſt, & utrũq; eſt unus Chriſtus Ieſus, ubiq; per id quod Deus, in cœlo aũt per id quod homo. Hæc ille. An non palàm corpus Chriſti nuſquã nũc eſſe uult, quàm in cœlo? NATH. Nõ negant alij corpus Chriſti in cœlo eſſe, ſed interim etiã alibi poteſt eſſe. aut loqueris tu cõtra omnipotentiã Dei? OEC. Omnipotentia Dei nihil facit, quod naturam humanitatis Chriſti tollit. Iam hoc uere tollit naturã humanitatis. An nõ obſeruaſti uerba, Immortalitẽ dedit, naturã non abſtulit. Et, cauendũ, ne ueritatẽ corporis auferamus. Hanc catholicã ſententiã, in fine libri repetit Auguſtinus ad Dardanum, dicens.

IDEM AVGVSTINVS AD DARDANVM.

D CHRISTVM Dominum noſtrum unigenitum Dei filium, æqualem patri, eundẽq; hominis filiũ, quo maior eſt pater, ut ubiq; totũ præſentem eſſe nõ dubites tanquã Deũ, et in eodẽ tẽplo Dei eſſe tanquã inhabitantẽ Deũ, et in loco aliquo cœli, propter VERI CORPORIS modũ. Vides quod ueri corporis modus eſt, in aliquo loco eſſe. NATH. Sed non præiudicat, ſi in multis locis ſit. OEC. Imò & hic occurrit, ne ſit ubiq; diffuſus. Nam ſi in tot loca ſeſe diffunderet, ubiq; diffunderetur id quod ex diſputatione Auguſtini arguentis patet. Si ſecundum hominẽ ſimul eſſet in paradiſo & inferno, ubiq; diffunderetur. NATH. Non loquitur his uerbis: ſed mentẽ illius proferre te, non poſſum negare. Idẽ ſentire uidetur tractatu 50. ſuper Ioannem. OEC. Poſſem etiam ex alijs ſermonibus eius & uarijs tractatibus idipſum oſtendere: ſed quæ poſui ita manifeſta ſunt, ut alijs non ſit opus. Hoc creberrime etiam agit Leo Romanus pontifex primus, in epiſtolis ſuis ſanctiſſimis, & quotquot Dioſcurum & Eutychen expugnarunt, in concilio Chalcedonenſi Oecumenico, ſed in primis Fulgentius Ruſponenſis, in ad Thraſimundum libro ſecundo ſic inquit.

FVLGENTIVS AD THRAS. LIB: II.

FILIVS ergo Dei tã autoritate diuina, quàm ſanctorũ patrũ fideli ueraciq; ſententia, ſecundũ diuinã naturã infinitus, immenſusq; probatur, ubiq; præſens, omnia replens, teſtis nunc cogitationũ & operũ, futurus iudex retributorq; cunctorum. Quia uero idem filius Dei uerus Deus, natus de Deo patre, uerus homo factus eſt pro nobis ex homine factus, eſt enim ex ſemine Dauid ſecundũ carnem, diuinæ humanæq; naturæ in ſe cõtinẽs ueritatẽ, quæ fuerũt uerę diuinitatis nõ amiſit; & quæ ſunt ueræ humanitatis accepit. Vnus idemq; ſecundũ carnem de matre tẽporaliter natus, ꝗ ſecundũ diuinitatẽ de patre permanet ſempiternus: unus idẽq; homo localis ex homine, qui eſt Deus immenſus ex patre: unus idẽq; ſecundum humanam ſubſtantiam, ABSENS COELO quum eſſet in terra, & DERELINQVENS TERRAM, quũ aſcendiſſet in cœlũ: ſecundũ diuinã uero immenſamq; ſubſtantiã, nec cœlũ dimittens cũ de cœlo deſcendit, nec

terram

A terram deferens, cum ad cœlum aſcendit. Quod ipſius Domini certiſſimo ſermo-
ne poteſt cognoſci: qui ut localem oſtenderet ſuam humanitatem, dicit diſcipulis
ſuis: Aſcendo ad patrem meum & ad patrem ueſtrum, Deum meum & Deum ue
ſtrum. De Lazaro quoq; cum dixiſſet, Lazarus mortuus eſt: adiunxit dicens, Et
gaudeo propter uos ut credatis, quoniam non eram ibi. Immenſitatem uero ſuæ
diuinitatis oſtendẽs, diſcipulis dicit: Ecce ego uobiſcũ ſum uſq; ad cõſummationẽ
ſeculi. Quomodo autem aſcendit in cœlum niſi quia LOCALIS ET VERVS eſt
homo? aut quomodo adeſt fidelibus ſuis, niſi quia idem immenſus & uerus Deus
eſt? De ipſo rurſum dicit ſcriptura: Quia uere habitauit Deus cum hominibus in
terra. de quo Euangeliſta dicit: Verbũ caro factũ eſt, & habitauit in nobis. Quod
uerbum ut agnoſceretur etiam cum caro factum eſſet, & habitauit in nobis, nun-
quam diſceſſiſſe de cœlo. Propterea Dauid dicit: In æternum Domine, uerbum
tuũ permanet in cœlo. De ipſo uno eodemq; Dei ſempiterno filio, & futuro tunc
hominis filio, in quo permanſiſſet uera & immenſa diuinitas, & à quo ſuſcipien-
da eſſet uera localisq; humanitas, propheticæ inſpirationis agnitione repletus, di-
xerat Hieremias: Hic Deus noſter, & non alius æſtimabitur ad eum. Adinuenit
omnem uiam diſciplinæ, & dedit eam Iacob puero ſuo, & Iſraël dilecto ſuo. Poſt
hæc in terris uiſus eſt, & cũ hominibus conuerſatus eſt. Et quoniã de ipſo ſuperius
dixerat, Magnus eſt, & non habet finem, excelſus & immenſus: ne iſta Dei in ter
ra uiſio, & cum hominibus conuerſatio, Deum immenſum putarent, alienaſſe de
cœlo. propter hoc ipſe filius, ut immenſitatem diuinitatis ſuæ in terra poſitus de-
monſtraret, & ſecundum hominem, quem ſuſceperat in terra poſitus, ſecundum
Deum, quod ſemper erat, præſentem ſe etiam cœlo doceret, ait: Nemo aſcendit in
cœlum, niſi qui de cœlo deſcendit, filius hominis qui eſt in cœlo. Non quia hu-
mana Chriſti ſubſtantia fuiſſet ubiq; diffuſa, ſed quoniam unus idemq; Dei filius,
B atq; hoĩs filius uerus Deus ex patre, ſicut homo uerus ex homine, licet ſecundũ
ueram humanitatem ſuam localiter tunc eſſet in terra, ſecundum diuinitatem ta-
men quæ loco nullatenus cõtinetur, cœlum totus impleret & terrã. Et cætera quę
ibi ſcripturarum autoritate in eandem ſententiam copioſe docet Nathanaël. Quid
ſi ad hæc reſponderem, ut Philippus ad hoc Auguſtini? Corpus Domini in quo re
ſurrexit in uno loco eſſe oportet, ueritas eius ubiq; diffuſa eſt. OEC. Et quid illud?
NAT. Palàm eſt Auguſtinum hic nullam cœnæ facere mentionem. idem & ego
dicam, Fulgentium hic nullam cœnę facere mentionem. OEC. Non ignorabam
hoc. Nónne autem hæc pugnant cum his quæ alij de cœna tradunt, ubiq; hoc mi
raculi aſtruere laborantes, ut corpus Chriſti ſit in multis locis? Auguſtinus autem
dicit, oportet eſſe in uno loco. An non pugnant? NAT. Mihi uidetur. Sed ſi men
tem Auguſtini adieceris, nõ pugnat. Auguſtinus enim, ut Melanchthon gloſſam
apponit, loquitur de conuerſatione uiſibili, qualem oportet eſſe docentis. OEC.
Parum idoneum gloſſema, ὄντως φάρμακον ἀφάρμακον. NAT. Quomodo? OEC.
Non enim conniuebit idem in epiſtola ad Dardanum. Et quid dicit? Aſtringit ne
ad unum locum corpus Chriſti docentis, cuius non docentis corpus in tot & om
nia loca diffundit? An non iiſdem argumentis, nempe à Dei omnipotentia, & ab
humanę rationis iudicio, cohibebit Melanchthon, quibus nos urgere uult? NAT.
Suxit opinor hęc à Papiſtis, qui huiuſmodi gloſſematis ſuũ errorẽ palliant. OEC.
Mihi uidetur imprudenter aſſerere miraculum, quod nõ oportebat. Corpus enim
Chriſti eſſe præſens in cœna, id eſt, in myſterio, non arguit localem præſentiam.
NAT. Animaduerto illum ſic concludere. Poſtq; enim diu laborauit, cõtendens
corpus Chriſti eſſe poſſe in multis locis, ſubnectit, adeſſe poſſe in cœna ſimplici-
ter. Cæterũ hoc fortaſſe amarius, quod putãt uos leuiore cõiectura niti, ſi hoc loco

A riorum, Hilarij, Auguſtini, Cyrilli, & ferè omnium catholicorum ſententiæ. Vnã
tamen de hac re Fulgentij ſententiam adijciam.

FVLGENTIVS AD THRAS. LIB. III.

Idem atq; inſeparabilis Chriſtus, ſecundum ſolam carnem de ſepulchro ſurre-
xit: idem atq; inſeparabilis Chriſtus, ſecundum totum hominem quem acce-
pit, terram localiter deſerens, ad cœlum aſcendit, & in dextris Dei ſedet, ſecun-
dum eundem totum hominem, uenturus ad iudicandum uiuos & mortuos, coro
naturus fideles & pios. Sic ille: Hæc utiq; Chriſtiane dicta ſunt, & abſq; ulla perſo
næ diuulſione, tu ſi ſecus dixeris, non uideo quomodo aſcenſionem Chriſti uere
confitearis. Neq; enim ſic tantum ad cœlos aſcendiſſe putandus eſt, quod ſecun-
dum corpus terram non reliquerit. Et quis unquã pius contra ſcripturas hoc au-
ſus eſt aſſerere? & nos hoc ſimpliciter confitentes, rationẽ ſequimur. Chriſto com-
pedes inijcimus? perſonam diuellimus? Vereor ne plus fecis quâm uini in hotum
uaſe ſit. NATH. Meliora ſperemus. equidem confido, ſi ſemel te plene intellexe
rint, redintegrabunt cum lucro fraternitatem. OEC. Nemo prohibet bene ſpera
re: ſed male parant mentes ſuas ad concordiam, quibus non ſunt aures ad audien-
dum, & ſe ſolos ſapere exiſtimant. NATH. Luctuoſa cataſtrophe erit, ſi bili cœ-
peris indulgere, & indignitatem rei ſupra modum exaggerare. OEC. Non ſto-
machor, licet anſa mihi detur. At quomodo interpretaberis, quod dicit hanc con-
trouerſiã uniuerſę eccleſiæ, ac toti imperio minari horribilem mutationẽ. NATH.
Qui controuerſiæ imputat, neutram partium arguit, ſed utranq;. OEC. Belle ex-
cuſas, oblitus quod in epiſtola ait, nouum hoc dogma ſecum trahere maximã rui-
nam maximarum rerum, aut ignoras quid nouum dogma uocet, uel quid iuſtiſſi-
me debeatur id genus dogmatiſtis? Nam ſi res illæ maximæ bonæ ſunt ac ſanctæ.
quid peſtibus illis intolerabilius? Eradicandi igitur id genus doctores. Alij malo-
rum fontes ſunt, de quibus non eſt ut nunc dicam: ſed innocentiſſima ueritas inte
B rim male audit. Si tam innocenter ſcribit, quid ita afflictum Carolſtadium, cui nõ
omnino deſunt & eruditionis & bonæ exiſtimationis teſtimonia, proſcindit, qua
ſi ille non ſit homo, & Vuittenberga ſolos angelos alat? Quæ illa ſub humanitatis
ſpecie crudelitas? NATH. Equidem nihil tale in libris admodũ obſeruo, ad quos
duntaxat diſcendi gratia diuerto. OEC. Vtinam omnes, & maxime principum
adulatores, idem facerent. Sunt enim qui cauſa non perſpecta, nihil aliud ex libris
hauriunt, quàm ille ab hoc damnatus, ille ab alio. Fieri enim poteſt, nihil crudele
meditari ſcriptorem, ſed ita fulcire cauſam ſuam: id quod rhetores ſolent, nec lau-
dandi, nec uituperandi modum ſcientes. NATH. Modeſtior eſt Philippus ple-
riſq;: ſed qui modum neſciunt, non multum mouent me, ſiue laudent, ſiue uitupe
rent. OEC. Mihi autem res omnium peſſima uidetur, uituperare bonos, & lau-
dare malos, non ſolum quod merita laude fraudentur boni, & magnam præmio-
rum humanorum partem amittant: uerum etiam quod impiorum ac facinoroſo-
rum nulla eſt ignominia. Quãdo enim mali laudantur, & boni uituperantur, neq;
malos terrent uituperia, neque bonos commendant encomia, dum illi horum, &
hi illorum fiunt participes: ſed etiam quod nec uirtutum ſunt incitamenta, nec ma
lorum auocamenta, & malis accreſcit, & bonis decreſcit autoritas. NATH. Hoc
quidem non probo: ſed ueri ſtudioſus & laudes, & conuitia prætereo, ſiquidem
omnino legendos eorũ libros ſuſcepero. Sed miſſa faciamus hæc. Pauca quidem
adhuc reſtant, de quibus ſi bene reſponderis, non ſolum mihi, ſed & alijs gratifi-
caberis. Obſeruandum cenſet Philippus in ſcripturis, inter narrationes rerum ge-
ſtarum, & inter ordinationes diuinas, ſeu dogmata de natura ſeu uoluntate Dei.

OEC. Neceſſarium eſt, & nos hoc potiſſimum ſequimur, & inter res geſtas &
figuratas probe diſcernimus. Fatemur enim in cruce Chriſtum mortuum, & ſan-

C guinem effundiſſe, in cœna autem prędixiſſe futurum, et commendaſſe omnibus
ſeculis id beneficij annunciandum. Fatemur in cruce nouum teſtamentum ſan-
guine fuſo confirmatum, in cœna autem codicillos eius nobis exhibitos. Habes
hiſtoriam. Sed quid facies? nónne ubi myſteria inſtituuntur, & explicantur uer-
ba, ne ſimpliciter ut iacent accipias, myſteria non ſines eſſe myſteria? An non o-
mnes qui recte ſapiunt, fatentur panem dominicum eſſe ſacramentum? Velle au-
tem, Hoc eſt corpus meum, ſic hiſtorice interpretari, ut identicam propoſitionem
facias, quomodo non conculcabis omnē fidem de corpore Chriſti? Omnipoten
tiam inquis uerbi, mutare panē in corpus. Et nos ſumus panis, qui in corpus mu
tamur omnipotētia uerbi. Notum eſt, ut uiſibilia inuiſibilibus iungantur in ſacra-
mentis, & illa quidem per ſe imaginem rerum ſignificatarum gerant. Hæc autē ut
uera & non figuræ, menti ſe offerunt, ſed inuiſibiliter. Sic enim ſe habet panis ad
corpus Domini, ſicut ſe habet fractio panis ad mortem corporis. tam fractio panis
in cœna, per ſe non eſt ipſa mors Domini, ſed annunciatio mortis, tametſi uerā &
quaſi præſentem mortem animus inuiſibiliter contueatur. Ita igitur & panis ipſe
elementalis, non eſt ipſum corpus Domini, ſed potius annuncians ſymbolū: tam-
etſi uerum corpus, & non figura corporis, menti ultra ſenſibilia euectæ, inuiſibili-
ter ſeſe offerat: & ſiquidem fidelis fuerit ſpiritus ſanctus, operatione communicet.
Ad hęc non dabis nobis niſi duas diſtinctas manducationes, externam qua panis
corpus paſcit: internam, qua animam res quam cognoſcit & ut propriā apprehen
dit & refocillat. NAT. Eſt & alia, ſacramentalis ſcilicet. OEC. At hæc quid aliud
eſt, ſiquidē fideliū fuerit, quàm externa & interna, ſimul unita ſancto quodam ſymbo
lo? Sin infideliū, externa dūtaxat eſt. Quid enim manducat impius, quàm panē quem
ſanctificatū nouit, ſibi tamē non ſanctificatū, ſed exitialē. Non enim ſanctificatur a-
D nima illius, ſed magis polluta fit. NATH. Et non manducat ille corpus Chriſti?
OEC. Non niſi externo ſymbolo, quo ſignificatur: reuera autē minime. Nam licet
mille cōueniant impij, nō fit tamē uere illis panis corpus Chriſti, neque eſt ibi uir-
tus ſacramēti. Itaque ut redeam, nō dabis niſi duos panes, unū qui corpus paſcit, al-
terū panē uiuū, qui animā reficit. Sacramētalis autem impio pręter materiā & ſignifi
cationē nihil affert, pio autem & ueritatē affert. Hoc ē ſimilitudine annuli intelligere
poteras, qui ficto cōiugē nō affert re uera, ſed uero ſponſo fidē habēti, ſponſam ue
re ſubarrat: quantūuis ſponſus ad alterius uiri uxorē porrecto annulo dicat, Hoc
annulo ſponſus tuus ſum, nō erit propterea ipſe ſponſus, nec illa ſponſa etiāſi an-
nulum ſacramentū cōiugij arripiant. NAT. Quod ſi nihil præterea eſt in pane,
pręter ſignificationē, impio, dū Cyprianus & Ambroſius dicūt ſacramēta nouæ le
gis antiquiora ſacramētis ueteris legis, & in Melchiſedec agnitionum & Melchi-
ſedeci ut bono ac pio, fuerūt aliquid præter panē & uinū, ac ſignificationē ſancta-
rū rerū? Quod ſi ita eſt, fortaſſe & Iudæis erimus inferiores. Nā hoc argumētū ali-
quos urget. OEC. Imò hoc argumentū pro nobis eſt. panis et uinū, ſacramēta car
nis & ſanguinis tū erant, ſed caro & ſanguis nondū erāt; diſtincta igitur à carne ſa-
cramēta carnis & ſanguinis. Addo autem quod & à Chriſto nōdū initiata erār. Vnde
nullus adhuc poterat fieri corpus Chriſti, ita ut naturaliter habitantē in ſe Chriſtū
haberet: tametſi ſpe pares nobis eſſent, & uerbū caro factū, etiā illorū carnē uiuificā
fecerit. Igitur nato Chriſto, nequaquā illorū ſacramēta noſtris cōferenda. Efficacior
enim adeſt ſignificātia, & uerior repręſentatio. NAT. Habeo mentē tuā, & libēs ac
cipio: ſpe enim pares, beatitudine ſuperiores ſumus, adeoque in ſacramentis multis
paraſangis illos qui in ueteri Teſtamento anteimus. Verebar enim cum illis, ne
deterior noſtra eſſet cōditio, quàm Iudęorū. Sed iā hūc ſcrupulū mihi abſtuliſti. Il
lijpſi etiā metu ūt, niſi credideris adeſſe reipſa in pane Chriſtū, multū fidei ſuę me-
rito deceſſurū. OEC. Legiſti ne hoc apud Melanchthonē? equidē legiſſe me non

Digitized by Google

A meminì. NAT. Neqꝫ ego,ſed ab alijs mihi crebro obiectũ. OEC. Indoctè:nõ eñ quęuis credulitas Deo cõmẽdat,alioqui ſuperſtitioſiſſimi quiqꝫ etiã beatiſſimi eſſent. Principio ſummã ſalutis in hac fide ſitã cognoſcimus,qua Chriſtũ qui mortuus eſt ac reſurrexit,uitæ noſtræ inſtauratorẽ cognoſcimus. Hæc eñ fides in cœna ſalutaris eſt ac neceſſaria,qꝫ ipſe Chriſtus in cœna nobis cõmẽdauit. Voluit aũt nos memores,uticꝫ nõ abſqꝫ fide,corpus ſuũ pro nobis datũ in mortem pro ſalute noſtra, & ſanguinẽ fuſum in teſtamentũ,obſignationẽ,& peccatorũ noſtrorũ remiſſionẽ. In hoc uerbo exerceri fidẽ noſtrã oportebat,nõ in quauis alia opinione. Nemo eñ beatior erit,qui crediderit illic eſſe accidentia abſqꝫ ſubiecto,uel panẽ ſubſtãtialiter eſſe corpus Chriſti,& corpus Chriſti pręſens eſſe pani,ut ipſi dicũt, NAT. At nõ caret meritò,cuiuis uerbo Chriſti credere. OEC. Sed non beatũ te reddet,etiã ſi credideris Deũ cœlũ ac terrã cõdidiſſe,& multa alia, ubi illa ſumma de Chriſto neglexeris:multo minus ſi uerbo Chriſti non intellecto niti uolueris, quaſi in firma petra. NAT. At illa fides magnã & indicibilẽ charitatẽ Chriſti affert, qđ eò uſqꝫ ſe demittit,ut & ſeſe manducãdũ exhibeat:qua charitate quid amplius? OEC. Neſcio charitatẽ maiorẽ quàm qđ Chriſtus paſtor,animã ſuã poſuit pro ouibus ſuis,procꝫ illis erraticis,et adhuc impijs,iuxta ſcripturas. Sic ſanè utiliter cõmendauit Deus pater dilectionẽ,ꝓprio filio ſuo nõ parcẽdo,& filius mandatũ patris implẽdo. Nõ es tu tãto munere cõtentus?quid ultra requiris? Effectũ eñ hoc ineffabili beneficio,ut ſi credas,etiã in unũ corpus cũ Chriſto coẽas, unitus ipſi capiti,ita ut participato ſpiritu,etiã naturæ illius,quæ immortalis eſt,particeps fias. An tu mãducationẽ quæris ampliorẽ,quàm ut Chriſtus in te ſit,& tu in Chriſto? Verũ ad hoc nequaquã opus tibi eſt carnali mãducatiõe. NAT. Maxima narras,& nequaqꝫ illis quæ ego protuli cõparãda. OEC. Et ſicut puerile eſſet,ſi in cõiugio qđ Chriſtus habet cũ Eccleſia,inter ſumma beneficia collocares B carnale cõtuberniũ,licet inuiſibile dicas,cũ facta iã ſit per ſpiritũ illius etiã naturæ particeps,et per hoc magnũ myſteriũ uere in Chriſto & Eccleſia impletur:Ita profecto ſuperſtitioſum eſt,carnalẽ eiuſmodi quẽ fingũt eſum fingere. Neqꝫ eñ hoc eſt agni paſchalis carnes aſſas edere. Vide igiť qualis illorũ religioſulorũ cultus, qualis pietas,qualis ſanctimonia,qualis in contẽplationibus ſublimitas? Quàm nihil habẽt quod queri poſſunt. NAT. Refragari nõ poſſum:ſed uiſa eſt expoſitio illa planè noua,quod exponis,hoc eſt,id eſt,ſignificat,uel eſt figura corporis. OEC. Si Hieronymi & aliorũ uerba recte perpẽdiſſes,non mirareris. Sed audi quid Auguſtinus contra Adimantum ſcribat.

AVGVSTINVS CONTRA ADIMANTVM.

Poſſum enim,ait,interpretari præceptũ illud in ſigno eſſe poſitũ. Nõ enim Dominus dubitauit dicere,Hoc eſt corpus meũ,cũ daret ſignũ corporis ſui. Et in eodẽ capite exponit:Sic eſt enim ſanguis anima,quemodo petra erat Chriſtus. Nec tamẽ petra,ait,ſignificabat Chriſtũ:ſed ait,petra erat Chriſtus. NAT. Vbi exponit Auguſtinus,Hoc eſt,id eſt ſignificat corpus? OEC. Satis manifeſtũ eſt, quia has duas locutiones,Sanguis eſt anima,& petra erat Chriſtus,ſic exponit:uticꝫ etiam ſic exponenda erit hæc oratio. An non ſatis manifeſte dixit,Hoc eſt corpus, præceptum eſſe in ſigno? Sic etiam Fulgentius exponit,referente Haymone,Hic calix nouum Teſtamentum,id eſt,hic calix quem uobis trado,nouum Teſtamentum ſignificat. Druthmarus quoque gloſam ponit,Hoc eſt corpus meum,id eſt, in myſterio. NAT. Non ultra arguam te nouum inuehere dogma. OEC. Hęc quidem expoſitio fortaſſis humana uideri poſſet,ſed Paulus more ſuo,ſiquid obſcurius dicit, mox interpretari ſolet, ita & hic ipſe uerborum illorum interpres eſt: Quotieſcunque manducabitis panem hunc, & de poculo hoc bibetis, mortem Domini annunciabitis donec ueniat. Apparet hic ad quas res

C geſtas uocet Apoſtolus; datur, frangitur, & manducatur panis. Chriſtus ſequenti
die moriturus erat, ea mors tunc prædicta nobis annūcianda cōmendatur, donec
ueniat. Hāc hiſtoriam quod panem corpus fecit, non legimus, nec etiam legimus,
In hoc eſt corpus meum. NATH. Iam ſuggeris quod ferè obliuioni tradideram,
ut et ego quęram, Nec tu legis. Hoc non eſt corpus: ſed nec, hoc ſignificat corpus.
Iſto enim argumento maxime gloriantur: ſed utri maior debetur fides? ei qui cum
Euangeliſtis, hoc eſt corpus: uel ei qui dicit, hoc non eſt corpus, quod nullus Eu-
angeliſtarum habet? OEC. Nos iuxta Euangeliſtas dicimus, hoc eſſe corpus: &
iterum iuxta Euangeliſtas cōtra Graphotyrannos aſſerimus, panem non eſſe cor-
pus ſubſtantialiter. De ſenſu, non de uerbis certamen eſt. His credendum, qui Eu
angeliſtarum mentem afferunt: non ijs qui auferūt, fides debetur. Addito, hoc eſt
corpus quod pro uobis frangetur. Lege & expende. Hoc poculum nouum teſta-
mentum in meo ſanguine: addito, Qui pro uobis effunditur. addito, Hoc facite in
mei memoriam. addito, Quotieſcunq; manducaueritis panem hunc, & de calice
hoc biberitis, mortē Domini annunciabitis. addito, Donec ueniat. Addito tot quæ
in cœna illa dicuntur, quę Chriſtum ſecundum corpus abiturum, & non affore te
ſtantur. Attende quis uſus agni paſchalis, & uide quo te uerborum contexus du-
cat, ne ſpiritui ſancto tuum errorem impures. Sponte errant, qui toties admoniti à
uia recedunt, & quò ſe uia ducat dicere nequeunt. Nam quicquid dixerint, ita ab
ſurdum eſt, ut ipſos in blaſphemiæ barathrum deducere queat, neminemq; habe
ant qui iure approbet. Si tropum omnem excluſerint, idemticam, ut uocant, præ-
dicationem ponere cogentur, & poſuerunt incauti, cōparantes hanc locutionem
illi, Hic eſt filius meus dilectus: per hoc non inuiſibilē carnem, ut alij, ſed panem
intelligentes. quæ impudentia me ad contradicendum primum inuitauit. Sin tro
pum ſynecdoches eſſe dederint, occupante pane locum, occupabit etiam corpus
D quod in illo eſt locum, niſi locale eſſe negent. Vnde autem accipient hanc expoſi
tionem, Hoc eſt corpus meum, id eſt, in hoc loco panis eſt corpus meum: aut lice
bit hoc illis abſq; ſcripturis affirmare? Sed definitiue aiunt in loco eſt corpus, non
circunſcriptiue. Quod ſi abſq; circunſcriptione ipſum corpus dixeris, quale illud
corpus erit? eſt ne hoc noſtro corpori cognatū, quod in loco eſt non localiter? Sic
indubitata fides ratiocinatur, non ratio ſuis fidens cogitationibus. Aliter de corpo
ribus, aliter de incorporeis loqui ueritas præſcribet. Si dixerint, Nónne et in calice
ſimilis eſt ſynecdoche, quod illius nomine & uinū cōprehenditur? Verū non con
gruit hæc ſimilitudo; reſolue enim propoſitionē. Accipe poculū, hoc eſt uinum, id
eſt, hoc quod in poculo continetur eſt uinū. & antea quidē uel cōmuni conſuetu-
dine notū eſt, uinū in calice contineri. At ſi de re ignota ac inſolita dicas, hoc pocu
lum eſt mons; nemo talem ſenſum inde eliciet, ut hoc quod in calice contineatur,
mōs ſit, niſi antea ita docueris. Et ſic quoq; Papiſtis olim obſtructū eſt os, ubi in his
uerbis, Hoc eſt corpus meū exponunt, hoc corpus inuiſibile, quod ſub figura pa-
nis cōtinetur, eſt corpus meū. Probare enim primū debebāt, φ ſub figura panis ſit
corpus inuiſibile. Sed quibus 'nā uerbis id efficerēt? Nónne cōfutari eos neceſſe?
Nam ſi antea adeſſe corpus dicāt, deficiet illis ſcripturæ teſtimonium. Idipſum &
illis argutatorculis eueniet. Palàm igitur fiet, quod neſciāt de quibus affirmēt uel
pronūcient, licet interim obſeruātiſſimi diuinorū eloquiorū haberi uelint, quibus
ſuū ſenſum nō inferāt: quē ſi accepta metaphora relinquāt, in tentatione nō inue-
niāt, ubi cōſiſtant, utpote eccleſiaſticæ ſentētiæ neglectores, ac illorū fulmine uer-
borū territi, quaſi ſcilicet ſua ſentētia unq; accepta ſit: & hęc uerba, Hoc eſt corpus
meū, ſancte tractarint. Qualis igiť gloriatio, quales querimonię, quales minę, qua
lia cōuicia, ſatis liquet. NATH. Hi fructus ſunt carnaliū diſputationū, mutuū mor
dere, ſua magnifacere, officiorū obliuiſci. OEC. Iterum uideor tibi ardentior, ſed
non

A cogitas ut prouocemur. parū tibi uideт̄, neglectis Euāgeliſtis, iudiciū rationis ſecta
ri? parū putas, audire Geometricen à nobis cōſultā, ubi fide magiſtra utimur? Diſſi
mulandū cenſes, quod noui dogmatis autores cenſemur, qui nouitatē horremus?
NAT. Quid ſi in alijs, nō in te, hos fructus decerpā? Intelligo, tibi loquēdi neceſſi
tatem feci, crebris interrogationibus ex uerbis illius. Sic em̄ dicit: cum nō inueniā
teſtimonium, quod corpus Chriſti negat eſſe in cœna, aut interpretet̄ uerba cœnę
aliter q̃ ſonant uerba, non habeo rationē ſatis firmā ſententiæ nouę docendæ, pręſertim
quæ tanta ſcandala excitet; quę ego ſcio nō poſſe perferri, niſi habeamus fir
ma & certa ſcripturæ teſtimonia. Scio igitur quę te in his & ſimilibus offendāt. Ille
nouam doctrinā uocat, tu negas; ille ſcandalorū excitatricem putat, tibi nō uideт̄,
niſi ſcandala Phariſæorū curanda ſint; ille ſcripturę teſtimoniū nullum tibi eſſe pu
tat, cum nō deſit tibi quod opponas. Præterea obijcit et alia quę minime agnoſcis,
utpote Chriſtū abeſſe in cœna, quem ubiq; potentia, in pectoribus aūt fideliū gra-
tia præſentem etiam abſq; ceremonijs fateris. Item in cœna multo plus concedis,
quàm ille cōtendendo iure requirat. Manducationē enim carnis Chriſti nunq; ne
gaſti, quatenus ſcilicet ab homine fideli manducaт̄. Neq; tu unq; in cœna uoluiſti
nomine corporis, tantū ſignum corporis intelligi, qui nō ludos & figmenta, ſed ſa
cramentales promiſſiones agnoſcis. Quid aūt etiamſi elementū panis per ſe, non
ita magnificas, modo myſteriū ipſum non cōtamines, uideturq; mihi nulla opus
cōtentione. Nónne & hoc tu ſemper confeſſus es, quod ſacramenta non ſolū no
tæ ſint ac ſigna profeſſionis, quæ diſcernant nos ab alijs gentibus; ſed etiā tradita,
ut per ea corā Deo erigantur corda noſtra, & fidem concipiant? OEC. Nemo ali-
ter audijt ex me unq;, tametſi magis propter charitatē arbitror inſtituta, ut in unā
coēamus eccleſiā, certiſq; ſignis nos unius corporis mēbra agnoſcamus, quod ſo
lis uerbis haud ita cōmode fieri poſſet. Et nimirū Cyprianus, Chryſoſt. Nazanze
B nus, Auguſtinus, et ueteres ſermōes illuc reſpexerūt, imò & Paulus ipſe hoc ma
xime urget in priore ad Cor. In hoc em̄ unitatis ſacramento, maxima miracula ex
pēdo, quę nō niſi ſpiritus ſancti īuiſibili gratia cōtingūt. Adhęrere capiti Chriſto,
adhęrere tāto glutino mēbris Chriſti, fieriq; uere unū corpus, utiq; nō pertinēt ad
tāti myſterij cōtemptū. Fateor mihi nō eſſe tantā curā, ut panis ille coctus in digni
tatē q̃ hominū eſt, perueniat, ſed potius ut nos efficiamut panis et myſticū corpus.

AVGVSTINVS IN SERMONE AD INFANTES.

POteſt, ait, in animo cuiuſpiam tentatio talis oboriri. Dominus noſter Ieſus
Chriſtus nouimus unde acceperit carnem, de uirgine Maria, infans lactatus
eſt, &c. in ligno interfectus eſt, ſepultus eſt, tertio die reſurrexit, quo die uoluit a-
ſcēdit in cœlū, illuc leuauit corpus ſuū, unde uenturus eſt ut iudicet uiuos ac mor
tuos, ibi eſt modo ſedēs ad dextrā patris. Quomodo eſt panis corpus eius et calix?
uel quid habet calix, quomodo eſt ſanguis eius? Iſta fratres ideo dicunт̄ ſacramen-
ta, quia in eis aliud uidetur & aliud intelligitur. Quod uidetur, ſpeciem habet cor-
poralem: quod intelligitur, fructum habet ſpiritualem. Corpus ergo Chriſti ſi uis
intelligere, audi Apoſtolum dicentem fidelibus: Vos eſtis corpus Chriſti & mem
bra. Myſterium noſtrum in menſa poſitum, myſterium Domini accipitis. Ad id
quod eſtis, an nō reſponderis, et reſpondēdo ſubſcribitis? Audis ergo corpus Chri
ſti, & reſpondes, Amen. Eſto membrū corporis Chriſti, ut uerū ſit Amen tuū, etc.
Eſtote quod uidetis, et accipite quod eſtis. NAT. Libenter audio quod utraq; ex
pendis. Sed quomodo antea dixiſti, panem ſacramentū corporis Chriſti, de quo
uere dicit̄, quod factū pro nobis: nunc aūt facis corpus myſticū, quod ſanè nemo
ſibi īficias? OEC. Nō ſeparo caput à mēbris, quādo unū corpus intelligo, quia em̄
ſpiritus capitis membra uiuificat, qua ratione ſeparari poterūt? NAT. Secura res,

adhæret

C adhęret capiti quod in cœlis, Eccleſia quę in terris. OEC. Idem Auguſtinus & in alio ſermone de ſacramẽtis fideliũ feria 2. Paſchę, inquit: Quia Chriſtus paſſus eſt pro nobis, cõmendauit nobis in iſto ſacramento corpus et ſanguinẽ ſuũ, quod etiã fecit, & nos ipſos. Nam et nos ipſius corpus facti ſumus, et per miſericordiã ipſius quod accipimus, nos ſumus. Et ultra dicit: Iam in nomine Chriſti, tanq̃ ad calicẽ Domini uenistis, ibi uos eſtis in menſa, & ibi uos eſtis in calice. Nobiſcum uos eſtis. Simul enim hoc ſumimus, ſimul bibimus, quia ſimul uiuimus, & poſtea: Norunt fideles corpus Chriſti, ſi corpus Chriſti eſſe non negligant: fiant corpus Chriſti, ſi uiuere uolunt de ſpiritu Chriſti. de ſpiritu Chriſti non uiuit, niſi corpus Chriſti. Intelligite fratres mei quid dixerim. Homo es & ſpiritum habes, & corpus habes, ſpiritum inuiſibilem, corpus uiſibile. Dic mihi, ex quo uiuit ſpiritus tuus. uiuit ex corpore tuo, an corpus tuum ex ſpiritu tuo? Reſpondet omnis qui uiuit, ex ſpiritu uiuo. Vis ergo uiuere & de ſpiritu Chriſti, in corpore eſto Chriſti. Nunquid enim corpus meum uiuit de ſpiritu tuo? meũ uiuit de ſpiritu meo, & tuum de tuo? Non poteſt uiuere corpus Chriſti, niſi de ſpiritu Chriſti. Inde eſt quod exponens nobis Apoſtolus hunc panem: Vnus panis, inquit, unum corpus multi ſumus. O ſacramentum pietatis, ô ſignum unitatis, ô uinculum charitatis. Quin & Fulgentius ad Monymum in eandem ſententiam dicit. Hęc ędificatio ſpiritualis nunquam opportunius petitur, quàm cum ab ipſo corpore Chriſti, quod eſt Eccleſia, in ſacramento panis & calicis ipſum Chriſti corpus & ſanguis offertur. Calix enim quem bibimus, communicatio ſanguinis Chriſti eſt: & panis quem frangimus, participatio corporis Domini eſt. Quoniam unus panis & unum corpus multi ſumus, qui de uno pane participamus. Et propterea petens, ut ſcilicet ea gratia qua factum eſt ut Eccleſia Chriſti corpus fieret: eadem gratia fiat ut omnia membra charitatis, manente cõpage & unitate corporis perſeuerent. Et multa ibidem in eandem ſenten-
D tiam dicit, ubiq; hoc agens, nos operatione ſpiritus ſancti unũ corpus fieri cum capite, non panem ipſum uniri capiti, uel quod plus eſſet ſic fieri caput. NAT. Iam mihi gratia Deo, ſatisfactum eſt: alius fortaſſis opus habebit declaratione ampliore, & illę ſi doceri uoluerit, & à contentione cauerit, reperiet etiamnũ lucem, ne in tenebris uerſetur. Cęterum quo magis intelligo, quid hoc myſterium ſignificet & requirat, hoc magis doleo, fructu eius nos priuari. Confitemini unum Chriſtum uerum Deum & hominem, redemptorem mundi, unum caput Eccleſiæ: & quanti apud Deum ſit charitas, non ignoratis: ſicq; diſtrahimini? fraternitatem diſſoluitis? tanto non ſolum Eccleſiæ, ſed etiam totius orbis infidelium offendiculo. Cur non potius alter alterius portatis fragilitatem? OEC. Ecce iam & tu doles, quod ego. Sed quid faciemus? illi feruntur ſuo impetu. Parati eramus ferre imbecillitatem, obſecrabamus ne ſcinderent charitatem: oſtendebamus dixiſſe Apoſtolum, reuelabile adhuc, ſi quid minus reuelatum. ſed non audierunt. Igitur nõ eſt quod improperent nos abijſſe ex Eccleſia: utinam primo quoq; tempore reuertantur, qui abierunt. NAT. Hoc & ego precor. ſed iam ſermoni finem imponamus. OEC. Idq; mihi perplacet, adeò ut quamuis multum illi reclament, niſi obiecerint alia quæ maioris momenti ſunt, cõfeſſione illa mea contentus ero, maledicisq; & contentioſis contendendi occaſionẽ poſthac non dabo. Indigni enim ſunt quibus margaritas obijcias. qui ſi de ſacramentis ut oportet loquaris, nõ boni conſulunt. NAT. Ego autem tibi gratias habeo: & ſi quid difficile poſthac occurret, ſi ad te confugero, pro tua beneuolentia non me repelles. OEC. Non ſolum tibi, ſed & omnibus, doctrinæ meæ rationem reddere paratus ſum. Eſt tamen & ſuum ſilentio tempus. Vale.

TERTII LIBRI FINIS.

DD. IOANNIS OECOLAMPADII ET HVLDRICHI ZVINGLII EPISTOLARVM

Liber Quartus: quo Parænetícæ Epiſtolæ, plurimũ tam ad Eccleſiæ regimen, quàm ciuilem tranquillitatem momenti haben tes continentur.

IOANNES OECOLAMPADIVS

N. *Dilecto in Chriſto Fratri.*

SALVE in Chriſto. Non uideris mihi longe à regno Dei abeſſe, Frater dilecte: non ſolum quod ueritati non contradicis, ſed etiam quod tutiſſimam uiam ut incedas, quæris, ſi non & in regiæ ſemitæ meditullio conſiſtis. Itaq; quantum per negocia licuit, obiter ac ruditer tuæ epiſtolæ, & facundæ & doctæ, reſpondebo. Nihil nos moueri oportet Frater, ſi hinc & inde moleſti lupi gregem Chriſti exercent. Cedet enim & iſtud electis ad magnam gloriam. Quo pacto probabitur aurum, ubi caminus deeſt tentationum? Semper minor hominum pars ſapuit. Veruntamen nõ auſim diuinare, in quos torqueas uerba quædam: an in me etiam deſideras nonnihil, qui de uerbis cœnæ aliquid uerborum effutiui. profectò inuitus, & in arenam protractus; id quod ſæpe teſtatus ſum. Et nec ipſe mihi multum in hoc placeo, tametſi non uideam, quo pacto declinare potuerim aduerſarios adeò implacidos. Maluiſſem interim ſacratiora tractare. Atqui non eſt hoc uerborum contentio, ſed caliginoſa quædam Chriſti obſcuratio, & fidei deprauatio. Tantum enim tribuerunt quidam carnali ac ſacramentariæ manducationi, ut credere in Ieſum crucifixũ haud ſatis fuerit ad ſedandam animæ ſitim; id quod & Chriſti dictis, fideiq; uirtuti repugnat. Alij dum ſubſtantiue panem corpus eſſe Chriſti contenderent, panem etiam quauis creatura nobiliorem reddebant, idololatriæq; feneſtram ampliſſimam aperiebant. Iam ſi in campum prouocatus non fuiſſem, & ſciſſem in hoc errare pleroſq; qua putas conſcientia ſilere potuiſſem? At tu ſi putas nos rationis ductu huc ueniſſe, plurimum erras, quamuis id cõtumeliæ à multis audiamus. Abſit: fidei aures primum accommodauimus, & præter illius magiſterium nihil tractauimus. Porrò quod illi natura in pleriſq; ſeruiat, & ratio non contradicat, haud mirum eſt. Cæterum bonam hominũ partem hinc deteriorem eſſe redditam, non uideo. ſed quales ſe erga nos geſſerint, uix ignorare potes, ij qui nos ex eccleſia pluſquam temere eijcere conati ſunt. Neq; nos hic hæremus in ſolis iſtis contentionibus. Enarrantur Prophetæ, docentur Euangelia. Sed quid facies generationi prauæ? nunquid nos ſpiritũ ſanctum ignauis & renitentibus ingerere poterimus? Nunquid Hieremia meliores ſumus? qui quadraginta annorum prædicatione, fruſtra excidium, ſanctæ urbis deplorauit? Nunquid magis ſeduli eſſe poſſumus

A cos autores, cum propter ætatem ac ualetudinem forſan inconſultum ſit ad græcas literas adhortari, cum ipſe per ocium reuoluo (nullibi enim literarũ libentius uerſor) adſignabo quæ huius ſunt inſtituti, ac dum eſt occaſio mittam. Vale: & quod è re Euangelij putabis eſſe, nunquam obmitte. 30. Iulij.

IOANNES OECOLAMPADIVS IOANNI *Zuickio Eccleſiaſtæ Conſtantienſi*

SALVTEM in Chriſto. Iam olim edocti ſumus ab Apoſtolis mi Zuicki, non omnium eſſe fidem. Quid mirum igitur, ſi pleriq; idola in cordibus ſuis aut noua fingant, aut cõficta defendãt? Hinc nobis Catabaptiſtæ phanatici, hinc & Symbolomachi peruicaciſſimi. hinc plenus elt orbis hypocritarum, quorum fibram corneam ſolus Dominus ſpiritu ſuo corrigere poterit. Hinc & zelus iſte charitatis expers, temerariumq; in condemnandis omnibus ſupercilium, ita ut tribunal Chriſti ſuperuacuum futurum, ſi rerum potiantur ſcilicet. Vix dum per miſericordiam Dei in eccleſijs noſtris ſacrificandi abominatio ſubmota eſt: & nunc ut in uniuerſum myſteriorũ diuinæ ceremoniæ aboleantur, urgent ſanctuli. Hoc enim apertè molitur Satan. Et Binderlinus ille, in libellis ſuis heracliticis & obſcuris, & male uafris, ſacramẽtis, imò Eccleſiæ charitati inſidiatur. Talis à me deprehenſus eſt. Vide igitur qualis hoſpes ſit. Simulat ſe Catabaptiſtis aduerſarium, & à rebaptiſatione quoſdam reuocaſſe. at interim baptiſmum cum cœna tollit. O remedium uulnere nocentius. Ad eundem ferè ſcopum iaculantur, urgentes, ut Euchariſtiæ panegyri excõmunicationis gladius uibretur. Iubet quidem Paulus probare ſemetipſum, ſed non alterius conſcientiam. Alibi à diuerſa religione ſeparat, & omnem facinoroſorum Binderlinus

B conſuetudinem interdicit At ubi fori ſtrepitũ in cœnam introducit? Nos ſanè hic uidemur officio noſtro rectè fungi, ſi fratres lapſos priuatim per Euangelicam correptionem antea moneamus, ut à cœna abſtineant; & in hunc diem nemo nos deſpexit. Chriſtianus autem magiſtratus διὰ νομοφυλάκων Ethnicos ſeueriter in ordinem redigit. Deo ſit laus. Et interim ſingulorum nos conſcientias uerbo Domini terremus. Atqui iſti nimium emungendo ſanguinem elicere quærunt. Profecto *das kind hat ein anderen ätte*, ut Germanicè loquar; Sed apparebit propediem excellens illa ſanctimonia. Oremus autem dominum, ut eccleſiæ ſuæ adſit, & nos fideliſſimos miniſtros ſuos faciat. Vale: Baſileæ 3. die Ianuarij 1530.

HVLDRICHVS ZVINGLIVS IOANNI OECOLAMPADIO, *Marco Bertzio, Petro Frauenbergio, Iacobo Imelio, Vuolfgango, Thomæ, Ioanni; Piſſimis uerbi miniſtris apud Baſileam, Fratribus in Domino chariſſimis.*

GRATIA & pax à Domino. Tradiderunt gentilium quoq; docti, ô chariſſimi Fratres, & in militia ſummi regis cõmilitones, cõcordia res paruas maximas fieri, contrà uero diſcordia labi ac ruere: quanto magis qui unius eiuſdemq; Dei miniſtri ſumus, ex eius precatione qua ſic patrem obteſtatus eſt, Oro ut hi unum ſint, quemadmodum ego & tu unum ſumus: colligere debemus, quod nihil æquæ nobis fugiendum eſt atq; diſſenſio, nihil ſic adpetendum ut unanimitas & concordia. Solent quidam exempla poſtremo loco ponere, nos hic inter principia ordinamus. Conſtat urbis noſtræ pax, Deo gratia, uſq; ad hanc diem tanta conſtantia, ut quæ hactenus impulere procellæ, fruſtra ſe extulerint: ſed huiuſce trãquillitatis cauſam, an putatis minimam fuiſſe miniſtrorum uerbi concordiam? Nulla inter nos porrò eſt ſimultas, nulla diſſenſio, inuidia nulla, rixæ ac contentiones nullæ, quæ ani-

C morum cõſenſio unde nã proficiſci potuit, quàm à Deo optimo maximo? An nõ
ſumus homines? Pati ergo potuiſſemus quod quiq; patiuntur. Dei ergo munere
factũ eſt, ut nulla ſimultatis nebula, nedum diſcordiæ hactenus ſurrexerit. Cupio
igitur ut amicè monentem audire non dedignemini, quem amicum ſoliti eſtis ad-
pellare. Audax conſilium capio, uos admonendi, qui nos & eruditione & pietate
multis modis antecellitis: ſed uetat ęquitas audaciam adpellari quod amicitia eſt,
quod amor, quod ipſa pietas. Nota eſt nobis clariſſima urbs, noti eſtis omes uos.
cogitari ergo nequit, me ulla alia ratione hoc quicquid eſt agere, q̃ pietatis, ue-
ſtri, urbiſq; ueſtrę amore. Tentat & nos Satan miris modis, ſed adeò facile uincit
ut in ipſa uictoria liceat cognoſcere tentationem eſſe, quo nos adortus fuerat. ſed,
ut diximus, uincendi promptitudinem nulli quàm pacis & unionis ſpiritui tribui
mus: ſic & uos decet animatos eſſe. Tentamur autem nunc haud contemnenda
tentatione, puta ipſius Euchariſtiæ diſcuſſione. Quæ res planè nõ tantos tumul-
tus dabit, quantos quidam ſperant: ſi modo συγκρήτισμον fecerimus, hoc eſt, in di
Syncretiſmi uis. micatione conſenſum: quem quædam infirma & imbellia alioqui animalia dum
faciunt, crudeliſſimos hoſtes ſic terrẽt, ut nihil ab eis mali patiantur. Anates ſic ſe
in cuneos ſtipant, ut halieto omnẽ prædæ ſpem adimant: ſic boues, urſos, lupos,
Concordiæ ſeruandæ exemplum. innocuę oues à rapina prohibent. Caugniſtam Numidarum regem aiunt duode
cim filijs, moribundum, duodecim ſagittas ſimul alligatas ſingulatim ad frangen
dum dediſſe, tentauiſſeq; omnes ex ordine rem, ſed fruſtra. Tum patrem lorũ ab-
ſtuliſſe, ſinguliſq; ſingulas ſagittas præcepiſſe ut frangerent, quas omnes dicto ci
tius fregerunt. Ibi ſenex intulit: Sic uos eritis perpetuò inuicti, ſi pacẽ unionemq;
ſeruaueritis. quod ſi quiſq; ſua perget ſequi conſilia, iam perijſtis, priuſquã adeſ-
ſe quicquã mali ſenſeritis. ſi inquam ad hunc modum συγκρήτισμον faciatis, ne-
D mo uobis nocere poterit. At dicet aliquis, quomodo conſenſum talem faciemus?
an non conſentimus? an non omnes idem uerbum in manibus tenemus? Rectè
ſanè. idem ergo ſentite, & ſyncretiſmus iam cõpactus eſt. Quod ſi aduc diſſentia
tis, nimirum non idem uerbum habetis. Nam & ſi omnes idem literæ uerbum ha
bemus, non tamen eundem ſenſum ſequimur: nõ ergo idem uerbum internum,
quod ſolus animæ cibus eſt, habemus. Quod ſi quis admittat, ut nemo negare po
teſt: uidemus enim multos eodem uerbo niti, attamen diſſentire: conſequens er-
go eſt, quod qui de eodem uerbo ad hunc modum digladiantur, eodem ſpiritu
non ducantur. Quum ergo, inter fratres etiam, nõ parua ſit hodie de Euchariſtia
diſſenſio, negari non poteſt quin alij alij quàm diuino ſpiritui aurem præbeant.
Tentat enim nos glorię cupido, pauor mortis, et Satan ipſe, qui omnia in deſpera
tionẽ trahere cupit. Docemus enim partim ea quæ gloriã parent, partim ea quæ
rem: quoſdam uero cogit metus, ſtulta quædã & à fide, & à cõmuni ſenſu abhor
rentia profiteri. ſed uos Chriſtum non ſic didiciſtis. Tale enim ſemper putaui eſſe
ingenium doctrinæ, quam Tiguri, Baſileæ, Argentorati proponimus, ut tranquil
litati & innocentiæ ſtudioſos reddat: ſed eius innocentiæ, quæ ex fide procedit.
Dum ergo ante omnia, quæ in Deum eſt, fidem docetis, innocentiam autem quæ
ex fide naſcitur: an non iam proram & puppim cõplexi eſtis? an non reliqua om-
nia, ornamenta quædam minime neceſſaria ſunt? nam ſi neceſſaria eſſent ad ſalu-
De Euchariſtia contentiones. tem, Chriſtus ea inter prima clariſſimis uerbis docuiſſet. Sed rem ipſam nunc at-
tingam. Certant alij, in Euchariſtia corporalem Chriſti carnẽ edi, alij nullam car
nem penitus adeſſe putant, poſtremi carnẽ ſpiritualem edi perhibent, ſic tamen
ut panis nõ tantũ ſit panis, ſed ſimul etiam caro ſit: aut cũ panis edatur, caro ſimul
edatur. non enim clare poſſum iſta attingere, cum quorundam libellos non lege-
rim. Videte nunc quid quamq; ſententiam dictet. Veritas dictat carnem nõ edi.
caro enim

Digitized by Google

A caro enim non prodeſt quicquam. Nec eſt ut ſuſurrones quidam dicant, caro, id
eſt, carnalis intellectus, nam Chriſtus hunc ſermonem reſpondit Iudæis de cor-
porea carne eius cõtendentibus, atq; ipſorum degrauationem leuat: quapropter
clarum eſt, ipſum de corporea carne loqui, cum dicit, Caro non prodeſt quicquã.
iſti enim putabant hanc eis proponi. Fides nihil eget corporea manducatione,
nam ſi Chriſtum edimus, id eſt, ſi Chriſto fidimus, non amplius eſuriemus, neq;
ſitiemus: nihil ergo eiuſmodi requirit fides, ſeipſa contenta. Reſtat ergo, ut metus
iſtas ſententias de corporea carne tueri moneat. Eſt enim prodenda ueritas, & hy
pocriſis in lucem trahenda. Vident quidam fidelium uulgum errori iſti de corpo
rea carne ſic eſſe addictum, ut auelli poſſe deſperent: hinc metus & deſperatio
obtinendi uictoriam. malunt ergo parcere cuticulæ & ueritati, quàm errori in oc-
curſum prodire. Hinc ſimulatæ iſtæ uoces: Precioſum corpus Chriſti, & nobilis
iſte ſanguis eius nobis adimuntur: Verba ſanctiſſima & manifeſtiſſima nobis eri
piuntur: ſi iſte Chriſti uerborum ſenſus eſſet, Chriſtus haud dubie clarius eſſet lo
cutus. Quaſi uero quiſquã ignorare queat, ex ſacerdotibus pauciſſimos unquam
fuiſſe, imò nullos, qui crederent corporeã carnem hic adeſſe. quaſi quiſquã igno-
ret quid ſit hypocriſis, qui iam fidelis eſt. Vt ſpiritualis omnia iudicat, ſic & uerè
fidelibus omnibus conſtat, neminem fidelem eſſe qui credat corpoream carnem
hic edi. Eant nunc, & clamoribus omnia impleant quidã, quum ex fide ſciamus
quotquot fideles ſumus, corpoream carnem ne edi quidem poſſe, ex ſenſibus ue
ro, nihil carnis percipiamus, is enim primus ſemper prodidit etiam indoctis frau-
dem. Quum autem ſic dicunt quidam, Deus omnia poteſt facere, ergo poteſt ut
ſimul panis ſit & caro: Quid quæſo prodeſt hoc portentoſum figmentum uerbo
rum? quaſi uero Deus nunquã fecerit, ut aqua ſimul eſſet aqua & ignis: aut ut le-
B proſus, quales multos curauit, ſimul eſſet leproſus & mundus: aut aqua quæ in
uinum cõuerſa erat, ſimul maneret aqua. Sic iſti dicunt ſpiritualem eſſe manduca
tionem, & tamen corpus edi adfirmant: aut panẽ dicunt eſſe panẽ, ac ſimul eſſe
carnem. & has ſtultas opiniones ex timore natas tam audacibus clamoribus con
firmant, ut ſi tam probe literis ſacris firmarent, iam dudum uiciſſent. Obſecro igit̃
candidiſſimi Fratres, ne in re tam aperta inter uos diſſideatis: Vincet, Vincet Ve-
ritas, quæ ubi tandem triumphauerit, eos qui obluctantur ludibrio omnium ex-
ponet. Nolite iurati eſſe in quorundam magiſtrorum uerba: nullius uobis autori-
tas imponat. Ecce, ut interim aliquid rerum quæ apud nos geruntur narrem, Ti-
guri omnes rem ipſam palàm prolocuti ſumus: fidelium uero nemo eſt offenſus.
ſed & imbecilles quidam quotidiana doctrina cõfirmati ſunt, nemò obſtat quàm
impij. Sentit uobiſcum nobiliſſima doctorũ cohors, quæ eſt Argentorati, ſed iſta
nihil poſſe debent, potentiſſima omniũ eſt ueritas. Exploret ergo quiſq; ueſtrum
fidem ſuam: hæc iam ſcio diſcet friuola eſſe, quæ hactenus de corporea carne lo-
quaciter ogganniuimus. Quid ergo cauſæ erit, ut nõ omnes idem ſentiamus? Au
dio ſuſurrunculum quendam apud uos eſſe, qui mihi intus & in cute notus eſt:
quem dicunt neſcio quæ diſſidia ſeminare. eum oro ut uitetis: non enim ſeruit
Deo, ſed ſuo uentri, imò peni quoq;. permulta enim adulteria olim aut debaccha
tus eſt, aut ſaltem debacchatus eſſe uideri uoluit. Monebitis ergo tales, ut uer-
bis parcant. fide etenim nobis conſtare, quod alij clamoribus adſerere conen-
tur. Hæc uobiſcum optimi Fratres coëgit me cõmentari, tum pietas, tum amor.
nonnihil enim rumoris ad nos uenit, quiddã diſſidioli apud uos pullulare, quod
in herba utinã Dominus extinguat. Sed quid ago, quaſi quenquã ex uobis tam
procacem eſſe putem, ut cum Euangelij detrimento putem contumacem eſſe fu-
turum? Habetis OECOLAMPADIVM, uirum eruditione incõparabili, circum-

C ſpicientia uero tali, ut ſi altera parte peccet, cũctatione potius quàm præcipitatione iſtud faciat. Pietatem eius nihil prædico, ipſa ſe prædicat. quanta enim pro Domino pertulit? quanta quotidie infractus perfert? Eum quum habeatis, non eſt ut quenquam metuatis uobis nocere poſſe. Vnde quod ueritatem eſſe uidetis, ne reticete: ſed tali moderamine, ne ſues in uos cõuerſæ proſcindant. hoc eſt, prudenter diſpenſate uerbum, ut fructum inde ſperare poſſitis, non excidium Euangelij. Boni conſulite chariſſimi Fratres hanc noſtram admonitionē: infans eſt & ieiuna, ſed bonis uobis ſcio non diſplicebit. Conſtantes eſtote, uidebitis auxilium Domini ſuper uos. Vincet ueritas, uelint nolint qui cõtrà nituntur: atq; ea utinã feliciter uincat. ſed Domini uoluntas fiat. Oremus pro nobis mutuo. Valete: ex Tiguro, quinta die Aprilis 1 5 2 5.

IOANNES OECOLAMPADIVS CVNRADO
Somio Eccleſiaſtæ Vlmenſi, dilecto fratri.

SALVE in Chriſto. A proximo tabellione, mi Cunrade, nullus occurrit, qui uel uerbulũ de Sueuia nunciaret, nedum de urbe ueſtra. Hoc mihi gratior ille, qui cum exemplaribus decimam epiſtolam tuam reddidit. Zelum Seniorum eccleſiæ ueſtræ, ne retrocedatur ſatagentium, approbo. qua re nihil gratius accipere potuiſſem. Docemur enim ſcripturis, inter initia maiore opus feruore. Langueſcēte exordio, quid ſpei reliquum foret? Ambroſium uirum optimum uobis non inuideo: & placet, quod Giſlingenſibus ſeruit. Vtinam pleriq; illo nō indigni ſint. Obdurata pectora declinare ſolet cœleſtis ſapientiæ mititas, uerum de mortalibus non ſtatim deſperandum. Memmingenſis eccleſia ſcio quantis deſiderijs etiam expectat, ut de Conſtantienſi taceam. Itaq; tardius ille redibit domũ, quàm ego ciuibus eius pro
D miſi. Atqui rectè agimus, ubiubi Chriſti, qui ubiq; Dominus eſt, negocium promouemus. Iam de exemplaribus ampliſſimas gratias habeo, diſpenſaturus ea, proui & Euangelij & urbis tuæ, quæ mihi non minus chara quàm oculi mei, gloria poſtularit. Optaſſem, ſi fieri potuiſſet, adiunctam reformationē: ea enim ciuitates nondum chriſtianas ſatis, copioſius erudijſſet. Atqui uideo quid moræ ſit. Iam non eſt in typographorum officinis, quod compenſaturus remittam. Sed ad emporium Zurzacenſe, ſi quid prodierit ad te mittam. Equidem lobum meum, nouis ſubinde occupationibus præpeditus, abſoluere nō potui ut ſtatuerã. Niſi Dominus prohibuerit, abſoluetur & ille aliquando. Quoniam nouam legendi rationem in eccleſia mea inij: plures, eæq; optimæ horæ mihi ſubleguntur, ceſſuræ tamen & illæ in ſtudioſorũ utilitatē. Salutant te uxor mea, ac Fratres. Tu mihi modis innumeris Ambroſium, uxorem, Beſſererios, Vuilandũ: & quicquid tibi charum eſt, ſaluum precor. Baſileæ: 1 8. Auguſti.

HVLDRICHVS ZVINGLIVS CVNRADO SOMIO
Eccleſiaſtæ Vlmenſi, fratri ſuo chariſſimo.

E GRATIAM & pacem per Chriſtum. Haberem chariſſime Cunrade plurima quæ ſcriberem, ſi abeuntis tempeſtiuitas operiri tantũ poſſet. Vnum hoc ſcias, mihi fratribusq; cunctis probari libellũ iſtum ac modum, quo tu de euchariſtia apud eccleſiam tuam tractauiſti. Diſputatio Badenſis apud multos, qui etiam Chriſti Euangelio ſunt parum æqui, male audit. Berna firmior eſt poſt diſputationem facta, quàm anteà fuerit. Baſilea tantundem. Id quoq; te oro, ut primo quoq; tempore moneas Vrbanum Rhegium, me non admodũ nuper literas eius ad me accepiſſe; nunc non

fuiſſe

A fuiſſe reſpondendi ſpatium. ſed breui longā de Originali morbo ſiue peccato ad ſe daturum eſſe epiſtolam. Cōmenda illi cum Euangelio Eccleſias noſtras, cum eorum Epiſcopis. multis enim petimur modis, ſed Dominus fortior eſt, nō modo quàm minæ, ſed etiam bellis ipſis. Mira eſt in urbe & agro Tigurino in Euangelium cōſenſio. Deo laus & gloria. OECOLAMPADIVS ſaluus eſt, pijꝗ omnes ſalui: ſed enormibus cōtumelijs adfecti ad ſuos redierunt. Is qui iſtam adfert, dimidium eſt animæ meæ, narrareꝗ poterit omnia quæ apud nos aguntur. Vale: Oremus pro nobis mutuo in charitate: fideli enim oratione omnia ſuperabimus. Salua ſit omnis Eccleſia ueſtra. Tiguri, 2. die Iulij. 1526.

IO. OECOLAMPADIVS GASPARI HEDIONI SVO.

SALVE in Chriſto. Felicē tandem nacti ſumus nuncium, qui ultro citroꝗ ambos nos de rebus noſtris certiores reddet, atꝗ adeò ut longis epiſtolis non ſit opus. Fidelis enim eſt, & utriuſꝗ amās, necnō & de utroꝗ ſolicitus. Itaꝗ tuū fuerit, rogare: ſuum autem, de omnibus mentem meam aperire, ſiue de ocio & negocio, ſiue de amicis & ęmulis, ſiue de iucundis & aſperis, ſiue etiā de moribus. Nihil enim rerum mearum occulto, ipſe mihi aliquanto prudentior uidetur. Itaꝗ literis tuis reſpondebo. Maximè placet quod hebraicæ linguæ uacas. Si mihi tempus ocioſius foret, & ego nonnihil adderem his quæ olim deguſtaui. Iniucundum uidetur idioma latino faſtui, & græcanicæ effœminationi. ſed idioma eſt & ſanctum, & ſacris literis neceſſariū maximè: cuius ignoratio multas hæreſes & errores inuexit. Vbi paulo amplius proceſſeris, miraberis quāta luce radient, quæ nunc obſcura. Sed admoneo, imò nō opus eſt admonere, ne Iudaicè curioſus ſis. Habet obſeruabiles locos ſcripturæ: hos quære, exoſculare, collige. Creaturæ oīnes per

Hebraicæ linguæ commendatio.

B ſe in malū ruunt. Deus miſericors bene condidit, uiuificat, cōſeruat, reſtituit, beat. Ne multis: Deus, Deus eſt: creatura, creatura. Quod petis ut aliquid in Eſaiam cōmunicem, quàm uellem in totū Prophetā ineptire. Scis ut ſe res habent meæ, & per negocia nihil liceat. Fortaſſis uelles cōmaculatum libellum meū, ſed quæ ibi annotata, ſunt indiligentius adiecta, quàm quæ cuipiam prodeſſe queant. Si quando Deo uiſum fuerit, ut quietiores ſint res meæ, cōmentariolos meditabor. Iam iuſtis oneror ſarcinis, & uidebis ipſe opinor in Pſegmatis partem laborum, & fructus peregrinationis meæ, quibus Deus afflictum animū cōſolatur. Quàm tibi arrideant ſcire uelim. Fortaſſis operæpreciū fuerit, in reliqua Pſegmata, quę ſunt ad uigintiſeptē uel triginta, ſimilibus ineptijs me totum fatigare. Si quibuſdam paruiſſem, quos tu fortè de nobis ſentire putas, non modo Baſilea deceſſiſſem, ſed ne literam quidem unquam ſcriberem, & tantum non ad reſtim uſꝗ deſponderem animū. Ignoſcat ei Dominus. Cratander narrabit quædam: reliqua neceſſe eſt intrà me ſepulta ſint. At gratias Domino Ieſu dicamus, qui à priſtina puſillanimitate aliquantum liberauit. Iam uide, quàm præclaræ ſint res noſtræ. cum lectore præfandum fuit incerto, tam non expediebat eligere patronum, imò inueniſſem quidem, ſed in aliorum rem non fuiſſet: alij metu abhorruiſſent: alijs indigne adulandum fuiſſet. Atqui Chriſti præſidio tutius eſt niti. is uerus patronus, & efficere poteſt, ut fructum faciamus, ut eo contentus ſim tempus poſtulat. Adelmano Geneſim nuncuparem: ſed quæ eius gloria, me interim incertis uagante ſedibus? Quin potius parcendū ei. Sin ita uoluerit, ſuus erit Liber. Capitoni non ſcribo: nam ubi locorum ſit ignoro. optarem illi, ut tranquillam uitam ageret. ſed fortaſſis hoc non fuerit ſapere ea quæ Domini ſunt, cui ita uiſum, ut hanc crucem pro multorum ſalute ferat. Sed Vale, &c.

HVLDRICVS

C

HVLDRICHVS ZVINGLIVS CVNRADO SOMIO
Vlmenſium Euangeliſtæ, domino ac fratri ſuo colendiſſimo.

GRATIAM & pacem à Domino. Semel atq; iterũ quidẽ ſcripſeram, dum rei Chriſtianæ apud uos inſtauratio fieret, præſentesq; eſſent OECOLAMPADIVS, & BVCERVS: ſed utraq; uice uelut ꝑfunctoriè. Quãuis uoluiſſem (ſi Deus quoq; uoluiſſet) aut ex inſtituto ſcribere, aut præſens potius cõmentari. At quomodocunq; hæc habeant, Deo gratias habemus, quod huc religionem apud ueſtros euexit, unde detrudere ſuperi, aut detrahere inferi non poterunt. Eſto enim quędam in baptiſmo & euchariſtia, adde & in cenſura eccleſiæ quædam ſint, quæ maiorem lucem ferre potuiſſent: omnia tamen tempus illuſtrabit, cui & indubiè obtemperauiſtis. Scio enim, ſcio, te ſcire,

Baptiſmus.

quod baptiſmus ſymbolũ ſit, eis tum demũ præſtandũ, quos ſciuerimus ad eccleſiam pertinere, quantum ad humanũ iudicium pertinet. Scio & hoc te non latere:

Euchariſtia.

In cœna Domini, non niſi ſacramento corporis & ſanguinis Chriſti, homines cibari, qui iam dudum ſpiritualiter cibati ac ſaturi fuerunt. Scripſit enim Apoſtolus, ut ſeſe homo priuſquã huc adeat exploret. Fidem igitur dudum adfuiſſe oportet eis, qui ad cõuiuium iſtud accedunt. Sed ut dixi, mitius & cautius quædam fuerunt proponenda, & Euangelij rete prudenter iaciendũ, quo maiorem Domino prædam referatis. Ego animum & conſilium ſpecto, non uerborum ſtruem. Dabitur aliquando ad uiuũ omnia reſecandi opportunitas. Gyslingæ nihil operæ obmittatis, donec & iſti cedãt Omnipotentis uerbo. ſunt enim quædam ęgritudines ac tubera, quæ non crebra uel unctione uel potatione fugantur aut planantur, ſed dięta: hoc eſt, longa rerum medicamentorumq; obſeruatione. ſic & in Chriſti corpore quædam ſunt eccleſiolæ, quarũ tarditas aut cõtumacia ad acuendum

D

reliquarũ ſtudium facit. Senatus noſter duplici nomine ſibi gratulatus eſt, cum quod uobis Chriſtiana libertas cõtigit, tum quod credidiſtis nos ueſtro bono gaudere. Propoſitum iſtud quod à Berna redeunti exponebam, uides quo loco ſit. An non monui nobilitatem, quantumcunq; fauere Euangelio uideri uelit, pedem tamen relaturam quàm primum in ſeſe deſcenderit, quomodo hæc libertas ſit eorum licentiæ interuentura. Agamus igitur iſtud in primis, ut urbium amicitia integrè coëat. Ego huic ſententiæ nunquam deero. Senatus autem noſter, per Dei bonitatem ſic intrepide ſtat, ut ubicunq; illius fides aut auxiliũ requiratur, aduolet. Dominus conſeruet uos, Amen. Saluos iube Fratres omnes. Ambroſium enim quotidie domi expectant: quo incertus ſum redditus, an ſcribendum eſſet ad illum apud nos, an minus. Cometam iam tribus noctibus uiderunt apud nos alij, ego una tantũ, puta 15. Auguſti: hodie, quæ eſt 16. neſcio quid uiſuri ſimus. Vale: & Domino pro ſolita fide ſerui. Noſtras res narrabit tabellio. nos enim ad omnia ſtamus intrepidi, Deo fulti. Tiguri, 16. ut ſuprà, 1531.

IOANNES OECOLAMPADIVS VOLFGANGO
Capitoni Salutem.

E

De laureis ac titulis, quos Gradus uocant

SALVE in Chriſto. Bene mones mi Capito de reparandis ſcholis, deq; laureis, ac titulis. Quæ licet ad Babylonicum faſtum uidentur pertinere, nihil tamen prohibet, quin eis boni ac fideles, quibus omnia pura ſunt, bene utant̃. Opus eſt diſcrimine quodã, ut ſtudioſi ab ignauis diſcernantur, & exercitati tyronibus præferantur. Taceo uirtutis ſtimulum, gloriam. Sunt quædam immodica, quæ facile corrigi poſſunt: ut ſunt profuſiores ſumptus, magiſtrorum mercedes, ſuperſtitioſuli ritus, in quæ uulgus reſpexit. Atqui hæc nunc non ſinunt turbulentiora tempora. Mœcenatibus

ſic occupatis,

A ſic occupatis, Alcedonijs redditis: etiam ipſe occaſionem, uel nullo incitatus calcare, non negligam. Prodeſſet autem hoc cõmunibus Chriſtianæ ciuitatis conſilijs definiri, uideo enim detrimentoſum eſſe, ubiq; eſſe bonos lectores: & nuſquã, ob auditorum raritatem, exercitamenta. De his igitur, ubi tempeſtiuũ. Nunc graui bello impliciti ſunt noſtri, inteſtino ſcilicet. Quinque Pagicis Tigurini occurrẽtes, terram ſuam uaſtaturis, ingentem iacturam, licet non tantum numerum uirorum amiſerint, paſſi ſunt. HVLDRICHVS ille noſter, uir modis omnib. incõparabilis, cum Abbate Capellenſi, & Commendatore Kuſnacenſi, tredecimq; alijs doctis & egregijs uiris, quorum nondum noui nomina, prima iſta clade traditis in manus inimicorum, cecidit & occubuit. Qua hoſtium ſeuitie, quaq; inhumanitate, dici nequit. Iam non eſt quod male loquamur de Turcis: inuenti ſunt illis crudeliores, & magis blaſphemi. En Abbatem Capellenſem miſere trucidatum, exocularunt, cucullo induerunt, in ſuggeſtu ut concionaretur ſtatuerunt: nullus blaſphemiarum, nullus ludibriorum modus. Quis dicet, ut diſcerptus eſt ZVINGLIVS. Horreo ſcribere. Quid tum facient, ubi plena uictoria potiti fuerint, qui audent talia in primordijs, in quibus etiam multos ſuorum procerũ deſiderarunt: quod illos ut lapideos non terret, nec nos conſolatur. Quantum luti appendent illi, ut aurum noſtrum æquent? Viuit tamen noſtrorũ effuſus ſanguis, & clamat. Vltio apud Dominum eſt, cuius arcana ſunt iudicia. Oret etiam ueſtra Eccleſia ardentiſſimis precibus, ne noſtri obliuiſcatur, & his malis finẽ imponat. Saluta Bucerum, Hedionem, cæteroſq; fratres: Vxorem autem tuam, meo, meæq; nomine. Vale, Baſileæ, 22. Octobris.

Huld. Zuinglij cum alijs egregijs uiris interitus.

Abbas Capellenſis.

IOANNES OECOLAMPADIVS MARTINO
Bucero Salutem.

B SALVE mi Bucere. Frater hic exul Chriſti. N. commendari fraternitati ueſtræ cupit: quem hoc nomine cõmendamus, quandoquidem nobis à Tigurinis & Bernatibus aliquantum cõmendatus eſt. Ziegleri negocium arbitrabar expeditum, putabamq; ſcribæ noſtro datam pecuniam. Denuo igitur urgebo, ut quamprimum pecunia nobis numeretur. Inuiſi hac hebdomada Bernates, qui te & Capitonem ſalutant plurimum. Libellus de trinitatis erroribus à quibuſdam ex illis uiſus duntaxat, ſupramodũ offendit. Vellẽ te ſcribere Luthero, quod nobis inſcijs liber alibi excuſus ſit. Impudentia eñ erat adſcribere Lutheranis, iuſtificationis rationẽ eos ignorare: ut de reliquis taceã. Sed Phatinianus ille, uel neſcio cuius ſectæ homo, ſolus ſapere ſibi uidetur. Niſi ab Eccleſiæ noſtræ doctoribus explodetur, peſſime auditura eſt. Tu præ alijs oro uigiles: et ſi non alibi, certè in confutatione tua ad Imperatorem Eccleſias noſtras excuſa, utcunq; hæc beſtia irrepſerit. Abutitur omnibus in ſuum ſenſum, tantum ne confiteatur filium coæternum Patri, & conſubſtantialem. Atq; hic eſt, qui ſuſcipit probandum, hominem Chriſtum eſſe filium Dei. Redeo ad Iobum, ſed occupationes uix ſinent ut lineam quoq; die ducam. Lectionem theologicam aliter inſtituimus, omnium Fratrum conſenſu. una hebdomada in ueteri præleget Munſterus, textũ enarrandum Hebraicè, iuxta grammaticen: altera in nouo Gryneus. Mihi iniunctum, utrunq; Latinè enarrando mentẽ, quoad fieri poteſt, ſcripturæ eruere. Paulo incumbet, epilogum uernaculo ſermone afferre. Fortaſſis preſentia noſtra perpetua auditoriũ frequentius erit. Saluta Capitonem, & Fratres. De Vlmenſibus ſi quid acceperis, ſcribito; ego interim nihil accepi. Quinta Auguſti, 1531.

Serueti Hiſpani de trinitate libellus.

C

AD EVNDEM M. BVCERVM

Ioannes Oecolampadius.

SALVTEM in Chriſto. Admonemus & ſolicitamus quidem, mi Bucere, ut per Magiſtratus noſtros conuocemur: ſed in his rerum tumultibus, intempeſtiua fortaſſe illis uidentur, quæ nullo non tempore in Chriſtiana ciuitate intermittere licet, quando quidē & gloria Chriſti & charitas iubent. Itaq; uereor Satana obſiſtente, quantum nos ſolicitamus, tantū dehortari alios. Scripſi hac de re Zuinglio, & Berchtholdo: ille nihil reſpōdet, hic optaret Soloduri ad feſtū Martini (quo tempore diſputatio illic habenda eſt) nos conuocari: atqui non impetrabimus quod ille cupit. accepi enim per idem tempus hic fore Chriſtianæ ciuitatis comitia. Ad hæc tamē noſtra Synodus celebranda, quæ cauſſa minus moraretur. Nondū autē ſcire poſſum, quamobrem conuenturi ſint Ciuitatum legati: neq; meum eſt curioſius arcana inquirere. noſtra nobis cauſſa curæ eſt. Expediret tamen, ſi legati nullos ex Cōcionatoribus, ut pridem petitum eſt, in comitatu ſuo ſint habituri: ſaltem cōuenientes ſollicitent, ut aliquando cōgregentur. Nam mihi pleraq; diſpicienti, uidentur non pauca in utilitatem & maiorem concordiam Eccleſiarum id expoſcere. Vellem igitur curari ac ſatagi, ut hoc inter cōmiſſa iniungatur Legatis noſtris ſolicitandum: & noſtros, ſi ueſtris adhuc non eſt integrum, adhortari, ut cœptam excōmunicationis telam piè abſoluant. Profecto ut res expenſa eſt, nihil habet periculi, commoditatis autem plurimum, utcunq; apud alios malè audiat negocium. Atqui nobis ad Chriſtum ſcopum noſtrū reſpiciendum. Si hominibus placere uoluerimus, iam Chriſti ſerui non erimus. Nuper ſcribebas, Pauli lenitatem magis quàm Patrum ſequi ſeueritatē conandū mihi. At mihi indulgentiſſima illius placiditas, quauis
D noſtra auſteritate eſſe uidetur auſterior. Quid enim non condonamus pœnitentibus? Quid ſalua Eccleſiæ autoritate exigimus ulterius? Bene uale. Saluta Capitonem, Hedionem, Bonifacium, & cæteros Symmiſtas. Expectamus quæ ad Lutherum adornas. Baſileæ, uiceſimaoctaua Octobris.

HVLDRICHVS ZVINGLIVS MYCONIO SVO S.

ANGIT animum tuum, Myconi chariſſime, expectatio noſtrorum temporum, quibus omnia ſurſum deorſumq; mouentur, omnia miſcentur, ita ut natiuam faciem nullius ſit agnoſcere: rurſum ita confuſa omnia, ut nihil proferre caput queat, cuius non contrarium uel diuerſum è regione emergat. unde cuilibet perſpicatioris ingenij, ut ſpes naſcitur, ita illi coniunctus metus ob oculos uerſatur. Nata pridem eſt ſpes omnibus humanitatis candorem amantibus, reditura hæc ſecula, docta ſcilicet, quibus tantum non omnes uulgò etiam doctos fuiſſe ſuſpicari licet. at eam è diuerſo ſpem euertit peruicax quorundā inſcitia, ne dicam impudentia, omnia paſſura priuſquā doctū aliquid & elegans admittat, ne ſcililicet eius inſcitiæ neui appareant. Hanc iuuat Mauors, ἀφυτῶν ſemper infenſus. Nata eſt & ſpes nō modica renaſcentis Chriſti & Euangelij, cum non pauci & boni & docti uiri, remis & uelis (quod dicitur) eò cōtenderunt, ut ſementem ad maturitatem frugēq; perducerent. at eam infirmat zizaniorum conſpectio, quæ inimicus homo dormientibus & malè cautis ſuperſeminauit: & cum iam radicem altius egerint, metuendum, ne & tritici radices amplexa ſint, ut iam illud ab his αὐτοδαίμων repurgari nequeat. Quo igitur modo huic rei conſulendū erit. inquis? Chriſtum audi: Sinite utraq; creſcere, inquientem, uſq; ad tempus meſſis: & tempore, &c. Sic oportet circūſpe-

A circunſpectiſſime Myconi aurum igne colari, ſic argentũ à terra purgari: ſic Chri-
ſtus Apoſtolis dixit, In terra preſſurã habebitis, & iterum: Et eritis odio omnibus
hominibus propter nomen meum: &, Venit hora ut omnis qui interficit uos, arbi
tretur obſequium ſe præſtare Deo. Filij Iſraël tametſi promiſſam olim terram ha
bitarent, Philiſtinis tamen nunquã caruerũt, qui eos exercerent, qui ad εἰδώλων
culturam illicerent, præceptorumꝙ Dei præuaricationem: qui ex Iſraël gentiles
eos facerent. ſic nobis nunquam deerunt (Chriſtanis dico) qui Chriſtum in no-
bis perſequanť, etiamſi Chriſti nomine faſtuoſiſſimè incedant. Nam Chriſtianus *Chriſtianus*
ſolus ille eſt, qui eam notam habet qua Chriſtus ſuos ſignauit, cum diceret: Hoc *quis.*
ueluti ſymbolo omnes cognoſcent, quod diſcipuli mei ſitis, ſi feceritis quæ uobis
à me præcepta ſunt. Quod ſi qui magis parent humanæ quàm diuinæ legi, iam ta
les deprehendes Chriſti nota carere, ſi eius poſthabeant ſuis præcepta. ac inde ſi
quid ab illis ubi ingeritur, intus tibi canes: hæ ſunt muſcę Egyptiacę, hij Cananei,
Phereſei, Amorrei, Ethei, Iebuſei, qui ſibi te uendicare ſtudent: hi, contra quos pu
gnantem corona manet. Militia eſt uita hominis ſuper terram: armis igitur munis *Hominis uita*
tum Paulinis oportet ſtrenuè in acie pugnare eum, qui cupit gloriæ particeps *ſuper terrã,*
fieri: mundũ hunc, in altum ſe tanquam Goliath erigentem, tribus limpidiſſimi- *militia.*
lapidibus proſternere. Et cum tanquam obijciens inquis: Quid docebimus no
ſtræ fidei commiſſos, cum uidemus inaniter operam ludi, nullis aut pauciſſimis
Euangelio uel doctrinæ apoſtolicæ parentibus? Tanto inquam enixius tibi labo-
randum eſt, ut hoc precioſum margaritũ, uulgò aut ſpretum aut neglectum, ſua
tamen quadã pulchritudine nitens, quàmplurimis poteſt, oſtendas: ut eius amo-
re capti, diuẽditis omnibus, illud cõparent. Non'ne Chriſtus ſemen in quatuor
diuiſum eſſe partes dixit? quarũ una ſolum in terram bonã cecidit. Non'ne ignem *Ignis à Chri-*
B ſe ueniſſe in terrã ut mitteret aſſeuerauit? & quem uelit omnino accendi? Quem *ſto terræ im-*
autem alium rectius dicere poterimus hunc ignem, quàm in malis perſeuerantiã: *miſſus quis.*
qua parentes ad perfidiam retrahentes etiam odio habemus, imò fratrem in mor-
tem nos tradentem ferimus. nónne hic ignis eſt, qui unius cuiuſꝙ opus quale ſit
probat? num nam pro mundi gloria prodeat in pugnam, an pro Chriſti. nam ſi
pro illa, ſtipulæ cõparabitur, quæ mox ut ignem probationis ſenſerit, in fumum
redigetur, & eius memoria cum ſonitu peribit: ſi pro hac, ſupra petram tanquam
prudens pater familias ędificabit domũ ſuam, quæ petra (Chriſtus ſcilicet) dum
in ignem proijcitur, aduſtionem non ſentit. ſic omnes qui ſupra illam ędificati fue
rint, qui pro illius, nõ pro ſua gloria pugnant, illęſi permanebunt in æternũ: quos
ſcilicet neꝙ mors, neꝙ uita, neꝙ gladius, & cætera quæ Apoſtolus annumerat, à
charitate illius ſeparare poſſunt. quos item ipſe Chriſtus ad triumphandi ęmula-
tionem hortatur dum inquit, Confidite quia ego uici mundũ. quid hoc eſt, Quia
ego uici mundũ? num & ego propterea uici? Imò in ipſo uicimus, quia ipſe uicit:
ſed in eo uincimus. non ſumus enim ſufficientes cogitare aliquid à nobis tanquã
&c. unde dixit ille qui uerax eſt, Confidite: quaſi diceret, Si in me omnẽ fiduciam
ieceritis, uincetis & uos, ut ego uici, ergo cõfidite. Hæc omnia nobis eò dicuntur,
ut currentem quod dicitur incitem, eoꝙ properantem, ut plurimos Chriſto mili-
tes conſcribat, qui ſint olim ſtrenuè pro illo pugnaturi: ut eos magis ac magis ani-
met, ut uelint quanto ſæuius perſecutio pulſet, tanto minus terga dare. Nam ut
& hoc tibi promam, Eccleſiam puto, ut ſanguine parta eſt, ita ſanguine inſtaurari,
non alia uia, poſſe. Docebis itaꝙ tuos ſemper Chriſtum: imò quo magis in eius
Eccleſia rudera naſci cernes, eò plures armabis Hercules, qui fimum, tot hacte-
nus boum, efferant: non cunctabundi, neꝙ faſtidioſi, etiamſi Grillorum examina
illos circumſtrepent; quippe mercedem nõ in hoc mundo expectantes, & ex hoc

C nihil offenſi, ſi hominib. maximè diſpliceant, dummodo ſecū muſſitent, Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem, & ut omnia ſummatim dicam: Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, &c. Nunquam mundo conuenit cū Chriſto, & retributio illa Chriſti cum perſecutionibus promiſſa eſt: Suos ille miſit tanquā oues in medio luporū. Vide Frater, qua uia poſſis ſperare ouem Chriſti te eſſe: ea nimirum, ſi tibi pro Chriſti gloria nihil non facienti, nihil non patienti, improba luporum gens mortem intentet, ſi dentibus frendant, unguibus lacerent. Lutheri uitæ parū timeo, animæ nihil, etiam ſi fulmine Iouis iſtius fulminetur: non quod excommunicationem contemnam, ſed quod putem damnationes iſtas magis corpori quàm animæ infligi, ſi iniquæ infligantur. æque autē, an iniquè cum Luthero agatur, noſtrū nō eſt decernere. Ipſe tamen noſti, cuius'nam ſententiæ ſim. Ego his diebus Gulielmum Pontificium commiſſarium adibo, & ſi ſermonem de hac re ſerere cœperit, ut paulo antè fecit, ſuadebo ut Pontificem admoneat, ne excommunicationem ferat: quod putem hoc maxime è re eius futurum. nam ſi feratur, augurer Germanos cum excommunicatione Pontificem quoq; contempturos. Tu uero bono animo eſto, nunquam deerunt noſtræ tempeſtati qui Chriſtū germanè doceant, quiq; uitam ſint pro illo libenter expenſuri, etiam ſi apud homines peſſimè poſt hanc uitam ſint nomina illorum auditura: id quod iam olim cœptū eſt, nempe Hereticus fuit, ſeductor, nequam, apud talia dicentes eī̄ ſeductores reputantur, at ueraces erunt. Ego quod ad me attinet, dudū deuotus expecto omne malum ab omnibus, Eccleſiaſticis dico & laicis: hoc unum Chriſtum obteſtans, ut maſculo omnia pectore ferre donet, & me figulinum ſuum rumpat aut firmet, ut illi placitum ſit. ſi excommunicabor, memor ero Hilarij doctiſſimi & ſanctiſſimi uiri, qui è Gallijs in Aphricam relegatus fuit: & Lucij, qui à Romana ſede exturbatus cum multa gloria redijt. nō quod me illis comparem, ſed quod his me ſim ſolaturus, ut longe melioribus nobis, ita longe indigniſſima paſſis. & ſi forſan gloriari expediret, gauderem pro nomine Chriſti contumeliā pati. Sed qui ſe putat ſtare, uideat ne cadat. Lutheri nunc fermè nulla legimus: at quæ uidimus hactenus, in doctrina Euāgelica nō putamus errare. Scis hic ſi memineris, qua maximè illum gratia cōmendauerim, quod ſcilicet ſua non leuibus teſtibus firmet, &c. Quæ de οἰκονομίας percunctaris, mihi abs te petenda erant: at ne uidear morem non geſſiſſe, dicam quod tumultuariè introſpicienti uiſum ſit. nam ad calcem à capite nunquam legimus hæc Melanchthonis Rhetorica. unde ueniam putamus nobis iuſtius deberi, ſi quid hallucinemur. Dixerat de elocutione ſublimi, mediocri, & humili: uult deinde tanquā notas aliquas oſtendere, quibus quodlibet horum trium generum poſſimus agnoſcere, non modo ab ipſo orationis filo, ſed à re ipſa, quod nimirum autores putet ita prouidos fuiſſe orationis diſpenſatores atq; dictionis, ut non humili ſtilo, aut languida orationis ui, ſublimia deſcribere ſategerint, rurſus nunquam ita ſui oblituros, ut grandiſono ſtilo rem humilem magis interimerent ac ſuffocarent quadam orationis maieſtate atq; faſtu, quàm explicarent. itaq; puto œconomiā, quæ alioqui diſpenſationem ſignificat, hic pro proprietate, accōmodatione, ac adpoſitione poſitam: ut dixerit οἰκονομίαν iſtam ſtili ad rem accōmodationem, artis autem rudiores ſtilum uel à materia ipſa poſſe agnoſcere, cui nimirum ſit ab autoribus ſtylus accommodatus. Statui proximis diebus in manus reſumere literas Hebraicas. nam futuro decembri, & futura quadrageſima, ſi Chriſtus uelit, Pſalmos prælegam rudioribus quibuſdam: unde admoneas Xylotectū, ut rudimenta Capnionica remittat intra menſis ſpaciū. Ad primitias haud ſcio an ne uenturus ſim, poſteaquā Vtingerus ad Thermas lotum abijt. me tamen Xylocte, Organario, tuis omnibus commendo,

Excommunicatio pontificia.

D. Hilarij, & Lucij exilium.

Οἰκονομίας.

D

mendo,

Digitized by Google

A mendo. Cõfuſiſſimæ huic Epiſtolæ precari oportet ut parcas. nam tantus circum ædes noſtras ſtrepitus naſci cœpit, ut pletunq; mihi uix cõſtem; ſimq; aliquò, quocunq; gentium quandoq; migraturus, ſi non liceat maiori cõmoditate literis operam impendere; tamen hæc tacita ſint apud te. Vale in Chriſto; Ex Tiguro, pridie Natalicia Iacobi Zebedei filij. An. XX.

IOANNES OECOLAMPADIVS VVOFLGANGO FABRICIO *Capitoni Fratri chariſſimo.*

SALVE chariſſime Capito. Fratres illos iure tibi cõmendarim: nam eruditione, pietateq; neutiquam uulgares ſunt. Proficiſcentur Vittenbergam. Galli ſunt: alter non inhoneſto loco natus, alter autem, Gulielmus ille, qui tam probe nauauit operam. Fac, oro, ſentiant, quomodo humanitate doctrinam Chriſtianã comprobetis. Erit nõ ingratum illis, ſi per uos alijs cõmendentur Fratribus. Porrò quod petis Eſaiam ex me, nónne dixi tibi, ante Calendas Iulij nihil nos cõcredituros prelo: intra quod tempus in ſcholis abſoluetur. At quamprimũ cœperimus excudere, cõmunicabimus: tametſi uerear paruo uſui futurũ tibi. Nunc apparo Epiſtolã Ioannis catholicã, quã propediem habiturus es. Subornentur pſeudeuangelici quidam, cum quibus plus negocij fore timeo, quàm cum Papiſtis ipſis. ſobrie enim ſapere nolunt. Aegreferũt quædam innouata apud uos, & ipſi hac innouatione nõ ſunt contenti. Saluta fratres: imprimis Hedionem, quem feliciter in Chriſto auſpicari nuptias precor: & Bucerum. Vas meum accepi. Ora Deum pro me. Te digna fuerit prouincia, ſi Chlichtoueum, qui de ueneratione ſanctorum non ſolum non ſobriè, ſed & impiè ſcripſit, tractandum ſuſceperis: quandoquidem tu cumprimis traductus es, parum reuerenter de ſanctis & uirgine Maria quædam concionatus eſſe: quum te nemo
B magis piè. Vale: & Fratres cõmendatos habe. Baſileæ, in uigilia pentecoſtes.

HVLDRICHVS ZVINGLIVS IOANNI ZVICCIO *Eccleſiaſtæ Conſtantienſi, fratri ſuo chariſſimo.*

SALVTEM. Feciſti rem te dignam, doctiſſime Zuicci, quod ad tui amantem, omnem uitæ modum & ordinem tam liberè, tamq; ſecurè ſcribis. eram enim paulo antè nonnihil de te ſollicitus, quum uani rumores te uinctum adſeuerarent: ſed cum uideo & Chriſtum, & te, apud tuos recte habere, ſupramodum exhilaratus ſum, tum ob Chriſti gloriam, tum ob tuam felicitatem. Nam homini maiorem contingere felicitatem non arbitror, quàm ſi expanſa Domini ſagena, immenſum huius maris (mũdi dico) numerum magnorum piſcium concludat, & ad Chriſti nauẽ, qua ſuos in cœlum transportat (quæ inconcuſſa fides eſt) ducat, non ad quandam humana uanitate & doctrina fluctuantem cymbam: quæ tanto uehementius agitatur, quanto animoſioribus decretis & legibus imperium in omnes occupaturam ſe arbitratur, nuſquam non inconſtans, nuſquam nõ tumultuans. Sed mittamus eam ſuo more iactari, furere, graſſari. dabit Deus his quoq; finem. Tu ut paulo antè meminimus, felix eris, ſi dum iſta pertinaciter & ſibi & uniuerſis molitur ſalutẽ tuis compares. Nã quæ par gloria erit iſti, qua, rediens homo nobilis, qui in longinquam regionem abijt, explorata negociatione ſeruorum dicturus eſt, Euge ſerue bone & fidelis, quod in pauxillo fuiſti fidelis, ego te ſuper multa conſtituã. Summa, obdura: qui enim uſq; in finem perſeuerauerit, ſaluus erit. Quod de nobis uulgaſſe quendam ais, quod permiſerimus ei quæ uterũ ferret, cum adultero cõgreſſum: tam falſum eſt, quàm ſi diceres, Chriſtum permiſiſſe adulteriũ, quum dixit, Non

C admittes adulterium. Ego per quicquid eſt ſacrum, quicquid prophanū deierare poſſum, hoc mihi nunquam ueniſſe in mentem. Nam hoc per uerbum Dei effecimus, τῷ θεῷ χάρις, ut omnes adulteræ urbe pellantur, non ſine inſigni luparū iſtarum cōtumelia, qua nos abeuntes adficiunt. Sed procedit negotium feliciter, omnes ferè pulſæ ſunt. ante omnes pelluntur meretrices, quas conſtat cum adulteris rem habere: pôſt, quæ impudenter merent. Ecce quantū ego adulterio faueam. nam ex præcipuis flagitijs ante omnia deteſtor adulterium. Quæ uero maior eſſe poteſt infamia, q̃ fingere quod nō ſolum innocenti homini nociturū ſit, ſed etiam cœleſti uerbo: cui nimirū ſe ſperauit nonnihil periculi gignere, ſi noſtræ fidei per falſam calumniam detractum eſſet. Nos uerò gratiores ipſi Deo fieri nequimus, quàm calumniarum falſarum cōſtanti tolerantia. Bene uale, & te ſeruet Chriſtus diu incolumē. Poteris crebro ad nos dare literas, certioremq́ reddere Chriſti, fortunæ, caſuumq́ omniū. Tiguri omnia bene habent, q̃ quod Frācica pars, ſua quædam agit: qiod quidem ferrem, niſi & ipſi Chriſto nocere ſtuderent. Ex Tiguro, uigeſimo de Decembris, 1522.

Meretricum et adulteriorum profligatio Tiguri.

IOANNES OECOLAMPADIVS AMBROSIQ
Blarero Fratri ſuo in Chriſto chariſſimo.

SALVTEM. Verè periculoſa eſt uita hæc, mi Ambroſi: &, ut Propheta inquit, ante oculos ſunt, formido, fouea, & laqueus: ut qui terrorem effugerint, incidant in foueam, & qui è fouea erepſerint, retibus illaqueentur. Quorſum hæc? Erepti ſumus diuino beneficio ab impiarum traditionum nugis, priſtinæq́ libertati reſtituti (ſi tamen D reſtituti ſumus:) nunc periculum eſt, ne poſteriora prioribus deteriora fiant, ſi uel ſubſiſtimus, uel reſpicimus. Tu quidem rectè facis, me adhortans ut progrediar. Viciſſim & meum officium fuerit, idipſum facere, Hoc boni cōſulet charitas tua. Nam & fratres quidam in hoc me inſtigarunt, qui tuæ animæ timent: quæ adhuc ſibi uiuere malit, quàm alijs, & ab hominibus: plus quàm à Deo pendeat. Sunt enim qui parum abeſſe credunt, quin te denuò illaquees: quandoquidem cum magno plebis deſiderio ad concionandi munus uocaris, non ſolum non detrectaris, ſed ad arbitrium Abbatis tui uiuere decreueris. cui ſi in hoc parere uolebas, quid opus erat rūpere illius uincula? In his quę Dei ſunt, cur cōſulis alios quàm os Domini? Scio quoſdam ſimilem modeſtiam ſectatos, ualde periclitatos. Quid hoc eſt aliud, quàm ante prælium cedere? Viſus itaq; dignus es qui admonereris, ne nimio humilitatis monaſticæ ſtudio, uiam regiam deſeras: nę decoctor ſis dotium, quas in te Dominus collocauit ampliſſimas: de quibus non ignoras, & rationem reddendam. Tu fortaſſe id quod modeſti ſolent, eas uel diſſimulas, uel ignoras. ſed ignorare non potes, diſſimulare non debes. infidelitatis reus eris, niſi diſpenſes, ubiubi te Dominus uocarit. Cuius eſt tua in dicendo gratia? cuius in perſuadendo felicitas? cuius integra nominis exiſtimatio? cuius iudicij acrimonia? cuius tam multiplex eruditio? Tua? non arbitror. tua ſunt, ſed in aliorum uſum tibi cōcredita. Quis te pius abſoluet, qui fugias, quē ita armatum cœleſti πανοπλίᾳ ſpontè in mediū proſilire oporteat. Proinde Frater chariſſime, noli fraudare nos, noli ciues tuos, noli pios omnes ſancta de te expectatione: ſed pare ſpiritui (propitius tibi eſto) ne huic te opponas. & hanc uerè candidam & tumultuariam exhortationē ne cōtempſeris: neq; meā hanc, ſed multorum crede das petitionē. Vale: & quære quæ Chriſti, ut nobis de te pollicemur. Baſileæ, 3. Nouembris.

CLARISSIMAE ET NOBILITATIS ET HONESTATIS *uiro* DN. MAVRO MVSAEO, *à ſecretis & cubiculo Regis Galliarum, Patrono & Domino ſuo,* IOANNES OECOLAMPADIVS

GRATIAM & pacem à Chriſto. Beneuolum tuum in me animũ, Maure Clariſſime, uerè maximi facio. & quamuis hunc meæ paruitati non deberi ſciam, gaudeo tamen Euangelij fauore conciliatum: unde iuſta redamandi datur occaſio. Quo nomine non mihi ſoli, ſed & Chriſtianis omnib. addo & angelis omnibus, hominũq; & angelorum regi Chriſto non potes non eſſe gratus. Quem enim non pudebit Euangelij Chriſti, illius neq; Chriſtum pudebit. Itaq; ut eſt, ita ſemper cõmendatiſſimum tibi ſit Euangeliũ Ieſu. Porrò dum hoc precor, opto ut non uulgarem, ſed uerum Chriſto diſcipulum præſtes: illumq; ſolum in his quæ animæ ſunt, doctorem agnoſcas. Quem ſi ſubinde audieris in pectore tuo, docebit te, ne à pſeudoprophetarum impoſturis decipiare, & dabit ut bonis omnibus perpetuò maneas gratus. taceo interim ineffabilia bona, & ueras diuitias, quæ illius conſuetudine contingent. Excuſus eſt diebus his libellus Demegoriarum noſtrarum in Epiſtolarũ Ioannis, in quo fermè enchiridion quoddam Chriſtianæ uitæ: eum ad te mitto, ut eodem quo me amas nomine, redamari te non ignores. Diuerſare uel ſemel in hoc, ſi uacat. Tuum autem illum in me animũ prodidit Iacobus ſculptor: qui & literas ut ſcriberem commendauit, quas non dubito quin pro humanitate tua ſuſcepturus ſis humaniter. Vale. Saluum opto & Menadeũ Macrinũ, proſperariq; in Domino. Baſileæ, ultima menſis Iulij.

B

IOANNES BVGENHAGIVS IOANNI OECOLAMPADIO.

GRATIAM & pacem à Deo patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto. Quas gratias agamus Deo per Ieſum Chriſtum, quod multis uarijs que modis, & per ſcripturas ſanctas, & per aduerſarios harũ, uelint nolint, hodie ſuam ueritatem reuellat, non inuenio. Equidem mi Oecolampadi, tuas in Ioannis epiſtolam Homilias ſtatim ut audiui nos acceſſiſſe, precio dato inuitaui, ne uelut ignotas haberent amici ædes: ſalutaui, arriſerunt. nihil hic iucundi deſiderabatur, quod non abundè aderat, initio huius nouæ ſuſceptionis. Gratulatus ſum primum uerbo Dei, deinde & tibi. Acceſſit & Spalatinus noſter, Illuſtriſſimi Principis noſtri à ſecretis, qui ſe aiebat nõ tantum à facie eas uidiſſe, & miro modo cõmendabat. Perge igitur ſeruire Eccleſiæ Dei. Dominus ſit tecum, ut quamprimum tuum Eſaiam uideamus. ubi licuerit per Deum, forſitan fiet ut & noſtrum tibi uidere detur. Saluta quæſo amanter nomine meo Pelicanum noſtrũ, admonens ut non ceſſet ex Hebraicis conferre, quæ poteſt ad ſanum ſcripturarũ intellectum: quando non paſſim multis datum eſt, quod ei datũ uidemus. Miſiſſem ad uos quædã, ex quibus uidere licet quàm impium quaternionem præmiſerit noſter Eraſmus, antequam aſtruat illud antiquum & penè antiquatũ philoſophorũ & ſophiſtarũ liberum arbitrium, ex ipſis etiam (ſi dijs placet ſacris) ſcripturis: ſed ueritus ſum, ne noſtra ſtatim ubi in alienas manus ueniſſent æderentur. id quod noluimus, non ſolum quod Eraſmo bene uolumus, quanquã nõ contra Dei ueritatem: ſed etiam quod ei iuſto tractatu à D. Martino reſpondebitur. Bene uale, & cum tua Eccleſia orato pro nobis. Ex VVitenberga, feria quinta poſt Michaëlis. 1524.

IOANNES

A ritu uteremur: contemptis interim inſigniter Papiſtis, & alijs ueritatis hoſtibus.
Laus Deo, in clero Baſilenſium magna eſt concordia. Res Bernenſium & Tigu
rinorum in eo ſtatu nunc ſunt, ut licet parum uarient in ceremoijs per Eccleſias
hinc inde, nihil incommodare queant. Veſtra nũc ratio aliter habet. Nihil autem
conſultius eſſe poteſt, quàm ut in unam quandam formulam concedatis. Quam-
uis nos non lateat, alijs Zuinglium, alijs Oecolampadium ſordere, atqui nos ami
ci ſumus, & fuimus ſemper: & nemo gratificatur nobis, qui in domo Dei propter
nos diſſidium ſeminat. Non patiuntur res ueſtræ, ut in ritibus diuerſi nunc ſitis,
quandoquidem & aliæ ſectæ inter uos eſſe audiuntur: ut licet parum momenti ſit
in uarietate ceremoniarum apud ſpirituales, apud eos tamen, in quibus nõ eſt tan
tum charitatis ſtudium, ſi relictis ijs quæ arrident pleriſq;, nouam & ſingularem
quandam uiam ingrediantur, neceſſe erit ut inde ſimultatibus anſa porrigatur. Fa
temur eſſe quiddã, quod in cœna uariare licet: utpote ſi uellemus pro pane caſeũ,
pro uino lac populo obtrudere. Item ſi myſterium ipſum uariemus, & ex memo-
ria ſacrificium conſtituamus: uel negemus Chriſtum illum eſſe, qui pro nobis eſt
paſſus ac ſatisfecit. Item ſi ex communi cœna, priuatã faciamus: & ſi quid tale eſt,
quod in ipſam ſubſtantiam cœnę peccet. Porro in ſecundarijs curioſiores eſſe, nõ
tam religio quàm ſuperſtitio eſt. Et ſi quis putat, modum quem Græci ſeruant, &
cuius Dionyſius meminit, ita eſſe pręceptum, ut ſi quis aliquid ex eo prætermittat,
iam non ſumet cœnam Dominicam. Vel ſi cui ita noſtra ordinatio arridet, ut ne-
ceſſariam planè putet: ei nimirum nec quid Chriſtus requirit, nec quid Chriſtianã
libertas permittit, nec quantum charitati permiſſum eſt, ſatis perſpicuum eſt. Scie
bamus & nos alias rationes, & quid Armeni, quid Græci, quid Tigurini in uſu ha
beant: ſed cum fratrum conſenſu cauſam, prout ſpiritus ferebat, moderabamur.
B Nolumus uos in noſtram omnino trahere ceremoniarũ obſeruantiã: neq; ad Ti-
gurinos, neq; Bernates mittere: ſed uobis nihil utilius conformitate quadam. Et ſi
quidem uicinis eritis conformes, multo utilius fuerit, ad cauendã oſtentationem,
ad obuiandum aduerſariorum furori: quàm ſi ritum quendam exoticum, & à qui
bus planè abhorretur, aſſumatis. Nunquid pietas eſt in aureo uel in ligneo pocu-
lo, & ex argentea uel uitrea patena myſtica ſymbola recipi aut porrigi? Nunquid
Chriſtus magis ſedentes, uel ſtantes, uel genu flectentes reſpicit? Nunquid minus
habet qui ſua, uel aliena manu recipit ſacramenta? O noſtram miſeriam, ſi in tam
calamitoſis temporibus, poſtquam tam clarè lux Euangelij prodijt, adeo elemen-
tis ſeruimus, & libertatis noſtræ obliuiſcimur, quomodo illa utenda in proximo-
rum utilitatem. Profecto ubi uel per oſtentationem ſingularis ritus quæritur, & re
ceditur à fratrum communi ratione, utilius foret interim cœna deſtitui. Itaq; ſi de-
derit Dominus uobis conuenire, & de ritu ſeruandi cœnam mentio inciderit: quia
ſub ijſdem agitur Dominis, quaſi unam diocæſim conſtituitis. Date oro operam,
ne ſit in uobis uarietas. Secundo cauebitis omnino, ne in contemptũ ueniant ſa *Sacramentorũ*
cramenta: quod etiam ipſum grauiſſimũ periculum eſt. Nunquam unitas con- *contemptus.*
ſtabit, ubi unitatis paruipenduntur ſymbola. Tertio talem ritum unanimiter
aſſumite, quo paſſionem Domini potiſſimum celebretis, & mortem eius glo- *Euchriſtię ſco*
rioſe annuncietis. Quod ſi feceritis, idem fuerit uobis, ſiue uos Tigurinis, ſiue Ber *pus.*
natibus, ſiue nobis coniunxeritis. Quod ſi uero inter uos concordiam neglexeri-
tis, nõ uideo qualem erga nos ſeruaturi ſitis. Optarim modis omnibus, animis eſſe
coniunctiſſimis, & idipſum quoq; alijs declarari: quæ res nimirum multo gratiſſi-
ma futura erit Chriſto. Vnde dilectiſſimi fratres, & ſcribere uobis minime ueritus
ſum. Vos, quæ cãdido animo ſcripta ſunt, oro bene interpretemini: Et quod Chri
ſto honorificum, quodq; nobis magis utile eſt, & charitatem magis fouet, diligite.

C Valete: Baſileæ, Vigeſimo tertio Martij, Milleſimo quingenteſimo triceſimo primo.

AVGVSTINO MARIO IOANNES OECOLAMPADIVS

GRATIAM & pacem à Chriſto unico præceptore noſtro. Equidem mi Frater, tametſi neq; nomen tuum mihi cognitum ſit, pro mea in pios declamatores, uerbiq; diſpenſatores obſeruantia, neutiquam intermiſiſſem, quin heri tibi occurriſſem ſalutaturus, & charitatis aliquod ſpecimen exhibiturus: uel tuæ charitatis audiens monita, uel ſi quid Dominus dediſſet, tibi communicaturus. Verum cum non ignorē, quàm male quibuſdam mea conſuetudo cedat, propter aduerſariorum impotentiſſimā ac atrociſſimam & inſatiabilem inuidiam: quod coràm pręſens maluiſſem (neque enim indignum id mei officij ſcio) ſaltem per literas, quæ abſentium uice fungi ex munere ſuo ſolent, agā. Gratulor ſanè tuo aduentui: ſpes enim eſt, quod concorditer nobiſcum Chriſtum ipſiſſimum ſis annunciaturus. Cæterum cum id fieri nequeat inoffenſis multis, qui Chriſtum uel non recipiunt, uel amandant: expectandi nimirum erunt, qui nos committere ſtudebunt, id quod fuerit ueriſſime diſſoluere. Peculiariter enim huic morbo ciuitas hęc obnoxia eſt, in ſuum maximū malū, & in iacturam Euangelici prouentus non paruam. nam dum ſuis quiſq; ſtudēt & dogmatibus & dogmatiſtis, fit ut quod uerū ſit, minus perſpiciant: cuius rei dolendas tragœdias referre poſſem. Atqui noſtrū fuerit, Satanę artes pręſentiſcere, & imposturis illis nullum relinquere locum: ne ad contentiones, uarietatemq; doctrinæ delabamur, unde Chriſtum ſcindi, plebemq; peſſundari contingat. Quinimo danda opera, ut in unitatem plebs ſciſſa redeat, & morbum ſuum agnoſcens reſipiſcat. Polliceor tibi, en ego primus, quicquid à Chriſtiano fratre poterit exigi:
D charitatem, operam, obſequium, atq; adeo memetipſum, ſiquidem rectà in docendo Chriſto perrexeris. Oro aūt, ut tu uiciſſim, idq; non dubito te facturū, idipſum non negligas. Scis autem mi Frater, omnia quæcunq; orta fuerunt diſſidia, ſuam hinc ſumpſiſſe originē, quod puritas uerbi non fuerit obſeruata. Quid Phariſæos
Schiſmatum origo. ab Apoſtolis diremit? nnne ô quod traditionibus patrum primas dederint, & iuſtitias hominum ſectati, eā quæ Dei eſt reliquerunt? Quid tot hæreſes inuexit & pſeudoprophetas? nônne ſupra modum quidem philoſophorum ingenia arriſerunt, contemptibileq; uiſum eſt uerbum crucis? Idem & nobis periculū imminet, ſi ad latum unguem (ut aiunt) à præſcriptis canonibus diſceſſerimus. Facile concordes erimus, ſi uno animo gloriam patris, quæ ſcopus eſt ſcripturæ, per Chriſti
Scripturæ ſcopus. interpretationem quæſierimus. At nulla pax, nullus fructus, nulla in Chriſto laus ſperatur, ſi Diuina humanis cōmiſcere cœperimus. Honor igitur te ſponte currentem, mi Frater, ut hunc Deo honorē ſemper des, ne quid uerbo eius habeas antiquius: imò nihil pręter illud admittas. Qui eñ loquit̃, loquat̃ Dei eloquia: ut Apoſtolorū uertex dicebat. Non deerunt tibi, ſicut omnibus miniſtris Chriſti, qui obſiſtant. mundus enim dolebit regnum ſuum perire: ringetur diabolus, poteſtatem ſuam labefactari ſpectans. At conſtantia patientia, longanimitate opus eſſe ijs noſti, qui eò loci conſcendunt, quò tu nunc: utinā & diu & feliciter perſeueres. Porrò in multis uerbi ſinceritas neceſſaria erit, ut conſtet concordia. Ego quidē citra arrogantiam dixerim (nam Dei donum fatebor) ſatis ſcio me hoc ferè triennio nihil docuiſſe, quod non uerbo Chriſti queam defendere: rationemq; meæ doctrinæ reddere ſemper paratus fui, & uſq; in hunc diem nihil magis cupio, quàm ut cum his conferam, qui etiam noſtri maxime ſunt aduerſatij. Similiter ſunt, quę per me innouata & attentata ſunt, eo modo ſunt facta, ut citra bonam conſcientiā ſe-

A cus fieri nõ debuerint. Et quorſum hæc? Habebis ſcio irritantes, ſi permiſeris illos tuis moribus abuti, qui urgeant ut liberiori ſermone in nos, tanquã nouitatum doctores inuehas, uel ſaltem ſcommatis & ſalibus inquietes quibus ſi parueris: uel in minimo, cogita ipſe quid mihi, & alijs dolẽtibus ſuos labores diſperdi, beneq; uireſcentia male conturbari, facto ſit opus. Nam ſi tibi tale quid eueniret, putas ne zelum, ſi quidẽ eo ferueres, poſſe continere ſe, quin erumpat? & ſolito gladio uerbi uindicet, quod extorqueri cognoſcit? Ad amicitiam propenſiſſimi ſumus. Maxime quidem patri cœleſti unice probatur charitas: at interim ſemper ſpectandum, ne infideles, timidi, mutiq; inueniamur. Oro igitur, ne illis aurem facile præbeas. Quod ſi omnino quidpiam te angit, cõuenime, uel literis uel corãm. Et ſi tunc nõ ſatisfecero tibi, idq; diuinis ſcripturis, ſi non inueneris pro Chriſti gloria laborantem: ſi uideris cum Madianitide ſcorto, hoc eſt, extranea doctrina populo Dei pernitioſa: agito Phinees alterum, & ne parcas. tantum ne imiteris illos, qui condemnant inauditos: quod etiam apud Scythas iniquiſſimũ, &, ut ita dicam, in ipſo tartaro. Ipſe ſane hanc regulã ſeruabo, niſi colloquiũ noſtrum abhorreas, ut pleriq;, quod auertat Chriſtus. nam ſi ad eã traherere inhumanitatẽ, non poſſes mihi imputare, ſi et te deſpicerem. Id etiam pro fouenda pace faciet, ne linguarum donum deſpicias, ſicubi in re contentioſa incidat nodus. nam & omnis Eccleſia Dei ſe ita humiliat, ut non dedignetur originalia exemplaria conſulere: id quod & in heſterno ſermone facere potuiſſes, quando plus arriſit, Ipſa conteret caput tuum. quod non idcirco adfero, ut tibi moleſtus ſim: neq; enim me offendit, ſed in tempore monuerim. Neq; enim paruum fuerit illud contemnere, quo contempto omnis errorum illuuies promanauit. Habes mi Frater fraterni animi candidã pollicitationẽ: quam, precor, boni conſulas, & Chriſtiane. me enim neutiquã habebis antagoniſtam, ſed amicum, & fuci expertem fratrem: ſi pro ueritate, quæ ex arcanis ſacris
B deprompta, commilito fueris. Hoc enim per Chriſtum, quem prędicandum ſuſcepiſti, à te requiro. reſpondebiſq; uoto, opinor, huic meo, quod ſcis pium. Precor ut Dominus ingreſſui tuo benedicat, & gloria Chriſti per te non minuatur, ſed creſcat: Amen. 4. Decemb. Anno Domini. 1525.

VENERABILI DOMINO D. AVGVSTINO MARIO SVFfraganeo *Friſingenſi, Gratiam & pacem à Deo patre, per Ieſum Chriſtum.*

HODIE in commune conſulturi de his, quæ ad utilitatem animarum per Chriſtum commiſſarum pertinere uiſa ſunt, cõperimus id, quod iam longo tempore fuit, etiam hodie eſſe cauſæ Euangelij, cõcordiæ huius ciuitatis, ac plurimorum ſaluti offendiculum non mediocre: nempe, Chriſtum hic nondum unanimiter, & abſq; Eccleſiaſtarũ diſſidijs prædicari, quod non dubitamus cum plebem, tum Senatum pertædere. Ob quam enim aliam cauſam ſanctum, & à ſpiritu ſancto profectum mandatum, de uerbo Dei purè annũciando, honeſtiſſimus Senatus toties ac tam anxiè nobis cõmendauit, & quare tantum pecuniæ in Badenſi conuentu inſumpſit; quàm ut declaret nihil ſibi gratius contingere, quàm ut uno ore Chriſtum ad ædificationem plebis annunciemus? Quid ita plebem turbat, & inquietat, quàm quod diuerſis uijs ingredi nos ſuſpicatur? Adamantinum pectus habet, quem nõ miſeret Eccleſiæ periclitantis cauſa. Inutilis & malę fidei ſeruus eſt, qui ad tantam iacturam uel dormitat ſecurus, uel uigilat ridẽs. Et idcirco nos officij noſtri eſſe duximus, ut nihil, quod ad fouendam concordiã ſpectet, ſiue conniuendũ, ſiue condonandum, ſiue ſupplicandũ ſit, intermittamus: ut huic diſſidiorũ malo quàm primum occurramus.

C mus. Speramus autem & tuam paternitatem reuerendam, piæ ſyncerǽq; doctrinæ Chriſti tam addictam, ut in hoc libenter nobiſcũ conſenſura ſit. Egit ſuper hac re anno ſuperiore cum teuerenda paternitate tua Oecolampadius, amicis literis, in cuius ſententia nos omnes eramus, & ſumus; ut ſi quis à nobis poſcat de doctrina noſtra rationẽ, parati reddamus, & meliora per uerbum Dei docentes manſuete audiamus. Quæ quantum apud tuam teuerendam paternitatẽ ualuerint, nunc miſſum facimus. Spes eſt uel nunc tandem nõ dedignaturam, benigne ac amice de hijs, quæ Chriſti ſunt, QVAMPRIMVM id fieri poteſt, nobiſcum tractare (quã primum diximus.) Res enim animarum, longas moras non ferunt. nam ſunt quędam, eaq; non contemnenda, quæ in ſermonibus tuis, ſusq; deq; uerſas: nobis autem nondum probata, neq; uetiſimilia, de quibus per ſcripturas ſacras à tua reuerenda paternitate plenius edoceri uellemus: maxime de autoritate Eccleſiæ, & iudicio ſcripturæ, in quibus cardo controuerſiæ uerſatur, & erroribus multis ianua aperiri poſſet. Sanè nos ſcripturis edocti & admoniti, longe aliter docemus. Cæterum boni conſulat tua manſuetudo hanc noſtram petitionem. neq; enim hæc laceſſendi, uel irritandi animo ſcribuntur: ſed augmentum gloriæ Chriſti, & pacis publicæ uidere cupimus. Adhortatut item nos Senatuſconſultum, quo cauet ut ſi quis in alterius cõcione aliquid deſideret, quod minus ſatisfaciat: alterum requirat, et ipſum ille ex ſcripturis amicè inſtruat. Ea em̃ proxima & ad ueritatẽ cognoſcendam, & cõcordiam ſeruandam uia eſt. Tam ęquam legem, ne Turca quidem iure detrectaret: & quiſquis detrectat, doctrinam ſuam, tanquam lucifuga, ſuſpectam reddit. quanto magis de tua reuerenda paternitate pręſumimus, quod precibus noſtris nõ ſit refragatura, ſed uel ſcriptis, uel colloquio facilẽ ſeſe exhibitura. nihil enim minus ueremur, quàm harum precum repulſam: quandoquidem non alia, quàm quæ pacis & glorię Dei ſunt, quęrimus. At ſi nullum reſponſum ęquũ

D referimus, orabimus & Chriſtum Dominũ, ut & poſthac ea quæ in gloriam eius, citrà perſonarum reſpectum libere docere poſſimus; & ita nos geramus, ut nemo nos neglectæ charitatis iure tedatguerit. Valeat in Chriſto tua reuerenda paternitas. Datæ die quarto Decembris. Anno 1520.

IOANNES OECOLAMPADIVS SIMONI GRYNAEO

Græcarum literarum profeſſori, & pietate & doctrina celebri.

SALVTEM in Chriſto. Quæ ſuperioribus diebus hic acciderint, Grynæe doctiſſime, quum totus otbis norit, ocioſum foret loquaculis literis tibi obtundere τὸ ῥεχθὲν. Alij utcunq; interpretent̃, equidem ſine numine patris cœleſtis minime eueniſſe, certus ſum: ita enim arcano ac miro conſilio res humanas temperat, ut cutas noſtras parum frugiferas, & cogitationes inſipientes, ſua ſapientia declaret. impoſſibilia poſſibilia facit: & quorundam temeritate, operi pulcherrimo uiam ſtruit. Diu, et non ſine ſcandalo, inter Eccleſiaſtas corrixatum eſt; nunc uno ore docetur Chriſtus. Eccleſię intra mœnia ſciſſæ erant, nunc coniunguntur: idola paſſim proſtabant, nunc cũ cultu ſuo in cineres & uoragines terræ conciderunt. nimirum à facie formidinis aduentus Domini. Gymnaſium literariũ negligebatur, nũc illud non modo inſtaurare, ſed nobilirare cogitamus, cupientes cum pietate bonas plantari literas. Atq; ob eam cauſam, bonos eruditosq; uiros, quotquot alere poterimus, aduocamus, inuitamusq;: iuſtis etiam ſumptibus neutiquam parſuri, ſed dignis ſtipendijs incitaturi. Porrò quoniã per amicos cognouimus, quopacto iſtic tes tuæ habeant, et quàm non abhorreat à ſynceritate fidei animus tuus, quæ pleriſq; conceſſa non eſt; unde ſpei quippiam eſt, te quoq; induci poſſe, ut huc migres, profeſſione Gtęcarum

Digitized by Google

A carum literarum functurus. Quod muneris hic obire ſi nõ detractabis, dabimus
operam, ut nõ pœnitendo ſalario hic agere queas, & ampliore quàm ulli profeſſo-
rum hactenus noſtri numerarunt. ita enim mihi de beneuolentia Senatus perſua
deo. Tribunus plebis, nunc primariæ in hac urbe autoritatis, ante annũ cum lega-
tum ciuitatis noſtrę apud Principẽ ueſtrum ageret, morum tuorũ ſuauitate, ſermo
nis comitate, ac boni nominis fragrantia, adeò benè erga te affici cœpit, ut nihil nõ
quod honeſte poterit, tuo nomine, in tui gratiã facturus ſit. Te enim (ut pios om-
nes) amat ac obſeruat, etiã deſiderat: eoq́ cõſcio tibi ſcribo, et per fratres Argenti-
nenſes ſcribi curaui. beatos nos exiſtimans, ſi te collegam habituri ſimus. Quàm
uellẽ tibi cõmodum ac integrũ eſſe iſthinc ſoluere, et huc aduolare. Equidem tam
etſi minimæ frugis homo ſim, ſi nobis contingeres, nihil omitterem officiorũ, quæ
ab amiciſſimo expectantur. Multa ſanè hic commoda habiturus eſſes. Cœlum ſa Baſileæ laus.
lubre, urbs amœna: plebs nunc per Chriſtum pacis ſtudioſior, ac ſimplicitatis ob-
ſeruantior: typographorum ad manũ prompta facilitas, loci claritudo. nec dubito
quin ſi laboris non pigeat, nobilium adoleſcentulorum cateruam breui collectu-
rus ſis, è quibus non parum tibi utilitatis. Habuit hoc perpetuò Baſilea, ut doctis
gratiſſima fuerit ciuitas. Quid putas Eraſmum hic detinet? inueniſſet ſanè & alibi
locorum typographos. At quid te moror multis? Si liberũ tibi eſt Heydelbergam
relinquere, & animus huc migrandi, quamprimum uel ipſe ueni, uel literis tuis
ſpem aduentus tui nobis facias: & tum de ſtipendio, de laboribus, deq́ habitacu-
lo tractaturi ſumus. ſin minus tibi animo ſedet, & addictus es tuis: ne ſit graue hu-
manitati tuæ, etiam idipſum ſignificare nobis, ut de alio cogitemus. nam expecta-
bimus quid tu reſponſurus ſis. Quod obſecro mox facias: poteris ſanè per Ar-
gentinenſes, etiam nullo ſumptu, certiores nos reddere. Ignoſces autem audaciç
meæ, quod hoc mihi permitto, ut tanta abs te petere audeam. Verũ excuſabit me
B facilè apud tuam ſinceritatem, pietas animi tui: qui ut candidus eſt, nõ poterit non
interpretari in bonam partem, quod in gloriã tuam, citra omnem fraudem agitur.
Bene Vale, mi Simon, ueniq́ ſtatim: uel quid expectandũ nobis, per literas indi
ca. Baſileæ, pridie Cal. April. Anno 1529.

SIMON GRYNAEVS IOANNI OECOLAMPADIO SVO. S.

SCRIBIT ad me Iacobus Bedrotus Pludentinus, Argentinenſis pro-
feſſor, amicus meus, datum ſibi à Bucero negocium, ut certiorem me
reddat, condirionem mihi à Baſilienſibus offerri, Græce iſtic præle-
gendi, liberalem: neq́ cõducturos alium, niſi nolim ego. ſtudium de
niq́ illorum erga me uehementer prædicans, monet ut quàm ocyſſi
me, quid facere cogitem, reſcribam. Equidem, quanquam ſumma Bedroto apud
me fides eſt, ſumma etiam inter meos amicos autoritas, ut neq́ de iſtis promiſſis
quicquam dubitem, neq́ cõmunicare illi meam ſententiã uerear: tamen eam om-
nem tibi, quàm illi exponere, uiſum eſt eſſe commodius, ne longius ea uel tibi, uel
ipſi Senatui foret ex aliis aliiſq́ perueſtiganda: ſimulq́ Bedrotus meus, & Bucerus,
& tu ipſe quoq́, labore hoc toto exoneraremini. Erit id eo facilius, quod alioqui
ſcripturus ad te neceſſario fueram: & περὶ εὐχαριστίας, quod dudũ facere (nimis for-
taſſe magnifice) promiſi, meam tibi cogitationẽ ſemel uniuerſam effuſurus. Nam
illa mihi ſententia poſtquam ſemel inſedit, non ſolum non commota ab aduerſa-
riis eſt, ſed magis magiſq́ placet: adeo profecto, ut qui mihi temperauerim hacte-
nus, ne quis me duce eam ſequeretur, quod etiam epiſtola ad te ſcripta caui, iam
poſthac illam profiteri nõ dubitem. Chriſtus Ieſus faxit, ut ne uos uiciſſe, ſed ueri-
tas uideatur, ac ut in humilitate timoreq́ Domini ſapiamus. De natura humana,

C quod ſcribis, corporis dimenſionumq́ rationem obtinere, cupio ut eum locũ undiq́ firmiſſime habeas communitum, ut conſcientiæ etiam ſuper eam petram inædificare tutò poſſint. Nam cætera omnia conſiſtunt. τὸ δὲ ῥωπῶδον, quod γ' μεσημβρίᾳ λύχνον διαζητοῦσι, omnem prorſus apud me fidem in hac cauſa amittũt. Sed de his ſatis. nam ſcribam aliàs. Conſilium urbis ueſtræ de ſchola inſtauranda ut uehementer probo, ſic de me ſum uehementer dubius. Chriſtũ uoco teſtem, non aliter me tecum de rebus omnibus deliberaturum, quàm mecum ſoleo ipſe. Primũ omnium, quanquam iſtud tenuius fortaſſis eſt, quàm ut rationem habeat ullam, tamen conſiderandum eſſe puto, Vxori, ſocrui, affinibus hæc eſt patria: quorũ fortuna quanquam ita eſt ut in me reſpiciat, tamẽ neſcio quo pacto ſolatio mihi ſunt multo maximo, & ego illis (niſi fallor) maiori. uidebor patriam, parentes relinquere ego, iſti filium. Verum ut hæc extra negocium ſunt, ſic minus me mouent. In meis uiribus, in meo ingenio cardo omnis uertitur. Græca ſic didici, ut aliud ſemper egerim. ſi quis exigat ut Græce loquar, Scythicam à me linguã exiget. ſcribere nunquam tentauiꝭ. Intelligo quæ lego fortaſſis magna parte omnia, ſed non ſine conatu & labore. Summa, rerum quàm uerborum aut linguæ peritior eſſe, haberiq́ ſtudui ſemper: neq́ eius me conſilij dum pœnituit. At qui hoc pacto eſt animatus, uix linguam recte docebit. Accedit illud, quod ætas mea iam huiuſmodi eſt, quæ abhorrere propemodum à docendo incipit. Videtur enim omnino genus hoc totum profitendi ſuam quandam habere ætatem, dum oſtentatio & contentionis calor uiget. ſuprà quicquid eſt, certum amat, ſolidumq́ ſtudium, & rerum cognitione grauiore ſolatium quærit. Exceſſi ego iam annum triceſimum quartum, miſerq́ mihi uideri incipio, nugis poſthac ſi ſit opera collocanda. quanquam nugę fortaſſis ſunt, etiam ſeria quibus occupamur. Verum rei familiaris neceſſitas, illa ſumma, cogit quantumlibet infimatẽ conditionem tentare. Atque ut

D intelligas non ita pridem captũ hoc mihi deferendę profeſſionis huius conſilium, libros Galeni dudũ omnes comparaui, & in Ariſtotelicis de natura libris ita iam aliquandiu fui occupatus, ut qui ſerio medicinam ſequi, & uitam omnem in pulcherrima rerum illarum cognitione traducere decreuerim: non quæſtus gratia, Deus nouit (ſic enim de pectore meo ſolũ teſtari poſſum) ſed quia grauis illa profitendi ratio, moleſtaq́ eſſe uidebatur, & maior omnino quàm cui diu præeſſe poſſem: & hoc ſtudium ſimul & pium, & multis utile futurum, & ad uitam reliquam ſuſtinendam ſatis idoneum putaui. tum ad ingenij mei rationem proxime accedens. natura enim ſcrupuloſiore & exacta rerum cognitione gaudeo, & quæ ab oſtentatione quàm longiſſime abſit. Ad eam rem plurimum educatio illa ruſtica, & fortunæ tenuitas fecit. Iſtuc igitur dum animo uoluo, relinquere meã illam conditionem cogitabam, & in iſtis Comitijs quærere patronum aliquem, qui mea mihi ſtudia triennium ſaltem foueret, aleretq́. Sperabam hoc pacto, imò polliceri poſſem, minime protritam uulgaremq́ rerum medicarum cognitionem indipiſci. Multum refert, quo te ferat ingenium. Sed dum patronum circumſpicio, & meã ſortem in omnes euentus libro, incredibile eſt quàm me omnis deliberatio hæc habuerit ancipitem. Facit primum τὸ δὲ εὐχαρισίας mihi non amplius diſſimulanda ſententia, ut locum tutum inter noſtrates, quod equidẽ ſciam, nullum habeã. & ut diſſimulare illam poſſim, et me ferre Princeps aliquis poſſit (quod utrunq́ tamen uideo impoſſibile) tamen aula terret, extra quam regreſſus quàm ingreſſus eſt difficilior. Neq́ uero ſimul et efficere quod uolo, & conditioni priſtinę præeſſe poſſum. ita fit, ut patrono habeã opus: et tamen uel qui me ferre, uel quẽ ego poſſim, uideo neminem. quam calamitatem Chriſti doctrinæ debemus, quę nos undiq́ (Deo gratia) uel eijcit, uel certe excludit. Intelligis ingenium, intelligis animi

uoluntatẽ,

Digitized by Google

A uoluntatem & conſilium. Iam illud eſt quod mirifice mihi ad uos migraturo obſtabit: Excitandum de nouo ſtudium magna nouæ ſcholæ exſpectatio, grauis eorum qui urbe uel pulſi ſunt, uel ſponte ueſtro cõſilio o..enſi diſceſſerunt, inuidia, omnia in me incumbent. Facit etiam periculoſa inter ipſos Heluetios diſſenſio. quæ quidẽ omnia eadem illa animi cõſtantia ferenda eſſe, qua tu tuã fers cõditionem, intelligo, ſi ulla in me iſtas ad res idonea ſit facultas. Experior q̃tidie meas uires, minus quotidie (ſic me Deus amet) reperio, quàm ſperabã ipſe, quàm tribuãt amici. Animo concutior, quoties ad prælegendum acceſſi. Sunt hæc in illa parte. Nunc uide quæ ſint in altera. Primũ omnium eſſe, ubi uerbo Dei ſit locus, percuptio effugere Phariſęorum conſuetudinem uellem, eſſe tecum uellem, in iſta urbe uellem: in ea gente, quæ eadem & humaniſſima, & fortiſſima ſemper fuit: neq; me ulla res moraretur, niſi me mei ingenij tenuitas, & toties periclitatæ uires ſuaderent, ut ab hoc munere mihi temperatem, ad ſtudium priuatum quod me aleret deflecterem. Hæc ego nec lucri, nec liberalitatis ueſtræ tentandæ gratia ſcribo. ſic mihi Chriſtus teſtis eſt. Sed ut tuo cõſilio uterer: cui rem omnem ita committam, ut quicquid tu ſtatuas, id ego quantũ omnino licet, ſim maxime ſecuturus. quod ſi mihi, literis, ſibi, ueſtra Reſpub. uelit bene conſultũ, ſic ego cenſeo, ut à tuo conſilio nuſquam deflectat. Vale. Hedelbergę, Cal. Aprilib. 29.

IOANNES OECOLAMPADIVS SIMONI GRYNAEO
Græcarum literarum profeſſori Heidelbergenſi, percharo amico.

B GRATIA & pax à Chriſto. Lectis quàm diligentiſſime literis tuis, Grynæe dulciſſime, quantum exhilaratus ſim, quantum geſtierim, dicere non poſſum: ſpero enim Deum aliqua ex parte uotis meis reſpondere, ut propediẽ ad nos migres. Nã dum cõfero, hinc quę te abſterrent, & inde quę te inuitãt: multo amplius momẽti in his uideo ſitum, quę te nobis ſtatuant, quàm in his quæ à nobis abſtrahant. Gaudeo ante omnia, animo te prædito ad diuinã uocationẽ tam facile ſequaci, ut nec patriæ fines, nec parentũ ac amicorũ conſuetudinẽ ſpectes, morariũ ete ſinas, ſi quò uocet Dominus planè ſpes eſt, huc te, illo potiſſimũ iubente, accerſiri. Quę eñ certior uocatio, ut quàm ſi illuc, ubi ſuam gloriã, plurimorumq; utilitatẽ per te promoueat, inuiteris? Minime autem dubito, ut apud exteras nationes urbs hæc clariſſima eſt, & primarij nominis, libera item, & Chriſto addictiſſima: ita ſi tuo in ea officio functurus ſis, hinc ueritatis puritatem ad multos ubẽre cum fructu dimanaturam. eſt eñ non nihil, candelam ſuper candelabrum conſtitui. Nolim autem te tibiipſi terrori eſſe, ut immodica modeſtia animum tuum ſic deijcias, quaſi huic prouinciæ impar ſit. Permitte hoc meo & amicorum iudicio, qui non ignorant, quid & quantũ à te expectant. Si in te erramus, noſtro periculo erremus. Græce cupimus ut prælegas, non iniungemus tibi ad Athenas delicatas legationẽ. & proinde haud opus eſt ut cauſeris, quod facis. Neq; moleſtum eſſe debet, quod adhuc ad annos aliquot pauculos in tua profeſſione uerſandum: quam nos non ſordidam, ſed longe honeſtiſſimam utiliſſimamq; eſſe arbitramur, etiam ſi in ea conſeneſcendum ſit. tametſi nec iſte animus noſter eſt, ut in piſtrinum perpetuum te mittere uelimus. Vteremur autẽ opera tua, donec ex te alia planta felix pullulet, cui lampadem tradas, quæq; feliciter ſuccedat. tunc enim rei Medicæ idoneus futurus eſſes profeſſor, uel Galenum, uel Hippocratem, uel alium inſignem ad Græcam ueritatem cum iudicio pręlecturus: ita enim eam profeſſionem inſtitui deſideramus. Vide an non et hac ratione, tuo inſtituto magis conſulaſ, quàm ſi patronus priuatus qui

ſpiam

C ſpiam obtingat: quem tamen ægre comperies, quæ nunc potentium in bona in-
genia fouenda iniquitas. Minus uero te detineat æs alienum, ſi quod contraxiſti.
Loquutus enim ſum ea de re Tribuno plebis, uiro cordatiſſimo et pienriſſimo: qui
mihi de his ſciſcitanti & admonenti, reſpondit: etiam ſi floreni 60. uel 70. tuo no-
mine dinumerandi ſint, ut à creditoribus libereris, ciuitatem noſtram non negatu
ram. Imò hoc tibi certo polliceri poſſum, ſi huc migraueris: & deinde honeſtū ſala
rium, ut cum uxore agere poſſis commode. ut taceam commodum, quod ex con-
uictoribus accedere poteſt. Deinde non grauet, quod quidā hinc migrauerint: ni-
ſi fallor, breui pœnitudine ducentur non parua. nos illis carere poterimus. Marius
& Pelargus, autores malorum & tumultuum, ut aperti hoſtes Euangelij abſunt:
de quibus uindicauit me Dominus, cui ultionem permiſi. Glareanus etiam ipſe
maledicentiæ morbo obnoxius, abſens quàm præſens utilior erit. Quod ſi & alij
abſcedant maleuoli, tanto commodius habebit corpus, ſi ulcera purulentiā om-
nem excreuerint. Nemo hinc ui exactus eſt: ſed quoniam Chriſtum hic regnare
dolent, alibi degere malunt. Abiturus eſt & Eraſmus: id facturus nimirum in gra-
tiam Principum, quibus deuinctus eſt. ſed non perpetuo aberit, ut opinor. Ve-
rum in illos non reſpicimus, quandoquidem Academiam nouam, & feliciorem
meditamur. Præterea non tibi ſoli incumbent labores omnes: nam & alios colle-
gas in numero iuſto inſtituemus. Vtinam autem nunc adeſſes, et bonos uiros indi
cares, quos tibi adiungeremus. Heluetios inter ſe diſſidere, prorſus periculo ca-
ret, potentiſſimæ ciuitates confœderatę ſunt ad tuendam Euangelij gloriam: quæ
repugnant, pauciores ſunt & longe inferiores: agiturq; apud illas nō iam plebis in
Euangelium odio, quàm Oligarcharum tyrannide, quę pœnam certo luet, ubi ſe
aperte Deo oppoſuerint. Itaq; nihil uideo mi Grynęe, quod te morari debet: imò
omnia te potius extimulare debent, ut oblatam conditionem non reſpuas. Accin-
D gere igitur ad iter: ſpero enim ubi ueneris, pro ſententia animi tui ceſſura omnia.
Quod ſi omnino non licet, fac ut & idipſum quamprimum ſignifices. De cæteris
coràm loquemur, ſi Deus uolet. Is tibi angelos ſuos comites adiungat. Vale: Ba-
ſileæ, 11. Aprilis. Salutabis ex me Martinū Frechthum: cui plurimum gratulor,
quod Vlmæ Chriſtū pie docturus eſt. cui ſi ad nos migrādi fuiſſet animus, proſpe
xiſſem etiam de loco opportuno. Iterum rogo, ne Penelopes telam texas. Aſcen-
ſurus, oro, ita res tuas componito, ut ſi res poſtulet, per nuncium expedire cætera,
& ſingula aduehere queas. Scis enim præter alias difficultates, itinera ueritatis a-
micis minus tuta. Atqui Chriſtus deducet, ac tuebitur ſuos. Iterū Vale cum uxo-
re, & omnibus amicis. Nihil decedet ex his, quorum tibi ſpem facio.

IOANNES OECOLAMPADIVS CONRADO SOMIO
Vlmenſium Eccleſiaſtæ.

GRATIA & pax à Chriſto. Frater in Chriſto dilecte, tuæ ad me, & ad
conſanguineum literæ, uix nuper mihi redditæ ſunt: quamuis autem
citius adueniſſent, non tamen ſatis maturè affuiſſent. Nam ante mul-
tos menſes tuus ille hinc abierat: ut à magiſtro, cui ſeruierat, miniſter
meus intellexit. Vbi uero nūc agat, nobis incertū eſt: et propterea epi
ſtolam, quę ad illum, remitto. Fortaſſis Dominus illum ad tanta, ac tam pia amico
rum deſideria, propediem reducet domū. Res noſtræ hic eodem ferè modo ſe ha-
bent ſemper: hoc eſt, in perpetuo conflictu agendum nobis cum Antichriſti præ-
conibus. Tandē (opinor) tędebit plebem, quod eius bonitate altera pars ſic abu-
titur: & Senatum urgebit, quo finis imponatur his perniciosiſſimis controuerſijs.
Ora tu Dominum, ut quamprimum fiat. Sunt qui certo affirment, Suffraganeū:

(de Mario

A de Mario loquor, & ab Epiſcopo 8. à Capitulo dimiſſum: quandoquidē ampliſſi
mo ſtipendio acceſſionem fieri petijt. mihi tamen non omnino perſuaſum eſt. Cre
do autem, quod perpetuo me & illum Baſilea ferre poſſit minime. Cæterum de
Melanchthone ne uerbū quidē audiui, quamuis in nundinis Francofordinis per
epiſtolam eum monuerim, ut cum ſuis ageret, noſtra melius reſpicerent. Egi autē
id, quàm potui modeſtè. At neceſſe eſt, ut furere ſinamus eos, qui ſemel omnem
exuerunt humanitatē. Eccij impudentiſſimus libellus contra Bernenſium diſpu-
tationem, à me nondum uiſus eſt. Agit miſer, quod ſibi ſuiſq; damnoſiſſimū. pro-
inde nos idcirco non conturbemur: ſed fiſi ueritate, Chriſto, ſpiritum Dei neutiq;
contriſtari ſinamus, qui nos in diem redemptionis obſignauit. Vale: Baſileę, in die
Thomæ.

IOANNES OECOLAMPADIVS GVLIELMO
Farello Chriſtum annuncianti Aquileiæ Bernenſium,
ſuo chariſſimo fratri.

SALVTEM in Chriſto. Quantū mihi doluit, Farelle chariſſime, quod
Petrū noſtrum ex Gallis euocare non potuimus, tantū nunc lætor, Si
monem hunc, & ipſum σκυροδίδακτον, ſocium tibi obtigiſſe. qui ni-
hil uel uxoris morbum, uel ſumptus, uel itinerum difficultates mora-
tus, ad te contendere uoluit: licet lętiores offerrentur aliunde conditiones. Fortaſ-
ſe Petrum Dominus alibi ad maiora deſtinabit pręlia. Tu illo fruitor: & uide ut cō
mode apud te uiuere poſſit, ne queratur, fruſtra ſe tanto itinere fatigatum. Mihi bo
na ſpes, quod Antichriſtum fortius oppugnaturus ſis: & plantationes à patre nō
plantatas, ſtirpitus eradicabis. Perges igit, ut ſoles, in Chriſto imperterritus: et hūc
B quoq; ne tepeſcere ſinas. Longo ēm iam tempore ab opere Euāgelico abfuiſſe pu
tat. De rebus noſtris pridē, opinor, intellexiſti: quomodo ex tēplo meo, et S. Au
guſtini, Franciſci, Leonardi, & Xenodochij, aræ cum idolis ac miſſis migrarūt.
Papiſtę interim non agnoſcunt ſe errare. Vtinam noſtra plebs, & mentis idola ab
ijciat aliquando: ne ſemper nomen Dei male propter nos audiat. Vxor mea te ſa
lutat. Chriſtum aliquantulum edocta eſt, & rem domeſticam ſedulo curat: qualē
ſcilicet optaui. Bene habe in Chriſto undecimo Maij, Anno Milleſimo quingen
teſimo uigeſimo octauo.

IOANNES OECOLAMPADIVS DILECTIS FRATRIBVS, AM-
broſio Syragrio in Riha, Ioanni Grel in Kilchberg, Burkardo Rotpletz in Leuffelfingen, Ioanni Stu-
cki in Rötenfluch, Matthæo Merck in Buza, Fridolino Brombach in meyſtbach, Petro Beck in Oltin
gen, Ioanni Vicck in Rumlicken, Michaëli Capitario in Bretzwil, Lienhardo Strubin in Ziffen, Mi-
chaëli Scheffer in Riegerſchwir, Petro zwidmer in Vuallenburg, Ioanni Ruhennacker in Lanza, Ioan-
ni Rot in Derwiler, Georgio Battenheimer in Louffer, Iacobo Eslamp in Oberwiler, Ia
ſparo Bigel in Rinach, Euangelium Chriſti in agro Baſilienſi prædican-
tibus, Gratiam & pacem à Deo patre, per Chriſtum
in ſpiritu ſancto.

QVVM in hac uita, quādiu exules agimus, & ex parte cognoſcimus, ne
mo tā perfectus ſit, Fratres chariſſimi, quin exhortatiōes et admonitio
nes fraternę ei prodeſſe poſſint: nā & ſapientes audiēdo ſapientiores
efficiunt: cōpertiſſimū habeo, q amicas iſtas literas, nō minori cando
re ſuſceptura ſit charitas ueſtra, quàm à me ſunt conſcriptæ. Neq; ēm

C deploro, neq; expoſtulo uobiſcum, quaſi in promouẽdo Euangelio Chriſti quippiam uel ardoris uel diligentiæ in uobis deſiderem: Sed quoniam Hieronymus Boianus Diaconus meus, qui nuper uos inuiſit, & mores ac uitam ueſtram attendit, rectè ac Chriſtianè circa uos omnia geri narrauit, gratias ago ſeruatori noſtro Ieſu Chriſto, qui uos hoc ſpiritu imbuit, ut dum cæteri ſeipſos paſcunt, & huius ſeculi fauorem reſpicientes, ſuis & ſibi commiſſorum animabus male cõſulunt, uos magis contempti in domo Dei uiuere, quàm in iſtius mundi aula grati uerſari deligeritis, ouiculis Chriſti ſaluberrima æternæ uitę pabula commonſtrantes. Non ſolum autem gratias ago, hoc uos animo pio prædit os: ſed etiam maximis deſiderijs, & ex intimis præcordijs, autorem omnis boni & patrem Domini Ieſu, redemptoris noſtri, precor, ut & poſthac corda noſtra ita fide illuſtret, ſpe roboret, charitate ſuccendat, manſuetudinis, patientiæ, pacis, iuſtitiæ, innocentiæ, ac uirtutum omnium ueſtimentis ornet, quo ex operibus noſtris omnibus fiat conſpicuũ, non noſtram, ſed Ieſu Chriſti gloriam nobis curæ eſſe: non huius terræ, ſed cœleſtes opes nos quærere, atq; adeò nihil animarum ſalute nobis eſſe deſideratius. Fidenter hæc peto, quæ ſpritum Chriſti ſuis hortatibus à uobis iugiter exigere, & feliciter perfecturum eſſe non diffido. Oro autem & ipſe, illius charitate me extimulante, ut illorũ ſemper memores ſimus, quæ Chriſtus noſter à nobis requirit, obtemperaturis ſumma prẽmia conſtituens, & negligentibus grauiſſima ſupplicia interminans. Eius ſanè uerba, Fratres dilecti, ſiue ambulemus, ſiue ſtemus, ſemper in auribus noſtris ſonare debent: quę torſit uel in ſeruũ abſcondentem talentũ concreditum, uel in arborem infrugiferam, uel in agricolas non reddentes fructum temporibus ſuis, uel in ſcribas habentes claues regni cœlorum, & nec ipſi ingrediuntur, nec alios intrare ſinunt: uel in ſeruum non uigilantem, uel in pſeudoprophetas, uel in paſtores ſtultos. Et iure tonitrua eius nos terreant, ne ſiamus ſal infa-

D tuatum, oculus cæcus, nubes ſine aqua, procellæ maris efferę, labes & maculæ, canes & operarij doloſi, & alia nomina, quibus hi qui ſuum relinquunt officium proſcinduntur. Principio igitur uitam noſtrã rectè inſtituamus, mentiſq; noſtræ oculus ſimplex ſit ac rectus, ita ut nihil nobis antiquius ſit, quàm ſobriè, iuſtè, innocenter, decenterq; in gloriã Dei patris uiuere. Quomodo eñ alios ex hoc mũdo educemus, ſi ipſi in uolutabro eius uolutari non deſinimus? Quo ibit grex ſine paſtore? nunquid uerbum magis quàm exemplum ſpectabit? Hoc ſane miraculum fuerit: quandoquidem uita uerbo non reſpondens, uim uerbi exhaurit. Aut quomodo creſcet ſtructura, ſi una manu ædificamus, & altera demolimur? Quæ obſecro uirga tortuoſa unquàm ſibi diſſimilem produxit umbram? ἀνέγκλητοι, hoc eſt, irreprehenſibiles, iuxta Pauli uerbũ, ſimus. In nos oculos conuertit mundus, & nihil aliud tam frequens in ore habet: Vbi nam ſunt opera eorum, ut fidem illis habeamus? tametſi non noſipſos, ſed Chriſtum ad quem reſpicere oportebat, prædicemus: nihilominus nos obſeruat, aliorũ trabes diſſimulat, noſtras etiam feſtucas non ſatis exaggerare nouit. Videtis, quàm impunè ſcortatores, aleones, blaſphemi, helluones, addo & fœneratores ac milites, multi ſacrifici in delicijs agant. Nos ſi uerbo lapſi fuerimus, ſi humanas traditiones, etiam inutiles non obſeruauerimus, ſi neceſſitati ſeruierimus, parum tute uiuemus. Magna igitur nobis opus prudentia. Sed quis prudẽs, niſi qui ambulat in timore Domini, unde ſapientiæ initiũ eſt? Quis proſpere incedit, niſi qui Chriſtũ charitate plenum, humilem ac mitẽ, ſucepta in patientia ſua cruce ſequitur? talis enim uſq; in regnũ cœlorum cõtendit. Placeat Chriſtus, placebit & humilitas eius, placebit & patientia ac charitas eius. Habet honeſta uita ſuam beatitudinẽ. Sobrietas uitę prorogatio eſt. Iuſtitiæ operatio, conſcientiæ conuiuium eſt, Dei glorificatio per Chriſtum, uita æterna. Inſa-

A na.Inſania fuerit,his relictis ad tenebras conuerti. Difficultates & cruces negare
non poſſumus,quin apprehendant omnes, qui piè uiuere uolunt. Multa tamen
& indulſit Chriſtus. Vnam uxorem, & caſtum connubium probat. In cibis licet
non ſint quærendæ deliciæ, uel copia: ſuperſticioſus tamen delectus præceptus
non eſt. Victu & amictu contenti ſimus. Lingua noſtra docendo ſit uerax, conſo-
lando facilis, admonẽdo grauis, ab obtrectatione et adulatione munita. Si pectus
præoccupauit ueritas, facile uanitatem cauebunt labia. Hypocritis ſint ſuæ impo
ſturæ, nos inaffectata ſimplicitas honeſtet ac commendet, imò non nos, ſed uerbũ
Dei, & quod eloquio præſtare non poſſumus, uitæ ſuppetat pietas. Proximum
erit, ut Euangelium & arcanũ à ſeculis abſconditum, fideliſſimè & conſtantiſſimè
ebuccinemus: nempe, quod in Ieſu Chriſto filio Dei, pro nobis mortuo, peccato-
rum remiſſio impetrata eſt mundo. Hęc ſit ſapientia noſtra, ut prędicemus Ieſum
crucifixum. Huc omnis ſermo noſter tendat, ut has diuitias & hanc gloriam chari
tatis Dei erga nos promulgemus. Quid enim amplius facere debuit pater miſeri-
cordiarum, quam ut daret filium ſuum pro nobis? Quid non dedit nobis cum fi-
lio? Quid non per filium impetramus? Quid ille nõ excuſat? Hac ſagena ex turbi-
do huius mundi lacu ſpirituales piſces expiſcemur, uoluntarioſq; ac promptos ad
ſeruitutem Chriſti, & ad gloriam patris, ut ſint ei cibus acceptus, attrahamus. Pa-
cis enim & libertatis auida ſunt corda, peccatorum uinculis onerata, & à tyrannis
grauiſſimis infeſtata. Sic fidem, quæ per charitatẽ uere bona opera producit, plan
tabimus. Neq; enim ita Chriſtum pro peccatis mortuum annunciamus, ut libera
peccandi licentia nobis conceſſa ſit: ſed multo magis ut redempti, in ſeruitutem
ne nos iterum dedamus, quin potius moriamur peccato, inductiq; nouum homi-
nem uiuamus, non quemadmodum prior Adam, qui inobediens & uitam no-
bis amiſit, & mortem inuexit: ſed ut poſterior Adam Chriſtus, qui uſq; ad mortẽ
B obediens uitam reparauit, & ipſe primogenitus ex mortuis certam nobis reſurre-
ctionis, futuræq; gloriæ ac immortalitatis ſpem attulit. Hinc eſt magna libertas
ſpiritus, qua Deum patrem uere agnoſcimus, & agnitum diligimus, & in dilecto
confidimus, & inuocamus eum in quo fidimus, audacter clamantes Abba pater.
Quandoquidem primogenitus noſter per quem uiuimus filius eius eſt, & frater
noſter: quo nobis donato, nihil non de beneuolentia eius nobis polliceri poſſu-
mus. Itaq; nobis deuictus infernus, nobis abſorpta eſt mors, nobis aculeus legis
hebetatus eſt. Noſtrũ eſt cœlum, noſtra eſt & terra, noſtra quoq; eſt plenitudo cœ
lorum. Vnde nil mirum ſi & angeli ac miniſtratorij ſpiritus nobis ſeruiant, tamet
ſi peripſema huius mundi ſimus: qui nobis crucifixus eſt, ſicut & nos illi. Liben-
ter enĩ aliquantiſper libertate carnis deſtituemur, ac libertate ſpiritus potiamur: lu
bentes genium fraudamus, ſcientes in hiſce exterius regnum Dei non eſſe ſitum:
quæ tamen nobis ſi cum gratiarum actione ſuſcipiamus, munda eſſe non ignora-
mus. Neq; enim uel Moſaicis, uel Phariſaicis conſtitutionibus, captiuam conſci-
entiam abduci ſinimus. Et tanta nobis bona parat Euangeliũ, ſi fideli mente capia
tur. Interim tamen & lex Domini, quemadmodum à Chriſto ipſo expoſita eſt, op
portune et importune improbis inculcanda erit. Quicquid aduerſum eſt Chriſto,
redarguendum. Chriſtus non eſt hypocriſis, non eſt mendaciũ, non odium, non
iniuſticia: ſed eſt pax, ueritas, iuſticia. Quicquid ad ędificationem pertinet, non in-
termittendum erit. Non eſt ut cuiquam adulemur, uel cuiuſquam perſonam reci-
piamus. Dominus enim timor noſter eſt, non caro uel bulla. Gehenna & paradi-
ſus non ſunt in manu regis. At Chriſtus & hanc minatur negligentibus, & illum
promittit fideliter ſe gerentibus. Caueamus autem omnino, ne uerbum Dei adul-
teremus: religioſum ſit illi uel addere, uel adimere. Ipſum nobis ſit lucerna in cali-

C ginoſo loco,iuxta ipſum doceamus et iudicemus. Quod ſi nodus inciderit,ne nau
fragemur,à canone fidei & charitatis ne ad digitũ quidem latum abſcedamus. Ita
& hominum traditiones uel reſpuamus uel recipiamus. Quæ enim abducunt uel
à charitate uel à fide, uere ſuſpecta ſunt:ubi aũt fides ac charitas ſaluæ permanent,
nihil periculi eſt, etiamſi non per omnia genuinus ſcripturæ ſenſus apprehenda-
tur. Et idcirco propter talia non oportet uerbis contendere,& charitatem diſſolue
re. Arrogantium enim,& ſuperborũ ingeniorum hoc fuerit. Quin & aliàs ubi be
nignitas locum habet,auſteritatem ne admittamus. Zelus noſter efferueſcat,non
ſi in nos conijciantur ſcõmata, ſed ſi ueritas periclitetur, nomenq́ Dei blaſpheme
tur. Ne imitemur in hoc aduerſarios noſtros, ſi conuitijs proſcindant & diris de-
uoueant, Soletur nos conſcientiæ teſtimoniũ, teſtimoniũ perhibeant ueritati ſcri-
pturæ. Habeat & dies Domini,quod iudicet. Ne frangamur Fratres illorũ calum
nijs. Nam quũ paterfamilias audit, quod in Beelzebub eijciat dæmonia: quid mi
rum ſi & nobis miſellis non parcant? neutiquã ſuper dominum ſeruus erit. Quin
potius quanto uehementius Satan obſiſtit,tanto feruentius & nos cõtrà nitamur.
Vrget enim & alia neceſſitas,nam dum ficta religio cum ceremonijs partim inuti
libus,partim ſuperſtitioſis ac abominabilibus intercidit, quibus tamen utcunque
populus olim coactus & cõgregatus,uel in extremis caſtris Dei permanebat:nũc
ne dilabatur,& ſeparetur,ac frigeſcat, exercitatione carens, maiore ſerio prædica-
tioni uerbi incumbendũ erit:ne audiamus quod Dominus hypocritis obiecit,face
re nos duplo peiores proſelytos noſtros. Porro ceremonias in uniuerſum abijce
re,eius fuerit qui diſpergit,& non colligit cum Chriſto. Nam licet poſteriore loco
ſint,neglectæ tamẽ plurimũ damni afferunt. Inutiles,& eas quæ à gentibus fluxe
runt,niſi uanitas ueritate, & paganorũ tenebrę Chriſti luce magis arrideant,pror-
ſum explodere conuenit. Omnia,ut Apoſtolus Corinthijs ſcribit, ad ædificationẽ
D fieri oportet in eccleſijs. Quid præſtigiarum in ſale, oleo, ligno, cera, cinere, luto
Satan hactenus adornarit,ipſi noſtis. Quantum plebs aquę tribuerit luſtrali,non
ignoratis. Igitur damnoſæ illæ recte omittuntur, per quas nulla utilitas, damni ue
ro plurimum. quæ Iudaiſmum ſapiunt, eas decebat cum ſabbato, & ſuillarũ car-
nium interdicto abijſſe. Iam quæ à Chriſto inſtitutæ ac conſecratæ ſunt,eas religio
ſo ritu niſi obſeruauerimus,utiq; autorem noſtrę religionis à nobis non magnum
haberi teſtabimur:præſertim,quũ illæ pauciſſimæ ſunt, & facile parabiles, & ſuo
nihilominus ſignificatu efficaciſſimæ, quandoquidẽ in diuino & uiuifico ſangui-
ne Chriſti ſanctificatæ ſunt. Sufficiunt nobis baptiſmus, & Dominica menſa, de
quibus aperta teſtimonia ex ſcripturis habemus. Eas eñ ceremonias apud quoſ-
cunq; impollutas reperimus,una cum pura annunciatiõe uerbi Dei,nihil ambige
mus Eccleſię Chriſti eſſe teſtes:& certi ſumus apud eos eſſe oues Chriſti,nec à no
bis abhorrere. Quin & in illis miniſtrãdis,ea forma uti tutiſſimũ fuerit,quæ citra ſi
dei charitatisq; iacturã fuerit Eccleſiæ plurimũ conducibilis. Neq; eñ ullũ adigen
dum cenſemus,ad ritum quem nos obſeruamus:quandoquidẽ tam uariæ Eccle-
ſiarum facies ſunt. Fortaſſis ubi res noſtræ melius habituræ,& his adijcere ac adi-
mere licebit:modo ea ſalua ſint,quæ abſq; dubio ab Apoſtolis fuerunt obſeruata.
Quis enim diceret Chriſti aſcribi familiæ,eum qui non in nomine patris & filij &
ſpiritus ſancti,aut ſaltem in nomine Chriſti baptizatur? Et quis menſæ dominicæ
participes dicet abſq; Dominicæ paſſionis memoria,etiam ſi panem calicemq́ be
nedictum ſumat? Illa igitur quæ à Chriſto præſcripta,ſacroſancta ſunto. In cęteris
ſpectemus ad utilitatem proximi. Sanè ſi commode fieri poſſet,optarem nos uni-
formem ſeruare ritum. Abſit tamen,ut quempiam lege oneremus. Verũ unctio
uos de his erudiat. Hic nobis religionis puritas multos excitauit hoſtes, quos,
quoniam

Ceremoniæ nõ in uniuerſum abijciendæ.

Digitized by Google

A quoniam uerbo Chriſti erudiri nolunt, curare nequaquã debemus: armemur autem aduerſus eorũ inſidias, ſpiritualibus armis. Exoſi enim ſumus Catabaptiſtis, Lutheranis, & Papiſtis. Cauendum igitur nobis, ne fermento ſuo ſynceram fidei maſſam cõſpergant. Fieri poteſt, quod plerique etiã ex eis pure ſentiant; ſed libellis ſuis contra nos declarant, quod de ſacramentis nequaquam ut oportet ſentiant. Catabaptiſtarum præcipuum dogma eſt, Irritum & inutilem eſſe baptiſmũ puerorum, exiguntque ut denuo tingamur. Quomodo illis morem geremus? Nũquid omnes non retinctos, qui pueri baptizati ſunt, à corpore Chriſti ſeparabimus: & condemnabimus, licet Chriſti nomen uariè confeſſi ſint? Hoccine fuerit cõgregare cum Chriſto, innocentes pueros à populo Dei ſubmouere? Experti eſtis, quos dogmatiſtas habeant: utique nõ tam ſapientes, quàm ſapientiæ oſtentatores. Et quoniam in ſimpliciorũ domos irrumpunt, utile fuerit, ut in promptu habeatis locos cõmunes cõtra illos. nam & illi ſuos habent, quos optime tenent: nempe, de pueris nõ baptizandis, de magiſtratu an poſſit eſſe Chriſtianus, de Apoſtolorũ imitatione laborando manibus, & euangelizando per totum orbem, de non iurando, de pœnitentia. Et ex dogmatis liqueſcit, quarum rerum præcones ſint, & quã nihil illis curæ gloria Chriſti. atque adeo reperti iam ſunt, qui Chriſtũ Dei filium naturalem eſſe negent: ut appareat liquido, quo ſpiritu agantur. Iam de baptiſmo paruulorum hoc obiter monuerim. Quum ubique ſcriptura ſinat pueros Chriſtianorũ in populo Dei, ac teſtetur ad regnum Dei pertinere: neque hoc negare poterunt Catabaptiſtæ, niſi Chriſtigenas pueros Iudæorũ infantibus deteriores efficiant: quur ipſum ſacramentis fateri nolumus, quod uerbis conteſtari non erubeſcimus? Neque inficias ire ualemus, Chriſtũ qui abſtulit peccata mundi, etiam pro illis ſan-

Hoſtes Euangelij renati.

Catabaptiſtæ.

Paruulorum baptiſmus.

B guinem ſuum precioſum fudiſſe: quare igitur tanti myſterij ſymbolum illis non cõmunicandum? Atqui contentioſuli iſti hæc non ſpectant, ſed exemplis nituntur eorum qui adulti baptizati ſunt: tametſi nihil illis probare poſſint. Scripturam enim afferre debent, qua cauetur, infantes à populo Dei alienos, neque ſymbolo nobis accenſendos. Quando autẽ illam ſuppeditabunt eis Apoſtoli & Euangeliſtę? ad græcas nimirum Calendas. Sanè illorum ſententiam minime confirmat ordo uerborũ apud Marcum: Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Haud difficile enim fuerit opponere uerba diuerſo ordine poſita: ut eſt illud ad Rhom. 10. Si cõfeſſus fueris ore tuo Dominũ Ieſum, & credideris in corde tuo, quod Deus illum excitauit à mortuis, ſaluus eris. An non hic pręcedit confeſſio, & ſequitur fides? Et nõnne baptiſmus, propter Chriſti confeſſionem eſt? Iam ſi pueros cõtendant prorſus fidei expertes, & inter diuina humanaque non poſſe diſcernere: dicãt et hoc, Num propterea à gratia Chriſti exciderint? num propterea ſpiritus ſanctus illos auerſetur? Negemus igitur & dormientibus adeſſe Domini gratiam? Non ne et Dauid peccator aliquo modo Deo amicus erat, & multo gratior quàm Saul prophetizans? An fortaſſis ideo puellos reijcimus, quod incerti ſimus an in gratia perſeueraturi ſint? Hic nobis amplior foret contra baptiſmum adultorum loquendi occaſio. de quibus non ſolum incerti ſumus, an odio uel amore Dei digni ſint: ſed & longe maiora de eis nobis promittere potenimus, quàm de grandibus, quod hos peccandi conſuetudo facile ad priſtinum uomitum trahit. Atqui iſta alibi conuenientius tractabũtur. In re Euchariſtiæ cum Lutheranis aliquanto plus negotij eſt, utpote in diſputando & ſcrutando ſcripturas exercitatioribus. Sed & hos ne timeamus: multis nominibus nobis patrocinatur analogia fidei, quæ uult eam ueram eſſe fidem, quę ſitim animarum noſtrarum ſedat, omnibusque bonis nos ditat. Id quum aſſequamur, credendo in Ieſum crucifixum non: implendum erit in alia manducatione corporis eius. Ad hæc, quoniam fides habet con-

De euchariſtia

C figurandum noſtrum humile corpus corpori claritatis Chriſti: noſtrũ autem cor
pus ita uerum reſurget, & ad cœlos conſcendet, ut & loco circumſcribatur. Iam
qui corpus Chriſti in pane locant, ſine circumſcriptione hoc faciũt, & uolunt cor-
pus Chriſti incircumſcriptũ alicubi eſſe. at id ueritati corporis repugnat: & con-
ſectaneum foret, etiam noſtrum corpus glorioſum, fore eiuſdem generis corpus.
Exponunt nonnulli ex eis, Hoc eſt corpus meum: id eſt, ſub hoc eſt corpus meũ.
Si circumſcriptiue & localiter hoc dicere uolunt, unde ſimilem nobis tropum al-
laturi ſunt? Verum panem eſſe monumentũ paſſionis dominicæ, & ipſa Domini
noſtri Ieſu Chriſti expoſitio confirmat, dicentis: Hoc facite in meam cõmemora-
tionem. Et Paulus, qui clarius interpretatur: Quotieſcunq; manducaueritis de pa
ne hoc, et de calice iſto biberitis, mortẽ domini annunciabitis donec ueniat. Quin
& ratio Paſcha tropum facile explicat, monetq; ut de ſacramentis tanquam de ſa-
cramentis loquamur. Hic plauſtra nobis offundunt contumeliarũ & calumnia
rum, inter quas pręcipuę, quod corpus Chriſti uerum dicamus figuram corporis,
auferamusq; plebi uerum corpus Chriſti. Vtrunq; uaniſſimũ eſſe, facile indicaue-
rim. Non enim qui ſerpentẽ æneum figuram dicit Chriſti, & Chriſtum figuram
eſſe dicit: ita qui panem figuram dicit corporis, non corpus propterea figuram di-
cit, ſed panem ipſum. Item uere dicitur fidem alicui dediſſe, & falſo negatur de-
diſſę, ſi quis promittendo cuipiam dexterã porrexerit, & audiat: Dextera eſt fides:
quamuis nõ ſit ſubſtantialiter fides, neq; in manu, uel in annulo ſedes fidei ſit, ſed
in pectore potius. Certus autem ſit qui dextram accipit, de fide, quum dextra ſym
Dextera fidei ſymbolum. bolum fidei ſit. Ita nos quoq; quum ſciamus Chriſtum affirmaſſe de pane, quod
ſit corpus ſuum quod pro uobis & nobis datur: minime hæſitemus, quod pro no
bis corpus mortuum ſit, & proinde gratias agentes ſpiritualiter reficimur, uereq;
manducamus carnem Chriſti: cuius carnis ſpiritu, quia caro noſtra facta eſt, uege
D tamur: inſuper & per eam æternam uitam nos indepturos confidimus, ſitq; panis
quem frangimus uere cõmunicatio non ſolum corporis Chriſti, ſed & participa-
tio uitæ ęternę: quemadmodũ & manus qua promittitur fides, uere & recte fides
appellatur. Et qui manum porrigit, fidem offert & auxilium. Viderint igitur ob-
trectatores noſtri, quàm Chriſtiane agant nobiſcũ, ſcriptis ſuis nos traducentes,
quaſi & Chriſto & Chriſtianis uerum corpus auferamus: quum tamen ad hoc
unum enitamur, ut pure ac religioſe de ſacramentis loquentes, craſſos ex hominũ
pectoribus errores auferre ſtudeamus. Atqui Chriſtianorũ & non arrogantiũ eſt,
ſurda aure conuiciorum moles tranſire. Vix enim uanius loqui poſſent. ſicut &
quum dominicum panem dicũt, nobiſcum eſſe cõmunem panem. Riderem, niſi
pluſquam Sardous riſus eſſet. Quis enim manum fideiubentis ſimpliciter pro ma
nu habet? Cæterum ne perturbemur. Abſq; omni dubitatione apud filios lucis ue
ritas & perrumpet & uincet. Aduerſus Papiſtas leuius certamen eſt. pueriliter
enim ſcripturas tractant, ſi tamẽ pro dogmatis ſuis ſcripturas afferũt. Vnde enim
docebunt, cœnam domini ſacrificiũ in canonicis literis appellatam? & unde con-
tra fidem, nouam pro peccatis uiuorũ & mortuorũ ſatisfactionẽ inuehent? quum
Chriſtus unica oblatione perfectos effecerit in perpetuum eos qui ſanctificantur.
Ludant igitur interim allegorijs, quas ſibi ſomniant: ſed neminẽ Chriſto deditum
mouebunt. Afferant & pro ſuo purgatorio, pro ſuis idolis, pro diuorum interceſ-
ſione, pro ſuo impuro cęlibatu, ſolidi quippiam ex diuinis, ut ad ipſos redeamus.
Verum antea ad eccleſiam confugient: ſed qualem ipſi fingunt, ad uerbũ Dei au-
res obturantem: & tuebuntur ſe conſuetudine. quæ ſi manifeſtandæ ueritatis uia
iuſta eſt, nihil impedit quin & Iudæorum pertinatiam uti ſanctiſſimã aſſeramus.
Taceo aliam Satanæ armaturam, mendacia, proditiones, blaſphemias, cędes: quę
probant,

Digitized by Google

A probant, cuius nam ſpiritus quiq; ſint. Cincti igitur tot hoſtibus, memores ſimus, cui teſtimonium perhibeamus, & ueritatem ſummo loco colamus. Ab aratro ne reſpiciamus, ſed uſq; in finem perſeueremus. Quocirca & cõcordię maximã geramus curam, & quicquid ad fouendam charitatem attinet, utriſq; manibus ſectemur. De ceremonijs ſi fieri poſſet, uniformi ritu peragendis, ſatis monui. Vellem item & frequentes conuentus inter uos haberi, in quibus fraternam correptionẽ mutuum exercentes illam ſumma gratitudine ſuſcipiatis: imò ſic innocenter uiuere ſtudeatis, ut nullus in alio quod uere taxet, reperiat. Veruntamẽ ut homines ſumus, ita & admonitionibus egemus. Sumus enim interdum pro terrenis impendio ſolliciti, utinam non & auari: nunc tepidiores ad aſſerendũ Chriſtum, utinam non & deſertores: nunc ad impinguandum corpus quàm ad ſaginandam mentem propenſiores, nunc in ſermonibus parum circumſpecti ac graues: quę tamen omnia uerbum Dei dehoneſtant, & tarde à nobis ipſis deprçhenduntur. Itaq; in conuentibus ueſtris, inueniat charitas quod agat. Nam & ſcripturas indagare licet: & tum doctiores, alios fideliter erudiant: minus autem eruditi, alios nõ minus libenter audiant. Non enim omnibus par eſt gratia. Profecto ſi Dominus mihi & ſymmiſtis meis ſpiritualium donorum quippiam communicauerit, & nos conſulueritis, alacres impartiemur: & oramus, ut pro fratribus germanis nos habeatis, orantes pro nobis, id quod & uobis pollicemur. Non eſt enim res in tantis periculis, inſidijs, machinationibus, & perſecutionibus æque neceſſaria, atq; ſincerę preces, ut Dominus ſatanam conterat, & lucem ueritatis ſuæ toti mundo irradiare faciat, regnetq; ipſe glorioſus in ſecula, Amen.

IOANNES OECOLAMPADIVS CVNRADO SOMIO *Vlmenſium Eccleſiaſtæ.*

B SALVE in Chriſto, Dilecte Frater. Redditæ ſunt mihi, Baſilienſiq; Senatui, ſuæ utriq; literę: quæ me iſthuc uocant, ut aſſim conſilijs, in quibus de dogmatis ceremonijſq; agetis. At ubi ſunt literæ tuæ? Niſi tabellio indicaſſet, ſibi fuiſſe accelerandum, niſiq; perſpecta eſſet ueſtri Senatus integritas, quid non ſuſpicarer? Cæterum bene habent res. Ipſe calcaribus etiam hebetibus extimulor. Senatus meus, ueſtro etiam in maioribus morem gereret. Itaq; ad iter me accingam, uolentibus exhortantibusq; dominis. Soliciti tamen & anxij ſunt mei, ne pericliter: uellentq; ſcire, qua uia tutiſſime iſthuc deducar. Curabis igitur apud amicos, ne hoc negligatur: ſat enim adhuc temporis ſupereſt. Ipſe interim uiſitabo Eccleſias noſtras, quæ in agro. Tu & Dominum ora, & opus urge. Vale. Baſileæ, Aprilis die 28.

IOANNES OECOLAMPADIVS GVLIELMO FARELLO *ſuo Fratri, Chriſtum Aquileiæ docenti.*

SALVTEM in Chriſto. Eccleſię noſtræ ſtatum, mi Farelle, Damianus hic noſter felicius ore, quàm ego calamo, ſignificabit. Tu ſtrenue pergito, neq; cunctatione noſtra offendaris. Scis quàm ſit exaſperans hæc domus, quamq; tepida. nomen habere cupimus, quaſi eximie Chriſtiani: ſed interim huius mundi amicitiam, plus quàm gentes ipſę requirimus. In templo S: Martini & Auguſtinianorum miſſa prorſus abrogata eſt, etiam accedente Senatus conſenſu. In templis alijs friget, & ab ipſis aduerſarijs negligi incipit: nihilominus pientiſſimi illi homines uarijs artibus obtinuerũt, ut quaſi iubentibus dominis Senatoribus, ad pium illud opus Miſſarum aſtringantur. id quod nos patienter ferre cogimur: quandoquidẽ propter hypocriſim

populi

Digitized by Google

C populi, itales meremur Principes. Faxit Deus, ne deteriora ſequanẽ. Nullã enim
occaſionem Satan negligit. Verum id te ne terreat: nouitio Epiſcopo, nuper in ur
bem ingreſſo, ſic gratulari debebant ſtipendiarij ſui. Habeo nunc in manibus Cy
rilli opus uertendum, quod ille contra Iulianũ apoſtatam ſcripſit: quo me interim
oblectabor (ſiquidem recte labor ingens inter delitias cõputari poteſt) donec ui-
deam quid monſtri pariant myſteriorũ ignari doctores, qui adhuc magis minan
tur, quàm nos impugnant. Vtinam Dominus Eccleſiæ ſuæ pacem aliquando
concedat, ut in repaſtinato agro, & à zizanijs uindicato, purum ſemen, quod
multum nobis fructum proferat, ſeminari queat. Te precor bene ualere. Cura-
bo poſthac, ut per Berchtholdũ, ſi quid noui acciderit, tibi ſignificeẽ. Ora pro no-
bis Dominum. Baſileæ, 8. Octobris.

HVLDRICHVS ZVINGLIVS VVERNHERO STEINER
Tugienſi, amico ſuo. S.

NIHIL eſt, chariſſime Vuernhere, quod magnopere te ſcire referat,
quàm quod negocium Chriſti bene habet, apud urbes etiam inferio
res, eas uidelicet, quæ Rheno adiacẽt: id quod ex bibliopola noſtro,
ex nundinis Franckfordienſibus redeunte, didicimus. Admonuit
amicus quidam integer, quod Epiſcopus Conſtantienſis & Ennius
Verulanus, grauibus inſidijs me ſint petituri. Ego uero (ne metuas, hoc dico
non ut iactem) ſi inſidias fuiſſem ueriturus unquam, non tam cõſtanter ſuſcepiſ-
ſem Euangelij prædicandi prouinciam. Hic eſt frater iſte, de quo dicebam tibi,
quem ij quibus cum diebus aliquot habitauit, planè ſtolidum eſſe prædicant, ſed
probum. Tu, poſtea quàm beneficium tuum in eum contuleris, admonebis ut
Argentinam uerſus ſe dirigat ad amicum ſuum. nam ſi ad nos redierit, metuo ne
D inſigni aliqua ſtultitia ſeſe notet. Vale, & ſeruet te Chriſtus incolumem. Ex Tigu-
ro. 14. April. 1523. Saluum iube noſtro nomine. N. noſtrum in Chriſto fra-
trem: & noſtris uerbis admone, ut omnia cum modeſtia agat. certior enim factus
ſum per amicum quendam, eum nonnunquam importunius negocium Chriſti
aggredi. Quod equidem nõ improbarem, imò uerius laudarem, ſi apud eos eſſet
qui non offenderentur. at cum ſecus habeat, per Chriſtum oro, ut opportune cun
cta & conſulte agat. doctus eſt ſatis, feruet ſatis, modò ſe & alios etiã ſeruet. Salua
ſit poſtremo tota Eccleſia Chriſti, quæ apud uos eſt.

IOANNES OECOLAMPADIVS GVLIELMO FARELLO APVD
Aquileiam Bernenſium, Chriſtum docenti, ſuo chariſſimo fratri.

GRATIA & pax à Chriſto. Hunc mi Farelle, hominem quidem igno
tum mihi, ſed, ut apparet, utilem aliquando in miniſterio Chriſti, ad
te tranſire iuſſi, & tuo conſilio rationem uitę ingredi. Gallus eſt Me-
tenſis, & cupiuit hic ſeruire: at ego non uideo, qua ratione illi proui-
derem. Placuit igitur id conſilij, ut te accederet, et nummos quos hic
inſumpturus erat, tecum inſumeret, donec Euangelij rationem uberius cognoſce
ret. tametſi ignorem, quantum ipſe profecerit. Porrò ſi ignoras, notum tibi eſto,
Dominum mihi pro defuncta matre, ſororem uxorem dediſſe, ſatis Chriſtianam:
pauperem quidem, ſed honeſto loco natam, uiduamq́; & expertam crucem ali-
quot annis, quam uellem equidẽ natu maiorem. ſed nihil iuuenilis petulantię ha
ctenus in ea apparuit. Tu ora Dominum, ut felix ac diuturnum ſit cõiugium. Cę
terum res noſtræ hic ſemper in eodem ſtatu ſunt: impedientibus nos his, qui te ui
et factione ſua olim hinc exegerunt. Plebs bene habet. Cęteros indignos tanta cœ
na, quid

Digitized by Google

A na,quid mirum ſi non habeamus fratres? Non multi diuites, non multi ſapientes
Chriſtum ſequuntur. Anabaptiſtæ hic plerię̨ reſipuerunt. Ezechiel propheta me
nunc exercet. Vale, Baſileæ 22. Martij.

IOANNES OECOLAMPADIVS CONRADO SOMIO PIEN=
tiſsimo ac probatiſsimo miniſtro Chriſti, apud Vlmenſes, dilecto fratri.

SALVTEM in Chriſto. In tanto rerum diſturbio, mi Frater, nulla nō mi
nantibus aduerſarijs, ſæpenumero & tui, & Eccleſiæ tuæ memores ſu=
mus, quotquot hic Chriſtum docemus. Tibi minus: illi ut infirmiori, &
Cęſarianam potentiā magis quàm diuinam ſtupeſcere & admitari ſoli
tæ plurimum timemus, ne tota (ut aliæ quędam) retrocedat. Tibi cōſtantiæ ac forti
tudinis ſpiritum precamur, ut paſtori, & eximio ſeruo Dei. Hærendum erit, quam
diu licebit innocenter. Proficimus enim nonnunquam, etiam ubi minime profice
re nos arbitramur: proditę̨ cum incremento, ſupra opinionem multiplici, deſpe=
ratum ſemen. Niſi omnia fallant, Satan multum repugnans, in ſuum ruit interitū,
niſi ſponte à Fratribus recipiatur. Quantum ego prophetias patrum ſanctiſſimo=
rum intelligo, non promouebit Antichriſti conatus, quantum nititur: & mire ex=
ercendus eſt populus Dei. Quod ſi omnino indigna eſt uerbo Dei urbs tua, & ſer
uari nequit in officio, alioę̨ migrare cogeris: fidenter agito, memor promiſſionū
Chriſti, et quā nequeat mentiri Magiſter ac Dominus. Sunt et alibi domus, & ple
nitudo domuū. Sunt fratres et amici, quos Dominus excitat. Et ego ſanè pro mea
paruitate, quod per charitatē tibi debeo (ut de ueteri noſtra conſuetudine taceam)
ne aliquid intermittā, probe ſtudebo. Vale, & eſto conſtans: Baſileæ 18. Auguſti.

HVLDRICVS ZVINGLIVS PETRO GYNORAEO VIRO
B *pio ac docto nunc Auguſtæ apud Sigiſmundum Grimium agenti,*
fratri ſuo in Domino Chariſsimo. *Miſſa fuit in Auguſto. Anno 1526.*

GRATIAM & pacem à Deo per Ieſum Chriſtum. Non potuiſſes ani-
mi tui in me candorē gratius probare doctiſſime Petre, quàm pia iſta
ſolicitudine, qua putauiſti nonnihil referre ut Eccij (non dicā audacis
aut mali, ſed ne hominis quidem: Hominem enim quid attinet uoca=
re, qui humanitatis omnem ſenſum exuit:) blactimenta mature habe
remus. Temporis enim occaſio ſumma eſt. Debemus tibi pro iſta opera plurimū:
non hercle quod animus ſit homini impijſſimo occurrendi, qui ſic ebrius eſt, aut
forſan epilepticus, ut in medio ſermonis curriculo ſibi excidat. Id quod uel uno
iſto pater exemplo, quod primo intuitu deprehendimus: (Solemus em̄, quum uel
non uacat, uel piget librum à carcere ad metam percurrere, ad cataſtropham aut
epilogum conuerti) quod ante finem libri de ſacrificio miſſæ ad hunc modum po
ſuit: Sed has uentoſitates hæreticorum non pertimeſcamus. nam non opus erat ia
ctatores illos trilitteros Hebræos (diſpeream enim ſi Zuinglius duas primas litte=
ras Bybliæ nouerit ſecundum idioma linguæ Hebtææ, quam ita tumide iactat)
ſecundum Hebraicam ueritatem legi in Geneſis, quod protulerit uinū & panem:
nam & Bybliæ noſtræ Latinæ omnes ſic habent. At uero Melchiſedech rex Sa=
lem proferens panem & uinū, erat enim ſacerdos Dei aluiſſimi, &c. Vide primū
quot hic barbariſmi ac ſolœciſmi in tam breui ſint oratione, quibus liquido depte
hendimus hominem nullam grammatices partem non ignorare, tam apud Græ=
cos quàm Latinos. Deinde cur obmiſit iſtum infinitiuum, qui neceſſario ſequeret
hoc uerbū, opus erat. Poſtremo in Geneſis oblitus eſt, libro. Taceo uentoſitates,
litteras, Byblia, Bybliæ, per *v*. quę audio non admiſſa eſſe calcographorum oſcitan

E tia, ſed autoris ignorantia. Quod autē ad meam Hebraicarū literarum inſcitiam pertinet, ego mihi eam nunquam ſumpſi: nec grauiter, credo, quiſquam feret inſcitiam adeo peculiarem omnibus, ac familiarem, obijci. Quanto iucundius eſſe putas, cum nobis tam ſiniſter & ater homo inſcitiā eius rei obijcit, ad quam ipſe nondum ſic peruenit, ut iudicare poſſit? Poſtea quid opus erat ob tam inſigne mendacium tam imprudēter ſeſe diris deuouere, quod neſciam duas primas lineas (tam etſi ipſe neſciat quid ſit linea, μῆκος uidelicet ἀπλατὲς, ut Gellius habet: qua uoce indoctiſſimus Onager pro uerſu eſt uſus) Bybliæ ſecundum Hebraicam ueritatem, quum interea potuerim uſq; ad quartum etiam uerſum proficere, poſtquam didicit me adeò rudem eſſe huius linguæ? Perſpicuum ſit hac deieratione, quod omnes iſti mentiuntur, qui dicunt Eccium, quum apud cōgerrones ſuos ſit abſq; alijs arbitris, ſolere quoq; non modo pontificem Romanum, ſed Romam ipſam uilipendere. Nam niſi ſperaret umbram ſuam, poſteaq; emigraret, Romani pontificis beneficio ſeruari: non temere diceret, Diſpeream, ſi Zuinglius nouerit duas lineas: ſed maturius deliberaret, antequam adeo periculoſe deuotioni ſeſe dederet. Sed hæc interim ioco tecum. Quę ſequuntur, ſeria ſunt: ideo caue μειδιάσης. Quū diſputatio Baden eſt habita, in qua tam nobiles fuerunt doctores, ut etiam Luſciniæ nomen habere nonnulli ſint digni: ſic eſt conſeſſum, ut quidam, qui τῇ σκυθρωπότητι τοῦ μετώπου καὶ βαθύτητι τοῦ πώγωνος Heliam referret, uita uero Luciani Lapitam, non longe ſederet à Fabro iſto, qui ſpecie ac moribus hoc ſuggerere potuit quod dicitur: Et quod de Helia ſcriptum eſt, uidelicet quod corui eum pauerint: ut barbatus Helias, Faber coruus uideretur. Cumq; aliquando Eccius, qui in ſuggeſto neſcio quas moles uerborum uolutabat, in Hebraicarū literarum mentionem incidiſſet: Quid, inquit, Oecolampadi, Hebraicas uoces iactamus? Adeò dudum didicimus Hebraice loqui, ut fermè dedicerimus. Ac ſimul magnum co-

D dicem ante ſe habens, ſtridet quiddam Hebraicum, ſi uultis dicam etiam Græce ac Latine. Hic non forte fortuna quidā aderat, cui ſemper ſuſpecta fuit Eccij complicumq; procacia, qui tum non longe ab Helia & à Coruo ſedebat. Cumq; Hebraicam iſtam, Græcoq; Latinam cantilenam finijſſet Eccius, ac librum è ſuggeſto demitteret ad manus Corui, ratus ille noſter quod res erat, nimirum eſſe gloſſis, ut uocant, interlinearibus fartum: occurrit, officioſus futurus ſcilicet, ut librum exciperet, ac in ſtruem librorum (quam iſti tantam habebāt, ut decem lacertoſi baiuli ægre ſimul tollerent) reponeret. At obſtitit Faber, ac librum clauſit. Annuit ergo Petrus iſte formidoloſus (erant enim omnia metu pleniſſima) diſcipulo iſti, qui notus erat pontifici, ut ſumptū librum adperiat. obtemperat homo, librumq; explica: ibi adparuit inſignis iſta promptitudo Eccij. Fuit enim exemplum Hiſpanicum, quod ipſe nondum uidi, habens Hebraica, Græca & Latina, ſic unum alij impoſita, ut nobis olim pueris Catonis moralia Germanica expoſitione intra uerſuum ſpacia poſita circumferebant. Sic deprehendit bonus iſte uir doctiſſimorū doctorū promptitudinē, quam noſtri mirabant perinde atq; pueri Iunonis auem. Vides hic cur meritò ignorantiā noſtrā Eccius exibilet. Loripedē em̄ rectus deridet, Aethiopē albus. Ipſe em̄ ſic trilinguis eſt, ut om̄es treis legere poſſit, ac ſeſe coram rudibus doctiſſimū prędicare nō pręſtare. Noluit em̄, uehemēter à Senatu noſtro inuitatus fide publica, Tigurū ante bienniū uenire, ac nobiſcum conferre. Sed nūc Baden ſcribit nos uenire noluiſſe: nō alia puto cauſa, q̄ ueritus, ne ipſum Gręce ſibilantē, aut Hebraice ſtridentē intelligeremus: Baden arbitratus eſt ſe nactū eſſe, qui ad precationē eius poſſent dicere Amen. Sed iam ab his ſerijs ad alia tranſeamus. Hoc tantū addito, quod Berna, Glarona, Baſilea, Scaphuſia, Abbacella, & Sanctogallū nihil ſciunt de cōmendatitijs iſtis, quas domū retulit ad Baioariæ

regem

A regem. Arbitror aũt nec reliquos pagos, niſi forte paucos, aut certos ſaltem homines. Balthaſar iſte, de quo nonnulla per epiſtolam, ſic egit apud nos. Elapſus ex oppido Vualdshuot, Tiguri apud uiduam quandã ſubijt. Senatus ubi id reſciuit, ſuſpicatus hominem idem monſtrum aliturum, quod reliqui Catabaptiſtæ, eò ꝙ clàm in urbem irrepſiſſet, ſtringi hominem iubet, ac in prætorio libera cuſtodia ſeruari. Poſt tertium uero, quartum, aut neſcio certò quem diem, iubet ſubitò Engelhardum, Leonem, Myconium, Sebaſtianum, Megandrũ, alios, & me adeſſe: ubi uenimus, exponunt qui è Senatu ad hoc conſtituti fuerant, Quomodo Balthaſar dudum literas ad ſe dederit, quibus polliceatur ſe Zuinglium ſuis ſcriptis ſuperaturũ de baptiſmo. Quid multa? Congredimur. Ibi obijcit cæcus homo, quod ante annos aliquot de Catechumenis docendis tradideramus in libro ſexageſimaſeptĕ Concluſionũ, non enim intellexerat nos iſthic in hoc eſſe, quod pueri etiamnũ æque atq; olim fidei rudimenta doceantur: quod ipſe ad baptiſmum retulit, parum prudenter: quaſi dixerim meum eſſe conſilium, ut mos non tingendi infantes poſtliminio reducatur, cum ego de more imbuendi pueros fidei rudimentis locutus ſim. Vbi ſe hac parte uideret erraviſſe, blandulus fuit. Proceſſimus poſt multam cõflictationem, in qua teſtamentum iſtud perpetuum agnoſcere nõ luit. Ventum eſt ad caput ſecundum Actorum, ex quo probaui, Chriſtianorum liberos inter principia cenſos eſſe ad Eccleſiam. cumq; multa reſponſaret, ad claram atq; diſertam reſponſionĕ eliciebam, ut diceret, an ne concederet pueros iſtos in Eccleſiam fuiſſe, nec ne. at nequicquam, omnia tentabam. Ibi ingenue fateor, cum & iſtum locum 1. Corinthiorum decimo, Patres noſtri omnes in Moſen baptizati ſunt, & c. admouerem, ad compellendum eum, ut agnoſceret pueros contineri, etiamſi eorum nulla prorſus mentio fiat: illeq; nollet dicere, uel non, uel etiã, me uehementius inuexiſſe in homĭnĕ: ſed non alia re, quàm quod Catabaptiſmo

B ſuo miſeros ciues ſuos traxerit in diſſidium, quod iam ipſos perdiderit. Hoc ad magnum temporis modum ubi durauit, ſic homo redargutus ac ſuperatus, artem nouam orditur: poſtulat ut Leo, Myconius, & Sebaſtianus ſibi dentur, ut cum illis ſolis conferat. ſperabat arrogans homo, iſtos ad ſe blandiloquentia ſua pertracturũ. At ubi neq; ſic uidet procedere conſilium, eoſdem iterum impetrat, ac poſt multas uerſutias huc deſcendit, ut dicat ſe recantaturum. Id autem Senatus non cogebat, niſi non uoluiſſet ab urbe abire: nihil enim grauius ſtatuebat in eos, qui catabaptiſmi cauſam deſerere noluiſſent, quàm quod relegaret. Veniunt interim Legati imperatorij, poſtulantes hominĕ ad ſupplicium: qui eis breuiter negatus eſt, per legem qua cauetur, ut qui ob aliquam noxam ciuis in neruum conijciatur, ob eam ſolam reus fiat. Sic peccauit in hominem iſtum Senatus, defendit ab impetitione Cæſaris, tanquam ciuem. At hic ſuccurrit, eum fuiſſe in neruo, anteq; in liberam cuſtodiam ſit poſitus: utcunq; res habeat, liber tum erat, cũ congrederemur, diuq; poſtmodum in Prætorio liber adſeruatus fuit. Scribitur ergo reuocationis forma, non ex præſcripto Senatus, aut quorumcunque, ſed ſua ipſius manu. Cumq; ipſam in templo, cui Abbatię nomĕ eſt, prælegiſſet, finito ſermone, quem nos ad populum habueramus, protinus abnegat reuocationĕ coram tota concione: occaſionemq; dicendi nactum eſſe putans, multa adducit contra baptiſmũ infantium, et Catabaptiſmum munit. Hic fama conſtans fuit (ſed ego diuinationem arbitror) clam eum hoc doctum eſſe, quo motus aliquis fieret: Spem enim habebant, me protinus abſoluto ſermone abiturum. Conijcitur denuo in neruum, tenetur iſthic menſem, aut longius. Ibi tandĕ ſic ait: Dicit ſe prorſus ignorare, quod reuocationem uiciauerit: ac ſi aliter ſit locutus, quàm promiſerit, ſe aliquid à dæmone paſſum eſſe. Concinnat nouam reuocationem. Nos ad amicos ubiq; adcut-

C rere, orare, ut miſericordia homini impertiatur, deturꝗ Senatus: datus eſt. Offeren
tiꝗ ſeſe ad palinodiã, decretum per miſericordiã, ut diſertã reuocationẽ faciat: qua
facta, ocius è finib. faceſſat. Hic ego, ego inquã, Engelhardũ, Leonẽ, Megandrũ,
coëpiſcopos adeo ac oro, ut pro homine precib. uelint apud Senatũ nobiſcũ inter
cedere: nã ſi protinus poſt reuocatiouẽ eijciatur, periculũ imminere homini, tam
ab Heluetijs noſtris, quàm à Cęſare. Audiuit Senatus preces noſtras, ac poſt reuo
cationem quam ex animo facere ſimulabat, quum nihil minus eſſet, ſpacium la-
tendi immerenti dedit, donec occaſione inuenta, tutus abire poſſet. Qua data, per
Senatorem quendam, uirum in Euangelio Chriſti fideliſſimũ, ablegatus eſt clàm,
ut eius abitionem ne ciues quidem ſenſerint. Vide mi Petre, quo candore ſimus
hominem proſequuti, quaꝗ perfidia nobis reſponderit. Nam ut primum Con-
ſtantiam uenit, apud miniſtros uerbi ſic nos calumniatus eſt, uictoriamꝗ ſuam de
Catabaptiſmo iactauit, ut neſciam an nullos in odium noſtri traxerit. tam incauti
ſunt quidã ad hypocriſis deprehenſionem. Nos omnia diſſimulauimus. Abiens,
bonos iſtos uiros ſic mouit, ut decem aureis eum donauerint: quum ipſe plus au-
ri ſecum, aut cum uxorcula habeat, quàm omnes iſti argenti. Sic abutuntur noſtra
ſimplicitate, qui pietatis ſimulatione quæſtum faciunt. Verum quod homo iſte
uſꝗ adcò me proſcindit, mirum non eſt: uidit enim ab initio nos ab illius animo
ac moribus abhorrere. Nos dexteritatem ſpectamus in homine, ac mediocrita-
tis ſtudium: In eo autem homine (falli cupio) nihil quàm immoderatã rei gloriæꝗ
ſitim deprehendiſſe uiſus ſum ipſe mihi. Proinde ſusꝗ deꝗ facio, quicquid iſte in
aurem alijs de nobis ſuſurret. Hoc certe dubium non eſt, eum Comici iſtud imple
turum eſſe: Hàc non ſucceſſit, aliâ adgrediamur. Extinguat omnipotens cœleſti
rore hunc æſtum gloriæ, qui in cordibus quorundam feruet. De eo uero, qui con-
tra nos tam Germanice quàm Latine ſcribere περὶ τῆς ἐγχειρίας dicitur, puto te pa
D rum eſſe ſollicitum; nulla enim in re poſſumus certiorem nobis polliceri uictoriã.
Nolunt quidam fellis impatientia patientiam noſtram ferre, quam tot petiti contu
melijs, ſatis arbitror pijs omnibus probauimus: ac non aliter, quàm fœminæ (ad
quarum iracundiam cum non mouearis, furiunt) iſti ſęuiunt. Incident ergo εἰς με-
λάμπυγον aliquando. Tam longã aliquando ocium nactus epiſtolam ſcribere po-
tui, quã ueterem, ſed quid ueterem? æternã uideres amicitiam nihil remiſiſſe. Leo
ualetudinarius fermè eſt. Summa eſt inter omnes, qui uel uerbo, uel lectionibus
preſunt, concordia. Pellecanus uxorem duxit. Collinus, ac Ioannes Ammianus le
ctioni Græcanicæ præfecti ſunt, optimi doctiſſimiꝗ iuuenes, quos ambos tibi ar-
bitror eſſe notos. Oecolampadius tam corpore quàm animo magis ac magis ua-
let, Deo ſanctiſſimum hominem utrinꝗ ſaginante. Augeſcit ubiꝗ Euangelium.
Vale: ac Sigiſmundum patronum tuum noſtro nomine ſaluum iube. Vrbanum
item Rhegium: ac admone propediem libellum noſtrum de Originali peccato ha
biturũ eſſe, quem ad eum ſcripſimus. Tiguri, pridie Calendas Septembris. 1526.

IOANNES OECOLAMPADIVS BVCERO SVO.

SALVE in Chriſto. Gratulor incolumem te redijſſe domum: utinam
ſalui redeant & Sturmius, & Pfarrerus, uiri optimi. uerum deducet
etiam illos Dominus. Bellum cum Allobrogibus ſedatum nunciãt,
ignoramus quibus conditionibus, noſtris nihil aduerſi accidit. Quin
que Pagorum Heluetij pecuniam ſuam numerarunt, & cõcordiam
cum alijs redintegrant. Lecta eſt epiſtola noſtra in comitijs Badenſibus, quam
Zuinglius, cum Tiguri eſſemus, noſtræ ciuitatis concionatorum nomine ad-
ornauerat, & Capito, chariſſimus frater, iſthuc retulit: ſed paruo, ut uereor, cum
fructu.

A fructu. faſtidiunt enim tam ſancta. Verum de ea re ſi quando conuenerimus,
ut futurum confido, quid faciendum, inter cætera deliberabimus. Verum
quod ad miniſterium noſtrum attinet, id gloriæ duntaxat ambio, ut fidele ſit, &
fructuoſum eſſe queat. Fidele non erit, ſi quid omittatur eorum quæ conſti-
tuit Chriſtus: Fructu carebit, ſi deſpectius fuerit, nulla que prorſus autoritate
fultum. Qui ad ſolam uerbi uim, & uitæ ſanctimoniam reſpiciunt, ſuperiores
ſunt, quàm qui legibus arceantur. In ouilibus noſtris ſunt & infirmi, & ualidi:
illorum, quàm horum maior nobis cura. In cauſa uero excommunicationis, mini-
ſtris Eccleſiæ, id eſt, Eccleſiæ, ſuum ius ſaluum, & claues conceſſas relinqui poſtu-
lo: id quod apud nullum Chriſtianum uideri indignum arbitror. Iam dogmata no
ua nulli præſcribo: facilis tamen ſum ad recipienda ea, quæ fidei nõ contradicũt:
officijq́ noſtri eſſe cenſeo, ijs qui ſanæ doctrinæ repugnant, contradicere. Quare
audirem eum, qui negat filium uel coętaneum, uel conſubſtantialem patri: noſq́
interim ut blaſphemos reijcientem? Ad hæc, quid debeo illis, qui ueraciorem &
diuiniorem Ariſtotelem, Moſe uiro Dei, prædicant in conuiuijs, & tantũ non con
tendunt? qui mallent nos manſuetos & mutos, quo illis ſua blaſphemia felicius
ſuccedat. Gratiæ Chriſto, qui mihi alioqui plus ſatis ſimplici, aliquid contulit in
ſpiritibus internoſcendis. non omnes probo, quibus amicus ſum: nec omnes odi,
quibus auſterior uideor. Porrò perſuade tibi, & nobis curæ eſſe, ut & amicos reti-
neamus, & Eccleſiæ theſaurum, ueritatem, non amittamus. Heri dicebantur tu-
multuari Epiſcopales agricolę in Lauffental, iuncti ciuitati Baſilienſium. Chriſtia
no fœdere, etiam ciues quidam in procinctu erant, ut illis ſe coniungerent: Cæte-
rum prudentia Senatus noſtri uel ſedatũ, uel ſedandum confido tumultũ, ſi quis
B gliſcat. Bene Vale: Et cura ut matures, quæ ad concordiam cum Luthero perti-
nent. Baſileæ 25. Octobris. 1530.

HVLDRICHVS ZVINGLIVS CHARISSIMIS IN CHRISTO
*Fratribus Cunhardo Somio & Symperto N. Vlmenſium & Mem-
mingenſium Euangeliſtis.*

GRATIAM & pacem à Domino. Quod, chariſſimi fratres, aliqua tre
pidatio ueſtros ſubit, admirari nolite: Pars enim in fide reuera etiam
num eſt, pars rerum humanarum imperita, pars uero à ueritate non
modò aliena, ſed etiam abhorrens. Hinc noui nihil fit, ſi conſilia capi
untur interdum non ſatis firma: ſi à cœptis pedes referuntur: ſi cum
hoſte quoq́ colluditur. nam in tanta ingeniorũ ac ſenſuum diuerſitate naſci uni-
forme ac ſolidum conſilium quî poterit? Verum tametſi humanum corpus ab oſſi
bus, neruis, coſtis, deinde à cute, carne, uenis, ac ſanguine conſideremus: iam &
huic metui remedium inueniemus. Eſt pondus carnis, cutis, ac ſanguinis longe
maius, quàm neruorũ & oſſium: ſed nihilo ſecius pondere ac mole ſua nihil ſunt,
niſi horum robore ueluti fulcris ac ſtamminibus erigañ & ferantur. ſed neq́ iſta
fulciunt aut ſurregunt, niſi ſpiritu uniuerſa animeñ: ut ſic primũ ſit animus, ſecun
dum oſſa & nerui, poſtremum caro & ſanguis in humano corpore. Ad hunc mo
dum res nunc habent. Teneri in fide homines, inexperti & irreligioſi, imbecillis
caro ſunt, nihil quàm uoluptates et iners ocium adpetentes. Vęrè pij tum prophe
tę tum populares homines, & ſi pauci ſunt, ueri tamẽ ac integri ſint dato: iam non
aliter tam imbecille corpus ſuſtinebunt ac fulcient, quàm oſſa & nerui carneam
iſtam maſſam. Tunc autem & ij ualidi ac uiuaces erunt, ſi ſpiritu Dei animentur.
Eat nunc, & Euangelio metuat, qui hoc pacto uideat Eccleſiam eſſe inſtructam.
Nunquã enim tam bene cum Eccleſiæ corpore actum eſt, ut nulli eſſent infirmi,

C Imperiti,& hypocritæ in ea. Quod ſi iſta nunquam defuerũt ei mala,& tamẽ ſemper creuit,ſtetit,ſtabitq́: non erit nobis ne cogitandum quidem, quod ſpiritus ille cœleſtis non ſit corpus ſuum Eccleſiam animaturus & fulturus. id autem per neruos & oſſa,quæ uos eſtis, cum ſenioribus & popularibus, qui de Eccleſijs ueſtris Domino fidunt. Ego perpetuò in ea ſum ſententia,Pontifices bellũ ferre non poſſe. ſciunt enim urbes,oppida,& arces ſuas, etiamſi eſſent munitiſſimæ, ſeruari tamen oportere ijs,qui maxime perditas cupiũt: Adde quod pleraq́ illorum prędę, direptioni,& incendio ſunt expoſita,quæ ipſos omnia non fugiunt. Cum uero adeò minaciter imminent,confidentia & calliditas eſt,non conſilium quod ex animo proficiſcatur. Putant etiam Cæſarem ſeſe ſic ducturos eſſe, ut quicquid ſuggerant,ille comminetur. Cum ergo ſperant nos ita eſſe diſſidioſos , ut tametſi plurimi inter nos ſint qui magno animo laturi ſint omnem fortunam propter religionem: non deeſſe tamen qui arte & opibus ualeant,ac in diuerſum plebem poſſint trahere. Iam his minis credunt conſore, ut quicquid Cæſar imperet, accepturi ſimus:& non temere ſperant,ſi humana ſpectemus . Sed potentior eſt ſpiritus,qui ſuos animat. Hac igitur uia iſti arti occurrendum eſt. Summa conſtantia confitenda eſt ueritas,promittendumq́ Cęſari officium debitum:ſi modo fidem nobis permittat illibatam. niſi uerbo Dei aliud docuerit,aut ęqua,libera, adpertaq́ collatione aliud euicerit. Si id facturum neget, iam dolere uobis reſpondebitis, Cæſarem ſic à Pſeudoprophetis ſeductum eſſe, ut credat ſe poteſtatem quoq́ in animas ueſtras ac fidem illius habere, quam ſibi nunquã quiſquam aut pius imperator ſumpſerit: aut ſi ſumpſerit, nemo cõceſſerit . Vltima igiť potius experturos eſſe,quàm loco, ni Deus uerbo ſuo moueat, ceſſuros . Hic mihi credite, Pontifices manus ac pedes referent. Nam ſi Cæſarem, ut ui tentet impulerint, ſciunt ante omnia ſe peſſum iſſe. omnia enim ſua direptioni ſunt obnoxia: quæ ubi perierunt, adhuc pen-
D det uictoria. Sola igitur conſtantia ſoluetur hic nodus. Quod ſi mihi dicatis, uerisimile quidem eſſe quod expono , attamen obtineri tam firmum conſilium non poſſe: Reſpondeo, poſſe, modò prudenter, amanter, & conſultò uniuerſa agatis. Romanum imperium, imò quodq́ imperium , ubi religionem ſinceram opprimere cœperit, & nos illud negligentes patimur, iam negatæ aut cõtemptæ religionis non minus rei erimus, quàm illi ipſi oppreſſores. Exemplum eſt apud Ieremiã. 15. ubi exterminium comminatur Deus Iſraëli, quod Manaſſem permiſiſſent impunè eſſe peſſimum. Deinde ſi ſenſim cœperitis perſonam Romano imperio detrahere, quomodo ſtultum ſit hoc imperium agnoſcere, quod iſthic non agnoſcitur, unde nomen habet. Perinde ac ſi nunc Pannones , Sophum Perſiæ Dominũ, ſi regno pelleretur , ſuum Sophum facerent : hac lege, quod Perſiæ aliquando Sophus fuiſſet. Ipſi autem Perſæ iam longe feliciores eſſent quàm unquam, ſi hac tyrannide liberati, alijs hanc Aten & noxam miſiſſent. Sic eſt Romanum imperiũ. Id autem quod ſubindico , non pro publica concione , ſed in loco fieri oporteret. Nimis amantes eſtis rei Romanę. Quid Germanię cum Roma? Sed hæc oportet poſt longum tempus ſperare, ſi pergimus ſero ſapere Phryges . Prudenter igitur ac paulatim agenda ſunt huiuſmodi, atq́ cũ paucis, quibus credere poſſis quę ardua ſunt. Poſtremo leue erit hoc conſilium, quod ſola conſtantia uidebitur ſuperaturum eſſe. Sed nunc tabellio abiturit. Domino fidite: & memineritis, quod omnium quæ nunc uobiſcum aguntur typus anteceſſit apud nos . Comminabantur Pontifex & Imperator: ſed ut primũ conſiſtebamus, iam ſeſe recipiebãt in latebras ſuas aſtus & calliditas. 18. die Auguſti. 1530. Epiſtolam poteſtis anonymã fratribus communicare, quibus tuto creditis. nam aliàs multa habeo, quod Romanum imperiũ, luxum, tyrannides , & calumniã in Germaniam ex Italia tranſtulit.

IOANNES

A IOANNES OECOLAMPADIVS BVCERO SVO.

SALVE, Domũ redij, itinere per Conſtantiã facto: ubi die uno quieui, exoratus ut illic concioner, & datus eſt mihi comes itineris Conradus Zuuiccius. Salua domi omnia repperi, præter diſciplinam Eccleſiaſticam, quæ minus ſeueriter ſeruata: ſed iterum arrecti ſunt cenſorum animi. Triginta coronati mittuntur pro Zieglero, quorum quindecim ueſtra liberalitas numerauit: ſex miſerunt Tigurini, noſtri nouem additis ſummam impleuerunt. Capito ſcripſit, librum de trinitatis erroribus iſthic in nundinis uenalem fuiſſe: quem accepi quibuſdam non Eccleſiaſtis, imò nec Eccleſiaſticis, ſed Eccleſiam noſtram abhorrentibus, mirum in modum placuiſſe. Secerius gloriatus eſt, uel hoc nomine eximium librum, quia nobis concionatoribus diſpliciturus ſit: quaſi ſcilicet Luthero probetur, qui Marpurgi obijciebat, de nobis tale quid ſparſum eſſe. Dolet mihi nomine Gallicanarum Eccleſiarum, & aliarum infirmiuſcularum: quæ nouo motu ſtupefactæ, nos quaſi autores eſſemus tantarum blaſphemiarum, abominabuntur. Leges nimirum librum, & ſententiam tuam ad me ſcribes. Vereor, ut hodie plurimæ leues mentes ſunt, & hunc reperturum fautoris ſui aſtipulatores. Verum Chriſti negocium eſt: is bene in gloriam ſuam moderabitur. Sed prodeſſet in ſcintilla incendiũ, quod expectatur, opprimi. Niſi tam obſtinato mentis propoſito Iobum abſoluere decreuiſſem, etiam ipſe in hac re fidei meæ rationẽ eſſem redditurus. Nunc autem ocioſioribus relinquam, magisq́; exercitatis. Vale, Baſileæ 18. Iulij. 1531.

Spem fecerat Scriba propediẽ hinc abeundi: ſed diutius, ut uides, moratus eſt. Interim cũ Grynęo multa amice egi, quẽ gaudeo tam bene habitũ apud Anglos. Cauſam matrimonij Regij apud uos haber, uellet et à me lectam: ut meum quoq;
B qualecunq; iudicium, cognoſceret. curabis igitur, ut nobis aliquando communicetur: imò quàmprimum commode potes. Senatus librum Hiſpanicum de Trinitatis erroribus, uendi hic prohibuit: quo impulſore factum ſit, neſcio. Petijt à me, quid de eo ſentiam. Cui ego: Quia Hiſpanus non agnoſcit coæternum patri filiũ, me nequaquã poſſe approbare, etiamſi multa alia bona ſcribat. Prodijt & alius libellus ex ueſtratium typographorum officina pro Catabaptiſtis, quibus ueri miniſtri uerbi, ut ſeductores accuſant. Opus foret circumſpectione maiore, ne cuiuis quiduis audendi eſſet licentia.

HVLDRICHVS ZVINGLIVS CVNHARDO SOMIO
Euangelij Chriſti apud Vlmam adminiſtro.

GRATIAM & pacem à Domino. Cum à uiatore ueſtro literas tuas poſteriores 12. Februarij accepiſſem, reddidit Cunhardus Hermanus priores 13. eiuſdem menſis; quibus didici quantum furiant Rutlingenſes aduerſus ueritatem. ſed dolor eſt, non zelus bonus quo laborant: uident enim ſe uinci in eo, in quo uictoriam omnibus promiſerunt. Meũ conſiliũ eſt ut reſpondeas, ſed amice, hoc eſt, Chriſtianice: hanc ob cauſam, ne ex doctorum diſſidio quiddam in urbes ipſas dimanet. Hoc enim Vualdſhudum perdidit, quod ciues noſtri cœperant animos ab oppido alienare, propter Balthaſarem: cui cum toties parceremus, ipſe tamen fatali odio percitus, nobis minime parcebat. Hinc factum eſt, ut qui hactenus parati erant ad opem ferendam, manum retraherent. Quod ubi ſenſerunt Ferdinandici, iam actum fuit de miſeris. Simile quid præſagit mihi animus de Rütlinga, ni Deus ſua bonitate defendat. nã ubi tam impudẽtia ſunt ingenia, imprudẽter res plerumq; gerunt. Eſt ergo meũ conſilium, ut ad Senatum des publicam, ac typis excuſam ſatisfactionem: qua mo

A Euangelij nuncijs deijcior, illinc lętis profectib. leuor & fulcior. minaſ alius mille mortes, reficit alius Chriſtianis ſcriptis: quod tu quoq; facere orſus tantum es, crebro in poſterum facturus, ſi me perges amare. non quod tam altam laudem, qua nos oneras, dignc nobis imponi putem: ſed quod mentem tuam talem eſſe uideo, qualem nos habere cupimus, iamq; ueluti ſeminaria quædā ſentimus. Nam dum accipimus bonos aliquos recte ſentire de Chriſto, mox effundimur, tantaq; laude illos adobruere geſtimus, ut etiam ineptire uideri poſſimus: ni ad quos ſcribimus animum ſcribentis potius quàm ſeipſos ſpectent. ſic ni animū tuum potius quàm nosipſos ſpectaremus, liberare te ab ineptijs nō poſſemus. quod nos magnificū Chriſti præconem, te uero apud ſarcinas ſedentem facis: quem ego magis ſemper ſuſpexi, quàm pictos quoſdam πάονας, qui propter pigmenta faſtuoſæ orationis ſoli ſapiunt, ſua quidem ſententia, alioſq; omnes naſo ſuſpendunt. Is enim es, qui pietatē humanitati eruditioniq; ita adiunxiſti, ut haud facile cognitu ſit, quænam in te primas teneat. Verum iſta mittamus poſthac, atq; hæc mutuo conferamus, quæ ad cœleſtis doctrinæ incrementum facere poſſunt. Adlata eſt autē hiſce diebus ad nos ſchedula N. Eggij ueſtri, uerborum monſtris inuſitatis ambitioſa: quam nec Sybillas ullas, nec Magos intellecturos puto. ibi hominem obſecro pro dignitate ridearis. Oportuniſſimus enim erit Glareanus noſter, ut ὄνον iſtum, muſas ſuas conſpurcantem, exibilet iocis & ſalibus. Ego enim, cum paulo ante Glareanus rem ſignificaſſet, ſtatueram pars aliqua fabulæ fieri: at poſtquam propoſitionem adſpexi, ſatius eſſe duxi domi manere. citra enim periculum haud fieri poſſe, ut motæ mentis homo attingeretur. τῷ θεῷ χάρις, ὅτι τῶν ἀντιχριστῶν cauſa huc ſit redacta, ut talibus nitaſ propugnatoribus. De certamine noſtro, quod Senatus conſulto indictū eſt, narrabit, ſi uoles, is qui literas adſert. Spargiſ rumor, Conſtantienſem uicarium adfore. faxit Deus ne retineatur, ne ſolitis triumphis ſraudetur.
B uel Roma uel Conſtantia: quos ſcilicet hactenus reportare ſolitę ſunt. Vale, & crebro literis tuis nos doce, admone, hortare. Ex Tiguro, 14. Ianuarij. 23.

IOANNES OECOLAMPADIVS CLARISSIMO *uiro Ioachimo Vadiano, ſuo obſeruabili patrono in Chriſto.*

SALVTEM in Chriſto. Clariſſime uir: quoniam ij ſoli Deo placent, & populo eius accenſenſ, qui ſponte ac amico corde ipſum ſequuntur, unde & ſuos blande uult attrahi: fidem infelicius carceribus uindicari experimur. unde Eccleſijs Chriſtus ſalem fraternæ correptionis tam ſedulo commendauit: is autem nunc ferè deſideratur. quid mirum igitur, ſi pleraq; Deo minus ſapiant. Quia autem ciuitas Chriſtiana Euangelio gloriatur, recte etiam ſatagit, ut fraterna correptio locum habeat. Tam parua enim nunc charitas eſt, ut antequam frater delinquens corrigatur priuatim, curratur ad Magiſtratum, qui uel inuitus gladium uibrat. unde fit, ut is iam non lucrifiat, ſed potius pereat. Multū enim intereſt, inter Eccleſiaſticam & Magiſtratus ſecularis, etiam Chriſtiani, poteſtatem. Vbi Chriſtus iubet dici Eccleſiæ, & claues illi dat: utiq; noluit Magiſtratui offerri. Itaq; noſtra Eccleſia Baſilienſis multum ſollicita eſt, ut reparetur illa puritas. & hoc nomine iuſſit in Comitijs illis, cum Legatis urbium ſermonem haberem: id quod feci, oſtendens neceſſariam & utilem Ex communicationem Eccleſijs, nullaq; ratione prætermittendam: ac petens, ut ex ſingulis urbibus Baſileam, quò & Argentinenſes conuenire commode queant, potior ac magis idoneus cōcionator mittatur, cum Legato Senatorio erudito: & illic de hoc conferatur, quo maiore concordia de his ac alijs in Eccleſijs agatur, & uiuatur. Multa enim & alia tractanda eſſent. Itaq; pro tua in Eccleſiam Chriſti ob

C ſeruantia curabis, ciuibus tuis ut perſuadeatur, quo petitioni Baſilienſis Eccleſię, imò cauſæ communi non deſint. Reliqua ex Legato noſtro. Vale, Arolæ, 27. Septembris. Dominicum ſaluum opto.

IOANNES OECOLAMPADIVS CONRADO SOMIO *Eccleſiaſtæ Vlmenſi, Fratri chariſsimo.*

GRATIA & pax à Chriſto. Dilecte Frater, gratulor tibi, quòd ad tuos redieris ſaluus. Nos quoq; domi omnia in ſtatu ſuo inuenimus, ita ut graue adhuc certamen reſtet. Mitto quæ Suffuraneo Baſilienſi reſpondi. Quàm uellet ille negare, nihil tale ab ipſo iſthuc ſcriptum, quod ſcripſit. Vocatus ſum eam ob cauſam ad Senatum. Nunc cuditur ut audio Apologiam: quæ ſi prodierit, me fortaſſis à ſomno excitabit. Bernates ſtrenuè proficiunt. Reſpondeo nunc Pelargo, qui & ipſe Apologiam Miſſę contra me potiſſimum, hic edidit. Parentem, ut à Berna redij, offendi hydropicam: & ſexto die reditus ergaſtulũ corporis relinquentẽ, pie & patienter, quod unum me recreabat. Igitur alia uitæ ratio inſtituenda mihi erit, Vale, Baſileæ, 11. Martij.

HVLDRICHVS ZVINGLIVS DOCTISSIMO VIRO *Berchtholdo Hallerio Bernenſium Euangeliſtæ uigilantiſsimo, Amico ſuo chariſsimo* S.

SATIS ſuperq; fuerat nobis honoris impenſum, Bertholde chariſſime, tua iſtac breui, ſed abſoluta epiſtola: ut ſuperuacaneũ fuerit argentũ addere. quaſi mundum ſincerumq; eloquiũ, cuius argentum ſymbolum in ſacris literis habetur, iſtoc argento, quo inuicẽ uenundamus, non gratius fulſerit. Adeo uiſus ſum mihi animi tui candorem ſim-
D plicem, & ſimplicitatem candidiſſimam, hac tua puſilla quidem, ſed docta perſpexiſſe epiſtola. Verum gratiæ habebuntur tuæ humanitati: & ſi non alia re, tamen animo, ad quęuis tuo nomine obeunda propenſo. Hoc eñ pacto ſatisfacere Apoſtolico præcepto poterimus, dum alter alterius onera portauerimus. quanquam haud ſciam (ut Soſiæ Terentiani uerbo abutar) quid'nam mea ars tibi efficere poſſit: niſi quod ſcio contentum eſſe candorem tuum, ſi mihi perpetuo conſtitero: ac Euangelici muneris opus, quod, annis ab hinc quinq; ſumus orſi, Deo auſpice, perſequamur, donec ille nos rude donauerit. facturus ſum autem id lubens ac uolens; modo ille dederit & uelle & perficere. Nam ut non inficior ex infirmitate nobis nonnunquã tædium obrepere, dum immeriti proſcindimur, imò ut nobis uidemur optime meriti de omnibus: ita negare non poſſum, tædio pœnitudinem ſuccedere, quum calcaribus Chriſti conſcientia noſtra exagitatur: quibus ille torpentem, ac domi ſuæ deſidentem animam expergefacit, interim terendo, interim autem pollicendo. ut cum dicit: Quem mei puduerit coram hominibus, pudebit & me illius coram patre meo; & qui me negauerit, negabo & ego, &c. &: Qui amat animam ſuam in hoc mundo, perdet illam. &, Ex ore tuo te iudico ſerue nequam, &c. quod non fœnus feciſſet mina ſua. &: quod ſal, quod uim ſuam amiſerit, ad nihil poſtea ualeat, quàm quod in publicum iter abijciatur, & conculcetur ab hominibus. &, quod Dominus ueniens, inertem ſeruum ſecabit, ac ſortem dabit cum Phariſæis. Atq; hæc loca de terrendo adduximus: alia quoq; adducturi, ſi qua ſunt, niſi epiſtolæ modus uetaret. Nunc proximum eſt ut adducamus ea, quibus non eximia modò, ſed æterna pollicetur. ut cum dicit, Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego illum coram patre meo. &, Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. Et necubi ceſſaremus, quod nomen no-

ſtrum

Digitized by Google

A ſtrum male audiret, metueremusq́ perpetuo fore obprobrio, dixit: Beati eritis, cũ
uobis maledixerint oẽs homines. Idem tractat Matth. 5. ut ſi nomẽ noſtrũ peni
tus conculcetur ab hominibus, & eijciatur, gaudendum tamen docet, quod me-
moria nominis noſtri apud illos abolita, qui nobiſcũ ſunt mortales, ſcripta tamen
habeatur in faſtis ſupernorum ciuium. Et ne timidulos redderet ἀπολογίας egeſtas,
ac deſperatio, quod omnium eſſent inexperti: ſecuros reddidit, ſpiritum ſuum ad-
fore conteſtans, quum iam apud Præſides prooemium ordiri meditaremur: & ſal-
uos dixit futuros, qui uſq; in finem durarent: nec uereri debere eos qui corpus tru
cidare poſſint, nam animã ne ledere quidem queant. Hæc inquam, aliaq́ in con
ſimilem uſum uel dicta, uel facta mecum reputans, huc aliquando uenio, ut mo-
ri pro Chriſto non uſq; adeo detrectem apud me. aliquando uero noſtra hæc infe-
licia tempora intuens, quibus temeritas et ingratudo, ne dicam iniuſticia, omnja te
nent, omnia peruadunt, omnia uaſtant: in tam diuerſam trahor ſententiam, ut ne
mihi quidem planè conſtem quid ſentiam: niſi quod dum ad me redeo, diuino nu
tu omnia hæc fieri cognoſco, ut hoc pacto qui ad Deum accedere fide nolebant,
deploratis rebus omnibus, ad huncunum confugere cogant: dum ſcilicet omni
humana ope fuerimus deſtituti, huc tanquam ad Iouis ἱεροφύγκτον cõcurramus.
Fuſius tecum egimus, quàm tempuſculum illud pateretur: ut æſtus tibi noſtros,
dum ore non poſſumus, calamo exponeremus: & ſi qua parte eſſent uſui tibi futu
ra, non deeſſemus. Quanq; haud ignoro te plurimum poſſe, non modo teipſum
conſolando, ſed etiam alios adhortando: anſam tamen præbui abundantiora par-
turiendi, & uiciſſim nobis communicandi: ut dum indigne audis apud tuos diſci-
pulum noſtrũ eſſe factum, omnibus non diſcipulum noſtrum, ſed præceptorem
B eſſe probes. Petiuiſti iam aliquoties de fide, & de cultu ſanctorum ſermones ad te
tranſmitti. quod ideo non præſtamus, quia calamo nunq; excepimus: quod for-
taſſe negociorũ noſtrorum rudis aliquis deteſteĩ. tu uero, qui ea & uidiſti, & audi
ſti, boni conſulturus es: quamprimum eñ tantum ocij nactus ero, uotis tuis & ſi
non ſatis, aliquid tamen facere ſtudebo. Tu interea quod à me requiris, ipſe ſtre-
nue exequere: ut urſi tui ferociuſculi, audita Chriſti doctrina, manſueſcere incipi-
ant. quod negocium ſumma lenitate adgrediendũ puto. Nec enim apud tuos ſic
agere conuenit, ut apud noſtros: tuorum enim aures etiamnum teneriores cum
ſint, non ſunt protinus tam mordici uero radendæ. quod & Chriſtum ſenſiſſe pu-
to, quum uetuit margaritas ante porcos diſſipari: qui fortaſſe in te cõuerſi magna
te ſęuitia diſcerperent, ac in perpetuum Euangelium Chriſti horrerent. Palpandæ
igitur ſunt hæ feræ lenius: & ad rarum inſultum pauliſper cedendum, donec pati
entia noſtra intrepidaq́ pectoris conſtantia ſuperatæ, cicures reddantur. Dedit &
Petrus aliquid, quum dixit: Sed nunc ſcio fratres, quia ignorantes feciſtis, dedit
Paulus, dum Galatas lacte, non ſolido cibo aluit. Ceſſerunt omnes Apoſtoli ſęui
tię, dum non peruicaciter Senatui obſtrepuerunt, uibicibus etiam liuidi: ſed à prę-
dicatione non ceſſarunt, ſic rogo fias omnia omnibus, ne tecum Chriſtus exploda
tur. ſerua nobis Chriſtũ apud tuos, & te nobis Chriſtoq́. Et dum nomen noſtrum
male audit apud tuos, patienter audi, ne mecum male audias, Quanquã quod illi
impudentius in me iactant, impudentiſſime cõfictum eſt: neq; enim cum Franco,
neq; cum Cęſare quicquam commune habemus pręter cæteros mortales, niſi uni
cum Chriſtum: qui neſcio quàm ſit illis cordi, dum cœlum terrę miſcent, et omnia
tumultibus & cædibus implent. Saluere iube noſtro nomine amicum noſtrum
Trempũ, Sebaſtianum Valeriũ: medicos, hunc corporũ, illum animorũ: Tho-
mam Vitembacchiũ, chariſſimũ præceptorẽ noſtrum, ſi quando ad uos conceſſe
rit, et oĩa boni cõſule. Opto te frater in Chriſto ualere. Ex Tig. 4. Cal. Ian. 1522.

C HVLDRICHVS ZVINGLIVS CHARISSIMO IN CHRISTO
Fratri Petro Sebiuillæ, Eccleſiaſtæ Gratianopolitano. S.

GRATIA & pax à Deo & Domino noſtro Ieſu Chriſto. Si bonis ad
bonorum conuiuia licebat etiam nō uocatis accedere, doctiſs. iuxtà
ac piiſſime Petre, ut eſt in prouerbio: quanto magis Chriſtianum
etiam longiſſime diſſitum Chriſtiano conuenire licebit? Quorū una
fides eſt, baptiſmus unus, ſpiritus idem, idem eiuſdem pietatis ſtu-
dium. Hinc factum eſt ut ignotus ignotum, itidem quod ego nunc facio, bene ha-
bere precatus ſis. atꝗ id literis ad Annemundum Coctum miſſis, uirum ut gene-
re doctrinaꝗ clarum, ita pietate humanitateꝗ longe clariorem. Qui ut nihil an-
tiquius amicitia pietateꝗ inter humana ducit, ſic uiciſſim ſuopte quodā iure (nam
tanti uiri imperio lubentes uolentesꝗ ceſſimus) compulit incultas iſtas ad te dare
literas: quibus futurum ſperat, ut amicitia ſecundis auibus cœpta, eodem auſpi-
cio in diem magis ac magis creſcat. Sed in eum modo uſum, ut pura illa ueraꝗ
Chriſti religio amplietur: quam quis non uidet hypocritarum uerſutia longo iam
tempore ita eſſe fœdatam, obſcuratam, laceratam, ut parum abfuerit ne in uniuer-
ſum excinderetur? Sed Dominus Sabaoth pauxillum ſeminis reliquit, quo ſege-
tem uberrimam redituram ſperamus. Eadem enim eſt cœleſtis grani uis, quæ ſy-
napis, quod omnium ſeminum eſt longe minimum: huc tamen uenit, ut arbore-
ſcat, & auibus cœli uariis uentorū ſeditionibus iactatis ſedem firmā hoſpiciumꝗ
tutum exhibeat. Semen hoc, ut Chriſti uerbis utar, eſt uerbum Dei. Quod tam-
etſi dum aliàs aliò cadit, paruum: ubi tamen in terrā bonam ceciderit, fructū abun
dantiſſimum refert: quamuis & hunc numero potius quàm ingenio diſparem.
In hoc inquam uerbo requiem uitamꝗ inueniunt miſerę mortalium mentes, quę
non modo huius immundi mundi tumultibus, uerum inſidiis etiam ſpiritalium
D nequitiarum diuexantur: hocꝗ adeo, ut iuxta Prophetæ uerbum, conſolationem
Pſalm. 76. non recipiant, niſi poſtquam Dei memores factæ fuerint. Renuit, inquit, conſola-
tionem accipere anima mea: recordatus autē Dei, lætificatus ſum. Quæ enim per
immortalem Deum, firmitas aut conſolatio in uerbo hominis eſt? cum omnis ho-
mo ſit mendax. manifeſtum igitur fit, humanā mentem non alia ratione tranquil-
lam reddi poſſe, quàm uno ſoloꝗ Dei uerbo. Hoc tu recte facis, quum niride, pu-
re, ſancteꝗ prædicare in animum ducis, quemadmodum literæ ad Annemundū
datæ indicant. Idꝗ non ſine Theſeo, ut dicitur. Nam caro & ſanguis hoc tibi non
reuelarunt (hæc enim iubent, ut ſe audiamus) ſed pater cœleſtis animum ſic tuum
ad ſe traxit, ut eius iam uerbo fidens, alios quoꝗ ad hanc ſecuritatem cupias per-
trahere. Verum heus tu, ædificandi conſiliū ne capias, ni prius ſedens impenſam
omnem ſupputaueris: alioqui à filiis huius ſeculi, dum in medio feruore opus fue
rit, ipſeꝗ rerum inopia ab eo reuocatus eris, ad hunc rideberis modum: Hic homo
cœpit ędificare, & abſoluere nequiuit. Quæ te contumelia, niſi uehementer inca-
lueris, manū ab aratro retrahere, inꝗ ſalis lapidē conuerti faciet: ut ſal deinde fias,
qui ingenium amittens, pluſquam fatuum eſt? Sunt autem aduerſus hos hoſtes
opes, arma, comeatusꝗ parandi. Primo contra Antichriſtum, qui ut ſe extulit ſu-
pra omnem cultum, ita Deus dici amat, & uerbum ſuum numinis loco uereri prę
cipit, tametſi pluſquam δὶς διὰ πασῶν à uerbo Dei diſſideat. Si nunc fidelis Domi-
no tuo miniſter eſſe cupias, hæc adigêre, ut iſtū odio habeas: niſi duobus dominis
ſeruire alicubi didiceris, aut amicitiam aliquam inter Chriſtū eſſe & Belial. Iſtum
ſi odio habeas, cogeris ante omnia male audire, hæreticus dici, ignes, mortes & di-
ra ſupplicia intentari uidere: ac paulo poſt, niſi ad eius partes conceſſeris, experiri.
His enim armis probe inſtructus eſt: geſtitꝗ nō uelitarem, ſed ſtatam cum Chriſti

miniſtris

A miniſtris pugnam conſerere. Satis enim iam exaſperatus eſt. tantum enim rei &
copijs eius, dum aliquandiu prædicatum eſt Euangelium, deceſſit, ut in deſpera-
tionem rerum omnium adactus, ultima experiri cogatur. Hic animum explora
tuum, & humeros examina quid queant, quid ferre recuſent. ſenties mox te tam
graui aduerſario imparē. Adhæc adde alios innumerabiles, qui contra te dimica-
turi ſunt hoſtes: inueteratæ, ſed peſſimæ conſuetudines: Patres, ſed qui uitrici ferè
ſunt, nam uerbum Dei crebro iuxta libidinem adfectuum ſuorum detorſerunt.
Principes, qui bis inſaniunt, dum ſecundum hoc quod ueram pietatem ignorant,
nihil aliud quàm tumultuanť. Vnde in gregem Chriſti facile extimulari poterūt,
Mundus totus, *κακοδαίμων*, & malorum examina ſimul omnium. Hæc inquam,
omnia tibi, antequā telam ordiare, expendenda erunt: ne in media pugna remittas
brachia, et fugę præſidium quæras, nam ſic fieret, ut poſtrema deteriora primis red
derentur. Iam te ſi bonus orator eſſem, & tu carnalis eſſes, ad deſperationem nimi
rum adegiſſem, ut iam latebras potius meditareris quàm concionem. Sed non pa
titur hoc qui te extimulat Chriſti ſpiritus, qui eiuſmodi malis animū acuit potius
quàm retundat. Age igitur optime uir, & tu in Gallijs ueſtris Chriſtiana armatura
munitus in publicum prodeas, ſublataq; inſtar tubæ uoce Euangelium Chriſti
inuitis omnibus puppis & Papis prædices. Chriſtus claſſicum cecinit, impreſſio-
nem in Phariſæos, Scribas & hypocritas facturus. Quis dexteram ad præliū non
armabit? Leo rugiet, inquit Propheta, quis nō metuet? Chriſto per miniſtros ſuos *Amos. 3.*
detonante, quis ex hoſtibus non pauebit? imò diſpeream, ſi non in totis caſtris illo
rum trepidatur: adeo uertuntur, rotantur, ambigunt, ut quid conſilij ſecuturi ſint,
nondum exploratū habeant. Nam ſi Chriſti gregem mactare per ſeductos Prin-
cipes cœperint, uerentur ne ſic aperiatur feneſtra, ut in ſe quoq; paulo poſt irrua-
tur. Si uero ſcriptura obſiſtere tentent, conſcij ſibi uiolentiæ quam ei faciunt, toti
B frigent ac concidunt. Quid igitur in ignauos non irruimus, uno illoq; ſatis forti
uerbi Dei præſidio fulti? Is enim Antichriſtum interficiet ſpiritu oris ſui. Stat à no-
bis Chriſtus, quis contra nos? ſimus licet Samia uaſa, nemo tamen cōfringere nos
poterit, quandiu nobis Dominus adeſt: aderit autem ex uerbi ſui certa promiſſio-
ne, qua pollicitus eſt ſe nobiſcum manſurum uſq; ad mundi conſummationem: *Matt. 10. et 28.*
iuſſitq; ſecuros eſſe quum ad Reges & Præſides illius cauſa trahamur: daturum *Luc. 25.*
enim eſſe & ſapientiam & eloquentiam, cui omnes aduerſarij non poterint reſiſte
re. Quid igitur adhuc cunctamur? uictoria in manibus eſt, an eam decerpere pi-
get? Cœlū & terra tranſibūt citius quàm Dei uerbū. At is uictoriam promiſit: reci
pi igitur non poteſt, ut non uincamus. quin hoc potius dixero, nos alia ratione uin
ci nos poſſe, quàm ſi conatus non pigeat. Tenera, non ignoro, ut nos caro dehorte
tur: ſed cogitandū iterū atq; iterū nobis eſt, quod uerſutus ille *κακοδαίμων* ſemper
nos illius occaſiōe ſuadelaq; ſeduxit: ac dum illa labores ęrumnasq; refugit, nobis
ocyus ab eius blanditijs fugiendū eſt, aureſq; Vlyſſis in morē obſerandę, ne forte
ei cedamus. Quę eñi maior infelicitas nobis accidere poterit, quàm ſi ꝑditrix caro
partiū ſuarū fecerit, ubi toti nihil aliud quàm caro futuri eſſemus, ac ſubinde quo-
que nihil aliud quàm beluę? Partium aūt eius ſumus, ſi ſpiritū illius gratia prodi-
mus. tum aūt ſpiritū prodimus, quū nō omnib. neruis Deo, illiuſq; uerbo fidimus:
in eo eñi ſolo ſpiritus uiuit. Quod enim tam iuratum eſt creaturę uerbū, quod non
fallat? Hæc igiť & his longe tum robuſtiora, tum diuiniora tecū reputans, doctiſſi-
me Petre, animaberis nō modo cū Antichriſto ac pacis principibus, ſed cū uniuer
ſo ſimul orbe certamē ſubire. ſiquidē cœleſtia ambis: ea enim ſolis eis eueniūt, qui
terrena negligunt. Ante omnia igitur opus eſt ut teipſum abneges, ac quotidie mo
riaris. Id autem tuopte Marte non poteris: ad unam igitur Dei miſericordiam con

C fugiendum,& illic flagitandum,ut uias tuas dirigat, mentem illuſtret,cor excitet ut illius gratia nihil non tum audeas,tum quo pacto fieri oporteat ſcias. Proderit & illud Euangelium Chriſti prædicare molienti, ut reiectis omnibus præſumptis opinionibus & doctrinis,hoc conſilio ad literas uere ſacras accedat, ut eas præceptorē habiturus ſit,non diſcipulū. Nam qui ſic accedunt ad eas, ut hoc ſolū quærant,quod opinionibus ſuis adſtipulet, uim eis facturi ſunt, & cōſtupraturi. Qui uero contrà,ſic ad eas adeūt, ut illinc cœleſtis conſilij mentē auferant:ut doceantur, nō ut doceāt.hi deniq; cū multa fruge recedent. Vides in Chriſto,Frater , quantū breui pietas Chriſti in Germania profecerit:Ea non minus promotura eſt et apud ueſtros,ſi id à Domino petieritis. Peti uero gaudet:eſt enim animarū amans,ac zelotypus. Hæc ut tandem finiam, huc tendūt, ut Euangelium intrepide uelis apud tuos profiteri : quod precor faxit Deus Opt.Max. Nam frigida iſta,& pluſquam temporaria epiſtola,plane ſcio quàm nihil poſſit: tametſi eam Annemundus noſter tum amicitiæ iure,tum candore iſto ſuo,quo nobis pluſquàm par ſit tribuit,extorſerit.Proinde nobis iam ut amico utere: ac ſi id nimis eſt,ut diſcipulo. Et perſuade tibi, Zuinglium tuum futurū,dummodo te Chriſti eſſe audimus. Vale,& confortare in Domino,& in ui potentiæ illius , qui te ſeruet incolumem. Ex Tiguro. 13.die Decembris. Anno 1523.

IOANNES OECOLAMPADIVS MELCHIORI AMBACHIO, *& Ioanni Mantelio, fidelibus Chriſti confeſſoribus, fratribus chariſſimis.*

EXILIVM ueſtrum, fratres chariſſimi, multas quidem cauſas habet, quæ & fortia in Chriſto pectora conturbare poſſent. Cogitare enim, oues fidiſſimis paſtoribus deſtitui, diſperſaſq; , ſi non lupis exponi,
D certe mercenarijs committi: uidere etiam aduerſarios triumphantes, & de iniquitate glorantes: ſpectare autem & infirmiores, iam exemplum ueſtrū imitari geſtientes,ut Papiſticę impietati renuncient:tamēq; ſubito cunctabundos,& neſcio quam ſimilem expectantes occaſionem: Hæc inquam conſiderare,cuius cor,modo Chriſtiana charitate imbutum , licet alioqui Adamantinum ſit,non commoueri:? Vt taceam interim, difficultates,pericula,ignominias, & tribulationes exulum, quæ nonnunquam ipſa morte truculentiora apparent. Exilium enim quotidianas mortes ſecum adfert. At cum fidelem ſcimus Deum, non ultrà quàm ferre poſſumus tentantem , & omnia pro uirium quas concedit menſura moderantem , non minorum conſolationum ſyluam accipimus. Spiritus enim Domini , qui uos in hanc luctam inunxit, & in hoc armauit certamen, tantum ſpiritus ac roboris ſufficiet,ne deficiatis in afflictionibus,quas pro ueritate toleratis. Silentium & proſcriptio ueſtra, longe uocalius in filiorum Dei cordibus clamabunt,quàm olim ſonoræ conciones. Confeſſio hæc inuiolabile eorum,quæ antea pié docuiſtis,ſigillum erit. Habet ſanguis Abelis ſuam uocem:habet & perſecutio ueſtra ſuam linguam. Faceſſant igitur mœror ac puſillanimitas. Beatum eſt,fieri conformes imaginis crucifixi,quem docemus. Oues ſuas Chriſtus nouit, & à luporum faucibus eripiet. Hypocritarum exultatio momentanea erit. Dominus enim gloriam ſuam alteri non dabit. Confidite igitur Fratres, Chriſti eſt terra & plenitudo eius, forſitan uos ad uberiorē meſſem eiecit. Scribam proximis nunc ijs, & Tigurinis et Bernatib. fratrib. cauſam ueſtrā,ſi forte alias uobis parrochias prępararit Dominus . tametſi Heluetij alienigenas indigenis ſuis non facile præferant. Nihil tamē intentatū relinquemus. Interea haud dubito,ſpiritus ſanctus ſine nobis propoſiti certaminis inſigne brabēον commonſtrans,ſua unctione conſolabitur,

A bitur, quam uobis abundatiſſimam prçcor. Orate autem Dominum & pro me. Nam & nos ſæpe ueſtro periculo proximi ſumus. Valete, Baſileæ, 2. Septemb. Anno Milleſimo quingenteſimo uigeſimo octauo.

HVLDRICHVS ZVINGLIVS MICHAELI CELLARIO
apud Auguſtam Chriſtum prædicanti.

GRATIAM & pacem à Domino. Aegrotamus (ne inauſpicatum ſit, oro, iſtud epiſtolæ auſpicium.) & nos, fortiſſime Michaël, te iam diuturno laborante morbo. Vnum enim corpus cum ſimus, habebimus & communem omnium malorum ſenſum. Atq; ô ſi manus ego ſim, quæ omnem, ſiue pharmacis ſiue factis incantationibus dolorem abſtergere queam. id uero cum nequeam, medicum illum, qui uerè ſaluator & eſt & dicitur, obteſtor, ut ſanatum miniſterio ſuo reſtituat: ſed hac lege, ut eius uoluntas, non noſtra fiat. Cum enim innocentes cædimur, noſtro bono fit, ut exploret Deus, an ſe diligamus ex toto corde & ex tota anima. Quamuis, quis eſt innocẽs? cum etiam aſtra in eius conſpectu immunda ſint. Præparat nos hac ratione Deus futuræ uitę. Qui enim præſentem diligunt, futuram amittunt. Prudens ergo, noſtriq; boni amans, uitam iſtam tot amaris acerbisq; miſcet, ut eo propenſius eam negligamus. Nam ſi om̃ia nobis ex ſententia euenirent, quis nõ mordicus quamuis lubricam atq; deciduam retineret? contrà uero quis non uolens ac lubens eam abijciat, quæ nunquam ſine adflictione eſt? Sic tu mi Michaël, noli aliter tecum reputare, quàm hoc ipſum momentũ quo cruciaris eſſe diſciplinam, non leuem & ſubuentaneam, quę uerbis fit, & cum aura plerunq; perit: ſed efficacem, ueram, ac pręſentaneam: qua docearis moriendi, mundumq; uilipendendi artificium, quod ſupra omnem artem ac negociationẽ eſt. Quid enim diuitibus huius mundi, cum
B tot ſeſe laqueis, iuxta Apoſtolũ, implicant, aliud deeſt, quàm moriendi, mundúmque deſerendi artificium: hunc enim ſi noſſent, aut poſſent deſerere, non ſe tam alte ipſius commertijs crederent. Docuiſti alios ſtrenue, mundum eſſe negligendũ, aduerſaq; mediocriter ferenda: nunc experiris, quid docueris. Facile eſt etiam Stoico, nedum Chriſtiano, magnifice, dum nihil patitur, de patientia philoſophari: ſed patienter ferre, ea tandem eſt uiua philoſophia. Sic cogita tecum: Verbo aliquandiu uoluit te Deus præeſſe in Euangelio ſuo, at nunc rem iubet præſtare. Extra periculum, imbelle & ſuſpectũ eſt magnifice de fortitudine loqui: in ipſo uero periculo conſtantem eſſe, ac immotũ, hoc tandem fortis eſt animi argumentum. Det tibi Dominus incolumitatem animi, ac pacem: Amen. Saluos iube amicos omneis noſtro nomine, maxime Sigiſmund. Grinniũ, & Petrum Gynorianũ, qui nunc apud illum eſt. Vale, & cõualeſce in Domino. Tiguri. 17. die Septembris. Milleſimo quingentiſimo uigeſimo ſexto.

IOANNES OECOLAMPADIVS GVLIELMO FARELLO,
pijſſimo Chriſti regni annunciatori, fratri dilecto.

SALVE. Scripturus quidem eram ad regem Gallorum, & iam paratæ erant literę: ſed nõ recepit eas, qui redditurum ſe promiſerat. Spero tamen illum coràm diluiſſe uerbis, quæ ſuggeſſi. Noſtra autoritas minor eſt apud illum. Daniëlem miror, quomodo uacarit tibi uertere. uerſus eſt & in Germanicũ idioma. Vanas autem operas ſuſpicor Typographis, hodie nihil minus quàm rem Chriſti iuuare ſtudentibus. Vnde factum, quod & in Iobbo meo tardius proceſſerim. Et nunc illũ, ne abſolueretur, è manibus rapuerunt Acta Apoſtolorum Chryſoſtomi, cuius Homilias 55. uerti,

non

Digitized by Google

C non quod illas per omnia probem, & nō multum deſiderē: ſed periculoſi noſtri
temporis, quod non multo ab illo Apoſtolico diſcrepat, ſtatus fecit, ut ſcruter ar-
gentifodinarum & aurifodinarum etiam minus probatarum uenas, ſi quid forſan
occurrat, quod ad compeſcendas beſtias nobis aduerſarias, & ad pacem Eccleſia-
rum augendam faciat. Porrò defunctus eo labore, non omittam diem, quin lineā
uel unam labori adijciam. Vnum tibi ſcribam, ut habeas paucis qualem me expe
ctes in illo enarrādo. Tres amicos illos, Sadducęos dixerim, Iobum aūt Phariſęū.
Vnde uarię ſpes, uariant & iudicia. Illi cruce piorum offenduntur: Hic crucem ia
ctat, & immiſericordibus, quàm alieni à charitate & uia Domini ſint, demonſtrat.
Porrò quod ad librum tuum attinet, Henricus ab Oſtein tabellioni reſpondebit.
Baſileæ, die Aprilis quarto.

HVLDRICHVS ZVINGLIVS IOANNI VANNIO, CONſtantiæ *Chriſtum prædicanti.*

GRATIAM & pacem à Domino. Calculum ferunt ſic tecum agere,
ut lecto decumbas, chariſſime Vanni: qui nos dolor haud parum ad
ficit. non enim ignoramus, quàm acerbus ſit eius παροξυσμός. Sed ad
hunc nos modum exercet & macerat Deus: te nobile Euangelij or-
ganum ac fidele ſic excarnificat, ut probet an'ne ipſum ex toto corde
diligas: nos uero tentat, an compati ſciamus membro malè adfecto. Quamobrē
tibi ferendo ad cōmiſerationem flectendus eſt is, qui exanimat ac reficit: in cuius
manu ſunt oīa. ipſe enim niſi cruciatus daret noſtro bono, nō dixiſſet, Capilli ca
pitis ueſtri omneis numerati ſunt: neque Apoſtolus eius adperta nos uoce certos
redderet eiuſdem rei, ſic pronunciando, Scimus quod diligentibus Deum omnia
cooperantur in bonum. Atqui hoc ipſum, quod nobis feliciter illius prudentia
D cedit, frequenter latet dum adhuc non eſt ad terminum peruentum; ſed ubi finem
tenuerimus, iam tandem ſentiſcimus, cur quicq; fecerit. Ipſe inter tot turbas or-
bis, urbis autem noſtrę procellam nunc omnia concutientem, crebris etiam gemi
tibus peſtem aut morbum aliquem oro ut mihi ſit male propitius: ſed necquicq̄
omnia, ſurdo fabulam narro. Vbi uero exitus adpetet, iam per ſpeculum & tran-
ſcennam uidebimus quem in uſum quodlibet diſpenſauerit. Sic & ægritudo tua,
tuo tibi bono infligitur: id autem aliquando ſcies. Hæc hactenus. Monuit nuper
amicus quidā, quàm male audiam apud quoſdam propter præuaricatores, aut po
tius proditores, quorū hoc ſeculum eſt fertiliſſimum, quaſi eorū ex nobis ſit, auto-
re ſcilicet. Quam famam ſi uera eſſet, tam abeſt ut deprecarer, ut etiam laudi da-
rem ac gloriæ: ſi uidelicet huic malo exitium poſſem adſciſcere. quod niſi tollatur,
urbi ſaltem noſtræ exitium adferet. Sed non ad hunc modum res habet. Nos neq;
uiolenti ſumus, neq; tumultuoſi: ſed in hoc unum intenti, ne quid per ſeditionem
ac turbā tentetur. Saluta fratres omnes, præſertim Zuiccium, Blaurerum, ac Men
hishoferum: dicitoq; nos propediem, ſi modo exitum hoc negocium inuenire po
teſt, ſcripturū. Mittito prima occaſione literas iſtas communi amico ac fratri, Gu-
lielmo à Cella, ac quantum Dominus dat conualeſce. Vxorem quoq; ſaluta. Ti-
guri, 29. die Octobris. 1526.

HVLDRICHVS ZVINGLIVS ERASMO SCAPHVSIAE EPISCOPO.

GRATIAM & pacem à Domino. Habui ex multo iam tempore conſi-
lium, mi Eraſme, ad te ſcribendi: quod tamen tua potius, quàm mea
cauſa obmiſi. ſunt enim literæ noſtræ tam admirabilis fortunæ, ut au-
tori obeſſe minimū poſſint; ei uero ad quem dantur, plurimum. Tan-
dem

Digitized by Google

A dem ergo ad te ſcribo:ſed Chriſtianus ad Chriſtianū. quo fiet ut ipſe nihil ſis ęgre
laturus, neqꝫ ego quicquam ſcripturus, quod non ęquanimiter ferri poſſit. Nam ſi
eundem ſpiritum hauſimus ac ſpiramus, idem quoqꝫ ſentiemus: quod ſi idem ſen-
timus, iam diſſidium longiſſime omne aberit. Cauſſa igitur, quam tecum agere
cupio; non mea eſt, neqꝫ tua, imò mea ac tua: imò non mea ac tua, ſed omnium.
Quæ porrò ea? Euangelium Chriſti. Huius cum tu ſemina iacias inter ſpineta &
ſentes, arbitratus ſum non iniquam rem facturum, ſi currens currentem adhorter.
non enim comes eſt in hoc certamine inuidia: hic eñ omnes uincere poſſunt, atqꝫ
munus auferre. Sed miles militem ut in prælio ad cōmunem ſalutem parandam
adhortatur, ſic nos quoque mutuo cohortari debemus: eoqꝫ magis, quo hoſtem
uidemus audacius inferri. Neque tamen ſic uelim abs te intelligi, ut fortiter ma
gis quàm prudenter pugnare moneam: ſatis enim dudum eorum pertæſum eſt,
qui audacia omnia peſſundant, ſed quæ tua eſt animi fideíque (ut audio) dexteri-
tas, ſic prouide uiuas, ac ſolide omnia doceas, citraqꝫ inſignem mordacitatem, ut
doctrinam nemo conuellere, uitam nemo repræhendere iure poſſit. Quod ſi qui-
dam ſunt, qui ſermonem Domini nihili faciūt, quid tum? ſed precioſus eſt ijs qui
ſunt Domini: qui non ex carne & ſanguine, ſed ex Deo nati ſunt. Horum cauſa
non debet nobis obrepere tædium, etiam ſi iſti nō modo negligūt, ſed maledictis
etiam flagellant & perſequuntur. Sic enim gregi Dominico, dum puſillus ac mo-
dicus eſt, fidem deberi autumo, ac ſi maximus eſſet. Non erat excuſatus qui talen
tum tantum unum acceperat, quod minimum ei eſſet creditum. Perinde tu co-
gitabis, Non debeo, quod pauci Chriſtū recipiunt, ſegnius agere: ſed eo circuſpe
ctius aduigilare, quo grex Domino meo in immenſum creſcat. Hæc ad te mi Eraſ-
me, xenij aut ſtrenæ loco, ipſo natalis die, quód felix fauſtumqꝫ ſit amicitiæ noſtræ
exordium, do: ut meum in te animū non ignorares, & ad omne obſequiū propen-
B ſionē. Quę Bernæ his diebus acta ſunt, narret Huhelman. Vale per Dominum.

IOANNES OECOLAMPADIVS SVO FRATRI N.

QVOD iam pridē de te conſtanter tulit fama, Frater in Chriſto chariſſi-
me, id nuper omnino perſuaſit: nempe quod perquam fidelem in Do
mino Deo miniſtrum agas, felici admodum ſucceſſu. unde mihi non
parua gratulādi occaſio. Et gratulor planè nō mediocriter, imprecans
Deum, ne illud gratulandi argumentum mihi auferat unquam. Non
quod male tuis fidam uirtutibus, Dominiqꝫ manum abbreuiatam ſuſpicer: Sed
ſcio quàm ægre populum in deſerto ſacrificaturum dimittat Pharao, quoties ſen-
tentiam uariet, quantos paret equitū & quadrigarum exercitus, nec deſiſtat à ſuis
donec ſicut lapis deſcendat in profundum. Sed & populi facillabunda mens ne-
gocium facere ſolet, ſemper in Aegyptum reſpiciens: immemor quantum ſit bra-
chium Domini, ingrata, incredula, obmurmurans, et pauida ob filiorum crepitus,
in cauſa eſt ne compendiaria in terram duci poſſit promiſſionis: ſed per longos tra
ctus ſolitudinis circumducenda eſt, non ſine maxima Moſis defatigatione & pati
entia, cuius mititatem & longanimitatem per omnia imitari fuerit operęprecium.
Et dum ille tumultuare ac lapidare incipit, ut deletur è libro Domini, neceſſarius
eſt dux, qui ſe murum opponat iræ & furori Dei. Porrò ubi deſierint inteſtinæ ſe-
ditiones, neqꝫ tunc pacata erūt omnia, non minus pernicioſus erit Bilaam, quàm
Dathan & Abiron: non minus obſiſtet Amelech, quàm perſequebatur Pharao:
& quæ maxime debebat terrere hoſtes, confertiſſimas hoſtium acies in nos ex-
citabit, uictoria. Et quid mirum? timet enim regno ſuo Antichriſtus. Proinde gra-
tiam & fortitudinē tibi pręcor à Domino. Tu maſculum animum & uirile pectus,

Cc infractū

C infractumq́ cōſerua. Dominus ſuſtinentibus ſe non deerit. Ora aūt Deum et pro me, ut ſecundum uoluntatem eius & ipſe uiuam, & alios uiuere doceam. Vale, & proſperare in Chriſto. Baſileæ, 1524. 30. Martij.

HVLDRICHVS ZVINGLIVS IOANNI OECOLAMPADIO.

GRATIAM & pacem à Domino. Quum nuper moneres, ut quomodo finis imponi poſſet Antichriſtianicis concionibus, quæ apud uos fiunt, conſulerem, excidit ſub ea epiſtola quod petieras. euenit enim non raro tot occupationibus adobrutis, ut ſumma excidant. Damus autem in præſentia conſilium, quod præſens nobis fuit: non hercle quaſi nos prudentia anteeamus, ſed experientia. Conſulto ergo abs te factū agnoſcimus, quod amicè Suffuraneum (Suffraganeum intellige) per epiſtolam admonuiſti. facito idem ad alios quoq́ pſeudoprophetas, cum obteſtatione, quod niſi reſipiſcant, palàm ſis ac nominatim eorum doctrinam confutaturus. Hic magis excandeſcent, niſi Satan apud uos nō eſt tam uirulentus in iſtis, quàm fuit in noſtris. Dabis ergo operam, ut aliquos in eorum conciones inſinues, minime ſeditioſos, (ſolent enim quidam plura referre quàm acceperint) qui ad uerbum etiā aſſignent, quę iſti aut mentiuntur aut uanè deblatterant. ea tu dein, aut alius de uia noſtra, publicè reuelles: prętcrito ſemel atq́ iterum eius nomine qui mentitus eſt, ſed ſub comminatione prodendi nominis, ubi deſiſtere nolit. Procedes ergo eouſq́, donec autorem quoq́ publicè traducas. ſic enim compelletur Senatus uos omnes cōuocare ad collationem. Apud nos erant boni ciues, qui in faciē reclamabant falſis prophetis, quos Senatus increpitos iubebat pacem ac ocium agere: nōnullos in neruum conijciebat. Iam nobis campus in eum inuehendi dabatur, at nihil mouebat. Tum demum adijt Leo noſter ad Auguſtiniani ſermonem: cumq́ is ſolito

D more anilia ſua ganniret, amiciſſime concionē interrupit, & ſic allocutus eſt eum: Audi pauliſper, ô reuerende Pater Prior: ac mox, Et uos optimi ciues nihil turbamini, Chriſtiano pectore omnia mihi agentur, &c. nam longum eſſet omnia narrare. Summa, oriebatur fermè tragœdia: erant enim qui hominem pro audacia adfligere inſtarent (non enim te fugit, quod nam hominum genus in iſtorum concionibus frequens ſit:) niſi perinde adfuiſſent, qui Leonem periculo eximerent: ſed in Comœdiam tandem deſcendit. Cum enim Senatus hac uia ad collationem decernendam attraheretur, factum eſt, ut non tantum iuſticia, ſed etiam malicia peſſimorum hominum ſit retecta. Eſſet & aliud conſilium, ſed uobis neſcio quàm ad commodum. Deſpicite ergo, ſi omnes qui ab Euangelio ſtatis, Senatū petatis, ac dato exponatis, quàm diſſidioſa res ſit, in una eademq́ urbe diuerſis populum diſtrahi ſermonibus. præſertim ubi hij, à quibus optima ac iuſta populi pars pendet, ſeſe nunquam nō offerant ad collationē: ij uero quibus obſtent, nunq́ non deprecentur ac fugiant. Non ſolum ergo parum Chriſtianos, ſed ne humanos quidem uos eſſe futuros, ſi his cedatis, qui uictoriam deſperarunt, ſimplicem ueritatisq́ ſtudioſam plebem, quæ fidei ueſtrę commiſſa ſit. Non eſſe nouum, collationes iſtas à Magiſtratu dari: ſed Tiguri, Argentorati, Sanctogalli, dudum ſic eſſe factum, &c. Scripſit è Norimberga Hanerus ad me his diebus. primum ut te ſaluum iubeam: dein quod Lutherus auditorio ſeſe ſubſtraxerit, ut in te ſcribendi ſatis ſit ocij. Monent alij in nos inuecturum eſſe. ſed heus tu, Durum eſt Saulo contra ſtimulū calcitrare. nihil moueamur, uerba dum ſint, quæ iſti commentantur. Aduerſus Struthionem Apologia nunc ſub prelo gemit. Tu interea cum fratribus omnibus Vale, ac feliciter annum uigeſimum ſeptimum auſpicare. Catabaptiſtę, quos dudum εἰς κόρακας abiectos oportuit, apud nos ocium turbant piorum: ſed arbitror ſecu-

rim

A cem admotam. Dominus adſit Eccleſiæ ſuæ. Amen. Tiguri. 3. die Ianuarij. 1527.

IOANNES OECOLAMPADIVS, IOANNI N.

GRATIAM & pacem à Domino noſtro Ieſu Chriſto. optime, N. Tantum nobis libertatis ſanguine ſuo peperit Chriſtus Dominus, ut nos qui in domo patris humillimi, & uix mercenarij ſumus, maiori fiducia, ſummos cum eruditione tum pietate uiros, coram quibus uix hiſcere alioquin liceret, cōueniamus & cōpellemus, quā potentes ſeculi ſuos æquales. Per illum enim fratres nos omnes facti ſumus, atque adeo et eiuſdem corporis membra: quibus non fas, mutuum uel contemnere uel deſpicere, dum capitis dignitas tanta eſt, ut quæque membra eius ſpiritu uegetata, etiam ſe inferiora magnifaciant, & infima cognitione ſua cum ſuperioribus omnem ſibi dignitatem impartitā non ignorant. Hinc factum, ut cum Anemundus Coctus, genere clarus, uirtutibusque multo clarior, in tantum mihi pietatē tuam Chriſtianam commendaret, quam ſolam magis admiror, utpote inhabitantis in te Chriſti certam nunciam: Quid enim in te uel alio laudarem, quæ à baptiſmo ipſo, quotquot Chriſtum induimus, præ ſpiritualium donorum magnitudine, inter munera quæ ancillarum filijs dantur numerare ſolemus? Cum igitur uir ille magnus, charitatem tuam nobis tantopere prædicaret, non potui non meum in te animum literis, tanquam præſenti, ſemperque noto, ſignificare. Et certus ſum, animum illum meum mentem eſſe totius Eccleſiæ Chriſti, & planè ipſiſſimam mentē tuam: niſi tu male nobis deſcriptus ſis, id quod ſuſpicamur minime. Et quid uelim audi. Nihil ſane uel moleſtum, uel graue. Precamur ut quod agis, agas ſemper. Nam cum Dei gloriam piè quæras, quæ res una Chriſtiano homine digna, tute ipſe non potes B aliud precari & uelle, quàm quod precamur & optamus, ne à pijs deſiſtas cœptis, ſed ſancto ſpiritu ſemper obtemperes. Adijcimus autem & aliud uotum, ut non ſolum agas ſemper, quod agis, ſed indies magis ac magis feruens, & te ipſo fortior appareas. Non ignoramus quantum apud clementiſſimum iuſtiſſimumque Principem, domumque eius, tua prudentia, ſedulitate ac autoritate, ſi per te (quod ſperamus) non uulgariter ſapere cœperint, rem Chriſtianam iuuare ualeas. Etenim ſi de gentilium philoſophia uerum prouerbiū eſt, Felicia regna, ſi uel philoſophentur Reges, uel regnent Philoſophi: Quid non ſperandum, ſi Chriſtus æterna Dei ſapientia proxime fuerit agnitus? Et ſi Euangelicę prędicationi olim profuit, ut hiſtoriæ, gentium conflictatio mutua, ne in Apoſtolos ſuprà modum ſeuirent impij, dici nequit quantā meſſem agri ſpirituales darent, ſi pacati principes ipſi ueros paſſim operarios conducerent? Nihil ab Euangelio reipublicæ periculi. Dauides, Salomones, Ezechias, quis non Traianis & Hadrianis præferret? En quàm breui illuſtrata eſt Saxonia, unius Friderici ducis prudētia ac manſuetudine, nihil ad hoc agente, quàm quod nō eſt paſſus libere & fidenter uerbū Domini annunciantes crudeliter ac iniuſte à Tyrannis Epiſcopis affligi. Hac ratione & apud uos quotidie aliquid ſuperſtitioni decedit, et exaltatē Chriſtus: tametſi multi ſint qui relatrēt, Antichriſtiani petant ab imperatoribus uindictam inimicorum: Chriſtianis magnum eſt, ſi libere purum Dei uerbum regnet. In hoc nimirum ampliſſimas dotes & multijuga talenta accepiſti, ut in obſequium Chriſti multos ac potentes ſubiuges, ut ambulent reges in ſplendore ortus Domini, ut ueniant aurum & thus deferentes, laudem que Domino annunciantes. Et nos quidem non uindicamus aurum illud, quod & fures amant: ſed quo totum Dominicum templum opertum. Non eſt autem nunc meæ prouinciæ, ut præſcribam, qua Chriſto proceres demereare. Tu aude & fac quod ſoles, uerbum ſuppeditabit Dominus. Tam abominabilis uanitas & grauis tyrannis, quibus obſcuratus & preſſus fuit fermè

C totus orbis,per tot impias hominum traditiones , per tot Romanenſium impoſtu
ras,per tot Sophiſtarum & Canoniſtarum nugamenta: ut ſuperſtitiones taceam,
ad quas uulgus Chriſtianorum propenſius,quàm ullæ gentes, unde ab illa reſili-
re conabitur,quiſquis intellexerit: contra tam ſuauis,tamq́ amabilis gratia Chri-
ſti,ut iugum eius nequaquam oneroſum ſubeuntibus fiat. Quamuis autem præ-
dicente Domino,ſcimus nõ defore tentationes ueritatem annunciaturis,neq́ me
lior ſerui quàm Domini conditio fuerit, & hac ad aſtra itur: ea tamen Domini be-
nignitas eſt,ne ultra quàm ferre queamus , tentari nos ſinat. Quapropter pietati
feruorem, feruori conſtantiam, conſtantiæ perſeuerantiam iungere decet, ut ſan-
ctificetur per nos nomen Domini, quod nunc multis ſeculis male audijt,& inqui
natum fuit. Quomodo dabimus ſomnum oculis noſtris,& palpebris dormitatio
nes,niſi inueniamus locum Domino, & tabernaculũ Deo Iacob: Hæc tecum pro
Chriſtiana familiaritate & ſimplicitate egi. Voluiſſem pluribus,ſi per negocia li-
cuiſſet: ſed non deerit ſpiritus, qui proſperum iter tuum faciet. Vale in Chriſto,&
confortare. Baſileæ, 9. Martij. Anno 1524.

HVLDRICHVS ZVINGLIVS THOMAE AB HOFEN
Bernenſium à Commentarijs.

GRATIAM & pacem à Domino. Arbitrabar aliquandiu te noſtri nullam
curam habere reliquam , quum nullicunde gentium ad nos dares lite-
ras. Nunc uero cum te Gebennæ reipublicæ gratia abeſſe conſtat, du-
plici nomine reficimur,& quod nihil ſiniſtrũ paſſus ſis,& quod eo in loco habea-
ris à tuis, ut te ad hæc negocia mittant, quibus gloriam ſibi , utilitatem autem non
uulgarẽ recens factis ciuibus per te comparari non ambigunt. Status noſter idem
fermè manet per Dei bonitatem. Tui urſi iterum aliquousq́ ungues exeruerũt,ut
D nam nunquàm retrahant , donec quicquid apud eos contrà Chriſtũ erectum eſt
diſcerpant . Sanctogallenſes aboluerunt ſimulacra ſua. Curienſes ſuis inducias
dederunt uſq́ ad Diui Pauli cõuerſionem: tum ſperant comite miſſa,abituros eſſe
deos iſtos ligneos,qui ſtant et non ambulant. Non dubito quin in medijs reipub.
negocijs, Chriſti negociorũ minime ſis negligens. Bene facis , optime de optimis
merendo: nihil enim ipſe ſic florere cupio atq́ reſpub. hæ enim ubi creſcunt, ty-
rannorum audacia coërcet. Sed enim optime de Gebennæ ciuibus merebere, ſi
non tantum leges eorum ac iura,quantum animos componas: animos autẽ quid
melius componet,quàm eius ſermo atq́ doctrina,qui animos ipſe formauit? Hęc
mi Thoma non ideo tecum ago,quaſi torpentem ſim expergefacturus: ſed curren
tem,quod dicitur,adhortor. Certo enim de te mihi perſuaſum eſt, te bonitatis diui
næ nunquam obliturum . Vale, & ſi quid amicorum habes , meo iſthic nomine
ſaluta. Tiguri. 4. Ianuarij. 1527. Si uacat,reſcribe,quo in ſtatu res apud uos ſint:
& quos partus Principes ad ingruens uer è nido producere moliantur.

IOANNES OECOLAMPADIVS SVO N.

PAX ET gratia à Chriſto noſtro ſaluatore. Anemundus ille Coctus,
& genere & pietate clarus, narrauit nobis tuũ in annunciando Euan
gelio feruorem, ſedulitatem, prudentiam, ac candorem: quod tanto
maiore uoluptate pectora noſtra perfudit , quanto maiore nota Gal-
lias ſophiſtarum infamarat tyrannis. Gratia Chriſto, qui diſcuſſis tene
bris undiq́ ueritatis radios fulgere facit: & agrum quem paſtorum dormitantia
ſpinæ & zizanię occuparant, repurgare incipit. Verum quoniam non ignoro, qui
ſucceſſus

A ſucceſſus ſint Euangelij: nam partim ipſe feci periculum, partim quotidiana, &
quæ ante oculos obuerſantur, exempla docent: obnititur mirum in modum
fortis ille armatus, ut cuſtodiat atrium ſuum, ne diripiantur uaſa eius. Et eſt ueritas
ſancta quidem, ſed cõtradictoribus expoſita plurimis. Proinde dilecte in Chriſto,
noſtræ fraternitatis exiſtimaui eſſe, ut te qualicunq; exhortatione inſtimularẽ, ut
faceres ſemper, quod facis diligenter. Magnæ molis opus ſuſcepimus, & planè
ſupra noſtras uires. Terra, quam expungare iubemur, cultores habet fortiſſimos,
potentes munitasq; ciuitates. Ibi ſtirps eſt Enakim, Amalech habitat in meridie.
Quid multis? Antichriſti tota potentia ſe nobis opponet, neq; laudis quippiam in
hoc ſeculo expectandũ. Inuiſi oportet ſimus omnibus hominib. et peripſema toti
mundo. Portanda erunt ſtigmata Chriſti. Contemptores nos uult dux noſter Ie-
ſus, glorię, opum, uoluptatum, amicorum, carnis, uitæ: amicos autem inopię,
ignominiæ, crucis, ſolitudinis, mortis. Verum terra quæ promittitur, ualde bona
eſt. Si propitius fuerit nobis Dominus, introducet nos in eam. Tantum non rebel
les ſimus contra Dominum, nec timeamus populum terræ. Dominus ipſe ſit ter-
ror, ac ſanctificatio noſtra: ipſe ſit gloria, & corona capitis noſtri, ipſe fortitudo &
petra refugij, et ſicut panem illos deuorare poterimus. Exarmati ſunt, receſſitq; ab
eis omne præſidium. Stulti principes Thaneos. Sapientes Pharaonis dant conſi-
lium inſipiens. Arma impij peſſima, uaſtata, & planè inefficacia. Audaces igitur
& fortes ſimus in Domino, & in ore gladij uerbi Dei inuadamus impios, ut glori-
ficetur Dominus Ieſus, qui pollicitus eſt ſuis, ut eant ſuper aſpidem & baſiliſcum,
& conculcent omnem uirtutem inimici. Ne nobis in perpetuum exprobret incir
cunciſus Goliath, qui audet cõtradicere exercitui Dei uiuentis. In Domino, qui
apprehendit brachium noſtrum & confortat nos, poterimus omnia. Nam per
Prophetam promittit: Noli timere uermicule Iacob, ego adiuui te, redemptor tuus
B ſanctus Iſraël. Poſui te quaſi plauſtrum, & clauam dentatam. Triturabis montes,
& comminues, & colles quaſi pulueres pones. Ventilabis, & uentus tollet, & ut
turbo diſperges eos. Et tu exultabis in Domino, & ſancto Iſraël lætaberis. Talia
nobis ſubſidia promittit Chriſtus. Fortes igitur ſimus, ab illo immarceſſibilem re-
cepturi coronam. Hæc nunc Frater ineundę amicitiæ gratia ſcripſi, arbitratus non
ingratum fore quicquid excidiſſet ex bucca. Quid enim non excuſat charitas?
Chriſtus te conſeruet. Vale, Baſileæ. 9. Martij. Anno 1524.

HVLDRICHVS ZVINGLIVS BERCHTHOLDO HALLERO, *Bernenſium Eccleſiaſtæ.*

GRATIAM & pacem à Domino. Sic omnia uices ſuas norunt, chariſ-
ſime Berchtholde, ut ea quoq; quæ naturalia uocãt, hoc eſt, *ἀναίσθητα*,
id eſt, inſenſata, nunquam operi atq; officio ſuo deficiant. Remittente
enim improbo Borea, ſubito mitiores Zephyri omnia occupant: & in
cendio canis frigeſcente, uber autumnus annonam in ſinum nobis abijcit. Nobis
ergo cum rerum iſtarum aliarumq; omnium cõditor Deus, cui militamus, oſtium
adperiat, per quod in hoſtium caſtra irruere nullo negocio poſſumus, rem ſegni-
us obeundã eſſe putamus? non arbitror, niſi uentis ſumus leuiores. Adperuit tibi,
atq; adeo nobis omnibus apud uos feneſtrã, qua exploratricem cataclyſmi colum
bam, aliquandiu exulem, recipias. Plane loquar. Profligatum erat propemodum
apud nos Chriſti Euangelium, nunc eius prædicandi iterum facta eſt poteſtas. Tu
in hac prouincia naudcerus es ac Noa, caue oſcites: utere occaſione, neq; commit-
tas ut quiſquam iure queri poſſit, negligentia tua ſpes bonas concidiſſe, aut rem
eſſe cunctantius geſtam. ſed inſta, urge: aculeos ac hamos ſic in mortalium pe-

C ctora demitte, ut euomere etiam ſi uelint non poſſint. Dabit autem Dominus in omnibus & cor & intelligentiam. De auxiliatore nonnulla ad Trempium dedi, is exponet: receptui enim à ſcribendo cecineram, ſed ad profundam lucernam. Collino meo domi ſuę quid literarium interim curante, iſta demus. Vale, et ſeruet te miniſterio ſuo is, cui ſeruis. Caue ergo uentri ſeruias: is enim tam fallax eſt tutor, ut ne ſeipſum quidem ſeruare poſſit. Hæc citra morſum ſint in uentrem tuum dicta, pro bono noui anni auſpicio. Salui ſint amici omnes. Tiguri, 4. Ianuarij. 1527.

IOANNES OECOLAMPADIVS FRATRI N.
in Domino ſincero.

GRATIA Chriſti tecum. Scripſi N. ut monuiſti, fortaſſe modeſtius quàm uelles: ſed ſcis primas ſalutationes humiliores, attendo nunc, quomodo illas excipiat, ut poſt hac, ſi opus fuerit, familiarius. Scripſi aũt & ſymmiſtæ tuo, ut pacis maximã rationem habeat, & uno ore tecũ Chriſtũ annunciet. Multa em̃ mala in Eccleſijs parit Euangeliſtarũ diſſonantia. Confido, quod tu libenter priuatim cũ homine de ijs rebus collaturus ſis, & in pleriſque portaturus onera eius, ac habiturus ipſum pro fratre propter Chriſtum, & gregem Chriſti uobis commiſſum. Mihi magna ſpes eſt, ſi uos concordes doceretis, ciuitatem ueſtram breui melius habituram. Et ſi ex integro reſipiſceret, noſtris quoq; animos addi. Cogita igitur, ſi quid ignoſcendum & condonandum, propter quẽ facias, & nullas occaſiones pacis omittito. Varijs conatibus hominum ingenia uincenda ſunt. Non ſcripſiſſem utriq;, niſi rumor diſſidium ueſtrum ita apud nos magnificaſſet: & didici illum non uanum. Boni igiẽ has literas conſule: tuus enim ſum. Vale, Baſileæ 18. Auguſti 1529.

D HVLDRICHVS ZVINGLIVS PHILIPPO
Badenſi Marchioni. S.

GRATIAM & pacem à Domino. Reſperſit omniũ qui apud nos ſunt piorum aures pietatis tuę fama, Clariſſime Marchio, quę me tam confidentem reddidit, ut mortalium omnium poſtremus ad te dominum meum obſeruandiſſimum, iſtas dare, nihil ſim cunctatus. Adſtipulatæ ſunt propoſito, tua illa inſignis bonitas, ac ingenij uere ingenui dexteritas: & quæ alios deterrere potuiſſet, amplitudo. Inuitauit quoq; ſuper omnia iudicij ſanctitas, quæ in principibus ut rara, prò dolor, eſt hac tempeſtate, ita in te incorrupta nitet, ut nemo conſcientia bona fretus, non audeat intrepide ad te accedere. Cum ergo Iacobus Struthio, homo fortaſſe audentior quàm doctior, loquentior quàm circumſpectior, libellum in nos ediderit, ſe quidem non magnopere, te uero illuſtriſs. ac opt. principe, indigniſſimum, quo & Euchariſtiæ ueritatem ſubruere, & quam in Euangelij ſui miniſterio autoritatẽ Dominus dedit, cõtaminare ex profeſſo etiam nititur: nihil ceſſandum eſſe duxi, quo minus iſtius impudentiæ reſponderemus, propterea quòd eſſet à ſacris concionibus tuis. Certus enim ſum quod quicquid tandem in conſiderationem ueniat, ubi ueritas eius ſingulari prudentiæ tuæ planius exponatur, nullatenus offenſum iri poſſe. Eſt ergo Euchariſtię cauſa nobis hoc libello denuo tractata, faxit Deus ut omnia in gloriã ſuam cedtã. nõ hercle quaſi prius nõ ſint affatim omnia prodita, ſed ut qui contentioſi ſunt plane uideant, uerborum figmentis ueri faciem obſcurare nequire: ſemperq; futuros eſſe qui illius amore non modo ſilere, ſed non in diſcrimen quoq; uenire nolint. Lege ergo, ſi licet ac decet, eum libellum: neq; hic quicquam dictum puta in ſacroſanctam pietatẽ tuam. Videbis haud dubie indigne facere, qui rem minime com-

pertam

Digitized by Google

A pertam, ſic apud indoctam plebem traducunt. Boni facito pro tua bonitate omnia: & ut Euangelio eiusq; miniſtris hactenus tanquam Abdias patrocinatus es, perge. Tiguri, 11. die Ianuarij. 1527.

IOANNES OECOLAMPADIVS INTEGERRIMAE VITAE *ſingularisq; eruditionis uiro, D. Ambroſio Blarer, ſuo in Chriſto dilecto.*

SALVTEM in Chriſto. Infelicem memoriam meam, quæ tam infideliter amicorum nomina ſeruat: ut uerum fatear, non recordor, quæ illa priſtina inter nos conſuetudo. ἀλλὰ θάῤῥει, bonoq; animo ſies, mi Ambroſi, nihil tibi inde periculi. Longe felicius te nunc mihi conciliant tuæ uirtutes, innocentiæ teſtimonia: & ut de literis taceam, quas cõmunes cum multis habes, tua illa pro ueritate ſuſcepta pericula, illa enim te ita mihi cõmendant, ut te non poſſim non amare, niſi Chriſtum ipſum abiurare uelim. Hunc talia in te operari, operaturumq; non ambigo. Proinde tu uiciſſim de me, ut uero amico, ſentias uelim. Dabo enim operam, ut re ipſa, ſicubi tulerit commoditas, id probes. At quod Apologiam non excuſam ad te redire fecerim, oro boni conſulas. Nam hinc potiſſimum mei erga te animi candorem cognoſcere ſpiritus ille tuus poterit. Sane ſi quid meum, κἂν τὰ τοῦ πυλαιοῦ ἀθλάμ ſectatus fuiſſem, modis omnibus ſollicitaſſem, etiamſi non effeciſſem, ut quamprimum excuderetur. Tua enim defenſio, et mei nominis eſſet honeſtatio. Similes enim noſtræ cauſæ ſunt, niſi forte gens mea ſuperſtitioni addictior, ueritatis impatientior, charitatis negligentior. Abſit autem ut propterea amici, & tam bene mihi fidentis rationem contemnam. Opinor autem quod ſententiam meam non ualde ſis improbaturus. ſunt enim conſultiſſimi quidam uiri, qui ſimiliter mihi conſuB luerunt, timentes mihi, ne tale quiddam edam contra meos, qualis tua Apologia eſt. At tu proba ſpiritus: nihil adhuc neglectum, tametſi dilatum. Ita autem de tua Apologia res acta eſt. Attulit eam ſub profundam & iam concubiam noctem, parochus ille Iacobus. mox illi pollicebar cum typographo me conſultaturum, & ad ſequentem diem rediret iuſſi: feſtinabat enim ad ſuum diuerſorium. Typographus reſpondit, ſibi non eſſe integrum, præſertim urgentibus nundinis Francofordinis, ad quas neceſſe habeat abſoluere cœpta uolumina, & ſeruare fidem his, qui ſuam in hoc conduxerunt operam. Ego accepta Apologia in ædes meas contendi, nec ceſſaui quin totam pellegerem. Arridebat enim, mirum que in modum. Legere enim mihi uidebar mea pericula, neq; ſine gemitu quid mihi acciderat recogitabam, & anxius eram quid facto opus eſſet. Non libenter remittebam librum, ne forte aliud ſuſpicarere quàm res ſit: nec retinendus uidebatur. At mihi multa ultro citroq; cogitanti, uiſum eſt neque in rem tuam fore ſi edatur, idq; multis nominibus. Primum enim quod tu maxime querere uideris, id minime eſſes aſſecuturus: nempe ut iam nulli ſis ſcandalo. Ita & ego mihi olim perſuadebam, ſed fruſtra. Varia enim & peruerſa uulgi ſunt iudicia, non raro contingit, ut dum nos plurimum purgamus, peſſime ſuſpicetur illud: maxime cum nemo ſcriptis urgeat, ut rationẽ reddamus. Iam tedet plebem tot Apologiarum. Tuum nomen ſatis ſaluum, cum Senatus patriæ tuæ te abſoluit: nullo opus eſt apologeti co alio. Fieri nequit, ut Phariſæorum ſcandala è medio tollantur omnia. ferendum hoc nobis eſt Frater, ut ſint qui nobis maledicant, qui execrentur et abominentur, ferendum propter eum, qui cum iniquis reputatus eſt. Cæterum uita ita innocenter inſtituenda, ut tandem mendacium ſe ipſum prodat, & confundantur ac reuereantur qui nobis male uolunt, & dicunt quotidie Euge Euge. Non credis, mi

Frater

C Frater, quàm me exercuerint ἐν ψευδαδέλφοις. At aliam uincendi rationem quęre
mus, nempe ut benignitate ſuauitateq; morum uincamus, non eſt aliud hominũ
Monachi. genus ſub ſole inexpugnabilius, pertinacius, obſtinatius, monachis. Exemplis
plenæ ſunt hiſtoriæ. Quis craſſior error, quàm ἡ πλάνη τῶν ἀνθρωπομορφιτῶν; Sed
Aegyptios & Palęſtinos monachos, eosq; ſimplices, quàm uix ab eo errore Epi
ſcopi retraxerũt, legiſti non dubito. In alijs morbis iuxta Hippocratis præſcriptũ,
uſtio poſtremum adhibetur, cum certa medicamina ſunt inefficacia. Non item cũ
hoc hominum genere obſeruandum. Inuulis enim eſt omnis auſteritas, neruus
ferreus eſt ceruix eorum. Eos ſi blanditijs non uicerimus, uincemus nunquam.
Vnde & hoc eſt quod me mouet, quare remiſerim Apologiam, ne uideare con-
tra fratres bellum ſuſcipere, & perpetuam tibi inquietudinem accerſere. fortaſſis
etiam inſidias parabunt, ſicarios ſubornabunt. Iam quod prodeſſe hoc modo mul
tis cupias etiam cum nominis tui traductione, probo plane magnanimitatem ſpiri
tus tui. Laudo zeli feruorem, magnifacio uoluntatis ſanctimoniã. Atqui uellem
omnia tibi feliciſſime ſuccedere, & maiorem fructum laboribus tuis reſpondere.
Verum ignoras, apud cordatiores quàm parum fauoris inuenient libri, in quibus
affectus proprij miſcentẽ; id quod in Apologijs fieri neceſſe eſt. Verũ tu ſi meum
probas conſilium, ut pluribus proſis uberius, id argumenti mutabis, & ex priuata
communem cauſam conſtitues, denſis ſcripturarum teſtimonijs id agens. Non
dubito enim quin id poteris, cui Dominus tam expeditã ſcribendo differendoq;
copiam, ut audio, dederit. Certe ita maiorem tibi gloriã poteris conciliare: tametſi
non ignorem, eam te nihili facere, cui ſufficit teſtimonium bonæ conſcientiæ &
calculus Chriſti. Argumentum honeſtum fuerit, ſi in titulo pollicearis, Quibus li
ceat monaſteriũ ingredi uel relinquere. Aut ſi hoc minus placet, potes ſimile quid
dam tractare, & interim paucis in Epiſtola cum amiculo aliquo innocentiã tuam
D teſtari. Habes opinor mentem meam, quam uelim interpreteris amicè; ex animo
enim tibi bene uolo. Vale, Baſileæ 9. Martij.

HVLDRICHVS ZVINGLIVS MEDICOTHEOLOGO CVIDAM.

GRATIAM & pacem à Domino. Statueram iam dudum te munere
aliquo pro mea tenuitate adficere: ſed interea multorum certior fio,
quæ me deterrent: affectus ſcilicet tui. contentioſus enim cum ſis, &
mordax, effeciſti ut Senatum habeas parum propitium. quid enim
nobis debet magiſtratus? Puer iſte ſiue adoleſcens, tuus famulus ha-
betur: ideo petitur abs te, potius quàm ab illo. hinc autem tu accenderis ad maledi
centiam, & ſummam amaritudinẽ, ac minaris neſcio quàm impotenter. Chriſtia-
ni pectoris eſt, cuiq; reddere quod illi debet, neminem offendere, ac aliorũ offen-
ſas condonare: nunc tu omnia minaris Chriſtianus ſcilicet, cum nos non ſimus
Chriſtiani apud te. Hæreticos uocas uerbi Dei pręcones, non alia ex cauſa, quàm
quòd offenſus es, noui medici emutatione. Fuiſti aliquandiu Tiguri, at Senatus
nullam tui habuit rationẽ: huius cauſa non eſt Leo, aut alius aliquis, ſed ſcortatio
tua, & ſtultę in biuijs contentiones. ac dum Theologum agis, ſic de diuinis loque
ris, ut ſutores dicant: Si medicę peritior non eſt, quàm Theologię, nemo ſe tuto po
teſt illi credere. Oblitus es nobilis huius uerbi, Sutor ne ſupra crepidã. Placidam
ergo poſt hac uitam ducas, & te intra cuticulam cõtineas tuam: mihi idem N. es,
qui olim. Si uero omnia calumnijs ac detrectionib. impleas, tam nullus eris apud
me, quàm qui non ſunt. Pecuniam petitam lubens ac uolens mitto, tametſi ali-
quando monerem, ut precium indicares, neq; faceres, & ipſe conſtituiſſem quid-
dam dare: hactenus tamen diſtuli, donec omnibus fieret manifeſtũ, neſcio quàm
hoſtilia

A hoſtilia in nos moliri.iam retraxaram manum,quam nunc iterum adperio. Vale, & eſto bonus medicus: Deumq; time,& de Scatophagia diſſere,non de Theologia. Tiguri.4.die Februarij 1527.

IOANNES OECOLAMPADIVS VENERABILIBVS ET *dilectis in Chriſto,Cœnobij Maris ſtellæ,aliâs Vuettingen, fratribus.*

GRATIA & pax in Chriſto. Venerandi atq; dilecti in Chriſto Patres ac fratres,dici nequit,ubi apud nos rumor crebrior increbuit,hoc tandem reipſa uos eſſe profeſſos, quod hactenus in ſpeciẽ facere habiti eſtis,quanta piorum & fidelium omnium audita eſt gratulatio: quantæq; Deo dictæ ſunt gratiæ, qui uos filios lucis eſſe hac tam inſigni ueſtra conuerſione declarauit. Offenduntur quibus onerosa eſt ueritas. Speciosi operis,quod nimirum approbant angeli in cœlis,nulla uos pœnitudine duci oportebit unquam. Hoc certe non fuerit manum ab aratro abſtrahere ac reſpicere, ut calumniari quidam poſſunt. Et quid eſt tam altum, quod maligni non calumniantur?quid tam pium,quod non carpunt?Etiamſi hodie Chriſtus ſecundum carnem ageret in terris, non careret obtrectatoribus. Quis igitur ſatis aduerſus illos munitus erit? Sed non deſpondemus animos. Mundum uicit Chriſtus, dentes peccatorum confregit: facile à uobis quoque contemnentur. Equidem dum priſtinam uitam ueſtram cogito,animaduerto eam non ad ipſiſſimam Chriſti regulã, quæ in charitate,in innocentia uitę,& fide in Deum cõſiſtit:ſed ad humanas compoſitam conſtitutiones,quæ externis ſimulationibus Deo nos odioſos reddunt, ſi quidem illis fidatur,ueraq; negligatur pietas:& uobis uana opinione ludificando imponũt, quanto ſatis ad iuſtitiã uidetur impune iniuſtos, & magis haberi quàm eſſe iuſtos. Quid enim aliud eſt ſimulata caſtitas,commentitia paupertas,extorta
B obedientia? Quanto ſatius eſt haſce uirtutes per Chriſtum ſic amplecti, ut coram iudice ſecuri cõpareamus?Sanctius utiq; coniugium, ſordido cælibatu. Securius eſt ſic poſſidere ut pauperes Chriſti iuues,quàm egere ut eoſdem aggraues.Chriſtianius eſt libertate ſpiritus non deſtitui, quàm ſeruiliter cõſcientias in ſeruitutem redigi.Bene igitur fidite in Domino:cui hoc unum debemus,ut credentes in Chriſtum innocenter uiuamus,charitatẽ in conſcientia non ficta ſeruantes.Quò nunc uos mirabili gratia uocauit. Pergite igitur,& uocantẽ in gloriam Euangelij ſui audite:ne tam carnis, quàm ſpiritus libertatẽ ſequuti eſſe uideamini. ſed uideant homines ueſtra bona opera,odiũ inquã hypocriſeos, amorem fratrũ,miſericordiã decentem Præpoſitorũ obſeruationem, puritatem uitæ, conſtantiam in aſpernandis huius mundi periculis, ingentem futuræ uitæ ſpem : & ſic glorificent patrem ueſtrum in cœlis, qui uos tueatur. Ei ſit gloria in ſecula Amen. Baſileæ 25. Auguſti.

IOANNES DENCKIVS IOANNI OECOLAMPADIO.

SALVTEM à Deo patre per Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum,& pacem in ſpiritu ſancto. Amen. In memoria etiamnũ habeo,quo tu mi Oecolampadi animo in me fueris olim,dum hic apud Curionem agerem : memini quàm amicè, familiariter & fraternè me acceperis primum,acceptum deinde amplexus fueris & foueris.Poſt illa,ſi mi raris,cur nihil ad te ſcripſerim abſens,cur præſens non adierim (quanquam etiam ſemel adij) cauſſa eſt, quod timuerim, ne non liceret ſatis liberè uel ſentire quod ſentirem,uel non pronunciata ſententia maturius deliberare. Verebar enim,ut homo ſum, ne idem eueniret mihi cum alijs, quod cum Oſiandro pridem euenerat. Si peccauit hic timor meus, hæc formido in tuam conſcientiam, ecce promptiſſi-

C me culpàm agnoſco, & fateor. Atq; hoc minus exilij perſecutionumq; iure mè
pœnitebit, quo magis uerum eſſe compercro, me peccaſſe in quenquam. Tamet-
ſi nihil me pœnitet omnium afflictionum, quas tuli hactenus, quantumuis bene
mihi conſcius. Nunc quæ fuerit ad te ſcribendi occaſio, paucis accipe. Ita exulo
hactenus, ut ſemper maluerim in proprio aliquo loco certus uiuere, permittente
Domino. Apud ignotos nondum licuit, ad omnes fermè labores inepto: apud
amicos uero et notos, propter ſuſpicionem de me conceptam, quaſi ſectarum fau
tore, & autore peruerſorum dogmatum. Deus mihi teſtis eſt, quod uni tantum
ſectæ, quæ eſt Eccleſia ſanctorum, bene eſſe cupiam, ubiubi ſit. Nam apud uos ſo
los eſſe non credo: imò ne Chriſtianos quidem eſſe contenderim, ſi quis exactam
fidem urgeat, quantumuis amo zelum illum recte uiuendi, quem probe ſcio,
& quotidie reipſa magis magiſq; comperio non ſatis eſſe ad hoc, ut uoceris Chri-
ſtianus, citra ἐθέγνωσιν illam, quam requirit Paulus in ſuis cõtribulibus. In dogma
tibus non nego partim erraſſe me, & adhuc errare poſſe: partim uero ita locutum
eſſe, ut malim tacitum. Atq; hæc nõ puderet me uel publicè fateri, ſi precium eſſet
operæ: hoc eſt, ſi plurium bono quàm malo fieret. Quod ſi tibi non improbatur
is animus, fer mi Oecolampadi æquo animo, quod in me deſideras: equidem faci
le feram, ſi quid in te quoq; deſiderauero. Vt enim amicitiæ, præſertim Chriſtianæ
proprium eſt, idem ſentire, ita lex mihi uidetur admodũ iniqua, nemini licere ab al
tero diſſentire. Niſi omnino tale aliquid eſſet, quod ferri neq; poſſet neq; deberet.
Durum eſt exilium mihi & difficile: ſed difficilius eſt, quod ſucceſſus & fructus
non reſpondet zelo meo. Fructum autem alium non requiro, (Dominus nouit)
quàm ut quamplurimi uno corde & ore Deum & patrem Domini noſtri Ieſu
Chriſti glorificarent, ſiue circuncisi, ſiue baptizati, ſiue neutrum. Longe enim ab
illis diſſendo, qui regnum Dei nimiũ ceremonijs & elementis mundi adſtringũt,
D quicunq; illi ſint. Quamuis negare non poſſum, & me aliquandiu hæſiſſe in hu-
iuſmodi. Si quo igitur pacto (inquam) hunc animum tolerare poteris, da operam
quæſo, mi Oecolampadi, ut hic mihi liceat aliquandiu conſiſtere. Daretur fortaſſe
locus aliquis manendi, ſi uel per te liceret quieſcere. Parce enim interim, quod mi-
hi abs te timeam: quandoquidem ipſe quoq; parco ſiniſtræ multorum, ſi non tuæ
etiam de me ſuſpicioni, qui me credunt omnia turbatum & peruerſum iri cupere.
Non tamen hoc dico, quaſi per te ſolum ſtare putem, quo minus auſim hic mane
re: ſed quo te fautore ſciam mitiores fore, quos alioqui accuſatores habiturum eſſe
timeo. Adijſſem ipſe te collocuturus, niſi uetuiſſet hoſpitij religio prodire. Noſti
enim edictum. Renuntia quid uelis, quid ſuadeas, per Bentinũ. Nam niſi iniquũ
poſtulaueris, facile fecero quicquid uoles. Sine obſecro amantiſſime Oecolampa
di, ut deſtruatur maceria illa, & qualiſcunq; ſimultas inter nos oborta. Da mihi lo
cum in corde tuo, aut ſi locus eſt aperi. Certe tu non paruũ apud me ſpacium oc-
cupas, quod tibi literis hiſce apertum uolui: & conabor amplius aperire,
ſiue coràm, ſiue alijs, accepto abs te primum reſponſo literis, ſi tibi
uidebitur. Exilium fugio quidem: ſed ita tamen, ut ſi ma-
xime non effugere potero, nunquã fore credam, ut
harũ me literarũ pœniteat. Niſi tu (quod ab
ſit) omnino in tuam gloriam et aliorũ
afflictionem abuti uelis. Vale
in Domino.

IOANNES

Digitized by Google

A IOANNES OECOLAMPADIVS GVLIELMO FArello uineæ Domini in monte Bellægardiæ plantatori & idoneo, & fideli fratri ſuo.

GRATIAM & pacem à Domino Ieſu. Legi tragœdiam, die Dominico excitatam iſthic: & in magnam adducor ſpem, frugiferum fore ſemen quod mittis in terram. Qui hic tibi & Euangelio fauent, ne quid ardore zeli inter initia attentes timent. De quo ſatis monui antequã abires, nunc non item: neq; eñ excidiſſe animo crediderim, quomodo inter nos conuenerit. nempe ut quanto propenſiores ad uiolentiam, tanto magis te ad lenitatem exerceas: leoninamq; magnanimitatem columbina modeſtia frangas. Duci, non trahi uolunt homines. Vnum ſpectemus, quomodo lucrifaciamus animas Chriſto: & quomodo ipſi doceri uellemus, ſiquidem adhuc teneremur in tenebris & captiuitate Antichriſti. Vide ut Chriſtũ etiam uita exprimas, exemplo inquam docendi. Sæuit quidem ille in Phariſæos, hominum genus intractabile: ſed ſuauius, quàm plerinq; uerba Matthęi interpretantur: quædam per deploratione͂, quædam per præmonitionem, quædam alia feſtiuitate mellita obiecit, ita ut nuſquam fere benignitas eius manifeſtior, quàm dum agit cum atrociſſimis inſidiatoribus & inimicis. Sat eſt. Scio te medicum, non carnificem fore. Bonifacius nihil cauſabitur, ſiquidem literis fuerit accitus, eorum quibus annunciandum eſt uerbum. Fortaſſis Stithion cunctabundi coronam præripiet. Hodie auſpicabor epiſtolam ad Romanos: Dominico die in templo Geneſim & epiſtolam ad Hebræos exorſus fui. Parum abfuit, quin Senatusconſulto interdiceretur epiſtolæ ad Hebręos enarratio. Detulerant enim me quidam, quod coner omnem
B ſanctorum honorem & imagines abrogare. Reſpondi Tribuno plebis, & Conſuli, me pręconem eſſe Chriſti, non ita addictum quidem me ſanctis: nullis tamen, quos ille obſeruari uoluit, ſuum honorem imminutum iri uelle. poſſe me in omnibus ſcripturæ libris, quod in iſto, ſi expatiari liberet. Vbique Deus proponitur colendus. Quumq; multa in hanc ſententiam dixi, permiſerunt me arbitrio meo, ut qua docui hactenus pergerem modeſtia. Audierant inter alia, me non parſurum uigilijs, & anniuerſarijs, Miſſisq; quorundam impijs: & nihil ad illos pertinere uiſum eſt. Ora Dominum pro me, ne infidelis in eius reperiar miniſterio. Saluta & meo nomine clariſſimũ equitem Nicolaũ, & eam quæ iſthic tecum Eccleſiam. Vale in Chriſto. 3. Auguſti.

HVLDRICHVS ZVINGLIVS CONRADO SOMIO VLMENſium Eccleſiaſtæ, fratri chariſſimo.

GRATIAM & pacem à Domino. Quę nuper ex epiſtola tua intellexi, magna tum fide, tum cautione ad N. perſcripſi. Is indubie nauabit operam, ut quidam aut mutent, aut ſaltem terreantur. Quum autem interea ciuitas Chriſtiana cõſtanter ac intrepide rebus omnibus pro uirili proſpicit, ecce quotidie referuntur ad nos literę à uicinis ueſtris, puta Cambodunenſibus et Memmingenſibus atq; alijs, plenę querimoniarum ac deſperationis: quod ſcilicet ij, qui artibus ſuis effecerunt quo minus conſilium ineundæ ciuitatis Chriſtianæ proceſſerit, huc res ſeduxerint, ut iam adperte N. metu facere ſe fingant quæ faciunt: puta ut ab omnium amicitia, qui opitulari poſſent, abhorreant, ne Imperatorem ſcilicet non habeant propicium. Quem quæſo ut poterint habere benignum, cum eouſq; perrexerint, ut referre pedem nõ poſſint, niſi negare Chriſtum ſuſtineant? Quumq; hunc iſtorum metum uideo, ſollicitus ſum, ut ſemper, de uobis, non quaſi uerear, Deum uos deſerturum eſſe: ſed ne imperiti

C rerum(quod ſemper, ut ſcis, timui)ueſtri aliquid patiantur. Vt enim Sueuicum
genus natura uehemens eſt, ita ſubito quoq;, cum quid inſperatò accidit, conſter-
natur. Adſum ergo iterum, conſulturus rebus ueſtris: non conſultus, ſed certus
1 noſtram fidem uobis eſſe notam. Qui uerbo præfecti eſtis, cauete digitum tranſ-
uerſum à ueritatis prædicatione abeatis: quamuis prudenter omnia. Sed ſimul te-
ſtemini, uos paratos eſſe ad reddendum fidei ac doctrinæ ueſtræ rationem, coram
2 Cæſare quoq;: ſi modo liberè liceat, ac ſublata omni ui, adire & conferre. Secun-
do. Non ſolos eſſe qui ſic doceatis, ſed Lutherum, Oecolampadium, Zuinglium,
cæteros multos. qui ut huius prædicationis duces iure nominentur, uos autem po
pulares ac gregarij tantum: æquum eſſe, ut ſi præſentis doctrinæ ratio ſit danda, ſic
palàm ac libere fiat, ut non ſimpliciores opprimi potius, quàm rem expendi pro di
gnitate, quiſquam queri poſſit. Attamen pro ueſtra ſimplicitate non detractaturos
ſatisfactionem coram Cæſare, ſi modo fide publica, cum cautione, quod etſi hære
tici eſſetis, nulla tamen uis metuenda uobis ſit, ad Cęſarem uocemini. Hic ego ad
Landtgraffium me offero, ut ſi ipſe interfuturus ſit hiſce comitijs, ac me ad ſe ueni
3 re iubeat, adfore. Non aliter faciet Oecolampadius & omnes. Danda eſt opera,
ut ueſtri ſaltem cum Landtgraffio aliquo pacto conueniant, quandoquidem à no
4 bis abhorrent. Is enim multis modis commodare poteſt rebus ueſtris. Probuleu-
tas noſtros ipſe conueniam, ut quicquid opis poſſint ad ueſtram cõfirmationem,
nihil ſint obmiſſuri. Vos modo conſtantes ac intrepidi ſtate. Nihil poterit in uos
aduerſa poteſtas: maior enim eſt qui à nobis ſtat. Et prouerbium habet, Quan-
to quiſq; eſt minacior, tanto minus nocet. Vale, & epiſtolã ipſam, uel deſcriptam,
Symperto Memmingenſi comunica. Porrò alteram quę ad Scribam eiuſdem ur-
bis eſt, primo quoque tempore mittito. Vale, & conſta. Tiguri. uigeſima ſex-
ta die Martij. Anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo.

D

IOANNES OECOLAMPADIVS IOACHIMO VADIANO, *uiro ornatiſſimo cum literis, tum pietate, ſuo patrono.*

SALVE in Chriſto, optime Vadiane. Quis ſtatus Eccleſię noſtrę, partim fama nuncia, partim Bertzij collegæ literis opinor tibi nequaq; incognitum. Dolet fortaſſe Eraſmum, & quoſdam è doctioribus, qui nominis ſui claritudine patriam amplius illuſtrare putantur, hinc migraſſe. At quum hi nulla exacti tyrannide, nulla profligati uiolentia, nulla iritati inhumanitate, nullis affecti contumelijs, alibi agere in rem ſuam fore cenſent: quid faciendum? Semper boni conſulenda ineluctabilis neceſſitas: imò cum gaudio amplexanda felicitatis quantulacunq; occaſio. ſatius enim fuerit, expertem factionum, aliquandiu diſertorum uirorum frequentia deſtitui ciuitatem, quàm cum uberiore illorum prouentu, inteſtinis laborare diſſidijs, uarijsq; religionibus diſtrahi. Valere igitur illos ſinimus. Interim tamen dabitur opera, ut etiam id incõmodi reſarciatur, & gymnaſium inſtauretur, etiam aliquanto felicius: nempe, ut aduocentur uiri, ſi non ęque clari, nõ tamen minus utilitatis publicæ ſtudioſi. Quamuis interim ſeculi noſtri calamitatem deploremus, quo auditorum non minor quàm doctorũ raritas. Vbi enim illa ocioſa uentris mancipia in precio eſſe deſierunt, parua parentibus cura eſt, in gloriam Chriſti & utilitatem patriæ filios literis conſecrare. At quando Chriſto uiſum fuerit, miſericordia ſua etiam id mali abolebit. Saluos precor Dominicum cum cæteris ſymmyſtis. Tu optime uale. Anno milleſimo quingenteſimo uigeſimo nono, die Aprilis, uigeſima nona.

HVLDRI-

A

HVLDRICHVS ZVINGLIVS IOANNI OECOLAMpadio, *Cunhardo Somio, cæteriſq; fratribus Vlmæ congregatis.*

GRATIAM & pacem à Domino. Vt res apud nos habeant, accipite. Francici Regis legati apud nos ſunt, pacem inter Heluetios conciliaturi. Quinquepagici uerbi prædicationẽ nolunt admittere, id quod legati Regij ab eis poſtulauerunt. Nam cum primum adpulerunt, Senatum noſtrũ orarunt, ut uiam ac modum conciliandę pacis oſtendant. Hic Senatus reſpondit. Si ſperent fore, ut Quinquepagici uerbũ Dei prędicari patiantur, & hanc pacis legem ſeruent, qua cauetur, ne fidem noſtram perſequantur: neq; apud ſuos, neq; apud noſtros, iam fore ut de pace ac conciliatione tractari feramus. Ad hæc legatorum uelut clandeſtina interrogata, ut dixi reſponderunt, uerbi Dei prædicationem non laturos, quomodo nos intelligamus, &c. ſed aliàs omnia pro fœderum ratione paciſq; legibus facturos eſſe. Ab obſidione Muſſæ redierunt noſtri, prǽter duo milia. Hodie quarta die Iunij nunciaĩ, Muſſianos erupiſſe, & machinas duas, quæ ſupra montem ἀλίβατον perlatę fuerunt deturbaſſe: cum cæde ſuorum ac noſtrorum non parua, hoc eſt, acri. nam aliàs in arce pauci & in prǽſidio noſtro pauciores fuerunt. Ducis exercitum in quodam pago adorti fuderunt. Noſter ſaluus eſt, præter hanc cladem. Adparet Regulũ Mediolanenſem, aut ſaltem ſuos, fraude agere. Rheti protinus ſubſidium mittunt magnum ac ualidum. Vos ergo aduigilate, nos enim non dormimus. Senatus noſter intrepidus eſt, & conſtans per Dei bonitatem. Saluos iube fratres omnes. Tiguri. 4. die Iunij. 1531.

IOANNES OECOLAMPADIVS BVCERO SVO.

B

SALVE mi Bucere. An diligenter rem egerim cum Othero, hinc colligе. Hodie propero itinere ad me uenit, pranſus eſt, & expoſita cauſa iterũ hinc abijt. Hęſitamus uterq;: uellemus enim gloriã Chriſti promotam maxime. Concreditus eſt illi grex non ſpernendus: neq; enim ſpectandum eſt opidulum in quo reſidet, ſed potius uicini ſacerdotes omnes, qui in illum reſpiciunt. Dolens autem ſcribo, nõ eſſe tam multos operarios uineę Dominicæ tales, quales hoc ſeculũ poſtulat. Quantis opus precib. mi Frater, quàm laceræ ſunt ubiq; res? Scripſiſſem ego Magiſtratui Bernenſi, ut illũ qui per ſe propter Chriſtũ nihil detractat, (ô pium pectus) admoneat, pergat per aliquot menſes, ubi gloriam Chriſti augeri ſperat. Atqui hoc conſultum non eſt. Scripſerunt primum Campidonenſes Auguſtanis, horum concionatores uobis, uos mihi. Er ego quis ſum, ut ſollicitem magiſtratum illius? Cur non uos ſcribitis: eſtis enim ciues, equidem non uideo ut ſcribam, quamuis uellem. Non ſuppetunt argumenta idonea, quibus permoueam. Ab alijs uiri iſti rogari uolunt: nam ipſis inuitis, ut diſcedet Otherus? Vocaram eum ad Synodum noſtram, & cõparere non poterat. qui poterit, ubi in tantum iter, tanto tempore, ad tantos labores? Habes quę egerim. Non deeſt animus Othero, ſed occaſio, & Magiſtratus aſſenſio: quam nec ego, nec ille ambire debemus. Cætera ſcriber per Legatos ueſtros, qui adhuc hærent Aaroiæ: ſi non pacem, ſaltem inducias reportaturi. Tendit Dominus arcum, ut uiolentiore ſagitta feriat tanta ingratitudine uerbum ſalutis excipientes, quam nemo ſatis conqueri poteſt. Bene uale, & Deum pro nobis ora. Baſileæ, quarta die. Octobris.

Digitized by Google

C HVLDRICHVS ZVINGLIVS IOANNI OECOLAMPADIO

GRATIAM & pacem à Domino. Accepi hoc die literas à Bertholdis, qui urſos uerbi habenis regunt: quibus dolere ſibi queruntur ægritudinem tuã. quam niſi ex noſtris literis percepiſſent, ego magis deplangerẽ: ſed ſpero nihil iſtos ſiniſtrius intellexiſſe, quàm quod nos ex nuperis tuis nunciauimus. Vt ergo ualeas, iſthoc nuncio ſignifica. Nos in eadem ſententia perſtamus, qua dudum. Berus cum Vadiano præſidere iubenĩ à Senatu Bernenſium: ſed non parebit belua. Quod ſi compareat, cicurem faciet incantamentis & illecebris pluſquam humanis Vadianus. & ſi contumax perget eſſe, uerberabũt Kolbij. Sed tu iam nimirum iſta omnia intellexiſti. Ioannes Huber à Lucerna, à ſecretis Friburgenſium, à ſecretis Salodurenſium, à ſecretis Bernenſium (uide ut omnia ſint compenſata) ſcriptum facient. In templo minoritanorũ res geretur. Tu ſi modo adhuc biſcis, adeſto. De Argentoratis incerta referunĩ. Rheti Comandij rum mittent, & S. Lucij abbatem, imbellem; ſed procacem fœminam. Video, niſi nolit Dominus, quorundam neruum ferreum molliturum iri. Vale, 15. die Decembris, ad horam fermè decimam antequam luna oriretur. 1527.

IOANNES OECOLAMPADIVS BVCERO SVO.

SALVTEM in Chriſto. Si ſaluus domum perueniſti, mi Bucere, gaudeo. Venient ad te Vualdenſes illi, uiri nimirũ perquàm pij, audituri & tuum in quibuſdam conſilium. Oſtendent, quid illis reſponderim. Tu ne multis confabulationibus horas perdas, leges ſcripta mea, & uel illis probatiora dato, uel aliqua cõmendatiuncula approbato: ut ſic à te in pace dimiſſi, ſua corrigere incipiãt. Tu pro humanitate tua illos tractabis. Quod ſi nunc tibi præ negocijs non eſt integrum, iniunges id prouinciæ Capito-
D ni. Vellem ſane, ut telam tuam mox texeres, quò Eccleſię concordia quamprimũ reſarciatur & innoteſcat. Non autem opus erit magno uolumine: quod periculoſius editur, à paucioribus legitur, facilime negligitur. Vale, Baſileæ, 17. Octobris, Milleſimo quingenteſimo triceſimo.

HVLDRICHVS ZVINGLIVS CVNHARDO
Somio Vlmenſium Eccleſiaſtæ.

GRATIAM & pacem à Domino. Coëgit me Cunhardus, ut inter infinitas occupationes meas, etiam hoc ad te ſcriberẽ, quod cum eo contuleram. Id tale eſt. Pontificij in hoc ſunt, ut quod ui aut ueritatis præſidio non poſſunt, Euangelium ſcilicet extinguere, conſilio effectum dent. Statuerunt ergo, labenti rei tractu ac ſuſpenſione ſuccurrere. Hinc unũ hoc agunt, ut ceremoniarum correctionẽ etiam iſthic trahant ubi recipitur Euangelium. Interea uero nihil crudelitatis obmittunt, quo paulatim è medio tollantur Euangelij miniſtri, et ſic ſenſim redeat ignorantiæ nox. Perſuadentq́ ſibi ſucceſſurum eſſe conſilium eo exemplo, quod Arriana hæreſis durauerit quidem 35. aut 37. annis, at nihilominus tandem ſit extincta: Euangeliũ ſcilicet cum Arriano errore comparant. Vnde nobis erit manibus ac pedibus connitendum, ut omnia tollantur, quæ illorum ſpem alere poſſunt. Agendũ hoc eſt ſine intermiſſione, ut quotidie aliquid de illorum regno aboleatur, donec ueſtigium nullũ adpareat. Facile reparat bellum Rex, cuius exercitus fuga ſaluatus eſt: eo autem cæſo, ſpem omnem abijcit. ſic Romanus quoq; Pontifex, ſtantibus in templis imaginibus quæ coluntur, uigente Miſſa, canentibus ſcortis & nebulonibus monachis, ac ſibi perpetua ſuccenturiatione ſuccedentibus, nihil ſpei abijcit. His autem antiquatis

Digitized by Google

A tiquitatis, iam concidet. Ideo non ſic cunctandum eſt. Expectemus quid reliquæ
urbes faciant, donec principes magis reſipiſcant. Hoc enim quum plerique fa-
ciunt, pontificijs iam pridem deſperatis manum præbent, ac ueluti tempus reſpi-
randi concedunt. Sed ſic agendum: Hoc eſt contrà Dominum excitatum, aut ædi-
ficatum: demoliemur igitur, ſed commode, ne ruina caſusq; damni dent aliquid.
Hæc collegia & monaſteria ſunt Pontificis doctrina conſtituta: antiquabimus er-
go quicquid in eis eſt ex Pontifice, &c. ſatis tenes meã ſententiam. Ego totus non
ſentio cum illis, qui imagines, & cucullam, ac reliqua, inter ἀδιάφορα numerant.
Vale, & conſtans eſto uſq; in finem. Tiguri 15. die Februarij. 1527.

IOANNES OECOLAMPADIVS GVLIELMO FARELLO
*myſteriorum arcanorum fideli diſpenſatori in monte Bellæ-
gardiæ, ſuo fratri.*

GRATIAM à Chriſto perpetuam. Gaudeo mirum in modũ, rem Chri-
ſti per te incremẽta iſthic ſumere: & precor ut qui per te plantat, plan-
tata riget, ac cuſtodiat à uulpeculis & apro deuaſtante, ſingulari illo
inquam. Bene, quod iam uberẽ agrũ nactus es, & quod tam breui ſe-
ges prouenit: ſed tum beati erimus, ſi fructũ Chriſto attulerit, ſi ſpes non eluſa fue-
rit: aut ſaltem noſtra culpa id non cõtingat: ſi miniſteriũ inculpatũ, & fidele, nun-
quam male audire cœperit. Dabis operã, nõ ut doctos, ſed ut bonos, hoc eſt, uere
doctos & θεοδιδάκτους multos gignas. Facile enim eſt, aliquot dogmata auditorũ
inſtillare & inculcare auribus: animum autem immutare, diuinum opus eſt. Ante
omnia igitur neceſſarium, precari ſpiritum ſanctum, & uno talento noſtro lucrifa-
cere nobis alterum. Qui unum talentum habet, defodit in terra. Cui duo, is alia
duo lucrabitur. Quod ſi lucrari uoluerimus, opus erit manſuetudine, patientia,
charitate, & fide in primis: opus erit & prudentia, nõ carnali, ſed ſancta quę deſur-
B ſum deſcendit, quæ exemplo Chriſti nos omnium moribus accommodare facit.
Sed quid te moneo, qui ſpiritui monitori obtemperabis: me deplorare debeo, qui
tanto tempore in aërem loquor, & nec tantillum ſpei in meis uideo: fortaſſe in me-
dijs Turcis felicius docuiſſem. Sed iam in nullũ tranſcribo culpam, in me reijcio.
Ora Dominũ, ut ne ſinat uerbum ſuum contemni, propter meam uel ignauiam
uel maliciam. Bonifacium nondum auſim extrudere, niſi certis literis aduocare-
tur, fortaſſis aderit cum Cocto, qui ſancto muneri futurus ſit idoneus. Sed ſi om-
nino utilem crederes in opus Dei Bonifacium, cura ut illi ſcribatũ, ne ſemper cauſetũ
ſe non conductũ uel uocatum in uineam. Salutat te domus mea. Gratias agas cla-
riſſimo illi equiti, atq; alijs omnibus qui nos ſalutãt in Chriſto. De ſarcinula tranſ-
uehenda per amicos inquiram, ſi commode poſſit. Fortaſſis iſthic facilius inue-
nies, qui id recularum quicquid eſt, uelint hinc auehere. Nemo hactenus pecu-
niam tuo nomine poſtulauit à me. Si quid me facere uolueris, fac ſciam. Cras exor-
diar, ſi Deus uolet, Epiſtolam ad Romanos: in templo Geneſim ab exordio, et Epi-
ſtolam ad Hebræos exorſus ſum. Ora Dominum, ne totam noctem fruſtra labo-
rem. Vale in Chriſto. Baſileæ, Menſis Auguſti die ſecundo.

IOANNES OECOLAMPADIVS IOANNI ZVICCIO ECCLE-
ſiaſtæ Conſtanſienſi, ſuo chariſſimo fratri.

SALVS in Chriſto. Iam olim edocti ſumus ab Apoſtolis, mi Zuicki,
non omnium eſſe fidem. Quid igitur ſi pleriq; idola in cordibus ſuis
uel noua confingant, uel conficta defendant? Hinc nobis phanatici
quidam Catabaptiſtæ, hinc ſymbolomachi peruicaciſſimi: hinc ple-
nus eſt orbis hypocritis, quorum fibram corneam ſolus ſpiritus Dei
corrigere poterit. Hinc & zelus iſte charitatis expers, temerariumq; in condem-
nandis

C nandis omnibus ſupercilium, adeo ut;& Chriſti tribunal ſuperuacaneũ futurum ſit, ſi rerum potiantur ſcilicet. Vix dum per miſericordiam Dei in Eccleſijs noſtris ſacrificandi abominatio ſubmota eſt: & nunc ut myſteriorum ceremonias à Chriſto inſtitutas aboleãt, urgent ſanctuli. Id molit̃ Sathan; nec deſunt qui libellis ſuis Heraclіticis, & obſcuris & male uafris, Sacramentis Chriſti, imò charitati Eccleſię inſidient: & ſimulant ſe quidem Catabaptiſtis aduerſarios, ſed interim baptiſmũ cum cœna tollunt. O remedium uulnere nocentius. Ad eundem ferè ſcopum iaculantur illi, qui ſic urgent ut excommunicationis gladius in Euchariſtiæ panegyri uibretur. Non uideo ubi Paulus fori ſtrepitum in ſabbatum hoc tranſtulerit. iubet quidem probare ſemetipſum: ſed non inquit, Proba alterius cõſcientiam. Alibi à diuerſa religione ſeparat, alibi omnium facinoroſorum conſuetudinem interdicit: ſed tumultuarium fori ſtrepitum cœnæ panegyri non adhibet. Nos ſane ſic uidemur nobis ſat recte munere noſtro fungi, ſi fratres lapſos per Euangelicã correptionem priuatim moneamus, ut abſtineant à cœna: et in hunc uſq; diem nemo nos contempſit. Chriſtianus autem magiſtratus & τῶν νομοφυλάκων ethnicos in ordinem redigit: Deo ſit laus. Et interim ſingulorum cõſcientias nos uerbo Dominico terremus. Atqui iſto nimium emungendo ſanguinem elicere quęrũt. Profectò (ut Germanicè loquar) das kint had ein andern ette. Sed apparebit propediẽ ſanctimonia illa excellens. Oremus autem Dominum, ut Eccleſiæ ſuæ adſit, & nos fideliſſimos miniſtros faciat. Vale. 3. Ianuarij. 1530.

IOANNES OECOLAMPADIVS D. MARTINO LVTHERO,
myſteriorum Chriſti fideliſsimo diſpenſatori,
fratri ſuo.

D GRATIAM & pacem à Chriſto. Si quos charitati ueſtræ multum, hos maxime commendatos uelim, Martine optime. Debetur enim hoc Chriſto noſtro, quem ident̃ amare fide non ficta, & te in illo. Spes item eximia eſt, nomẽ illius in Gallia magnificandũ. Vnus eñ horũ, honeſto loco natus, proceribus pleriſq; perquam gratus: alter apud nos diſputando & prælegendo publicè, bonam nauauit operam. ſatis nimirum inſtructus ad totam Sorbonicam affligendam, ſi non & perdendam. Idem utriq; in Chriſtum & uerbum eius feruor. Rem igitur dignam te feceris, ſi beneuolentia ſolita, uiros tanto tamq; difficili itinere, linguæq; ignaros, te ſequutos, exceperis. Farello nihil candidius eſt. Sunt qui zelum eius in hoſtes ueritatis mitigatiorem uellent: uerum ego uirtutem illam admirabilem, & non minus placiditate, ſi tempeſtiua fuerit, neceſſariam, uel nunc tandem crediderim. At cuius hi ſunt ſpiritus, ſtatim è colloquio primo dignoſces. Eraſmus literarũ ſuarum, quas ad te dedit, mentem, qualitercunq; mihi nudiuſtertius indicauit. Reſpondit nimirũ, ut ab ipſo expectaui. Ni fallor, non temere in te ſcripturus: tametſi de libero arbitrio opus tridui paratum ſe habere affirmet, idq; fellis expers. Gratias habemus Chriſto, qui & in Norimbergenſi conuentu, ueſtri potiſſimum Principis prudentia, conatus inimicorum iritauit: & fermè eodem tempore in Heluetiorũ congregatione Epiſcopis noſtris obſtitit, ne quod uellent obtinerent. Interim in pace armemur contra alios, nunquam enim deerunt, nam & nunc ex inſidijs oboriuntur, qui neglecta charitate nomen Euangelij prætexunt. Verum & hos, ſi contra Chriſtum ſe erexerint, à lapide in quem impingunt opprimendos propediem, non dubitarem. Melanchthoni & Pomerano ſalutẽ precor. Vale. In die Pentecoſtes, Baſileę.

IOANNES

A IOANNES OECOLAMPADIVS GVLIELMO FARELLO, *Eccleſiaſtæ Aquileienſi, fratri ſuo in Chriſto chariſſimo. S.*

DILECTE frater: Colloquium à dominis tuis Bernenſibus in rebus fidei, pie decretum, non potes ignorare, uel improbare: addo non potes etiam non orare, ut Dominus proſperum faciat, quod cœpit. Fortaſſis dies illa eſt, in qua reſpicere nos dignabit̃ Dominus Ieſus. Certe hic in perpetuo conflictu ſumus, & eſt ſibi Euangelij prædicatio ſemper ſimilis, hoc eſt, ſemper crucis comes, & aduerſus pſeudoprophetas bellũ gerens. Spero me uenturum Bernam, quamuis incertum ſit: ibi affatim de rebus uarijs colloquemur, quæ ad Chriſti gloriam attinent. ibi ſi me iterum in interpretem delegeris inter diſputandum, & nondum ſatis Germanicè calles, non inuitus morem tibi geram. Dominus interim nos in gloriam ſui nominis ſeruet. Bentinus noſter peſte correptus, ſuperiore hebdomada ad Chriſtum conceſſit. O Deum, quàm ſuauiter obdormiuit, uxore prius defuncta, & puero quoq;. Tu uale, Baſileæ 25. Nouembris.

IOANNES OECOLAMPADIVS GVLIELMO FARELLO *fratri meo in Chriſto chariſſimo.*

PACEM Chriſti. Chariſſime Gulielme, èrubeſcere me feciſti rubro luto, quatuor coronatis, paruam corollam amici pectoris, tibiq; planè addicti ſymbolum retradendo. Decepit te rumor, quod magna egeſtate laborem. nõ ita eſt. Dominus hactenus preces meas exaudiuit: & nec diuitias nec paupertatem dedit. Nobis etiam tenuitas pro magnificentia fuerit. At ego in cauſa fui, qui nuper ſcripſi, crumenam meam non oneratam. Verum num putas propterea exhauſtã ita, ut tu grauandus ſis? ἄπορός εἰμι,
B neſcio an tibi remittam, uel hic pauperibus diſpenſem. Oro te per miſericordiam Chriſti, ſi opus eſt tibi pecunia, ut illam à Ioanne Vuatenſchne recipias, & ego illi reddam; imò accipe duplam, & ego reſtituam. Tam nihil eſt in meo penu, quod non tuiſſimum. Nondum ita pauper fui, quin ſi hodie moriendum, pauperiorem uoluiſſem. Impetrauimus literas à Rectore uniuerſitatis tuo nomine: quibus artibus, cognoſces à Vuatenſchne. N. noſter captus detinet̃ in Bundamoſa quinq; millibus à Metis, ſub Lotharingo. Confido in Domino, quod illũ nobis uel uiuũ confeſſorem, uel mortuum martyrem ſeruabit. O pectus innocens: at quàm lentis ueſtigijs ego à longe. Nollẽ chariſſimos dominos meos Gallos properare in Galliam, niſi rebus bene exploratis. Vbiq; dęmonis technę. Verum obtemperent ſpiritui Chriſti, qui illos nunquam deſerat. Mi Farelle, ſpero Dominum conſeruaturum amicitiam noſtram immortalem: & ſi hic coniungi nequimus, tanto beatius alibi apud Chriſtum erit contubernium. Saluta Cornelium terq; quaterq;. Antonium non minus: ſed & alios fratres, ac Bonifacium quoq;. Vale, & Chriſtum pro me ora. 9. Martij, Baſileæ.

IOANNES OECOLAMPADIVS THOMAE GASNERO *Eccleſiaſtæ in Lindow, dilecto in Chriſto fratri.*

GRATIA Chriſti tecum. Si tu & Eccleſia tua, mi Thoma, habetis optime, eſt quod plurimum gratulor. bene enim tibi ex animo precor. Porrò quantum ex Conſule tuo, uiro pientiſſimo, & tui amantiſſimo, colligere licet, gratias agitis diuinæ miſericordiæ, & ſperatis in Domino, ſi quid reliquum, eiuſdem miſericordia perficiendũ. Verum quũ ſemper ſint, quibus Deus miniſtros ſuos exercet, etiamſi ualde felices uideamur; ut amicorũ animi perquã

c ſolliciti ſunt,& optima quæq; de ſuis audire cupiunt, ita & ego accipere uelim de rebus tuis,ut quam minimum deſideres. Aderit autem tibi Chriſtus, & tu quoq; ut ſoles ſtrenuus perges,in admonendis ijs quę illi placent. Hic quantum per gratiam Chriſti regno Satanæ deceſſit, tantū odij eſt apud aduerſarios. Quod tamen hactenus paucos mouit: quandoquidem maior eſt benignitas Dei, qui conſilia illorū diſſipat, noſtrosq; cōfirmat. Ita interim cum paruitate noſtra Domino agere uiſum eſt, donec ad maiora prelia robur accipiamus. Hæc paucis, ut & amicitiam teſter inuiolabilem, & uiciſſim quando uacabit tuas deſideratiſſimas literas recipere merear. Polliceri item tibi meam operam poteris, ſi qua in re tibi ea opus fuerit, Vale: Baſileæ 29. Aprilis. 1529.

VVOLFGANGVS FABRICIVS CAPITO IOANNI OECOlampadio, *chariſſimo ſuo fratri.*

MI OECOLAMPADI, mi Frater, diminue aliquid ſtudijs & lucubrationibus, & Eccleſiæ rebus totus ſtude, qui es à Domino in iſta inſigni urbe ad ſpeculum poſitus. Vita noſtra fugax, nos noſtraq; cademus. Nihil poſteritas non tradit obliuioni. Sola in Domino memoria noſtri permanſura eſt. Ad charitatē facti ſumus: amanter tui gregi,ut ſoles, inſeruias. Nam fides paucorū eſt, & multi undiq; Pſeudoapoſtoli corrumpunt ſimplices: nec ceſſat Antichriſtus & huius Princeps, mundi dominus, nobis aliunde occupatis. Affectum plebs paſcenda paternum & aſſiduum & totum requirit, mi frater. Vide noſtras miſerias, & obſerua, quantum obſit oſcitatio: uel,ut uolunt,prudens cautio ſociorum uerbi. Abnegatio noſtri prima ſit:quę perfecta eſt,ubi perfectè proximis ſtudemus. Video imminere grauiſſima: duce opus habet Eccleſia, qui animam ponat pro ouibus ſuis. Ego uero, quod te mo-
D neo,uideor facturus maiore diligentia, quàm hactenus:& minus me atq; uniuerſam carnem reſpiciam. Quot millia innocenter ſunt trucidati, ob paucos,neq; eos quidem peſſimos. Nam uoluit Antichriſtus omnino periculum facere, quantum ſanguine fuſo promoueat, quod quidem in ipſius internitionem uergat. nobis nihil peribit,perdito etiam corpore,ſicut breui perdendi uidemur: neq; horam uitæ, ut nunc ſunt tempora,certam tenemus. Optimum par fratrum,ſub eodem tumultu perijt,qui nunc deo uiuunt,et meliore ſunt cōditione quàm nos uiuentes. Curſum ſuum conſummarunt. Sit gloria Deo,qui ſuis dedit fortiter occumbere. Vale in Domino. 28. Maij. Anno 1525.

IOANNES OECOLAMPADIVS HEDIONI *concionatori Argentinenſi.*

GRATIA à Domino. Chariſſime Frater: Quantus bellorum turbo, naufragium mundo minitatur? quantus furor? quàm exaſperata Bellona,poſt auditam Euangelij buccinam? Sed quid miror? nullis unquam ſeculis impune contemptū fuit uerbū Domini. Seruus ſciens uoluntatem Domini,uapulabit plagis multis. Si ita in plebem ſæuit gladius Domini, quale iudicium domui: nondum enim euaſit. Precemur igitur,& omnes ad precandum inuitemus, ut Dominus auertat iram ſuam à nobis, & ab Eccleſia,propter gloriam nominis ſui: atq; precemur, ut det nobis toto corde orare. uideo enim ita obduruiſſe pectora mortalium, ut ad lachrymas & preces neq; flagellis excitari poſſint. Certe manus Domini abbreuiata nō eſt: & qui erat cum Abraham,idem & noſter Deus eſt:et ueraciſſimus Deus ac Dominus noſter,promiſit ſe non derelicturū nos. Nihil eſt quod poſſim ſcribere, quod idem non ube-

rius

Digitized by Google

A rius noſtri referre poſſint. Eccleſiæ noſtræ ſtatus non peſſimo loco eſt: promouiſ-
ſe uidemur, modo non retrocedamus. atqui Sathan ocioſus non eſt, & meſſem
uberrimam in tumultibus habet, quos in odium Euangelij, à prædicatione Euan-
gelij exortos cauſatur. Pecuniam de qua nuper ſcribebas, poteris per Cratandrum
noſtrum ad nos mittere. Adoleſcens Kerſeri innocenter eruditioni incumbit:
tametſi in gymnaſio noſtro iampridem deplorarem, quod in alijs neſcio an adeo
deplorandum. Ignoſces mihi, quod rarius ſcribam ad te: neq; enim ualde tutum,
neq; opportunũ eſt. Vtinam Deus ferrea ſecula aureis mutet. ſed hoc in hac uita
quis ſperaret: mortis hoc beneficio nobis cõcedetur, ſiquidem filij lucis fuerimus:
imò & nunc omnia aurea erunt credentibus Chriſto. Vale, Baſileæ. Anno 1525.
prima Iulij. Saluta fratres.

OTTHONI, AVGVSTINO, ET IACOBO, ECCLE-
ſiaſtis Milhuſanis, Eccleſiaſtæ Baſilienſes.

GRATIA & pax Chriſti uobiſcum. Tametſi charitas optima quæq; ſi-
bi de fratribus polliceat̃, & in bonam interpretet̃ partem, etiã ſi quid
audiat illis minus honeſtum: anxia tamen & ſollicita de ſalute aliena
non minus, quàm de ſua: ſi quid admonendo uel emendare uel com
modare poſſe ſperat, alienum à ſe arbitratur, ſi aut diſſimulet, aut occa
ſionẽ ullam negligat. Eadem, Fratres ac domini in Chriſti chariſſimi, nos, quum
de uobis (quos alioqui ob uitæ ac doctrinæ ſinceritatem nõ uulgariter diligimus)
quædam accipimus, quæ ſi uera eſſent, ut conſtanter aſſeruntur, nõ parum incom
modum tum uobis, tum Eccleſiæ ueſtræ, ſi & non multis alijs afferre poterunt:
B Eadẽ ſcilicet charitas nos urget, ne ſilentio fortaſſe pernicioſo fraterni officij obli-
uiſcamur: maxime cum ueſtra modeſtia facile dijudicet, quo animo queq; ſcriban
tur. Nos ſane non ut nobis in uos autoritatem arrogemus, neq; ut ſtomacho in-
dignabundo indulgeamus, hęc ſcribimus: ſed quod à uobis uiciſſim expectamus,
ſicubi fuerit opus, id nequaquam erga uos negligere audemus. Cõuenerunt nos
quidam è ciuibus ueſtris, uiri fide digni, qui tantum non lachrymantes, quoniam
nos bene erga uos affectos norunt, narrarunt, tantas inter uos ſimultates gliſcere,
ut etiam pro ſuggeſtu uobis mutuum nõ parcatis, ſed nominatim detrahatis: non
ſine magno plebis offendiculo, diuiniq; uerbi contemptu. Obſecrabant autẽ illi
per charitatem, qua ſibi Eccleſiæ noſtræ iunctę ſunt, ut id mali noſtra ſollicitudine
curaremus quàmprimum è medio tolli. Itaq; in hebdomadali congregatione no-
ſtra, cum hæc à quibuſdam proponerentur, nulliſq; nobis nõ toto corde doleret,
& quibuſdam non minimis, fruſtra uideretur uobis ſcribi, eo quòd admonitiones
quædam, quæ olim ab ipſis præceſſere, non ſolum nihil profecere, ſed etiam con-
temptæ ſunt: Attamẽ quandoquidem, quod nunciabatur, grauius uidebat̃ quàm
ut contemni uel debeat uel poſſit, placuit tandem omnibus, ut amicè ſcriberetur
uobis. Id enim omnino Euangelicum, ut priuatim inter ſe fratres admoneant, an-
tequam quicquam attentent grauius. Grauiſſimum autem fuerit, ſi quos tanquã
ethnicos & demortua membra negligant, ſicq; res aliorum, quaſi nihil ad ſe atti-
nentes contemnant. Quo nihil ingratius, nihil moleſtius unq; eſſe deberet. Idcir-
co charitatis hortatu digni habiti eſtis, qui admoneremini. At nõ cenſemus opus,
uobis commemorare multis, quantum malum ſit ſimultas, quid'ue incommodi
ſecum adferat odium. Ipſi edocti eſtis, ipſi ante oculos uidiſtis, ipſi alios docetis,
ipſi alios admonetis. Non eſt feſtuca contemptibilis, ſed tignum prominentiſſi-
mum: & ſi quidem in alijs feſtuca eſſet, in ſacerdotibus tamen Chriſti tignum fo-
ret. Non eſt humanæ tradiuunculæ contemptus, ſed totius diuinę legis præuarica

Ee 2 tio &

C tio, & obliteratio. Nam ſi lex & prophetæ in charitatis præcepto & recapitulant
& implentur; utiq; per neglectum illius, lex & Prophetę repellunt & exinaniun-
tur. Proinde ille qui in hac imprudẽs eſt ac oſcitans, quid ei cum Euangelio Chri
ſti & cum pietate commune? An non illi fabula & uanitas, quicquid habet ſcri-
ptura? an non ludibrium Chriſtus ipſe, qui ſanguine ſuo pacem commendauit,
odium infamauit? Atqui ut diximus, non docemus: legiſtis ipſi, ad plebem hæc &
copioſiora teſtimonia protuliſtis ipſi. Per ſe palàm eſt, quàm abominabiles Eccle-
ſiaſtarum contentiones. Hortamur aũt in Domino, ſiquidem uera ſunt quæ nar-
rantur (quæ uaniſſima eſſe optamus, atq; etiam ſuperfluam hanc admonitionem)
ne poſthac audiant. Hortamur nihilominus uos, & uobiſcũ etiam noſipſos, ut ex
pendamus bene, quo in loco nos Dominus conſtituerit: quanti in nos reſpiciant,
quot ubiq; obſeruatores, quot cõmunes inimici, quot calumniatores, etiã ſi inno-
centiſſime uixerimus: quàm tenellus grex, quanta undiq; diſcrimina. Negocium
agimus non noſtrum, ſed Chriſti: idq; non uulgare, ſed ſummum, quo etiam ipſe
ut præcipuo functus. Caueamus igitur, ne functionẽ noſtram paruam putemus.
Sed plane contemnemus, ſi nõ ea cum grauitate puritateq;, qua decet, obibimus.
Non enim hij ſoli uerbum Dei cauponantur, qui adulterina dogmata ſerunt: ſed
& hi, qui ſuis affectibus inter cõcionandum indulgent: dumq; fratres inuidia gra
uare quęrunt, ſe inuidia laborare produnt. Aut quis locus eſſe poterit contentio-
nibus, ubi nihil aliud quàm quod ad Chriſti gloriam pertinet, prædicatur? Hoc
autem conſultum uobis, ut ſi quis frater abundet ſenſu, ſibijpſi primum abundet:
& ſi habet quod Eccleſiæ profuturum & proponendum, id ſine fratris in eadem
uinea, Chriſtum fideliter docendo, laborantis, præiudicio proponat: ne dum ziza
nia, quæ fortaſſis zizania non ſunt, eradicare ſtudet intempeſtiuis ſtudijs, ſimul
etiam bonam ſegetem, non alterius tantum, ſed etiã ſuam, imò neutrius, ſed Chri-
D ſti conculcet. Qua re quid deplorabilius? quid calamitoſius? ſi diu laboratum fue-
rit, & iam iam meſſis ampla inuehenda in horreum, ſuos labores incendere ac per
dere, modò fratrem aliquo modo, uel irritando uel infamando noceat. Quis hos
fideles dixerit operarios? quid dicet illis agri dominus? At neceſſe eſt ut tales ſint,
qui ſimultatum morbo obnoxij. Igitur dilecti fratres, per Chriſtum, perq; commu
nem noſtram docendi prouinciam, perq; omnia chara & ſancta obſecramus, ſi
quid humani in hac re patimur (ut ſumus fragiles omnes, non ualentes uniuerſos
Sathanæ aſtus præuidere) poſt hac prudentius, purius, ac ſanctius agamus. Ante
omnia autem, omni odio poſito, ſi quid admiſſum eſt, mutuo condonemus, pro-
pter Chriſtũ, qui decem millia nobis remiſit: ut amicos & cooperarios Chriſti mu
tuum nos ſalutemus, agnoſcamus, obſeruemus. Et ſi quid inter cõcionandum in
ciderit quod alij diſplicet, non mox ad cõtradicendum coram plebe proſiliamus:
ſed prius conuenientes, de ſcripturis & cauſæ rationibus conferamus: & qui ſcri-
pturarum teſtimonijs inferior, cum gratiarum actione cedat per quem fit doctior,
& cuius cauſa potior. & ſiquidem res nullius momenti fuerit, tota ſopiatur, citraq;
reuocationem in poſterum melius doceatur: ſin periculoſior, repaſtinetur, quod
erratum eſt, quanta fieri poteſt prudentia. nolumus enim fratres confundi. Porrò
his, quibus cor humile, & à ſpiritu ſuperbię alienũ: quiq; nõ ſua cõmoda ad ſuam
gloriam, ſed Chriſti honorem quærunt, facillimum fuerit. Etenim ut fons inuidiæ
eſt ſuperbia, timens ne ſatis glorioſa ſit: perſuaſaq; tantum ſibi accedere, quantum
a lijs decreſcit: et tantum alijs decedere, quantum ſibi accreſcit. pari modo charitas
comitatur modeſtiam animi: qui de ſe ſublime nihil, de proximo autem ſentit ho-
neſte, gratumq; habet, per quencunq;, uel quacunq; tandem occaſione prædice-
tur Chriſtus. Quomodo & nos affectos eſſe decet, ſiquidem diſcipuli & pręco-
nes

Digitized by Google

A nes Chriſti eſſe, & non grauiſſimam iram Dei in nos prouocare uoluerimus. Confidimus autem in Domino, hanc noſtram amicam adhortationem, charitati ueſtræ non ingratã fore, & nos poſthac felicioribus nuncijs exhilarandos: nempe quod nihil diſſidiorum, nihil ſimultatum inter uos audiatur: ſed unanimitas, mititas, fraternitas: ita ut medius in uobis ſit Chriſtus, ſicut promiſit: & deſit in die Domini inimico laborum noſtrorum, quo glorietur, & quod obijciat. Quod ſi ſecus accidat, et nihil hæc noſtra profecerit exhortatio, uix poterit nobis triſtius quid nunciari. Nihilominus orabimus Dominum, ut inquietis humiliorem pręſtet mentem: ſuum autem præceptum, hoc eſt, charitatem ſeruantes confirmet ac benedicat. & ſi quid præterea iuſſerit charitas, quod ad emendandum tale quiddã opus, etiamſi durum uideatur, nõ omittemus, ſiue quidam è fratribus iſthuc mittendi ſint, ſiue alij quorum maior autoritas implorandi. Eccleſia enim ueſtra adeo nobis commendata eſt, non ſolum quia uicina & iure ciuitatis cum noſtra confœderata: ſed etiam quia hactenus fidei ſuæ ardore, noſtræ plurimum profuit: ut illius ſalutem, incrementum & gloriam amplificari, & omne periculum uitari, nõ minus quàm noſtræ cupimus: & pro noſtra uirili debemus omnem operam impendere, ut uere Chriſtianos fratres ac ciues experiatur. Et ea propter intollerabilem illam Eccleſiaſtarũ diſſenſionem, iſthic ſublatum iri cupimus: & ſi quid in nobis ſitum, ut tollatur, conabimur. tametſi bona nobis ſpes ſit, iam pridem in gratiam uos rediſſe, & datis dextris, unanimes: aut certe hanc noſtram parenæſicen non ſine fructu lecturos, & quàmprimum de ueſtra concordia nos certiores redditutos, ac ſumma lætícia affecturos. Valete concordes in Domino, in quo & nos amate. Baſileæ, 6. Nouembris. Anno 1529.

IOANNES OECOLAMPADIVS IOACHIMO
B *Vadiano, apud Sanctogallenſes uiro pietate & eruditione inſigni.*

GRATIAM & pacem à Chriſto. Clariſſime uir, literis tuis, per Bertzium noſtrum allatis, ualde oblectaui me: partim, quòd me tam amicè, tamq; familiariter ſalutas & amplecteris: partim quod Euangelici negocij, Eccleſiarumq; Dei non mediocrem curam præ te fers: quo nomine & te ueneramur ac uenerabimur, mirum Dei conſilium & opus attendentes. Epiſcopi cæcutiunt, & uerbum Dei perſequunt, magiſtratusq; non paucos muneribus & obſequijs corrumpentes, impietatis ſuæ ſocios faciũt. Chriſtus, ut ſe iudicem declaret, rerumq; omnium habenas ſibi à patre concreditas, ſpretis hypocritis, & in nihilum uerſis eorum conſilijs, deligit & ex tribunalibus, incorruptibiles uiros, qui ſuam plebem opprimi non ſinant à falſis prophetis: ſed ipſi uiribus, opibus, conſilijs, atq; adeò ſe totos impendentes, pietatis negocium obeant. Quæ profecto, ut maxima ſacerdotum nota eſt, ſic à ſacerdotij ordine, quo plurimum fidebant, excidere: ita fidelium patronorum, quos ſpiritus ſanctus ſibi initiat, egregia gloria eſt. Aconita miſcent animarum medici, ea tantum quæ uentris ſunt curantes: pharmaca ſalubria mentibus ęgris parant corporum curatores, ne ſolum in humilibus iſtis uerſentur. Sic & infulatis tacentibus in Eccleſia, magnalia Dei loquuntur laureati. Adeo nullus in oculis Dei perſonarum eſt reſpectus. Atqui ob hanc laudem iam olim nobis fuiſti obſeruabilis. Precamur itaq; Deum, ut diu nobis in Chriſto patrocineris: & nunquam ab aratro retroſpectes. Hic tepidiores eſſe uidemur, & ſumus. Nuper Senatus, perpetuis concionantium altercationibus tandem fractus, decreuit in re miſſaria, ut intra menſis ſpatium utrinq; libelli offerentes, quibus ſuæ quiq; rationes redderent doctrinæ:

C aduerſarij, quare miſſam ſuam aſſerant piam, utilemq́ uiuis ac defunctis in remiſ-
ſionem peccatorum: nos uero, quare eam ut abominabilem & pernicioſam exe-
cremur. Et nos quidem, gratia Dei, ſatis armatam orationem parauimus: quid au
tem aduerſarij ſint acturi ignoramus. ceſſant planè, & ad ſolitas uertunt̃ technas.
Incertũ, qualem ſe exhibiturus ſit Senatus: ſperamus pium fore. Rumor fortaſſis
plura de ea re ſpargit, ſed uana ſunt, qualia diuulgari ſolent. Mitto reſponſionem
meam ad Lutheri ſtomachũ. quam ſi uacat, leges: ut uideas, quod antea etiã non
ignoras, quàm parum modeſtè ille nobiſcũ egerit. Ferunt Zurzaci proſtaturam
deprauatam illam Badenſem diſputationem. Fortaſſis conſultum fuerit, ut orbi
quid in ea deſideretur indicemus. Dominico igit̃ & Iuſſino, ac alijs fratribus rem
propone, quod ſi quid in ea re ſuarum intereſſe putant, & editum cupiunt, ſignifi-
cent: quorum me precibus commendabis. Vale uir præſtantiſſime, Baſileæ. 14.
Iunij. Anno 1527.

IOANNES OECOLAMPADIVS DOCTO CVIDAM.

GRATIAM & pacem à Domino. Quæ tu obſeruandiſſime domine ac
frater mones, dubio procul ſic accepiſti ab his, qui aut quod religio-
ſum eſt non rectè cognoſcunt, aut iam alieni ſunt à pietate: ut etiam
quæ piè dicta ſunt, impiè calumnientur. Ego ad arma non prouoco,
ſed ad iuſtitię & æquitatis ſtudium. Cum uero, prò dolor, inter Hel-
uetios ſint, qui ſcelerũ nullum fecerint reliquum, ijq́ ipſi pacem publicam quoti-
die turbent, factionib. euertere omnia teniẽt: iam & illis obſtandũ eſt, ne peſtis illa
modi neſcia, optimũ innocentiæ ſemen in herba extinguat. Sunt quidam adeo im
portune Chriſtiani, ut putent pacem eſſe prædicandã, ubi bellum & exterminiũ
propter ſcelera noſtra imminent: quaſi uero Chriſtus non & Hieroſolymis, et toti
D regno Iuda ultima comminatus ſit. Ego certe iram Dei offenſam ac irritatam prę-
dico: iram humanam non irito, ſed animo fortitudinẽ ad res imminentes alendam
eſſe moneo: mentem munio, ne dum ab impijs bellum moueatur nimis concida-
mus. Hæc ſumma rei eſt quam illi calumniantur. quod uel inde uideas licet: Abel
iuſti ſanguinem ultum eſſe Dominũ edocui, adde et reliquorum, qui indignis mo
dis tractati & occiſi ſunt: hinc nullo negocio uideri, quod Dominus noſtro quo-
que ſeculo innoxium ſanguinẽ uindicaturus ſit, qui ab impijs pontificijs maxime
hauſtus ſit. En his exemplis deterrere à cædibus ſanguiſugas iſto, qui quotidie in-
noxio ſanguine cõmaculant manus pedes & caput, uolui. Quò autem torqueant
aduerſarij, iam (credo) inaudiuiſti: ſed obſeruãde Ioannes, te oro, ut bene obſerues
quibus ex fontibus iſtæ querimoniæ ſcaturiant. Vigilent alij citra latratum: nos la
trare nunquam deſinemus. Vale. 18. Auguſti.

HVLDRICHVS ZVINGLIVS CVNHARDO SOMIO,
Vlmenſium Euangeliſtæ, fratri ſuo chariſſimo.

GRATIAM & pacem à Domino. Ego, chariſſime Cunharde, nihil
habeo quod te magnopere ſcire referat, quàm quod Oecolampa-
dius & Argentinenſes fratres ſalui domum redierunt. Berna aſciuit
ex fratribus noſtris, D. Sebaſtianum, Caſparem, & Rellicanum. Cę
teri Heluetij eodem modo furiunt, quo prius. Claronę, is eſt octauus
pagus Heluetiorum, tres Eccleſiæ ſuſtulerunt imagines. quotidie fit aliqua ac-
ceſſio. Althamer inſignia ſpargit mendacia: nulli licuiſſe libere loqui, ſe præter uo
luntatem coactum diſputare, prouocatione Franciſci Kolbij. Cum tu cum omni-
bus nobis ſcias, eis, imò ei præcipue copiam liberrimam eſſe factam: & quod uo-
lens

Digitized by Google

A lens ac libens paſſus eſt ſe à parte ſua eligi, ut oratoris munere in ſuggeſtu fungere-
tur. Sed quid uictis aliud quàm dolor? Acta diſputationis diligenter et anxie excu-
dunt. nũc 34. paginę abſolutæ ſunt: ſuperſunt adhuc uiginti, aut forſan ſupra. Prę-
eſt pręlo Secretarius ex Duna, qui ex ſcribis unus eſt, &c. Vale, & fratres om̃es ſal-
uos iube: nec obliuiſcere eorum quę præſente Ambroſio commenti ſumus. Sem-
per enim dirigenda ſunt conſilia in aliquem honeſtum & bonum finem, eorum
quibus præſumus: etiamſi nihil temere ſit audendũ. Tiguri. 7. die Martij. 1528.

IOANNES OECOLAMPADIVS GVLIELMO FARELLO
Euangelij Chriſti diligentiſſimo doctori, meo in Chriſto fratri. S.

SI BENE uales in Domino, mi Frater, gaudemus & gratulamur. Nos
hic non multo amplius promouimus, quàm quũ adeſſes. Himlerus
ſtrenuè agit. Sabbato iterum fere exciderat ab officio, mandauerat
em̃ Senatus, ut uel priſco more ſacrificaret, uel & à concione deſiſte-
ret. Ipſe nolens hominem defungi munere, admonui ut proteſtare-
tur ſimulationem in utilitatem gregis, id quod Antichriſtianis moleſtiſſimum: &
ne torqueretur conſcientia, affore me conuiuam pollicebar. & ſucceſſit res, ut ſcri-
pſi. Porrò denuo uocabitur ad Senatum: Chriſtus fortunet. Equitem noſtrum ad
ſuos redire gaudeo. quod ſi Euãgeliſtã petierint, fortaſſis inueniẽt. Parœciani apud
ſanctum Martinum hodie ſciſcitati ſunt ex me, num uelim ſubire curam plebani:
quibus ita reſpondi, ut rei Chriſtianæ præiudicaturum non arbitrer, etiamſi uoti
compotes fuerint. Scribam ſuper ea re. De baptiſmo paruulorum nihil habeo prę-
ter epiſtolas aliquot ad amicos, quibus aſtruitur: at non audior à pleriſq;. Luthe-
rus in libro quem miſit, nihil egit contra nos. Idola autoritate Senatus abijci per-
mittit: de nomine Miſſa, & eleuatione argutatur: Librum nondum domi meæ ha-
B beo. Pomeranum in Deuteronomium dono tibi mitto. De his quæ apud me in-
ſumpſiſti, nihil peto: nihil etiam accepi à miniſtris ducalibus. Ieſaias ſequenti heb-
domada abſoluetur, ni Pellicanus cum indice remoretur. Quod Moſes præcipit,
ſeptimo die iubet quieſcere, non uſq; adeo ad nos: niſi quod charitas docet, aliquã
operis & iumentis quietem concedere, & ut cõmodius uacetur Deo. multa enim
ſunt quæ impediunt. Hebræi cauſam priorem ponunt. Tigurinorum quidam tu-
multuari feruntur, propter paruulorum baptiſma: id quod & antea timui. Vale,
ſexta Februarij. Baſileę.

IOANNES OECOLAMPADIVS AMICO N.

SALVE. Habeo gratias maximas amicorum candidiſſime, quod hoc
tempore, quo res meæ afflictiores uidentur, amicum me agnoſcis, &
amicum te probas. Nam cum hoc unum interim potes, condoles: non
dubito adiuturus etiam, quantum in te. ſcio gratulari malles. Vnde do-
leo, quod per meam imprudentiam amicis ſæpe condolendi, nunquam uero, uel
rarius gratulandi materiam præſto. Age ut & gratulandi anſam arripias, non ſcri-
bam τραγικωτέρως, ut nuper ad Eraſmum noſtrum: quamuis ſatis atrox, quicquid
id infortunij eſt, uidetur. Obuerſatur enim ante oculos, quis rerum mearum ſta-
tus? quæ difficultates ferendæ? qui contemptus audiendi? quid ęrumnarum exan-
clandum? quid periculorum? quis finis rerum ſperandus, ſub his principibus? Sed
cum maiori periculo ſim liberatus, bene mecum eſſe actum putare debeo. Amiſi
monachum, inueni Chriſtianum: confer nunc utrunq;. Sed dices, num olim Chri-
ſtianiſmum abiecerim? Nondum hoc fateri libet: nam ſic nec monachum abiece-
rim. ſaluus enim erat & in monaſterio Chriſtianiſmus: et nunc relicto eo, nondum
perijt

Digitized by Google

C periſt id quod ad internum ſpectat monachum . Sed quantum ex literis tuis con-
iecto, uelles tragœdiam totam audire:longa eſt, & uaria. Capito noſter partem ali
quam percenſebit:ſed breuibus quantum licet tene. Antequam monaſterium in-
grederer, dixi fratribus, me nec poſſe ad illos diuertere, nec apud eos manere, quo
tiſcunq; me uotis aſtringam, ſicubi quid contra Euangelica mandata præſcribere-
tur. Arriſit primum uita ocioſior, conueniebatq; bene: uerum menſe ſexto ægro-
tare cœpi, idq; lætaliter:unde ita uiribus etiam confirmatus deſtituebar, ut neq; ui
gilijs, neq; ieiunijs, neq; alijs monaſticis exercitamentis idoneus eſſem, ad quæ, li-
cet ea magni faciant, me, ut ſunt patres ſatis boni, non aſtringebant. Sed id tempo
ris libellos quoſdam edideram, meo iudicio utiliores, quàm quos in tantis pericu
lis ſupprimere oportebat. Amicis illos credebam, amicis adhortantibus prodire ſi
nebam, amicis in me ac mea ius omne permittebã: ſaltem ne quid aduerſum Chri
ſto uel facerẽ, uel omitterem . Statim igitur oborti æmuli atq; oſores, qui mihi ne
gocium faceſſerent: qui me apud meos inuidioſum redderẽt . Et undequauis nũc
toto anno, prętter minas & conuicia nihil annunciabatur aliud. Cæterum ego per
gendum putabam, uelleq; Dominum, ne reſpicerẽ manu ad aratrum poſita: ſatis
cõſcius, quanto pridẽ ceſſiſſem munere, quod qualibuſcunq; ſtudijs reſarciendũ.
Itaq; firmato animo, Dei eſt gratia, cœpi cũ meis, deq; monaſticis noſtris inſtitutis
emendandis agere: occaſionem nactus, imò patris adhortante mandato coactus.
Quod etiã ipſum parũ tranquillitati meæ profuit. Longe em̄ aliud ego, aliud mei
ſpectabamus. Itaq; ſicut foris inuidia creuit, ita domi decreuit fauor. Reliquũ epi-
ſtolæ credere, inconſultum: tu ipſe diuinare potes, quàm ſuauiter uixerim. Verum
tamen nihil aliud curæ, quàm ne inſtitutum mutarem: licet quotidie admonerer,
ut mihi proſpicerem tutiorem aliquem locum . Præter egregia pericula quæ foris
imminebant, nullum mihi iucundum in eo conuentu diem futurũ unquam , au-
D diebam: quo animo, Deus nouit. nondum tamen mutabam animum , donec iam
libertas uerbi Diuini interdici cœpta . Tum primum parui amicis , & impetrato à
fratribus cõmeatu diſceſſi. Fuit ea res Principi, & à conſilijs ſuis ingrata . appara-
bant enim omnia, ne elaberer. Atqui Dominus principum conſilia facile diſſipat.
Verum de his quia ex N. audies , nunc plus ſatis . *Huius Epiſtolæ coronis non extat.*

IOANNES OECOLAMPADIVS MARTINO FRECHTO
uiro & pio, & erudito, ſuo dilecto fratri.

GRATIAM & pacem à Chriſto. Chariſſime Martine, dici nequit, quàm
me exhilararint literę: tantum abeſt, ut uel interturbarint uel offende-
rint, quod cauere ſtudes. Gratulor autem inprimis , quod in his, quæ
totum ferè orbem dementant, pater cœleſtis ad agnitionem filij ſui cla
riorem te adduxerit. Reliquum, ut preceris Dominum, ut ne ſuam à te gratiam au
ferat, ſed addat, ſine qua homo minus quàm bulla eſt . Gryneo ſimiliter & gratu-
lor & precor: tametſi non ſit familiariter notus , nihilominus ualde charus . com-
mendatiſſimi em̄ mihi ſunt omnes, quos charitas in Chriſto commendat. Tu me
illi commenda. Dabitur fortaſſis olim amplius ocium: nunc minimum erat, quod
ſcribendis literis impendere uacabat . Brentio copioſius ante paucos dies ſcripſi,
ſed quantum profecerim ignoro . Inhumanius in pleriſq; mecum, imò cum fratri-
bus agere uidetur. Olim moleſtiſſimũ mihi fuiſſet ita ab amiciſſimo excipi ; nunc
in medijs uorticibus , quum hinc inde ſepiar periculis & auguſtijs, Dominus ui-
res addit, ut tentatio tolerabilis ſit. Eccius , impudens Antichriſti mancipiũ , Hel-
uetios aduerſus me & Zuinglium, multorum comitiorum exaggeratione incitat,
& ad pugnam nos prouocat ; quàm neutiquam detrectaremus , ſi æquis loco &
iudicibus

A iudicibus res ageret. Non poterint carnales, quos ille uellet, iudicare: qui non ſolū Euangelio parum æqui, ſed & nobis hoſtes atrociſſimi. Fortaſſe impetrabit quod uolet. quod ſi fiet, ex uarijs locis docti uiri opinor cōuocabunt. Curabo ut & iſthic reſciſcatis. Petro Scybenhardo dilectiſs. præceptori ſalutem in Domino precor. Ad illum nō auſim ſcribere, à quo tanto tempore ne literam quidem recepi. Quid Guttenbergæ actum ſit, fac ut per Bucerum, qui Argentorati, mihi innoteſcat. Vale. In Natalitijs Chriſti, Baſileæ 1526.

IOANNES OECOLAMPADIVS GVLIELMO FARELLO *fratri ſuo in Chriſto dilecto.*

GRATIA & pax à Chriſto. Frater chariſſime, ſi bene agis, benedictus ſit Dominus in ſecula: ego ſanè in ſtatu ſum nō multo quietiore, ſed & nonnihil inquietiore, quàm quū adeſſes: quandoquidē nulla dies præterit, quin multa audiam alicunde, quæ audire non iuuat. ſed illis neq; curis, neq; anxietate mea occurrere poſſum. Benedictus autem Deus in omni tempore, qui ſcit menſuram flagellorū, quibus erudiendi ſint filij: occidit & uiuificat, immittit cornua quæ nos uentilent & humilient, ita ut caput erigere nequeamus: ſed mittit & fabros, qui illa deterreant. facit enim cum tentatione prouentum. Melius pleraq; narrare poterit, quàm parum adhuc fructificemus: & nihilominus ualde ſumus inuiſi ſacerdotibus Baal, & illorum adoratoribus. Deſiderius perendie quàm acceperam literas tuas, repentino conſilio ad ſuos feſtinauit: quo animo, conijectare non poſſum. Ignotaui abitionem eius, alioquin magis anxiè Euangeliū illi cōmendaſſem. timeo quòd nō abierit Euangelizatum: utinam ſubitò irripiat illum ſpiritus Domini. Tribuno ſemel loquutus ſum, antequam tuas literas accepi: ſed nihil reſpondit, neq; ualde gratæ in tantis tumultibus erant literæ. iterum tamen tentabo, idq; uarijs uijs, ſi qua tandem iuſticiæ ſpes.
B Fortaſſis tibi ocium erit legendi, quę interim de Euchariſtia cōgeſſi: iudiciū tuum non poſtpoſuerim ulli. cape igitur eius guſtum aliquem, & ſignificabo. Bene probatur ſeculum noſtrum, ut detegant impiorum fraudes, qui ſe profeſſuros Chriſtum receperant, & retrocedunt. De duce noſtro nihil prorſus audio. Vas cum reculis tuis tibi aduectum iri iuſſi, ſi fortaſſe quibuſdam opus habeas. Saluta fratres noſtros in Domino, & uale. Prima Iulij, Baſileæ.

IOANNES OECOLAMPADIVS OTTHONI ECCLEſiaſtæ in Milbuſen, ſuo chariſſimo fratri.

PAX CHRISTI tecum. Chariſſime Ottho, frater iſte exul, fidelis ac pius, ne cuipiam oneroſus ſit, cupit artem aliquam manuariam addiſcere: & ſpem habet, quod illic inueniat uirum à quo edoceri poſſit: ea propter commendatitias à me petijt, quas lubens illi dedi. & oro te per charitatem noſtram, ut illi quatenus potes, adſis. Non eſt enim ex his, qui uagando alijs moleſti ſunt. Porrò quod rarius ad te ſcribo, ne ſuccenſeas: neſcis enim quantum mihi ſit occupationum, & non uidentur quædam tanta, ut & mihi & tibi tempus furer. Iacobus ſymmiſta tuus, moroſitate ſua nec tibi nec uerbo oberit: modo tu, ut ſoles, ſtrenuè pergas, id quod abſq; dubio facturum te confido. Vale, Baſileæ 14. Octobris.

IOANNES OECOLAMPADIVS CONRADO SOMIO *Eccleſiaſtæ Vlmenſi, longe fideliſſimo ſuo fratri.*

SALVE in Chriſto. Bene te, Eccleſiamq; tuam ualere, mi Frater, accepiſſe ex literis tuis, gratiſſimum fuit. Valemus & nos per gratiam Dei. Porrò, fœdus de quo ſcribis, uereor infirmari aliqua ex parte, per conten-

C tioſins, intempeſtiue aliorum exigentes confeſſionē in re Euchariſtiæ: magis hoc quærentes, ut habeant quo uanè glorientur, quàm ut communem hoſtem repellant. Negocium excommunicationis, ut apud nos procedat, ſcire cupis. Bene ſi dito; res ſaluæ ſunt. Nullius cœpti minus pœnitet, nullum maiores fructus pollicetur. En decimus quiſq; uel primo admonitus, non eſt quin humilietur, & gratias agat. Catabaptiſtis ferè nihil refugij ſupereſt. Eccleſia iterum in aliqua autoritate haberi incipit: Offendicula paulatim extirpantur. Videmur quibuſdam plus nimium indulſiſſe infirmioribus: at hoc multo ſatius, quàm uel ſeueritate auſteriore omnem diſciplinam Eccleſiaſticam in tyrannidem conuertere, uel claues Eccleſię prorſus prodere. Spiritū uerbi diuini, iubentis ſemel atq; iterū corripi fratrem, ſequi multo conſultius, quàm rigidum uerborū tenorem amplecti. Quod autem tuæ Eccesiæ, utpote teneriori, putas minus tolerabile fore onus ſi ſuſcipiaſ, id multi & hic ſuſpicabantur: ſed mihi nō perſuadebant, nomothetā noſtrū Chriſtū ſuorum infirmitatē ignoraſſe, qui nequaq; linum fumigans confringit, nunc optimi quiq;, quod principio improbabāt, ualde approbabāt. Impios filios Belial, & eos qui foris ſunt, quibus uox Chriſti nunquam placuit, haud curamus. Quale ędictum fuerit, leges: quibus autem rationibus, & quę crimina, quáue moderatione, olim ſi uacarit ſcribam. In agro, nondum certiores facti ſumus, quantum proficiamus: tardius enim mandatum præfectis oblatum. quamuis ibi propter uirus Catabaptiſtarum grauius periculum: ſed ſperamus bene. Quid Memmingæ fratres decreuerint, ignoramus: utiq; Chriſtiani Chriſtiana. Bene uale, Baſileæ. 29. Martij. Anno 1531.

IOANNES OECOLAMPADIVS FIDELISSIMO DISPENſatori myſteriorum Dei, Cunhardo Somio, Eccleſiaſtæ Vlmenſi, fratri ſuo chariſſimo.

D GRATIAM & pacem à Chriſto. Dilecte Frater, non paruo hic gaudio afficimur, quoties audimus, quanta iſthic per te, uerbi ſui uirtute operetur Chriſtus. Ego cū primis, priſtinæ noſtræ familiaritatis memor, talibus nuncijs recreor. Precamur inſuper, ut qui cœpit, idem & perficiat: non eñ ceſſat Sathan ab artibus, quoad totus in aduentu Domini debelletur. Maxime in re Euchariſtię tumultuatur, et minatur omne malum. præſentit, ſi craſſiſſimi illi errores ab omnibus cognoſcantur, de regno ſuo actum eſſe, quod nunc filius perditionis magna ui tenet. Multum tuo nomine gaudeo, te ueritatem libere & cognoſcere, et profiteri. Potens eſt Chriſtus, ut te ab aduerſarijs tueatur. Non præualebunt inferorū portæ. Iterum fama eſt, Sueuos conterraneos meos, inuectiuā in me adornare. cui neſcio an reſponſurus ſim: uideo eñ non tam profici libellorum multitudine, ubi ſemel ueritas patefacta eſt. Certe ſi uellent doceri, & tuis & aliorum ſudoribus iampridem edocti fuiſſent: nunc contendendi libido illorum aures obdurat. Porrò ubi prodierint, uidebimus num reſponſo dignandi ſint. Vellem illorum dignitatem ſaluam: at illis parum curæ, ſi nos cum Eccleſijs noſtris peſſum eamus. Quem nō terrerent iſtæ diaboli machinationes? ſed didicimus quàm proſit nobis exercitatio, quàm uanę hominū cogitationes, quàm maledictus qui ponit carnem brachium ſuum. Vel ferenda erit crux, uel prorſus abijcienda erit. Nihil tepidis miniſtris in domo Dei peſtilentius. Nihilominus decet, ut interim mutuum adiuuemus nos pręcibus, amicis ſolemur literis: & ſi quid ſpiritus ſuppeditat, communicemus. Irruunt ex alia parte hoſtes, & ipſi ſupra modum moleſti: qui domos clanculum ſubintrant (de Catabaptiſtis loquor) Irrequie-
Catabaptiſtæ. tum eſt & capitoſum hominū genus, indoctè doctum, ſupraq; modum arrogans.

Vereor

Digitized by Google

A Vereor ne & tuam Eccleſiam inficiant, ubiq; proſcribuntur, proinde quærunt ubi deliteſcant. Verum Dominus per te prouidebit, ut in tempore malo obſtes. Cæterum nihil noui nunc habemus, quod uel profectũ, uel iacturã Euangelicę cauſę ſatis doceat. Multa minanť aduerſarij: & interim coqueruntur, non eſſe ſibi tantas uires, ut efficere poſſint quod cupiant. Grauiores ſunt inimici, quàm ut ſperare liceat pacem: maior item benignitas Domini, quàm ut deſpondeamus animos. In quem ſi reſpexerimus, & illum purè annunciauerimus, nihil nobis defuturũ. Et ſi breui hoc tempore premant afflictiones, quamdiu peregrinamur, ineffabilis tamen gloria nos manet: ſiquidem patientiam non amiſerimus, & uſq; in finem perſeuerauerimus. Ora pro me Chriſtum. Baſileæ, Anno 1527. Februarij die 10.

IOANNES OECOLAMPADIVS CLARISSIMO VIRO *Ioachimo Vadiano, Senatori ciuitatis SanctiGalli, ſuo obſeruando patrono.*

SALVTEM in Chriſto. Optime Vadiane, Tametſi paucis Catabaptiſtis uera reſipiſcentia data eſt, adeo grauis ac lętalis morbus, & ægre medicabilis furor, miſeros miſerè perdit: unus tamen hic Nicolaus, ſingulari beneficio Dei ex inferis, ut ita dicã, ὄντως regreſſus, reuixit. cui iure omnis fraternitas nõ ſolum gratulatur, ſed & in gratulationis indicium patrocinatur, ſi in priſtinum ſtatum ſuum reduci queat: in quo plus ſua pœnitentia prodeſſe poterit, quàm pridem ſua inſipientia incõmodauit. Adeſt igitur illi humanitas tua, & in hac re nos per Chriſtum pro illo intercedentes, aliquid impetraſſe declaret. Non enim ego ſolus, ſed & cęteri fratres, quotquot illum au-
B diunt & explorant, conuerſionem eius recipiendam, uti ἱκανὸν & iuſtam cenſent. Quod ſi fefellent, neſcio an ulli alij fides habenda ſit. Saluos opto ueſtros uerbi Dei concionatores, & quicquid illic eſt fratrum. Vale. Baſileæ, ſedecima die Ianuarij. Anno 1530.

IOANNES OECOLAMPADIVS SIMONI GRYnæo, *Græcarum literarum profeſſori apud Heidelbergam, amico ſingulari.*

SALVE in Chriſto: Mi Grynæe. In tempore uenerunt mihi tuæ ad Bedrotũ literę, nos non parum exhilarantes, & quaſi de aduentu tuo certiores reddentes. Noueris itaq;, te Senatus Baſilienſis decreto deſignatum, hic profeſſorem Græcarum literarum: id quod factum eſt 8. die Maij. Miſſus autem eſſet ad te tabellio publicus, niſi bona fortuna iam ad iter accinctus Martinus ille noſter, obuius fuiſſet. Itaq; hiſce meis non minorem, quàm publicis literis fidem habeto: & aduola quamprimum potes. expectaris enim à nobis magno cum deſiderio. Nam ubi ueneris, etiam reliqua, quę ad uſum gymnaſij pertinent, ordinabimus, ſi quo pacto inſtaurare ualeamus. Sicut ſuperioribus literis ſcripſi, quo commodius hic uiuere poſſis, honeſtum ſalariũ tibi cõſtitutũ eſt. Et ad futuras nundinas Franckofordienſes creditoribus tuis quinquaginta floreni dinumerabunť. Proſpiciemus etiã de domo tuis ſtudijs apta. Itaq; eã cõditionẽ ne reſpuito: labores tolerabiles erũt, periculorũ nihil: ubi adueneris, digna nominis expectatio, iucundus fratrũ conuictus. Caue arrogantiorẽ Norenbergã Baſileę ſimpliciori prætuleris. Hic & pietati, & muſis locus ſanctior eſt. Funes ne ablaquees, ſed deſeces rumpeq; moras omnes. Vale. Cętera Martinus. Agam omnia tuo nomine, quaſi res meæ eſſent. Iterum uale, Baſileæ 10. Maij. Superuenerunt obſignaturo & aliæ tuæ literæ per Bucerũ, quibus ſumptũ quem

C petis, indicas: de hoc ſcias nihil tibi adimendum, ſed adijciendum potius. Veni igitur, hic domicilium habiturus. Vale iterum. Phrygio collega, qui literas reddidit, te ſalutat.

IOANNES OECOLAMPADIVS DILECTO SVO IN Chriſto N. *concionatori.*

SALVE in Chriſto mi N. Primo omnium rogaui ex N. ſuper manſuetudine tua: qua nihil magis Chriſtianum, nedum Apoſtolum decet. Is quum mire extuliſſet ſedulitatem infatigabilem, ardoremq́ inextinguibilem, & ſatis felicem ſucceſſum: ſubdidit, quod in ſacrificos imbres effundas cõuitiorum. Non ignoro, quid illi mereantur, & quibus coloribus depingi debeant: pace tamen tua dixerim, amicus & frater fratri, non uideris per omnia officij tui reminiſci. Euangelizatũ, non maledictum miſſus es. Medici ſectionem morbis adhibent, qui cataplaſtra contemnunt, incurabilibus etiam ſectionem denegant. Non audebat archangelus Michaël diabolum maledictis abluere. Immodico zelo, uideris fraternæ infirmitatis parum memor. Non omnes peſſimo animo, ſacerdotio illo polluto fungi cœperunt: multi ignorãtes, multi à parentibus coacti, multi inopia deſtituti, multi pulchritudine miniſterij allecti, multi ſuperſtitione, non per ianuam ingreſſi ſunt, non tamen furandi animo. Ananias & Sapphiras, ſpiritui ſancto reluctantes, Chriſto non lucraberis: illos reijce, cæterorum infirmitatem agnoſce. Non ſatisfacit mihi, quod amicis uerbi blandus es: cura tibi ſit, quomodo lucrifacias inimicos. Nihil tam abiectũ, quod nequeat exaſperari: generoſiſſimorum eſt, non niſi in tempore iraſci. Non ignoramus zelum Eliæ: ſed uide quibus temporibus, & quoties exarſerit. Bonam partem uitæ maledictis inſumere: non'ne carnale tibi uidetur? Habent refugium D ſcio ij, quorum manibus inter ſecandum ligna à manubrio ferrum euolat, proximum occidit: ſed non carent iudicio, nõ carent culpa. Cogita, num eadem illa ſemper Chriſtus ingereret obduratis: & fac quæ Chriſtus in te uiuens faceret, à quo diſcas mititatẽ ac humilitatẽ. Condono, imò laudo zelum, modo ne deſideret manſuetudo. Si lupi ab ouili fuerint abacti, fac uocem paſtoris audiant oues, & paſcantur: quandiu maledicentijs uacatur, in trepidatione ſunt, et non tam paſcuntur quàm periclitantur. Da operam mi Frater, ut ſpiritum meum exhilares etiam hoc nuncio, quod in tempore ſuo uinum et oleum infundas, quod Euangeliſtam: non tyrannicum legislatorẽ præſtes. Dabis hanc monendi libertatem charitati, & animo pro te ſedulo, Deumq́ roganti, ut per te multa operetur. Vale, Baſileæ. 19. Auguſti. Saluta Metenſem equitem plurimum in Chriſto. Nondũ occluſeram literas, & obtulit ſe alia ſcribendi occaſio. Hunc enim uirum pium & ſatis eruditum in re Chriſtiana, qui iam olim â quibuſdam nobilibus inſtigatus, ut ad ducem ſe conferret, nunc eiectus propter uerbum, impellente nimirũ Domino, in meſſem mittitur: habebis commendatum. conterraneus meus eſt, & habet iſthic qui parentes eius & ipſum nouerunt. N. fortaſſis alia manet uocatio. De excelſo Miſſæ abolendo, uixdum crediderim poſſe te obtinere, quod conaris. Matura lente: niſi Dominus ædificauerit domum, fruſtra laborant qui ædificant. Eijce ex pectoribus hominum Antichriſtum. Vale, & fratris curam ne contempſeris.

IOACHIMO VADIANO CONSVLI SANCTOgallenſi, *ſuo obſeruandiß. patrono ac Domino.*

SALVE in Chriſto. Superuacaneum foret, Vir clariſſime, multa ſuper hiſce, quæ hic geruntur, literis commendare: quũ Chriſtianus, qui eas reddet, multo fidelius et uberius omnia referre poſſit. Quoniam autem

nihil

A nihil tibi gratius nũciari poteſt, quàm ſi regnũ Chriſti noſtri ꝓferat ſua pomœria, & Antichriſti uires debilitentur, paucis perſtringemus, quæ non ingrata fore confidimus. Vlma igitur, quæ nos accerſijt, ſat multa ſpecimina exhibet, ſeſe nec ficto nec uulgari animo ad Chriſtum acceſſiſſe. Nam, quod iam palàm eſt, neglecto imperatorio edicto, Miſſæ & idolorum abominationes è templis eiecit: meditatur autem, ut & barbariem cleri emendet, & lectiones cum in ſacris literis, tum in linguis inſtituat, noſtrarumq; Helueticarum Eccleſiarum ſinceriores cum ceremonias, tum cenſuras imitetur. Quo exemplo ſperamus etiam alias Sueuicas ciuitates poſſe tandem extimulari, ut Chriſto gloriam ſuam, quam obſcurant Sophiſtæ impij, aſſerant. Scribitur nunc Apologia cum conſtitutionibus: quibus abſolutis, & à Senatu approbatis, domum nos dimitendos rogabimus. Vale felix. Vlmæ die Iunij 23. Tui, Blarerus, Bucerus, Oecolampadius, Somius.

IOANNES OECOLAMPADIVS GVLIELMO FARELLO
in Aelin, Chriſtiano fratri.

SALVTEM in Chriſto. Gaudio magno percepi, te iterum annunciandi uerbi locum inueniſſe: gratia ſit Chriſto. Tu autem mi Farelle, fortiter obſecro & prudenter agito. ſerpens enim antiquus ſua calliditate mirum in modum inſidiatur. Pijs artibus, & Apoſtolicis uerſutijs ad circumueniendum illum opus eſt. Vbi oſtium patuerit, tunc aduerſarijs liberius obſiſtetur. At Chriſtus fortior, docebit qua uia eundum: illum, ut ſoles, habe magiſtrum. Vt ſe res noſtræ hic habeant, Damianus noſter narrabit: qui heri inſignitus eſt colapho propter Chriſtum: quẽ tibi nõ opus fuerit commendare: Noſti enim, nihil eo eſſe ſincerius. Datæ Baſileæ, in die Ioannis Euangeliſtæ. Anno 1527.

B

IOANNES OECOLAMPADIVS OTTHONI BINDERO
Eccleſiaſtæ Milhuſano, fratri chariſſimo.

IN DOMINO Ieſu, gratiã & pacem. Mi frater: Etiamſi neq; Argentoratenſes fratres, quibus te percharũ ſcio, te mihi cõmendarent: neq; Milhuſanus populus, quẽ ſuo uerbo Chriſtus erudiri per te uoluit, tam dilectus mihi eſſet: ſatis me feruor atq; zelus, quo tua prouincia ſtrenuè fungeris, me accendunt, ut te diligam, colam, obſeruem, tibiq; omnem meam operam, ſicubi illa opus fuerit, addicam. Proinde ne dubites, literas tuas unà cum lucubratione mihi fuiſſe gratiſſimas: partim quòd eruditæ ſunt, partim quòd ſincerum tuum erga me animũ teſtantur, tametſi, ut nunc mea negocia ſunt, libellum uix deguſtare datum eſt, & multo minus iudicare: breui tamen, ſiquidem opus fuerit, pluribus ſcribam. Iam mihi conſultius uidetur, quamuis facillimũ ſit, non iudicaſſe uideri uelle: quo minus arrogans cenſear, et uos facilius ſimultates ſubgliſcentes deponatis. Fieri enim ſolet, ut inuitius poſt grauem conflictum à prȩlio recedatur, quàm dum prȩlium uix initum eſt. Sanè pacem ſanctam & ſinceram inter uos, ut maxime neceſſaria eſt, ita firmiſſime cõſtare uellem. Scribo itaq; Iacobo, ut & ipſe quæ pacis ſunt, quantum ueritas patitur, ſectetur. Certe idolum iſtud Miſſȩ, pietati ueræ, quam Chriſtus docuit, nõ conſonat. Vnde et nos his qui euangeliũ docemus, magna ſedulitate inſtamus, ut abhorreat populus, quod tam peſtiferum hactenus fuit. Speramus autem & Senatum propediem aliquid ſuper re miſſaria definiturum: à quo tamen nos non pendebimus. à uerbo eñ quod annunciandũ ſuſcepimus, diſcedere nõ licet. Cæterum te oro mi Frater, ut ita ueritatem prædices, ne infirmiori & tardiori forſitan fratri inſultare uidearis.

C Efficacius docebis, ſiquidē charitatis fueris tenaciſſimus. Nolim te tacere, & minus clamare contra abominationes: ſed admonuerim, ut neceſſarij collegæ, quibus potes uijs, auxilium tibi iungas. Precandū erit Deo, qui eſt pax noſtra, ut rem omnem, in ſui gloriam moderetur. Vale, ſeptima Septembris. Anno 1527.

Si Iacobus te acceſſerit, exhibe te humaniſſimum: uere oblitus, ſi qua interceſſerunt iniuriarum. imò quære uiam ut illum blande alloquaris: & ſi permittat, rem exponas. Scribe dein ut res habeant, ſcripſi enim illi ut par eſt, et propediem etiam cæteri fratres ſcribent. Curate concordiam.

IOANNES OECOLAMPADIVS CVNRADO SOMIO *Eccleſiæ Vlmenſis fideliſs. Antiſtiti, dilecto fratri.*

SALVE in Chriſto. Decima quarta huius menſis domum ueni ſaluus, mi Frater, non ſine multorum expectatione. Mox rapior ad labores, necdum ſalutatis amicis proximis. Quod non ſcribo, quaſi illi me ſupramodum grauent: ſed ut uideas, te non ſolum ad labores natum. Sufficiat nobis gratia Chriſti, qui miniſtros ſuos nunquam deſerit. Sequendū igitur quoquò uocat. Hodie Senatui referam, quanta in me collocata ſint & iſthic, & in itinere. Vbique eñ pluſquā honorifice habitus ſum. Erit autem is, non dubito, ingratus minime. quod ſi minus, uel ipſe pro mea paruitate annitar, ne ingratitudine laborem unquam: id quod ex frequentioribus epiſtolis certo cognoſces. Nunc uale. Vxor mea bene conualeſcens, gratias habet pro munere, ſalutarique iubet te ac tuā. Quin & Ambroſium Blarer multū ſaluto, optans ut per eum tu ac ſymmyſtæ tui opus Dei plurimum promoueant. Vale. 15. Iulij. Saluta Conſules & ſymmyſtas, et in primis Vilandum, meo nomine: promittens,
D nihil ita in uotis meis fore, atque ut illorum expectationi reſpondeam.

IOANNES OECOLAMPADIVS BERCHTHOLDO HALLERO *Eccleſiaſtæ Bernenſi, ſuo chariſſimo fratri.*

SALVE in Chriſto. De his quæ à me ſcire cupis, mi Hallere, quare tot mulieres acceperint Sancti in lege ueteri, ſcio uberius ex alijs audire poteris: nunc tamen quod in buccā uenit, aſſigno. Exempla primum diuinæ legi non præiudicare, deinde, Deum quoſdam à lege eximere. Adhæc, apud iuſtos nonnunquam minore offendiculo multas habitas, quam cognitas fuiſſe eiectas. Abraham, fauente Sara, habuit Agar. Iacob nolebat Lian, ſed quia obuenerat, non illam relinquebat, Liæque & Rachelis gratia ex ancillis filios genuit. Deus item non uulgariter elegerat & benedixerat Iacob. Iam Elcanæ uxorum altera ſterilis erat: quid mirum ſi ea tempeſtate & alteram ſecundam ſuperduxerit. In Dauide uariæ rationes ſunt, quare tot mulierum uir fuerit. De Micholis cōtemptu perſpicuum eſt. Batſchabeæ adulterium inexcuſabile eſt. Abigaelis uirtus regio marito digna erat. Porrò Auguſt. dicit alicubi, alia uicia grauiora, alibi leuiora uideri. Ebrietas, quę Phryſijs leuicula eſt, Italis abominabilis. Cæterum quid opus excuſare illos, qui & in alijs ſe homines declararunt, & iuſticia fidei eguerunt: neque enim ideo ſancti fuerunt, quia multas habuere mulieres, ut propterea lex Chriſti irritari debuerit, & impudenti Mahumeti ſubſcribendum ſit. Accipe nunc deſideratum Danielem, quem non ingratum tibi fore ſpero. Vale. Baſileæ 9. Aprilis.

A

IOANNES OECOLAMPADIVS CAPITONI *fratri chariſſimo.*

SALVE chariſſime Frater. Nudiuſtertius huc adueni. ora mecum Deũ ut uel aliquandiu hic ſubſiſtere concedatur, ne ſemper uagandũ ſit: imò eius gloria et uoluntas fiat, nõ mea. Extruſurus erã cõtinuo Homilias Chryſoſtomi, quas Ebernburgi uerterã: ſed typographi aliud uolunt, nempe ut auctiores prodeant, commentarijs uidelicet eius in epiſtolas ad Corinthios, quorũ pars aliqua uerſa eſt. reliquam ego, ſi Deus uolet, uertam: unde factum forte, ut magis urgeant, qui exemplar à te repetunt. Nam dicunt id exemplaris te hinc auexiſſe. Tu ut ſtudijs faues, & meis ſucceſſibus, oro, ut quàmprimum huc reuehi cures, alioqui forte re infecta hinc diſcedendum. Potes autem, ſi non licet Argentoratum redire, id negocij Gerbelio uel Luſciniæ demandare, per tuum Fridericum Prechter. Exemplar quo Ebernburgi ſum uſus, totum (ni fallor) uerſum eſt: cuſtodit apud Hedionem, Nazanzenus uero apud parentes meos. pollicere monachis, quod & eum propediem reſtituere uelis, ut Argentoratum redieris. Interim ego eum afferri curabo. Magnopere & Vulgariũ deſideramus. Billibaldũ, & ſi qui ſunt alij Norimbergæ mei ſtudioſi, precor multum meo nomine ſalutes, et eis me cõmendes. Vale, Baſileæ apud Chartandrum. 19. Nouembris.

IOANNES OECOLAMPADIVS VIRO ET PIETATE *& eruditione claro, Ioachimo Vadiano, amico præcipuo.*

IN CHRISTO Ieſu gratia, pax, & ſalus. Vir clariſſime: ſucceſſus Euangelici hic impares ſunt ac uarij, nunc lætiores, nunc triſtiores, ut probemur an cõſtantes ſimus. Nodum Gordiacũ bipenne uerbi
B ſperamus ſecandũ, cui nec ipſe potentiſſimus Antichriſtus reſiſtet: cuius impoſturæ hoc magis deteguntur, quo ſe nobis fortius opponit. Nondum hic quatenus uellemus, progredi poſſumus. Fortes ac inuicti nobis ſunt aduerſarij: ijdem tamen & uicti ac imbelles, atq; adeò cōfuſi. Veritas enim illis negocium facit. Sed non miteſcunt propterea impij, ut iſthic: ſed quotidie nouis artibus impugnant. Apologeticon noſtrũ Senatui oblatũ mitto, ſed fabulam ſurdo narrauimus. legi em̃ audiuit, nihil inde aſſequutus, quàm ut poſthac minus excuſabilis ſit. Faxit Chriſtus, ut cæteri maiori fructu legãt. Editũ eſt neſcijs quidẽ nobis, ſed non ſtomachantibus. Cæterum ego Latinos nunc facio Cyrilli contra Iulianum apoſtatam, decem doctiſſimos libros: exemplar Capnionis nactus. Cuperem ipſe ab inuidioſiſſimis aliquando Apologijs liberari. Eraſmus humilitatẽ noſtram non agnoſcit, regibus & Pontificibus magis quàm puſillo Chriſtianorum gregi addictus eſſe uolens: qua conſcientia, ipſe uiderit. Vtinam tantum ſileret, & non etiam aperte impijs adularet̃, qui nunquã perſequi Chriſtum ceſſant. Saluta ex nomine meo Dominicum & Iuſſlenum, alioſq; miniſtros uerbi. Te Bertzius ſalutat. Baſileæ. 11. Nouembris.

IOANNES OECOLAMPADIVS GVLIELMO FARELLO, *Chriſtianiſſimo ac pientiſſimo fratri.*

GRATIA & pax à Domino. Mi Frater: Quid de alijs querar, quod nõ omnia pro uotis meis ſuccedunt: fortaſſe id totum peccatis meis debetur, & quod neſciam tractare uerbo ſingulos, prout infirmitas eorum requirit. Igitur quos caſtigare non poſſum, relinquo Domini iudicio, Pellicano neq; ſuaſi, neq; diſſuaſi, ut exiret monaſterium. Meo marte

didici

A IOANNES OECOLAMPADIVS HEDIONI,
concionatori Moguntinenſi. S.

CHARISSIME Frater: Scit Cratander quòd ſæpe ad te ſcribo, ſæpius tui memoriã habeo, imò perpetuam. Hac in re felicior ſum te, quòd tuæ mihi literæ redduntur: ſed iterum infelicior, quòd meę ad te non perueniunt. & toties, & tanta ſcribo: neſcioq; iam unde auſpicer, quod argumentũ tractem? Hoc certe potiſſimum eſt, quod à te ſemper peto, ut quotidie in fide Chriſti firmior euadas quotidie magis ac magis Chriſti populũ ignitis ſermonib. augeas. Sed de his nihil opus eſt monere. Scio etiam hoc, quòd omne ſtudiũ tuũ in id negocij collocas. Quin potius precor, ut tu talis ac tantus, Chriſtũ mihi exores, ut meã uilitatẽ reſpiciat, & ſuis dulcoribus animã hanc miſellã refocillet. Eſt eñ & mihi certamẽ, tantoq; grauius, quanto occultius. Ignauia mea me arguit, & iterũ ueteri culpa deſunt uires, ut ab ignauia uindicare nõ poſſum. Itaq; multis nominib. ſemper longe abſum à ſcopo. Proinde ut mutuis exhortationibus uti ſolemus, uidet̃ mihi neceſſitas, maxime mea, exigere, ut orationes quoq; non negligamus. Legi Agricolę literas. Profecto in pleriſq; uere dicit: parui eñ fructus mei ſunt, & eſt quod uere deploro. tametſi primũ legens literas, impudentior, ridebã, et in cachinnũ ſoluebar, maxime φ ille me expugnarit: qua una in re homo & ipſe mecũ deploratione dignus. Vtinã totus ille tenebricoſus meus Adam expugnaretur. Non poſſum probare, φ Neſenus irritare magis uult hominẽ. Ego ſanè dubitarim, an reſpondere, uelim etiamſi felici libro me prouocaret: tametſi iterum uti morbidus, bonus haberi uulgò quęram, & à contumelijs et opprobrijs abhorreo, quorũ multa à multis Chriſtus noſter propter nos audire nõ dedignatus eſt. Sunt hic ex Sacerdotibus & Theologis, qui de me peſſime loqui cupiant, nec deſiſtunt ubi clàm conueniunt. Tantum machinati, ut Hutteno
B non fuerit diutius tutum hic agere: unde & nudiuſtertius hinc diſceſcit, quorſum autẽ neſcio. Miſi nuper propoſitiones, & quædã monſtra uerborum, quæ Vuonneck hic diſputaturum ſe promiſit. Quam ſcenam putas? mihi à diabolo inſtructa uidetur, et nihil boni inde auguror. et planè ab Theologis uel extimulatum, uel ſubornatum opinor. Si quis cum illo congredietur, ſcis cum quo homine illi negocium futurum, qui illi aſſiſtent. Sin nemo prudens illum dignabit̃, id quod uelim, & faciendum cenſeo: iam ſe uictores dicent, & apud uulgum uenditabũt, ut ſunt mille dęmonis fraudes. Aiunt aduenturum Fabrum Conſtantienſem uicarium, multis Romanis diplomatis: affuturum etiã ipſum diſputationi. Sed Zuinglius noſter eximius athleta, certamen apud Tigurinos ſuos certabit. Quia enim quotidie nunc hæc, nunc illa cõcionatores clamitant, & ille huic, hic illi hæreticus eſt: Senatus nimirum dexterrimę prudentiæ, rem non tollerandam ducens, diem dixit Zuinglio, ſuæq; iuriſdictionis ſacerdotibus omnibus, quo diſputet̃. Ego mallem puram ſatisfactionem, nam quid parit diſputatio, quam diſceptationem? quid diſceptatio? lites, quid lites? odium. ubi odium, quomodo ueritati ſaluus eſt locus? *Diſputationum uſus.*
Hac hebdomada Paraphraſis in Ioannem primum excudi cœpta eſt, nihil adhuc noui mittere potuimus. Babylas impreſſus eſt, cui ego iuſtas annotationes adiunxi, ut uideant quàm non ſim factioſus. Iidem facturus ſum & in alijs. Hac hebdomada uertendo abſoluam Homilias in Geneſim. Ibi diſcimus, quomodo ſepoſitis allegorijs tractandæ ſint ſacræ literæ. Valeant Origenes, & filij eius omnes, qui *Origenes.* nobis miſericordem Dominũ obſcurarunt. Hic nullis non locis *συγκατάβασιν καὶ φιλανθρωπίαν* feliciſſime tractat. Bene me conſolatus eſt. Non pœnitet itineris, ſudoris, & uigiliarum, quicquid tuli, & quicquid adhuc ferendum. Sudandũ autem mihi maximè, ſi ſudatum unquam. Et non auſim ab ullo homine mercedem ſpe-

C rare: uix habeo, cui auſim gratis inſcribere. Adelmannus quidẽ ambit, ſed uereor ne tandem mecum periclitetur: & quod ferre mihi donat Dominus, alij fortaſſis graue ſit futurum. Verũ neſcio quando excudetur Geneſis. Ex Homelijs quas mecum attuli, uix uiginti ad nundinas parabuntur: ita prælа ſunt occupata, & ego nouis occupationibus curas fallo. Rodio Traiectenſi parum hoc ueſperi loquutus ſum, cras ad prandium Cratandri uocabo. Doleo me in ea eſſe conditione, quod non poſſum quibus uellem propter Chriſtum benefacere. Verum ille benefaciat eis. Hardtmundius ubi agat neſcio: hoc ſcio, ubi ubi eſt, ſui ſimilis eſt, & Euãgelij amicus. Vueſſelum ſi uolet Rodius, imprimet Cratander. Et Lexicon Melancht. quoq; optaret, ſi conſequi poſſet exemplar. Ne intermittas quin ſępe, & multũ, & quicquid ſalutis optari poteſt, meo nomine Stumpſio noſtro preceris. Sed & Andream, & Carbachium quoq;, & Pingenſem Melchiorem ſaluta: non uacat omnibus ſcribere. Vale, Ipſo die Agnetis. 1523.

IOANNES OECOLAMPADIVS HEDIONI *concionatori Moguntino.*

IN CHRISTO ſalue, Chriſti miniſter ac preco. Redditę mihi ſunt tuæ litere Kalendis Nouembris, & adhuc me inopem conſilij reliquerunt. Cæterum ita ego deliberaui, ut ſcribam primum Auguſtano typographo, cui olim promiſi operam meam, nam fides ante omnia ſeruanda fuerit, ut ſi ei fuerit integrum, ac gratum, mihiq; ſecurum, mittat parentibus meis nuncium, & per eos me uocet. Quem ſi non miſerit intra tres hebdomadas, itineri me accingar, ut Baſileam ad Cratandrũ noſtrum proficiſcar: niſi tibi aliud uideatur faciendũ. Scripſi de ea re Adelmanno noſtro copioſe, & quantum ſatis. Reliquum, in futuram hebdomodam, ut petis, te inuiſam, & fortaſſis eodem
D itinere parentes. Quod ſi fortaſſis inuidioſiorem me tuis putas, ut me inuiſum eis ſcio, unde aliquid gratiæ decedere tibi poſſit, fac ut præſtituas diem uel hac, uel futura hebdomoda, Pingiæ apud Melchiorem noſtrũ, ubi uterq; citra ſuſpicionem aliorum conuenire poſſumus. Nolim enim anſam prębere inſaniæ quorundam. Chryſoſtomum nondum recepi, quem miſiſti. Ego Gręcum exemplar remittam, ut primum licuerit, uel certe mecum afferam. Non opinor multũ in eo relictum, quod non ſit uerſum à me uel alijs. Quod ſi ſcirem quicquid id eſſet, noſtris adueherem. Hardtmundius noſter conſtanti animo eſt, quem nihil impedit niſi militiæ baltheus, ſi non abſolutiſſimum agit Chriſtianum. Eberbachium nomine meo ſalutationibus adobrue. Vale, Secunda Nouembris.

IOANNES OECOLAMPADIVS CVNHRADO SOMIO *apud Vlmam Euangeliſtæ integerrimo, fratri ſuo in Chriſto chariſſimo.*

GRATIA & pax à Domino. Quàm fideliter, chariſſime Cunharde, in uinea Domini ſudes, omnes pij pręḋicant. Perge, neq; ſpera laborem unquam minorem aut leuiorem futurum, atq; ne te operis pœniteat, non puta æternam iſtam gloriam, uictiq; mundi triumphũ ubi apud ſuperos decerni, niſi hic legitime certaueris. Omnia in honorem & gloriam ſummi regis feciſſe, magnum eſt in humana conſcientia præſidium conſtantiæ: Et côntrà, nihil ex Eccleſiæ columnis arundines uento agitatas æque facit, ac gloriæ cupido. Exempla non eſt ut ſcribam, quæ tibi uicina ſunt. Donet miſericors Deus, ut agnitam ueritatẽ aliquando nõ diſſimulent. Nos illis reſpondemus, qui contra ueritatem neſcio quæ σφαλῖνα uulgare non ſunt ueriti. Ex nundinis Franckfordenſibus

A denſibus omnia in orbem commode diſſipabuntur, ſi modo res ex ſententia procedat. Symbertus quę flagitauiſti omnia uberius ſcribet: nos eñ ſic diſcerpunt negocia, & urgent nundinæ prædictæ, ut quod maxime cupiam, non poſſim tamen fuſius ad te ſcribere. Sic pugna, ut Euangelium non prodas: hoc ſi facies, te quoq; ſeruabis. ſcio enim nihil tibi deeſſe quod ad fidei conſtantiam attinet, quo minus libere, quod uerum eſſe ſcis, fateare. Sed interim memineris, Apoſtolorum coryphęum Corinthios lacte aliquouſq; nutriuiſſe. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti dirigat et cõfortet te in omni bono, ut prudenter ac fortiter opus Domini perficias. Amen. Cætera Symbertus. Saluos iube noſtro nomine Beſſererum, urbis ueſtrę conſulem, & omnes pios. Ex Tiguro. 9. die Februarij. 1526. Sub prælo eſt liber de Euchariſtia Germanice nobis ſcriptus, qui intra decem dies abſoluetur, Deo auxiliatore. Oremus pro nobis mutuo.

IOANNES OECOLAMPADIVS HEDIONI
concionatori Moguntino.

SALVE Hedio Chariſſime. Declamauimus hodie uterq;, tu ad Eccleſiam grauem, ego ad unum, & alterum quo robore Chriſtus hoſtibus ſuis ierit obuiam: quod nobis modeſtiæ, patientiæ, ac longanimitatis exemplum retulerit. Verum quid profuerit uel ad rauim boare? hoc faciunt & qui ultimæ regni cœlorum claſſis ſunt. Enitendum nobis, ut infractus ſit animus, ſi quando bella ingruant, & ſęuire cœperit ſolutis uinculis Lucifer. Vſq; in hunc diem non niſi exilia præludia experti ſumus: nempe ægre ferunt quidam homunculi, paruæ autoritatis, minoriſq; Chriſtianiſmi, libertatem Euangelicam, cuius parum aſſueuerunt. nondum uentum ad ſentes, flagella, crucem, fel, atq; cætera. Paremus animos, imò oremus, ut quacunq; hora nos uocarit Chriſtus, non ceſſemus, & ne uerbo quidem, certi felicitatem præcipuam uitæ huius, periclitari nomine Chriſti. Sat ſcio, nihil opus apud te eiuſmodi inhortatione: ſed patere, ut me interim confirmem. Cæterũ ſtatui ut primum licuerit, inuiſere parentes meos, quibus hoc recepi quum abirem. fortaſſis in reditu inueniã te Maguntię: neq; enim ualde diu abeſſe te uelim à tuis, cauſam ipſe potes diuinare. Tum commentabimur & pleno ore, quæ approbaturum ſpero Chriſtum. Interim tu apud amicos Oecolampadij memor eſto, ſi forte quid ſalubrioris conſilij captes. Neq; enim adhuc tam mala, tamq; periculoſa uidetur cauſa noſtra: ſed neq; tam horrori ſunt pericula. Dominus te comitetur in itinere, incolumemq; reducat, imò ſit tecum ſemper. Vale, ipſo die Paraſceues 1522.

B

HVLDRICHVS ZVINGLIVS CVNHARDO SOMIO
Vlmenſium Euangeliſtæ.

GRATIAM & pacem à Domino. Narrauit mihi Cunhardus Herman, ut uanus ſit apud uos in illũ rumor ſparſus. Scito igitur falſa eſſe omnia, nam & iſtud mendacium impudens fuit, quo ſuperioribus annis degrauatus fuit, quaſi fœminam quandam rapuiſſet, &c. Tu quod ad hanc cauſam attinet, tuto potes innocentiam hominis defendere. Cęterum ut omnes de ſaluo reditu tuo eramus ſolliciti, ita lætos omnes reddidiſti, quum ſaluum rediiſſe accepimus. Quod hactenus nihil ſcripſi, non alia cauſa factum exiſtimato, quàm quod noſtris nihil opus habes. Deinde ipſe uideo, Cunhardum Somium talem eſſe uirum, ut amicitiam deſerere non poſſit, etiamſi quis ſcribere deſinat. Ludimagiſtrum ueſtrum non potui uel ſaltem conuiuio excipere, tu meas occupationes excuſabis. Apud Froſchouerum nihil adimere precio

Digitized by Google

C quiui, ne ergo putet meam illi defuiſſe fidem ac ſedulitatem: ego enim uobis cum
primis multa & debeo, & cum datur pendā. Vale, et perſuaſum habeas, tibi Zuin
glium ferreis olim uinculis deuinctum; nunc ubi fretus eſt bonitate & humanita-
te tua, adamantinis catenis eſſe alligatum. Cunhardum dignum atq; fidum arbi-
tror, qui alicubi pręficiatͬ. Ne ergo deſit ei opera tua. Debemus tales, qui malis ex
erciti & indurati ſunt, ad huiuſmodi munera euehere, Tiguri. 3. die Aprilis 1528.

IOANNES OECOLAMPADIVS HEDIONI
concionatori Moguntinenſi.

SALVTEM in Chriſto. Frater chariſs. ut nuper cum Aſclepio ſcripſi, ita
adhuc affectus ſum: atq; ô utinā tam conſultum, quàm iuuat. Non
ideo quod tot incommoda ſunt aduerſa ſtudijs, ſed quod non uideo
aliquid pietati ex noſtris latibulis accedere. Verū inde obſtat, quod
neſciamus quid ille pontificius legatus Nurmbergę moliatur: quem
in hoc miſſum ferunt, ut negocium Lutheranum conficiat. Scripſit de ea re Capi-
to noſter ad te opinor: ſi quid certum habes, communica. Interim ego Chryſoſto
mum apparabo. Quòd ſi & amici ſuaderēt, mallem id negocij alibi tractare, nem
pe apud typographum: ut dum alia ille excuderet, ego alia caſtigarem. Fieri poteſt
ut ea ratione commeatum à patrono commodiſſime impetrem. Tu dic quid tibi ui
deatur, & quomodo res apud uos agantur. Tempus erit coronarum & pręmiorū,
ſub tam infeſtis principibus. Itaq; nemini minus triſtandum, quàm ijs qui in ſtadio
currunt. Reliquum, ut ſubſideamus, & ut ab omnibus abſtineamus quæ impedi-
re poſſunt, reijciamus omnia quæ grauant. Aduerſus imbelles, & ſæpius antea ui
ctos dimicandum: uictos à mulieribus, uictos à pueris ne timeamus: ne timeamus
quos ſemper ſuæ cupiditates uincunt, & in quæuis nefanda trahunt. Chriſtus li-
D bertas noſtra eſt: hunc ſi aſſerimus neglectis nobis, res noſtra undequaq; ſalua eſt:
& lucrum erit, quod plerīq; mortalium formidant. Te confortet Dominus, ne
quà labaſcere contingat, ne deplores id quod ego: tametſi ſpero, gratia Domini,
iterum me pijs reddendum & luci, in eorum utilitatem. Nam alioqui quanto
beatius eſt in tenebricetis deliteſcere, & doliarem uitam agere? Mi Frater, ne ad-
mittas oro triſtitiam: Dominus enim qui cum primis fuit, ipſe & nouiſſimis
non deerit. ipſe enim primus eſt, & nouiſſimus, α & ω. Ipſo Pręſide ſtultum eſt tre
pidare, tantum fidamus. Modis omnibus optimus, ſuos derelinqnere quomodo
poteſt? At nos ſui ſumus. Det Deus, ut nihil niſi quod eius ſit agamus. Bene tecū
agi ſpero, ora & Deum pro me. Indicem in Homilias Chryſoſtomi mittas, uel po-
tius, ſi commodum foret, Chryſoſtomū ipſum. Capitonis ad uos aduentus, ſi non
breui ſperatur, literis conſulendus erit. fac ſciam. Eberbachium, amiciſſimum no-
ſtrum fratrem, ſaluta meo nomine. Vale.

IOANNES OECOLAMPADIVS HEDIONI
concionatori Moguntinenſi.

SALVTEM in Chriſto, chariſſime Frater. Remitto orationē tuā, quæ
mihi multis nominibus placuit. Vera quidē ſcribis, ſed uideſis apud
quos loquaris. alde enim teneris & delicatis auribus ſermonem fa-
cies. Quod non ſcribo ut te dehorter: ſed ut facis, animum quoti-
die fide ſtabilias. Adeſt enim horrendus ille dies, aut certe non lon-
ge abeſt. Immutaui nonnulla, ut boni conſulas oro: potes, ſi uis, tua reſtituere.
Mea ſententia oratio ſatis prolixa erit, etiamſi nihil adieceris. mihi profecto nihil
uacauit adijcere, niſi aliquanto tardius repetijſſes. Apud Capitonē ſi uenit ad uos
quod

Digitized by Google

A quod aiunt, cura ut quàm citiſſime ſcribat. Timeo, niſi breui parentes inuiſam,
poſt hac non fore integrum. Si ignauus noſter typographus ſermonem excudit,
fac habeam exemplaria, præterea tria uel quatuor epiſtolæ noſtræ nam. alia om-
nia diſpendi. Saluus ſit Eberbachius, in primis autem Capito. Et tu uale, & pro-
ſperare in uerbo Domini. 29. Iulij. Ebernburgi.

IOANNES OECOLAMPADIVS HEDIONI
fratri chariſſimo.

SALVE in Chriſto mi Frater. Rarius ſcribo, nec te ęgre ferre credide
rim. nonnunquam argumentum, nonnunquam tempus deeſt ſcri
bendi. Scis quod ſaxum uoluam, uere moleſtũ: tantoq́ moleſtius,
quod fruſtra ferè ſemper ſudeĩ, & res in deterius quotidie uergere
uideatur. Quantum orandus eſſet Dominus, ut ſuccurreret calami
tatibus huius ſeculi? Vidimus multa aduerſa, et pauciores lachrymas ad placan-
dum patrem. Nondũ aperiuntur oculi, & iam in plagis. Iuſtum iudiciũ Domini.
Nihil habeo quod ſcribam, quod non ex Kirshero noſtro cognoſcere ualeas. Mit
to annotationes meas in epiſtolam ad Romanos, quas tibi meo nomine non in-
gratas fore arbitror. Elleborum pro Latomo paraui. Saluta fratres: quibus me dili
genter commenda, ne obliuiſcanĩ mei in orationibus. Vale. Baſileæ 23. Auguſti.

IOANNES OECOLAMPADIVS MARTINO FRECHTO
diuinarum literarum profeſſori, ſuo in Chriſto dilecto fratri.

SALVE in Chriſto. Gratulari quidem pridem debebã mi Martine, tam
honorificam iſthic tibi obtigiſſe profeſſionem: ita exigente cum uetere
noſtra amicitia, tum ſpe nominis Chriſti clarius iſthic refulſuri. Gratu-
lor itaque plurimum. At quę hodie pleroſq́, ne audeant quod uelint,
B deterreant ipſe non ignoras: tantum ſibi licentiæ etiam in publicam fidem, im-
piorum perfidia ſibi arrogante ac uſurpante. quamuis nec ipſe hanc non ſcriben-
di puſillanimitatẽ probem. Nos enim cauſam optimam ſortitos, mundo ſuperio
res ac terribiles eſſe decebat. etenim ſi tam ſeruiles fuerimus, ut periculorúm metu
uereamur nos mutuum ſalutare: & cuncta formidemus, etiam non formidanda:
quanto magis dominabuntur etiam linguis noſtris hoſtes Hieruſalem? Quando
igitur palàm nos opponemus aduerſarijs? quomodo infirmiores noſtro exemplo
prouocabimus? ubi charitatis ſolatia erunt? ubi libera Chriſti cõfeſſio? ubi hoſtium
confuſio? ubi tandem & ſpes noſtra? Abſit ut uel ab hoc, uel ab alijs, quæ Chriſtia
num decent officijs, ceſſemus. Vnde etiamſi non tam uoluntarius, nec tam fidelis
eſſet Synapius ille qui literas recepit: ſcripturus tamẽ eram, & gaudium meum ac
ſpem declaraturus. Precor ſanè Deum Opt. ut tibi adſit, quo loco tuo per omnia
reſpondeas. nam quamuis adhuc in ſcorpionum medio habites, & principem ſor
titus es alijs occupatum, ſed abbreuiata non eſt manus Domini, quin ea uirtute te
ſupernè induere queat, ut miniſterium tuum fructuoſum fiat, cureſq́ fide, pru-
dentia, ac ſpiritus feruore, ne demoliatur alter quod tu extruis. Dabit, ne dormi-
tes, donec ὁ ἀντικείμενος in ordinem redigatur, & Theologiæ cedat Mataeologia,
exploſaq́ impietate uictrix in Eccleſijs triumphet ueritas. Erat Schybenhardus
anteceſſor tuus, uir bonus & eruditus: ſed præſtantiorem animum requirebat lo-
cus iſte, nempe mundi contemptorem, & omnia pro incremento gloriæ Chriſti
calcantem. Vtinam igitur cathedram iſtam tu magis honeſtes, quàm illa te, ut bo
na mihi ſpes eſt. Sedulo enim cogitabis Antichriſti, cum ex templis, tum ex ſcho-
lis, maxime autem ex hominum cordibus, profligationem. Chriſtus tibi adſit. Re
ſcribe aliquando. Vale, Baſileæ, Anno 1530. die Aprilis 20.

C

IONNES OECOLAMPADIVS MARTINO FRECHTO, *& Cunhardo Somio, Eccleſiaſtis Vlmenſibus, fidiſsimis fratribus.*

D. ZVINGLII *et aliorū cædes.*

SALVETE in Chriſto. Nō poſſum ire inficias, Fratres chariſſimi, paſſum me humanum quiddam, ut accepi Zuinglium noſtrum, in crudeliſſimorum hoſtium manus ueniſſe, tantaq; ſæuitie diſcerptū: non ignarus, quanto cum tripudio mundi, quantoq; cum offendiculo puſillorum, rumor ille diuulgetur. Et conſolabar quidem meipſum, licet ſubinde calamitas calamitatē exciperet. (Non enim ſolus ille occubuit, ſed ceciderunt cum eo & alij quidem memorabiles uiri: Abbas Capellenſis, & cōmendator Kuſnacenſis. nec una ſtrages fuit, ſequuta eſt & altera ob fugam fœdior: in qua aliquot ex ſocijs deſiderati.) Cogitabam enim rerum terrenarum uiciſſitudinem, & hos alioqui mortales potuiſſe uel peſte, uel alio fato abſumi, præceſſiſſe quidem, nos uero ſequuturos, etiam ſi alio mortis genere. Quæ uulgū offendunt, ea ſi nullos alios turbarent, me minime mouerent. nota enim mihi eſt uirorum illorum erga Deum hominesq; fides, quæ non ſinit illis male eſſe. At dum ueniunt mihi in mentem calumnię, quibus ſimpliciores circumueniuntur & degrauantur, unum id maxime dolet, quód Apologiæ nullas aures inueniūt, calumniæ omnes præoccupant. Non enim re ipſa inhoneſtabilis eſt mors fratrum. In Heluetijs nō eſt nouum, ut cum ſignis præcipuis, egrediantur etiam primi ſacerdotes, etiam armati. Non egreſſus eſt autem frater noſter, ut dux militiæ: ſed ut ciuis bonus, & paſtor optimus, non detrectans mori cum ſuis. Quotuſquiſq; obtrectatorum, uel unciolam habet tam generoſi ſpiritus? Nec egreſſus eſt ſponte: deprecantē, uti liceat aliquantiſper domi manere, non exaudijt Senatus, præſagiebat enim, & prædicebat aduerſa. Et urgebant, tantumq; non rapiebant, importuni: inter quos non defuere proditores, puſillanimitatē obiectantes, ſi defuturus eſſet comes. Et erat ille ut ſeculares alias artes, ita & militarem, non mediocriter edoctus. Iamq; iactitant, illum pacis conditiones pro ſuggeſtu diſſuaſiſſe. Sed non mirabitur, quiſquis hoſtium nouit mores, petentium quam ſeruare nolunt pacem. Nondum perlectis hoſtilibus literis, in Tigurino ſolo, ex inſidijs, proditos, & nihil tale timentes inuaſerunt: quę fides eorum, qui auro Pontificio conducti, omnia ſua & patrum fœdera contemnunt & præuaricantur. Quum uulgo iactarentur uariæ uoces, quod ardentius magiſtratum admoneret officij ſui, in tutandis uiduis ac pupillis, & non relinquendis fratribus Chriſtianis: fretus ego conſuetudine noſtra, ſemel atq; iterum dehortabar, ne ſe ingereret negocijs parū Euangelicis. Reſcribebat ille: Mihi gentis mores parum notos, uidere ſe gladium: ſe facturū, quod fidi ſpeculatoris ſit, nihil ſe temere agere. Hæc fuere ultima, quæ ad me ſcripſit. Iam eſto, zelus ille immoderatior fuerit, & parum decorus, cur nō & illos taxant, inflammatos principes furere facientes aduerſus ſedicioſos agricolas, quorū multi ſeruari poterant. Huius conſilium nunquā fuit, ut ad conflictum res perueniat. Sic erat perſuaſus. & quid, etiamſi toto cœlo aberrarit, quod nondum dixerim, quamuis ei nequaq; aſſenſerim, non propterea peſſimus erit mortalium. Neq; peſſimi erant, quos turris Siloah oppreſſit, & quorum ſanguinem Pilatus cum uictimis miſcuit. Quid notius, q̄ iudiciū à DOMO Dei incipere? Patrem corripere filios quos diligit, utcunq; interpretentur *οἱ διάβολοι*, & deſperationis doctores illi. Non inter minima bona recenſeri merentur, humiliatio mentium noſtrarum, & fiducia non in brachium carneum, ſed in Deum ipſum. Quę duo electi inde diſcunt. Vtinam cogitarent inſultatores noſtri, quid Ammonitæ, Palæſtini, Tyrij, & Idumei reportarint, plaudentes manibus ſuper deſolata Hieruſalem. Atqui nos illi pro Babylonijs habent

Vide quàm improbis quorundā calumnijs ea D. Zuinglij expeditio traducta eſt.

D

quod

Digitized by Google

A quod manifeſtabit Dominus. Nihil æquum ab illis impetrari potuit. noſtri pacis cupidi fuerunt: neceſſitas, non libido prędiandi fuit. Illi conducto externo milite, primi egreſſi ſunt è ſuis terminis, uiduas & puellos ſine miſericordia opprimentes. an non repellendi ſunt huiuſmodi? Vaniſſimũ eſt, quod Euangeliũ ſic uelint noſtri dilatare: nõ ita habẽt res. Tyrãnis illa intolerabilis eſt: perditi ſemel eſſemus omnes, niſi oppoſuiſſent ſe noſtri. Agitur omnium Euangelicarum Rerumpubl. res. Obiecerunt illi boni uiri ſua corpora, & pro nobis, & pro uobis. Quod autem pater cœleſtis caſtigat nos, noſtrum fuerit, iuxta Prophetam, iram Domini portare: non enim iraſcetur in ęternum. Nondum omnino animi noſtrorum fracti ſunt. Certe Baſilienſes cum Tigurinis, quibus & Bernates iungo, nullam iniquam conditionem pacis recipere parati ſunt: niſi fallant. quamuis Galli, & Allobroges multum laborent pro componendis rebus. Fortaſſis etiam hoc offendiculum fuerit, ſi lęſi non quaſuis conditiones accipimus: uideturq́ μνησικακίαν & ulciſcendi auiditatem ſapere. & cur non reliqui concionatores à bello reuocant? Atqui non licebit nos tentare Dominum, & magiſtratui gladium ſuum hebetare: alioqui ſat multi frigent, ac parum fideles ſunt. Oramus Dominum, ut hoſtium metum auferat, ſuamq́ pacem nobis donet. Poterit & Magiſtratus ſine odio & ultionis ſtudio, ulciſci, eripereq́ uiduam & egenum. Iudicantur etiam à tranquillis iudicibus homicidæ: de his ſatis. Cæterum lectiones quas iſthic prælegitis, placent. augeat Dominus numerum diſcipulorum, quos aliquando in meſſem ſuam extrudat. Ego his diebus commentarios meos in Iobum abſolutos typographo tradidi, qui opinor non fruſtra poſt alios legi poterunt. Non ingratos fore arbitror, ſi eos Eccleſiæ ueſtræ conſecraro. nam ſi nihil aliud, certe animi mei optime erga uos affecti teſtes. Quod ſi Eccleſiæ ueſtræ præiudicaturam uel in minimo iudicaueritis nuncupationem iſtam, oro indicetis circa Natalem Dominicum. præfationes enim tardius

B excuduntur: & dabo operam, ne oneroſus ſim. Valete. 8. Nouembris.

Obſerua expeditionis illius cauſam.

IOANNES OECOLAMPADIVS SIMONI GRYNAEO ET
Martino Frechto, bonas literas Heidelbergæ profitentibus, fratribus ſuis chariſſimis.

GRATIAM & pacem à Chriſto. Chariſſimi in Chriſto fratres: Benedictus ſit Dominus noſter, qui non ſolum nos conſolatur, & ad ſui cognitionem, excęcato huic ſeculo abſconditam introducit, uerum et animos addit, & uires, ut & alios conſolari, exhortari, & illuſtrare poſſitis. Equidem quum tanquam ceruus, ab oblatrantibus hinc inde canibus agiter, cum gratiarum actione, beneficium quod mihi à uobis euenit, non diffitear. non parum enim per literas ueſtras exhilaratus ſum, & in ſpem adductus, quod multa millia ſibi reſeruarit Dominus, quæ Baali ſua genua non incuruent. Etenim quum tantis minis totus orbis in prophetas Domini inſurgat, & alios quidem gladio, uel ferro, uel laqueis, uel igni, uel aqua, uel ueneno, uel carceris pedore perimat, quæ tyrannorum crudelitas paſſim auditur: alios uero fuget, uel munere ſuo deſtituat: quid mirum, ſi nobis etiam inter miniſtros Chriſti minimis incidat puſillanimis cogitatio, actum eſſe cum pijs omnibus? Verum ubi literis & colloquijs nos mutuũ exhortamur, reprimitur quod infeſtabat, reditq́ ſerenitas. Itaque ab hoc officio, ſi per ocium licuerit, ne deſiſtamus. nihil hinc periculi poterit enaſci, quandoquidẽ omnibus idem innocentiæ ſtudiũ. Legiſtis opinor quæ Sueuis reſpondi, nunc & Byrkaimeri calumnijs reſpodendum. Produnt tandem amici, quinam ueri, quiue fucati ſint. Sed gratię Chriſto, qui pro fucatis ſinceriores ſubſtituit. Aiũt Lutherũ ſe in nos armaſſe, & quædã uernaculo ſermone uel edidiſſe, uel editurum: uereor ne tardius liber iſte nobis afferatur. Oro ſi recens exemplar obtingat, curate per Argenti-

C Argentinenſes fratres afferri. Eſt autē & aliud quod magnopere rogem, ut Ioan-
nem Iacobum Kirsherum, amœniſſimi ingenij & inſignis pietatis adoleſcentem,
qui mecum ad ſeſquiannū ſuauiſſime uixit, & nunc iſthuc iuſſu patris, ut legibus
operam impendat, miſſus: meo quoq; nomine cōmendatum habeatis, quem uir-
tutum literarumq; non infelix ſtudium commendat omnibus. diligo autem illum
non mediocriter, & bonorum uirotum conſuetudine adiuuari uelim. Valete, Ba-
ſileæ. Anno 26. die Aprilis 20.

IOANNES OECOLAMPADIVS LEONI IVD ECCLE-
ſiaſtæ Tigurino uigilantiſſimo, ſuo chariſſimo fratri.

SALVTEM in Chriſto. Inexpectatiſſimum fuit, mi Leo, quod uene-
randi ueſtri collegij nomine ſcribis ac petis, Quanquā autem, ſi hinc
migrandum eſſet, uix uſpiam terrarum libentius quàm iſthic, non ut
paſtor, qualem petitis, ſed ut miniſtrorum minimus, agere uellem:
adeò magna ueſtræ eccleſiæ charitate teneor. Verum ut nunc res ha-
bent, cum meæ, tum Eccleſiæ Baſilienſis, non uideo qua conſcientia auſim in ani-
mum meum ſumere, relinquendæ urbis huius conſilium. Iam olim non uulga-
ri duntaxat opinione, ſed etiam Eccleſiaſticarum conſtitutionum teſtimonio per-
ſuaſum eſt, paruam habendam fidem de Eccleſia ſua in aliam ut præſint transe-
untibus. Imò tales ferè inutiles experimur. Quotuſquiſque enim eſt bonus uir
qui non ita ſecum iudicabit? Is ſi frugi & non ambitioſus eſſet, ſuas non dere-
liquiſſet oues. Qui ſuam temere domum negligit, quomodo alienam probe cu-
rabit? Multum autem refert, quàm autoritatem habeat, qui uerbo miniſtrat. In-
conſtans, nullos ſibi animos firmiter conciliabit, & inter ſellas duas ſtans ride-
tur. Non poſſum negare, plurima eſſe in Eccleſia mea, quæ mihi moleſta ſint. Scio
quantis inuiſus ſum, ſcio quàm parum apud pleroſq; proficiam, ferenda aūt hæc
D magis ſunt, quàm excutienda. Periculum eſt, ſi propterea cedere uelim, primū ex-
periar iratum Deum, qui iniunctam ab illo crucem ferre nolim: deinde pro una le-
uicula accerſam decem moleſtiſſimas, id quod hactenus mihi uſuuenit, & certo
certius, ſi uobis obtemperarem, eueniret. Sapientis eſt, librare quantum par ſit hu-
meris. Succumbo pene ſub hac ſarcina: quæ ſtultitia igitur eſſet, ad grauiorē prope-
rare? Fieri poteſt, nō ualde peccem in Eccleſiā meam, quā forſan magis idoneus ſu-
ſciperet: peccarem aūt in ueſtram, cui tam male idoneū me offerrem. Si aūt in ue-
ſtram non peccarem, ut idoneus: peccarē in meā cui addictus ſum, & quæ mecū
periclitata eſt nō ſemel, neq; per omnia fuit ingrata. Abſit, ut ego prior ingratitudi-
nis arguar. At ſiquidē illa me eijceret ingrata, eundū, quò uocarit Dominus. Nūc
Spartam quā nactus ſum, adornare debeo. Gratias quidē habeo toti ueſtro Eccle-
ſiaſtico Senatui, pro eximia illa beneuolentia, qua cōmunibus ſuffragijs dignum
me cenſuit, quē deſignaret in paſtorē. Tantorum enī uirorū calculi, nō potuiſſent
in me eligendo errare, niſi illorū iudicia præſtringeret amoris immenſitas. Oro igi-
tur humiliter, ut detrectationē tantæ prouinciæ boni conſulat. Profecto ſi quotan-
nis duo aureūm millia ſe daturū mihi polliceatur, ita me remoratur conſcientia, ut
non poſſem annuere nunc illius precibus: quę ſi non diſſuaderet, etiā minimo ſti-
pendio contentus, ultrò iſthuc concederē & ambirem. Vere enī retulit Collinus
ille ueſter, non abhortere me à moribus ueſtris. atqui non licent ſemper, quæ arri-
dent: quamuis alioqui fidem meam erga uos experiemini incorruptiſſimam. Te-
ſtis aūt eſt mihi Chriſtus, quantū dies & noctes, in hac tempeſtate, ueſtri memor
ſum: quē oro, ut fidiſſimū peritiſſimumq; mittat paſtorē: & ſi ego uobis proſum,
me ut Ionam uel Paulum renuentē, ui adigat. Vale. Baſileæ prima Nouembris.

QVARTI ET VLTIMI LIBRI FINIS.

Digitized by Google

INDEX EORVM QVAE TOTO
HOC OPERE CONTINENTVR.

AARON typus Chriſti 50.B
Abacellæ Catabaptiſtæ miris prçſtigijs eludũt ſimplices 103.B
Abelhardi error aduerſus meritum Chriſti 154.B
Abigail humilitas 62.D
Abrahę ſinus 4.D & 106.D
Achab & Iezabel quare puniantur 22.A
Acarnani in conuiuijs 12.B
Actorũ locus de tonſione capilli cij, & uoto Pauli decla. 120.D
Actorum locus cap. 17. In ipſo uiuimus & mouemur, elucidatur 30.C
in acta Apoſtolica Chryſoſtomi Homeliæ 192.B & C
Adami philautia 56.A
Adami lapſus 104.B
adulteræ pœnitentia 39.A
adulterium cauſa diuortij 46.B
adulterium apud Catabaptiſtas non eſt peccatum 92.B
adulterę è Tiguro omnes pelluntur 175.C
allegoriæ quid 73.B
Alexander pſeudomantes Epicureos & Chriſtianos noluit ſuis præſtigijs intereſſe 84.B
Althameri laus 128.D
ἁμαρτία 55.A
ambitio, non gubernatio prohibetur 6.A
Amphilochius Euchitas uincit 130.D
anatum induſtria 170.C
Anemundus Coctus 190.C
Anemundi Cocti laus 149.A
angeli boni 22.B
angeli qualem habeant ſubſtantiam 22.B
angeli à conſpectu Dei nunquã abſunt 22.C
angelos quoſdam in gratiã redituros Origenes dicit 23.B
angelorum officia 23.C
angelorum creatio 23.A
animæ in cœlum aſcenſus 4.C
animæ defunctorum an dormiant uſq; ad iudicium 19.C
animę impię tenebras occupant 4.D
animę an poſt mortem corporis dormiant 112.B
animarum locus 4.C
annunciandi uerbum 122.B
Anthropomorphitarũ dogma 149.C
apocryphi libri 25.B
Apollinis oraculum 86.D
apoſtoli et paſtores differunt 2.B
aquæ aſperſio 16.D
aqua luſtralis unde 39.B. & 60.D
aqua pro cœleſti doctrina 29.D
arcana Dei nõ attendenda, &c. 3.D
argumentum à facto ad ius 85.B
argumenta illorum qui decipi merentur 144.B
arma cur damnentur à Catabaptiſtis 97.B
arma cõtra Catabaptiſtas 183.A & B
Arriana hæreſis quot annis durauerit 199.D
arma Catabaptiſtarum 101.D
auarorum quęrela 36.C
auaritia mentis damnatur 3.A
Athanaſij laus 143.A
Auguſtinus quo anno uixerit 95.B
Auguſtini ſentẽtia de ſacramento & fide 41.D
Auguſtini dictũ, Crede & manducaſti 123.A
Auguſtinus ab Ambroſio initiatus 122.D

B

BAdenſis diſputatio 171.D
Balthaſar perfidus apoſtata 84.D
Balthaſſaris Vualdshudani reuocatio & captiuitas 186.A
Balthaſſar Catabaptiſtarum arrogantiſſimus 77.A
baptiſmus paruulorum ab Apoſtolis ad nos defluxit 78.D
baptiſmi infantiũ uetuſtas 12.A
baptiſmi paruulorum coniectura 77.B
baptiſmus fidei teſſera 24.D
baptiſmo nullum tempus præſcribatur 80.A
baptiſmus circumciſioni ſucceſſit. 73.A
baptiſmi orationes 95.D
baptiſmus noſtra circũciſio 111.D
baptiſmus Chriſtianorum circumciſio 33.B
baptizari pro mortuis 112.D
baptiſmus Ioannis 32.D
baptiſmus Ioãnis & Chriſti idẽ 33.A
baptiſmus præceptionum 63.B.
baptiſmus pro fide 41.D
baptiſmus pro ſanguine & paſſione Chriſti 60.D
baptiſmus diluuio & nubi comparatur 73.A
baptiſmi adultorum & puerorũ nulla diſtinctio 77.A
baptiſmi duo officia 81.B
baptiſmus aquę, an ſub pœna damnatiõis præceptus ſit 81.A
baptiſmo peccatum nullum tollitur 60.C
baptiſmũ Papa non potuit uitiare 80.B
baptiſmus quale ſignum Eccleſiæ 61.A
baptiſmi myſterium 71.D
de baptiſmi concilij Niceni ſententia 144.D
baptiſmus opus Dei 24.C
baptizan Apoſtoli in quid 33.A
Baſileæ laus 179.A
Baſileæ diſcors prædicatio ſublata 122.B
Baſilienſe concilium 156.B
Baſilienſis Eccleſiæ inſtauratio 178.D
Beda quare Venerabilis dicatur 142.C
Berengarius parũ ſacerdotio tri (buit 154.C
Berengarij error de coniugio 154.B
Beſſarionis culpatur negligentia 135.B
Bindetlini libelli 170.A
Bohemorum error in Euchariſtia 72.C

C

CAin à poſſidendo 104.B
Camilli pietas 9.A
Canonici libri 25.B.
carnis iuſticia & æmulatio 30.A
carnis interitus 30.A
carnem ſuam non tangere, quid 32.B
carnem Chriſti edere, quid 115.A
carne Chriſti perpetuo ueſcendum 114.B
carnem pro morte 115.A
Catabapniſmi exordium 83.B.C
catabaptiſtæ deſcribunt 205.D
catabaptiſtarũ impiæ uoces 70.A
catabaptiſtarũ hypocriſis 82.B

Cataba-

catabaptiſtę omnia ex contentione faciunt 87.B
catabaptiſtæ quomodo uicia ſua excuſent 82.C. & D
catabaptiſtæ nec Chriſto nec Apoſtolis credunt. 87.C
catabaptiſtarum communitas in uxoribus & liberis 91.B
catabaptiſtæ impuriſſimi homines 80.C
catabaptiſtæ matrimonia coram Eccleſia nolunt cõfiteri 78.A
catabaptiſtarũ reſipiſcentia 80.D
catabaptiſtis paucis uera reſipiſcentia 81.C
catabaptiſtæ quid utilitatis pijs adferant 80.B
catabaptiſtarũ paralogiſmi 90.B
catabaptiſtarum omnium fundamentum 64.B
catabaptiſtarum prima adiuratio 84.D
catabaptiſtæ urgent opera ad ſalutem 86.D
in Catabaptiſtis pœna decreta 84.B
catabaptiſtarum impium dogma de Chriſto 82.B
catabaptiſtarũ obiectiones 33.D
catabaptiſtæ quare occulta latibula quęrant 82.B
catabaptiſtarum propheticus furor 83.D
catabaptiſtę diem Domini prędi (cunt 92.A
catabaptiſtę exedunt Figellam textorem 91.B
catabaptiſticę puellę Sanctogalli præſtigium 103.C
catabaptiſmus uera hęreſis 112.A
catabaptiſtarum cõmunitas 78.C
Cato pius fuit 9.A
Catoni iniurato Romani crediderunt 103.B
caudę apud Eſaiam 36.A
Caugiuſtæ Numidarum regis egregium factum 170.C
cœli locum Chriſti corpus obtinet 133.D
cœnę Dominicæ inſtitutio 65.A
cœnę fideliũ Chriſtus adeſt 127.O
cœna excitandę fidei ſeruit 141.B
cœna Domini habet alimentũ uitæ carnem & ſanguinem Chriſti 141.B
A cœna fidelium Chriſtus non abeſt 141.B
cœnę Dominicæ ritus quales ſeruandi 176.D
cœna an commemorationis cauſa inſtituta ſit 123.B
cenſus 29.C
cenſuum ratio 22.C
cenſus annuos emere non eſt Chriſtiani 37.O
cenſus reminẽdi pauperib. 37.C
ceremoniæ quatenus fermentum 81.B
ceremoniæ à Chriſto relictę tres 110.D
ceremoniæ quæ in cœna Domini obſeruandæ 129.D
ceremoniæ ſemper male audierunt 10.B
ceremoniæ noſtræ à Iudęis 39.B
ceremonię ueterũ ſublatę 126.C
ceremoniæ Papiſticæ in uniuerſum nõ ſunt abijciendæ 181.C
cereorum accenſio 16.D
Cæſaris uocabulum 78.B
Charitas non eſt ocioſa 5.D
charitas Eccleſiaſtica 42.C
charitatem Chriſtus magnifacit 134.D
charitate utendum in his externis 10.D
charitas pro indulgentia & uenia 110.O
charitas non ceſſat 10.C
charitas omnia placat 32.C
choreæ nocturnæ Tiguri prohibitæ 10.A
Chriſtiani qui 24.D. & 174.A
chriſtianiſmi prima pars 37.D
chriſtianorum habitatio quomodo in cœlo 101.C
chriſtiane uiuere 33.C
Chriſti regnum an etiam ſit externum 7.D. 8.A
Chriſtus an uniuerſum genus, an fideles tantum redemerit 59.D
Chriſtus miniſter ſanctorũ 50.O
Chriſtus quomodo nobis unitus 156.C
Chriſtus Prophetæ perſonam tulit, non Regis 10.D
Chriſtus Ieſus quid 25.D
Chriſti paſſio mundi uita 124.C
Chriſtus non pro maiorum tantum peccatis paſſus eſt 40.B
Chriſtus in nobis eſt participatione naturali 136.A
Cibus qui felices reddit 117.D
Ciceronis inhumana ſententia de non dando pauperibus 35.D
circumciſio 33.B
circumciſionis ſymbolum 57.A
circumciſio anxie obſeruata ab Apoſtolis 8.A
circumciſio pactum ſeu teſtamẽtum 59.A
circumſecti, Chriſtiani à Suetonio uocantur 8.A
claues Eccleſiæ 4.B. & 30.B
claues Apoſtolorum 109.D
cognoſcendi uerbum Hebræis 56.B
commentarij qui reijciendi 15.C
communio ſanguinis Chriſti 46.B
communicatio apud Paulum quid 120.B
comparatio apum 7.A
concilia oecumenica nemo reijciat 24.B
conciliorum diſcrepantia 47.A
concordiæ ſeruandæ exempla 179.C
confeſſione externa Apoſtoli cõtenti fuere 79.C
confiteri Chriſtum 2.B. & C
coniugia à gentibus contracta Apoſtoli rata permiſerũt 10.B
coniugij continentia 3.B
Conſtantienſe concilium 156.B
conſuetudini quatenus inſeruiendum 14.C
contentionũ turbines uitandæ 169.C
concionatorum cõcordia 195.C
concionatores propter paucitatem auditorum, non deſperent 193.B
concionatoris Euangelici deſcriptio 193.B
controuerſiarum uſus 30.B
conuentus aſſidui Eccleſijs neceſſarij 176.C
conuentiones à Catabaptiſtis receptæ 97.A
corpus Chriſti quatenus eſt ſacrificium 53.D
corpus Domini qui non dijudicent 114.C. & 122.C
corpus an adſit pani 129.A
corpus Chriſti & paſſio quomodo ſint coniuncta 141.B
corpus Chriſti quomodo in cœlis 141.C
corpus Chriſti fide manducatur 133.B
corpus Chriſti præſens in myſterio 165.C
corporis Chriſti per ſacrificulos reprę́ſentatione nõ opus 50.D
corpus Chriſti pro eius humanitatis functione 46.A
corpus pro eſſentia 19.D
corpus Dñi manducamus 129.C

creaturę

creaturæ, quod Dei eſt, non eſt tribuendum 531.C
crucis & myſterij diſcrimẽ 52.C
curiata comitia 8.D
Cutij error 86.C
Cyprianum Eccleſia errantem non neglexit 127.C
Cyrillus ſcripſit contra Anthropomorphitas 130.D

D

Dauid magnam uim auri reliquit 22.A
Damianus Irmi 267.B
Decimæ ſoluendæ ſunt 21.C
decimarũ lex ceremonialis fuit 21.B
decimarum uſus in Eccleſia 21.C
decimis pauperibus prouidetur 22.C
decimæ an Chriſtiano principi ſumendæ 21.O
dæmones cum omnibus impijs Catabaptiſtæ dicunt ſaluari 123.A
Dei potentia duplex 24.C
deierare 102.A
delictum quid 55.A
Denckij plenam perlitarionem per Chriſtum negant 86.C
Denckij reuocatio 169.C
deſcenſus ad inferna Chriſti 4.C & 122.D
Deus noſtro more nobiſcum loquitur 25.A
Deuteronomij locus capite 16. Non uidebitur uultus meus fruſtra, declaratus 18.B
dextera fidei ſymbolum 182.C
dextera patris non eſt circumſcripta 126.A
Dies dominica 4.B
Dietherus à Talburg 14.A
diſputationum uſus 209.B
dijudicare corpus Domini 46.A
dilectio proximi qualis eſſe debeat 38.A
diſcordiæ inter fratres quomodo ſopiendæ 202.D
diuinę res uerbo Dei iudicandæ 132.B
Docendum quid ſit 3.C
domeſtici fidei 38.B
domus pro familia 86.A
dormiendi uerbum pro moriendi 112.B

E

EBrietas Lot & Noah 44.O
Eccij deſcriptio 185.B.C.& D
eccleſia Chriſti 54.C
eccleſia duplex 70.O.& 79.B
eccleſiæ Catabaptiſtarum facies 82.C
eccleſiæ inſertio externæ per fidem 79.B
eccleſię membrum eſſe ſummus honor 76.C
eccleſiæ naſcentis auſteritas 43.A
eccleſiæ auſtera lenitas 43.A
eccleſiæ ſtatus 201.D
eccleſia uiſibilis 70.D
eccleſia uera audienda 47.B
eccleſiæ contemptus 48.A
eccleſia careat tyrannide 44.O
eccleſiæ uir Chriſtianus quid profit 11.A
eccleſiæ teſtimonium in tentationibus utile. 135.A
eccleſiæ nouus modus legendi 171.D
Oecolampadij modeſtia 132.B
Oecolampadij laus 83.A.& 189.A
Oecolampadij de Chriſto confeſſio 122.A
Egeni non temere occurrunt 351.A
Electionis uocabulum 108.C
electio quid 70.A
electionis ſignum 18.A
electio ex fide cognoſcitur 110.A
eleemoſinæ abſentibus ſunt mittendæ 37.D
Eleuſinorum ſecreta 16.B
Elymam magum quare Paulus excæcarit 43.A
Epicurei religionem ueram rident 132.A
Epiſcoporum titulo quidam indigni 13.B
epiſcopi catalogum pauperum habeant 35.O
epiſcopo ab Eccleſia ſua cibus debetur 98.A
epiſcopi quidam calicibus captiuos redimerunt 21.D
Eraſmus Zuinglium præmonuit 7.B
Euangelium prædicare quid 20.B
euangelicæ hiſtoriæ ſimplicitas 15.B
euangelium uernacula lingua in eccleſia proferendum 15.D
euangelij renati hoſtes 183.A
euangelica adminiſtratio 26.C
eucharistia quid 130.O
euchariſtiæ uſus 34.B
euchariſtiæ uera ratio 183.B.C
euchariſtiæ diſſidium de modo præſentiæ uel abſentiæ 141.C
euchariſtiæ contentiones 170.O
Euergumeni quomodo tractandi 22.D
Eutychianorum dogma 152.C
Excommunicatio unde originem traxerit 120.B
excõmunicationis fundamentũ 30.B
excõmunicationis ratio 94.D
excommunicatio cur ſit inſtituta 42.D
excõmunicationis negociũ tria neceſſaria habet 42.B
excõmunicatio externa res 30.A
excõmunicare quos liceat 44.C
excõmunicationis ordo & uſus apud omnes ferè gentes 43.B
excõmunicationis denunciatio 94.C
excõmunicatio an pręcedere cõmunionem debeat 77.D
excõmunicatio dicit à quibuſdam relegatio 30.A
excõmunicationem Cyprianus abſtentionem uocat 30.A
excõmunicandi ratio qualis Eccleſiæ conueniat 45.C
excõmunicationis abuſus, & eiuſdẽ legitimus uſus 44.A
excommunicatio etiam noſtro tempori congrua 43.C
excommunicatio efficaciſſimũ genus cenſuræ 42.D
exempla non præiudicant legi 207.D
exempla ad quid proſint 6.B
Exodi locus cap.23. Ter in anno apparebit omne maſculinũ, declaratur 92.D
Ezechias omne argentum è domo Domini tulit 21.D

F

FAber Epiſcopus Viennenſis, Antichriſti preco 121.D
facere quando immolare ſignificet 48.B.& C
factum pro lege adducere quando liceat 85.C
familiæ nomine continentur & infantes 86.A
faſtidium in rebus ſacris damnoſum 16.B
Feſto die an liceat operari 4.B
fœdus Dei cum homine 164.B

a 2 fœde-

Fides quid proprie 70.B
fides cœleſtis ſapientiæ regula 31.A
fides non pendet ab humana autoritate 155.A
fides ſæpe ſignum antecedit 14.A
fides pro religione 79.A
fides perfecta an in baptizandis requiratur 81.B
fide cur ſaluemur 109.B
fide potius quàm lege excitandi ſumus 51.B
fide ſola beamur 61.B
fidei proprium 134.B
fidei radices in animo ſint ad intelligendum myſterium 136.D
fidei confeſſio Serueti Hiſpani 1.C
fidei cõfeſſio Oecolampadij 1.C
fidei uerbum 151.C
fidei ſecuritas 114.D
fidei uis in quo conquieſcat 115.A
fide aliena an quis ſeruet 76.D
fideles qui 75.A
figura pro repræſentatiõe 123.D
figuræ & allegoriæ nihil probant 48.D
filij qui 42.D
filij Dei 172.D
Florentinum concilium 56.B
Fœdus Dei cum homine 104.B
fœderis conditiones cum Abraham 104.C
fœdera infidelitatis 97.B
fœnus quid 29.C
Franciſcus à Sickingen 33.D
fraternitatis ius denegatum in Marpurgico colloquio 130.B
frenetici quare mortem ſibi conſciſcant 98.B
fumus in parẽtationibus unde? 19.B
fur in proprijs facultatibus mulctetur 22.A

G

Γαμῶ quid Græcis 39.A
Gangrenſis ſynodus 136.A
Georgius de domo Iacob uirgis cæſus 103.D
γνῶσις 8.C
gradus quidam in contrahendis matrimonijs 31.A
gratiæ ſignificatum 25.D
Gratiani centones 59.B
Groningæ uetus teſtamentum Catabaptiſtæ negarunt 86.D
gloriæ cupido quid mali importet in Eccleſia Domini 209.D
Gulielmus Pontificius commiſſarius 174.C

H

HAbacuk locus, Iuſtus fide ſua uiuet, declar. 76.D
Halberſtadiani libellus de excõmunicatione 65.D
Hardtmundus à Cronberg 14.A
Hębel quid 104.B
Hæreticis quãdo parcendũ 19.B
hæreſis prima inter diſcipulos Chriſti 139.B
Hebraici ſermonis idioma 124.A
Hebraicæ linguę commendatio 172.A
Heſſorum princeps 24.A
Hetzeri blaſphemia de paſſione Chriſti 86.C
Hilarius propter ueram Chriſti confeſſionem in exilium mittitur 125.D.& 174.C
Hilarius Arriãos expugnat 130D
Hieremię locus: Mittamus lignũ in panẽ eius, declaratur 124.A
Hieronymus Botanus 181.C
homicidam animus facit 6.B
homicidij rei qui pereuntem nõ adiuuant 36.B
hominis uita militia 174.A
hoſtes Euangelij quid agant 82.A
humanæ traditiones 12.D
Huttenus odio ſacerdotum uexatur 209.B
hypocriſis quale malum 31.A
hypocriſis audax malum 120.B

I

IAcobi ex Meſopotamia reditus 40.B
Iacobus Struthius 195.D
idiomatum communicatio non eſt negligenda 19.A
idola an ſint demolienda 5.B
idolorũ ſublatio quid proſit 6.B
idola ex corde eijcienda 181.B
idololatriæ malum ſerpit. 5.C
iebuſæi ſemper in populo erunt 31.D
ieiunij mentio 7.C
ieiunium uerum 36.C
immiſericordia unde 36.D
inæternum uox 113.A
infantes Chriſtianorum defuncti an electi ſint 110.B
infideles qui Catabaptiſtis dicantur 100.C
innocentiæ humanæ nihil fidendum 87.A
inſidiæ cacodæmonis 14.C
interpretũ fidelium leges 141.C
interpres fidelis 142.A
inuidiæ fons 102.D
Ioachim ędificia culpantur 21.D
Ioannes DencKius 197.B
Ioannes Baptiſta piſcatorius 21.B
Ioãnis 1. locus: In principio erat uerbum, et uerbum erat. &c. declarat 1.B
Ioannis locus capite ſexto: Caro mea uere eſt cibus, declaratur 59.D
Ioannis locus: Caro mea nõ prodeſt quicquam, declarat 118.B
Ioannis locus capite ſeptimo: Cum ſpiritus ſanctus nondũ eſſet, declaratur 74.C
Ioannis locus: Qui manducat carnẽ meã, & bibit ſanguinẽ meum, &c. declaratur 156.C
Ioannis locus: Patres ueſtri manducauerunt manna in deſerto, &c. declaratur 114.B
Ioannis locus capite decimo: Omnes qui uenerũt ante me, declaratur 75.D
Ioannis locus capite octauo, de adultera muliere, declaratur 6.A
Ioannis locus capite uigeſimo: Quodcunque ligaueris ſuper terram, declaratur 30.B
Ioannis locus 1. Ioannis 5. Tres ſunt qui teſtimonium dant declaratur 29.C.& D
Iob ſcopi, & ſuorum aduerſariorum 63.D
Ioſaphat armata manu ſacerdotes, quo uerbum Dei prædicarent, cuſtodiuit 81.C
Ioſephus de bello Iudaico 169.D
Irenæi ſcripta quomodo habita 127.C
Iſmaëlis & Eſau repulſa quid 40.B
Iſraëliticus populus quare à Deo præ omnibus electus 105.C
Iudam quid fecerit proditorem 37.D
Iudex eſſe cur, Chriſtus noluerit 100.B
iudex qualis eſſe debeat 101.B
iudicialia abolita 10.B
iudicum dignitas 101.C
iuramentum non uetatur, ſed blaſphemia 78.B
iuramentum quid Paulo 103.C
iurandi uerbum Latinis 102.C

Iureiurando neque Deus neq; homines offenduntur 101. D
iuſiurandum quando exigendum 104. A
iuſiurandum Magiſtratus temere non exigat 78. C
iuſiurãdum denegare quale malum 78. B
iuſiurandum diuina res 101. D
iuſiurandũ omnem ordinẽ ſeruat 101. C
iuſtitia hominum qualis 35. D

L

LAborare an poſſint mini ſtri uerbi 3. A
Lactantij ſcripta qua autoritate apud ueteres 127. C
Lanfrançus omnia obſcure citat 152. D
lateranenſe concilium 156. B
lectionis Theologicæ ordo Baſileę habitus 172. B
legi addicti Iudæi 39. B
legis exempla 6. B
legis fundamentum eſt fides 31. A
legis ſtudium ex fide 31. C
legislatoris mens 3. A
legislatoris nomen Chriſtus habet 26. A
legis nerui 39. C
legis miniſtri 28. C
leges ciuiles nõ aſpernendæ 3. A
legum uſus 12. D
legum diſcrimen habendum 74. A
legum ius & dignitas 12. D
leonis ſentẽtia de corpore Chriſti 153. B
lex Domini 12. D
lex eſt uerbum Dei 31. A
lex Dei quid doceat 106. D
lex cur data 26. B
lex & fides ſimul prædicanda 31. B
lex quem terreat 31. B
lex pharmacum eſt 12. D
lex Dei omnibus legibus antéferenda 12. D
lex de ſuffocatis & ſanguine 13. A
lex uniuerſalis ſemper manet 110. B
liberi ſunt de familia parentum diuino & naturali iure 87. D
liberi Chriſtianorum cur ſancti à Paulo uocentur 33. D
liberi Catabaptiſtis quo loco habeantur 91. A
Libertas Chriſtiana 18. C
libertas carnis ſola à Catabaptiſtis quæritur 97. B
liberum arbitrium quale 3. D
liberum arbitriũ nullum 29. B
libidinoſa hypocriſis 91. D
libri canonici 3. C
linguarum confuſio unde 14. C
linguarum utilitas 47. D. & 178. A
lingua Hebræorum tropis plena 59. A
linum fumigans 31. B
literæ ſacræ quomodo tractandæ 19. B
litera in ſcripturis 74. D
Loqui in aërem 16. B
Lot exemplum hoſpitalitatis 35. A
Lucæ locus cap. 2 Tuã ipſius animam pertranſibit &c. declaratur 23. D
Lucæ locus cap. 6 Nolite iudicare, declaratur 15. B
Lucæ locus cap. 11. Quod ſupereſt, date eleemoſynam declaratus 56. D
Lucæ locus, Vos autem non ſic declaratur 100. D
Lucę locus, Ego ſum deus Abraham, & Deus Iſaac, &c. declaratur 112. C
Lucę locus 22. Vos autem nõ ſic declaratur 78. B
lucæ locus cap. 22. Reges gentiũ dominantur eis declarat 6. A
Luciani obiectum Chriſtianis 15. B
Luciferi ſeceſſio 23. B
Lucij Romani Epiſcopi proſcriptio 174. D
Lutheri laus 26. C

M

MAnichęorum ſententia de naturis Chriſti 165. D
magiſtratus officium 3. A
magiſtratus æquus & pius ſit 9. A
magiſtratu Chriſtianus fungi poteſt 78. B
magiſtratus ſubditos non grauet extra neceſſitatem 21. D
magiſtratus impius quomodo admonendus 31. C
magiſtratui ſeculari cum eccleſiaſtico quatenus cõueniãt 45. A
magiſtratus ſine eccleſiæ conſenſu in externis præcipiendis nihil agat 8. B
magiſtratus Chriſtianus multum ab ethnico differt 6. C
magiſtratus incredulus quomodo tractandus 31. B
magiſtratus Chriſtiani cum Antichriſto collatio 5. D
magiſtratus Hebræos potius ſequitur quàm Ethnicos 6. D
malorum uber prouentus 81. D
manducatio ſpiritualis 121. C
Manichæi error 130. D
marath fluuius 138. D. & 139. A
margaritæ ſuo ſucco uictitant 88. B
martianitarum error 114. A & 123. D
Marpurgenſe colloquium 24. A & 130. B
Manſuetudo uera 1. B
Marci loc⁹ ca. 16. Qui crediderit & baptizatus, &c. decla. 17. D. & 57. B
matrimonia gentium Apoſtoli non mutarunt 95. C.
matrimonia ſpiritualia 91. C
Matth. 5. locus de iuramento declaratur 2. D
Matth. locus cap. 5. Si offers munus tuum ad altare 39. B
Matth. locus cap. 6. de eo qui in neruos coniectus decla. 39. D
Matth. locus cap. 10. Ne poſſideatis aurum, neq; argentum declaratur 7. D
Matth. locus cap. 13. de lolio in agro ſimul nato 32. A
Matth. locus cap. 19. Si uis ad uitam ingredi, declaratur 29. A
Matth. locus, Multi ſunt uocati, pauci uero electi, decl. 109. C
Matthæi locus capite 22. de reſurrectione mortuorum, &c. declaratur 19. C
Matth. locus 23. de hijs qui in cathedra Moſi, &c. decla. 31. D
Melanchthon quare pauca in negotio Euchariſtiæ ſcripſerit. 131. D 149. D
Melchiſedecis duplex dignitas
Melchiſedec in quo referat Chriſtum 50. B
Melchiſedec quatenus figura Chriſti 49. A
Membra Chriſti nemo abijciat 122. D

mendax rumor quid faciat 24. B
mentium magiſter Chriſtus eſt, quomodo intelligendũ 7. A
meretricum profligatio 175. C
merita in operibus 25. C
merita noſtra 4. A
Meſſalianorũ error 149. A
metaphora omnis tropus eſt 123. C
Micol irridet Dauidem 62. C
miniſter Chriſti patiens 130. A
miniſtri mutandi an ſint 3. B
miniſtri uerbi quales eſſe debeant 3. A
miſſarum redditus, quibus dandi 46. C
miſſa papiſtica turpior adulterio 5. B
miſſa papiſtica 2. C
miſſa intollerabilis ſtoliditas 9. A
monachorum deſcriptio 196. C
monothelitæ 152. B
morbus quid 55. B
mortuorum cura à Gentibus ad nos defluxit 19. C
mortuus apis aculeo quidã 97. B
muneraria lex Tiguri lata 9. D

N

Natura humana uiciata in primo parente 56. A
Naturæ duæ in Chriſto 2. B
de naturis in Chriſto caute loquendum 154. B
naturam Dei nemo nouit 136. B
negligentiæ pœna paſtores punientur 130. C
Neſtorij error 150. A
Nicena ſynodus 135. D
Nicolaus Mieobanus 121. C
Nicolaus Storck 135. C
Noah centũ annis docuit 169. C
nouiſſimus dies 112. C
nuptiarum conuiuia licita ſunt 96. A. & B
nuptias honeſtarũt Chriſtus & Apoſtoli 96. B

O

Oblationes fidelium pauperibus dentur 35. D
oblatio Chriſti 41. C
oblatio in cruce unica Chriſtus 17. B. & 48. B
oblatio munerum 16. D
occaſio non eſt negligenda 8. D
oculis mentalib⁹ beneficia Chriſti intuentur 125. D
offendicula quatenus cauenda 7. C
officium Petri 5. D
opera uere bona 16. C
operatio iuſtitiæ conſcientiam ſatiat 181. A
opus quod beat 118. 4
oratio Stephani Paulo profuit 76. D
oratio nõ eſt negligenda 209. A
ordinatum quid 24. C. & 55. B
originale peccatum 2. D. 64. D
originalis peccati fons 55. D
originale peccatum damnat 57. D. & 58. C
originale peccatũ ſolo ſanguine Chriſti tollitur 60. B
originali peccatum in pueris 64. D
originali peccato filij Abrahæ non damnantur 58. D
originali peccato nõ damnãtur liberi Chriſtianorum 58. C
Origenes infantiũ baptiſmum ab Apoſtolis traditum dicit 77. B
Origenes diues allegoriarũ 133. B
Origenis libri non contemnendi 142. B
Origenes dæmonibus quiddam promittit 17. D
ex Origene nihil certi colligitur propter allegorias 135. B
Origenes quo tempore uixerit 95. B
Oſeæ locus cap. 13. declaratur 5. A

P

Paci quatenus ſtudendum 12. A
panis pro populo 51. D
panis ſignificat corpus Chriſti 146. B
panis quomodo corpus Chriſti repræſentet 119. C
panis non nudum ſignũ in cœna 141. B
panis hebræis omnis cibus 117. A
papa cur damnetur 5. D
papiſtarum inſidiæ 199. D
parabolis illicitarum rerum utitur ſcriptura 17. B
paradiſus 5. A
parentum obſeruatio uera 18. A
parentibus qui pueros negligũt grauis penitentia cõſtituta à ueteribus 65. C
parentum fides prodeſt pueris 64. D
parentum fides gemellis abſque ſigno olim profuit 65. C
parentes aliquãdo coguntur animaduertere in filios 101. B
parricidium fratris in fratrem 91. D
paſtores ueri de una eccleſia ad aliam non tranſeunt 212. C
patriam defendere licet 4. B
patres à peccatis non ſunt excuſandi 207. D
patrũ ſtatuta quatenus recipienda 24. B
Pauli leuitas imitanda 173. D
Pauli locus Ro. 7. Viuebam ſine lege quondã, declar. 60. B
Pauli locus 1. Corin. 7. declar. 38. C
Pauli locus 1. Cor. 10. poculum quod benedicimus, &c. declaratur 119. D
Pauli locus 1. Cor. 15. pro mortuis baptizari, enodatur 19. B
Pauli locus 2. Cor. 12. de theſauris quos parentes filijs colligere debent 37. B
Pauli locus ad Eph. cap. 5. de lauacro regenerationis, declaratur 62. D. & 72. B
Pauli locus Coloſ. 2. cap. diuinitatis plenitudo corpaliter, declaratur 19. D
Pauli locus Col. 2. Conſepulti ſimul cum illo per baptiſmũ declaratur 71. B C
Pauli locus 2. Teſſ. 2. de aduentu domini enodatur 30. C
Pauli locus, Membra Chriſti faciam membra meretricis, declaratur 156. C
Pauli ad Hebræos locus, cap. 11. Sine fide fieri non poteſt, &c. 17. D
paupertas non minimus theſaurus 37. A
pauperibus manus quãdo claudendæ 37. B
peccatum quid 55. A
peccatum actuale 56. B
peccare contra legem facere 79. C
peccatum in nobis inhabitans 56. C
peccata omnium Chriſtus deleuit 40. D
peccaſſe & mortuum eſſe, pro damnare 57. C
Pedes affectuum 63. B
Pedes animi 64. C

Peierare

peierare 102. A
Pepuſiani anabaptiſtis ſimiles 134. A
patriperſona 61. A
Petri locus 1.Petr.3.de baptiſmo declar. 60. D
Petri locus 1. cap. 4. de deſcenſu Chriſti ad inferos,decla. 20. A
Philiſtini ſemper pios uexabunt 274. A
pietas quæſtuoſa 36. A
Plauti prophana ſententia de mendicis 35. D
plebs nouitatis ſtudioſa 81. B
Porphyrius quid Chriſtianis im properet 35. B
pœnitentia pro ipſo Euangelio 10. C
pœnitentia uera 27. C
pœnitentiæ origo 31. C
populi mores 12. C
præsbyteri qui 8. B. C
præſbyteri cenſores quales eſſe debeant 44. C
probare quid 27. D
prophetarum ueterum pericula 212. B
prophetarum falſorum nomina 181. C
prophetia apud Paulum quid 16. A
propoſitum 108. D
prouidētia diuina omnia diſponuntur 110. C
prouidentiæ in Ioſeph exemplū 29. B
prouidentia diuina omnia gubernantur 29. A
pueri Chriſtianorum ſunt ſancti 80. A
puerum eccleſiæ annumeratum eſſe quid profit 70. B. & C
pueri cur baptizandi 33. B
pueri Ethnicorum an ſalutem conſequantur 18. A
pueroȝ inobedientes lex occidi præcipit 61. A

Q

QVæſtio iuris & non facti 85. B
Quies diei ſeptimi quomodo intelligendum 204. B

R

REdditus quid 29. A
Regnū Chriſti, an ſit etiā externum 5. D. & 7. B
Regnum papæ 28. A
Res bene geſtas nemo celare debet 11. D
reſurrectionis uocabulum uarie accipitur 112. B
reſurrectionē Manichæi carnis negant 19. D
reſurrectionis uocabulum uarie accipitur 19. B. C
reſurrectio pro uita animæ Hebræorum XI. accipitur 112. C
Roboam quare decimam partē ſui regni amittit 21. D
Romæ conuenticula matronarum turpitudinis 82. B
Rudingenſium pugna aduerſus ueritatem 187. B

S

SAcerdotum ocioſorū grex, an ſeruandus, uel ablegandus 22. B
ſacerdotes cum eccleſia iudicent 44. B
ſacerdotes quid perdat 3. B
Sacramentum illi fruſtra eſt,qui Chriſtum non ſuſcipit 154. A
ſacramenti appellatio 120. A
ſacramentum diuina res 153. C
ſacramenta inſtituere ſolius eſt Chriſti 160. B
ſacramenta neceſſaria 141. C
ſacramentorū uerus uſus 149. B & 152. C
ſacramenta impijs non proſunt 161. D
ſacramentalia ſigna 116. B
ſacramentorum efficacia 156. D
ſacramenta efficacia ſpiritu ſancto operante 141. B
ſacramēta quare inſtituta 139. D
ſacramentorū ueritas & ſcenica uanitaȝ multum differunt 134. A
ſacramentum pij non ſolum edunt 222. A
ſacramenta reſurrectionis ſymbola 133. A
ſacramenta quid ad peccatorū remiſſionem utilia 41. D
ſacramentorum prophanatores 127. D
ſacramentorū cōtemptus 177. B
ſacrificij uocabulum 17. C
ſacrificij nomen 130. C
ſacrificij uocabulum apud ueteres 52. A
ſacrificij uocabulum pij non abhorrent 24. D
ſacrificium iuge 51. A
ſacrificulorum ſcelera 17. C
ſal fatuum abijciendum 31. D
Salluſtij lectionis utilitas 169. D
ſancti qui 33. D
ſanctificatum 33. D
ſanguis Chriſti in os noſtrū inſtillari,quomodo intelligendum 159. B
ſanguis pro expiatione 29. D
ſatisfactio nulla 25. C
Saul Gelboë montes claros reddidit ſuo curſu 100. D
Saxonia quomodo uerbo Domini illuſtrata 144. B
Scotuȝ damnatur 154. C
Scipionis magnanimitas unde 9. A
Schiſmatum origo 177. D
ſcripturæ lapides 65. A
ſcripturæ apocryphæ à Canonicis ſeparandæ 47. C
ſcripturæ ſcopus 177. D
ſcripturæ fide & charitate ingrediantur 151. D
ſcripturæ ſpiritu interpretandæ 113. B
ſcripturæ genuina ꝓprietas inquirenda 34. A
ſcriptura tropis plena 240. D
ſcriptura Paulo & Apoſtolis 86. C
ſcriptura diuina cōſulenda 47. B
ſcriptura quomodo legēda 13. A
ſeuitiæ aliquando cedendum 190. B
Secundo papiſtæ 96. D
ſenatores qui 8. B
Senecæ fideȝ 57. B
ſeparari à ſeipſo quid 96. D
Serueti impius libellus. 173. B
Serueti Hiſpani error de ſpiritu ſancto 1. D
ſerui & pueri timoris calcare opus habent 42. D
Seth unde 104. C
ſigna 61. B
ſigna quid ad pietatem faciant 60. A
ſimultatis malum 202. B
Solomonis in Eccleſiaſte locus cap. 11. Mitte panem tuū 35. C
ſorores duas Iacob habuit 31. C
Spiritum ſanctum Michaël Seruetus extra hominē nullum eſſe dicit 19. A
Spiritus ſancti gratia alligari nō poteſt 24. C
ſuffocata prohibentur 8. A
ſuperbiæ initiū emendandū 54. B

Surgere pro conſiſtere 112. B
ſymbolum ueritatis quid 72. C
ſymbola miniſtri ſenſuum ſunt 159. D
ſynecdoches uis 89. B
ſynecdoche quando fiat 92. C
ſynodorum ueterum autoritas 153. D
ſyncretiſmi uis 170 C

T

TEmpeſtiuitas obſeruãda euãgelico miniſtro 32. D
templorũ theatrica 13. C
templa Chriſtianorũ quare extructa 14. A
templa qualia Chriſtianis ædificanda 17. C
templũ Chriſtianis eſt totus orbis 14. A
Tertulliani ſententia de reſurrectione 159. C
Tertulliani laus 119. B
teſtamẽti ueteris ſcriptura Chriſtus uſus 94. B
teſtamenti Veteris & Noui q̃d' nam diſcrimen 107 D
teſtamenta duo quare 106. B
teſtamenti noui ſanctio 42. B
teſtandi uerbũ apud Hebræos 103. A
teſtimoniorum & teſtium nomen in ſcriptura 29. D
Theodoreti obiectiones 152. A
Theodoretum Cyrillus repræhendit 157. B
theologi maledici negligendi 132. A
theſauri eccleſiæ ad quid collecti 13. B
Theophilactus cum iudicio legendus 160. D
Thraſymundum Fulgẽtius inſtituit 164. D
Tigurinæ eccleſ. pax unde 170. B
Tigurinorum laus 10. A
Tigurini quare cum ſuis confœderatis pugnarint 212. A
tradere Satanæ quid 30. A
traditionum libertas quatenus ferenda 24. D
trahere & uocare idem 109. A
tributa non ſunt neganda 22. A
tropus quid proprie 123. D
tropicus ſermo 92. C
tropi ubi quærendi 123. C
troporum ſpecies 123. D
Timotheus quare à Paulo circuncíſus 8. C
tituli magnifici quære inuenti 27. B
Titus quare non circumcidatur 8. D
tyrannis ubi regnet 32. C
Typographorum auaritia taxatur 192. B

V

VAlentini ſchola 92. D
Valentini hæreſis 130. D
Valentinianorum arcana 16. B
uerbum quid proprie 2. A
uerbum pro filio 2. B
uerbum dei quomodo unicũ humanitati 157. B
uerbum fidei 152. C
uerbi Dei utilitas 25. C
uerbi miniſter quos autores legere debet 169. D
uerbum Dei nullam crudelitatẽ docet 44. D
uerbum Domini animos componit 194. D
uerbi Dei autoritas 4. B. & C
uerbum quomodo animam cibat 122. D
uerba Chriſti, qua occaſione, & quo loco dicta ſunt expendenda 7. B
ueritas corporis Chriſti non debet auferri 164. C
ueritatẽ humani corporis amittere, ſacramenti ratio negat 146. A
Veri corporis modus in aliquo loco eſt 164. C
ueritati oẽs ſancti cedant 131. C
ueritas altercãdo amittitur 132. B
ueterũ teſtimonia non ſunt contemnenda 135. B
ueteres ſcriptores quanto in precio ſunt habendi 133. C
ueteres quatenus imitandi 15. A
ueterum modus loquendi pijs omnibus placet 128. A
ueterum ſententiæ quo loco dictæ expendendæ 140. B
uidua Sareptana 36. D
uim ui repellere an liceat 4. A
uerriculi tropus 30. B
uiuificum corpus Chriſto quomodo 157. C
uiuificamur omnes in Chriſto 15. B
uiuificamur ſpiritu 158. A
unctionis inhortatio 36. C
unio corporis noſtri corpori Chriſti 157. C
unio noſtra tribuit ſpiritui ſancto 157. B
unum efficimur natura cũ Chriſto 159. C
uocatio Oecolampadij à Tigurina eccleſia 212. C
uocatio certa cõcionatori Euangelico eſt expectanda 200. B
uſura quid proprie 29. B
de uſuris iudicare nõ eſt omniũ 22. D
uſurarius coram deo quis 22. D
uſus diſputationum 209. B

Z

ZElus charitatis expers 200. B
Zuinglij & aliorum cędes 211. C

FINIS.

LOCA

LOCA QVAEDAM INTER RELEGENDVM OBSERVATA,
quæ ob exemplaris, licet magna parte autographi, uarietatem, prorſus cauere non potuimus quin deprauarentur, ſic emendabis.

Folio 1.a. uerſu 18. aboleamus. 6.a. 39. occideret. 7.a. 13 frater. 36. defēdo, tandēq;. 11.a. 24. proximo. 34. excuſaretur. 14.a. 10. uel arare. 15.a. 14. nā ira. 17.a.12. imitentur. 25.a.3. omniū. & b.21. ſaluus. 48. omnem. 26.b. 14. perfectione. 23. ſibi. 27.a. 4. dicuntur. 35. ni. 48. lege in omnib. 29.b.18. pro uictore. 30.a.2. ignauiter. & 25. adfuiſſet. 31.a.38. ꝑ ſicut, lege ſunt. 40. efferre pro referre, & 41. pro ſupputet, ſupperet & b. 32. non uiſciant. &. Pherezeos, & uerſ. penul. pro fidem, quidem. 32.a. 1. pro dein lege idem. 14. qui patrui. 22. pro eius lege, tuis. 30. uxorem eius. 36. uerum eorum, qui carnis tuæ caro ſunt, ut patruus. 37. pro quàm, quoniam. 38. autem. 45. interpretationē, & ulti. uerſ. lege pro exigitur excipitur. & b.2. lege pro tamen etiam. 11. tuæ, id eſt, fratris. 26. pro eos, nos, & contumaciæ inſimulent. 39. pro miſerant, miſſi erāt, & penult. adſerimus. 33.a. 20. baptiſmus reſurrectionis. 30. reddenda. b.12. cuiq;, pro unq; 34.a.23. quis quàm. 26. prædicetur, nec audiant. & 29. mergatur. reſpondeo. & b. 14. & ſi tingere infantes tanti eſt. 38.a. 38. deeſſe. 43.a. 27. ſplendor. & 37. autoritatē. 44.b.17. ſollicite. 45.a.14. declarata. & 23. multūq;. 49.a.6. raciocinātes. & 35 בחן. 63.b.5. ſcrutare. 70.b.16. adnunciatum. 73.b.15. Vides. 83.b.32. apertis. 37 inſtituerint. 41. ſuperſtitionem. 89.b. 8. partes. 93.a. 23. iuſſiſſet. 117.a.30. monetq;. 121.a.41. difficile. 125.a. 40. Oecolampadio & ultimo, probant. 128.b.16. confeſſus. 139.a.25. quæ. 145. a.1. protinet, lege net. 148.a.38. & aſcendamus. 150.b.32. aſcenſio. 153.b.34. ſaluis. 169.b.33. hauſiſti). 173.b.44. metuendum, ne. 175.b.14. quod. 181.a.1. epiſcopo & à Cap. 184.b.1. pro itales tales. 187.b.18. Sueuos. 194.a. ſecurim ad arboris radicem admotam lege. 195.a. 7. expugnare. & b.42. cedant. 202.a.19. Chriſto. 204.a.14. hominum. 205.b. 1. tioſos.

Digitized by Google

EX INCLYTA GERMANIAE BASILEA PER THOMAM PLATTERVM ET BALTHASAREM LASIVM, MENSE MARTIO, ANNO M. D. XXXVI.

VA1 1529368

Digitized by Google


Παλλὰς ἀθηναίη κούρη Διὸς, ἥτε οἱ αἰεὶ
TV NIHIL INVITA DICES, FACIES'VE MINERVA.
Ἐν πάντεσσι πόνοισι παρίσταμαι, ἠδὲ φυλάσσω.

Digitized by Google

Digitized by Google

163
F
22

Digitized by Google